EICI DEBANT HILIPX lixirn
lanier et SOCII CŒNOMANI.

HIV PATRUM SOCIETATIS JESU

THEOLOGIA

DOGMATICA

POLEMICA, SCHOLASTICA ET MORALIS,

PRÆLECTIONIBUS PUBLICIS

IN ALMA UNIVERSITATE WIRCEBURGENSI

ACCOMMODATA.

EDITIO ALTERA

OPERA ET STUDIO PATRUM EJUSDEM SOCIETATIS

TOMUS PRIMUS.

DE PRINCIPIIS THEOLOGICIS.

DE RELIGIONE.

TECHNY, ILLINOIS

'W3.

UJTETIÆ PARISIORUM

SUMPTIBUS JULIEN, LANIER ET SOCIORUM.

A VIA PICTA PE BUSSY.

1852.

PRINCIPI 4

THEOLOGK

AUCTORE R. P. HENRICO KILBER S. J

SS. THEOLOGIÆ DOCTORE EWSDEMQUE

ET SACRARUM SCRIPTURARUM IN ALMA UNIVERSITATI·

UHUrBI'HGEMNI

PROFESSORE PUBLICO ET ORDINARIO

DE SCRIPTURA SACRA. DE TRADITIONE DIVINA. DE ECCLESIA CHRISTI.
DE CONCILIIS. DE ROMANO PONTIFICE. DE SS. PATRIBUS
DE THEOLOGIA ET JURISPRUDENTIA. DE RATIONE ET HISTORIA. DE HÆHESIBUS.
DE PROPOSITIONIBUS DAMNATIS.

BIBLIOPOLA AI) LECTOREM.

inter varia quæ circumferuntur Theologiæ catholicae compendia, vix ullum aliud ita Doctorum suffragio comprobari et adeo multorum votis expeti nobis visum est ac Wirceburgensium Societatis Jesu Patrum illa, quam iterum typis mandamus, Theologia. Sive enim eruditionis copiam testimoniorumque delectum, sive rationum pondus, sive methodum et integritatem desideres, opus nulli secundum et numeris omnibus absolutum latearis necesse est. Cujus non infima etiam commendatio esse debet, quod in illa florentissima olim Universitate ortum et famam habuerit, quæ validissima Fidei propugnalrix in Germania, præter hos quos recudimus Dogmaticæ Theologiæ scriplores, paucorum annorum decursu, suos inter professores, PP. Edmundum Voigt, Adriannin Dande, Xaverium Widenhofer, aliosque protulit viros, omnium judicio, in moralibus, historicis ac scripturisticis doctrinis exercitatissimos, quos nominare laudare est.

Porro in hac altera editione pauca innovavimus, quæ genuinam operi integritatem relinquunt, solum immutato nonnihil ordine. Praeterquam enim quod singula volumina, olim prout vario tempore perfecta fuerant, in publicum emissa, nunc juxta theologici cursus ordinem proferemus, et alia quædam levissima, subjectis notis indicata, addidimus, consultius esse visum est suarum singulis propositionibus objectionum seriem nectere, quæ, in priori

editione, ad calcem uniuscujusque capitis aut articuli rejecta procul aberant.

Quod si in hac sacrarum disciplinarum instauratione,quam tanto promovent studio plerique hodie in Gallia Illustrissimi Præsules, ac novissima magis magisque commendavere Concilia, labor iste noster benigne exceptus fuerit, cætera, quibus Theologica ἐγχυχλοζαιοεία conficitur, Wirceburgensium Patrum opera, poslmoduin, in gratiam Cleri, simili cura nec interrupta serie, Deo favente, vulgabimus.

INSTITUTIONES

T U E O L O GIC Æ

DE

PRINCIPIIS THEOLOGICIS.

Visum est inscribere hasce institutiones de principiis Theologicis; tunl quia decebat id quam minime distinguere per epigrapheu, quod alias vehit pars commentationibus prioris Tractatus inseri consuevit, tum quia hac inscriptione planum erat complecti omnia, quæ per fidei regulas et Theologiæ fontes seu locos theologicos ab aliis designantur. Cum enim a I). Thoma p. 1. q. 33. a. I. *Omne, a quo aliquid procedit quomodocumque, dicatur esse principium,* licebit Principiorum Theologicorum etiam nomine significare non tantum ea, quæ veritates a Deo revelatas continent aut infallibililcr proponunt, indeque fidei regula nuncupantur ; sed et quæcumque sedes sunt et promptuaria, unde disciplina sacra de Deo rebusque ad Deum pertinentibus tractans, id est, Theologia sua argumenta desumit, quæ est locorum theologicorum descriptio. Quare sicut in horum censum communius referuntur Scriptura sacra, Traditio, Ecclesia, Concilia, Sedes Aposlolica, seu Summus Pontifex, Patres, Scholæ Theologicæ, Juriscientia, Historia et Ratio humana; sic et illa eadem sub ampliore hac Principiorum theologicorum acceptione comprehenduntur. Quoniam vero non una istorum omnium vis est et efficacia, sed alia quidem veritates revelatas complectendo, objectum fidei ac disciplinai theologicæ constituunt; alia autem veritates illas ostendendo subjectum utriusque facultatis dirigunt; alia demum easdem veritates 'el cuslc-

diendo vel illustrando vel firmando utilitatis quidpiam sive objeclo sive subjcclo memorato conferunt : fas erit, secundum diversitatem hanc triplicem, universam quoque materiam in (res Disputationes distinguere. Itaque earum prima aget *de Principiis Constitutivis.* quorum nomine Scripturam Sacram et Traditionem inlelligimus : secunda ώ» *Principiis Directiris,* quorsum Ecclesiam, Concilia et Summum Pontificem referimus; tertia *de Principiis Adjuvantibus,* ad quorum ordinem reliqua superius recensita reducimus.

DISPUTATIO 1.

i>i; pniivciriis constitutivis.

CAPUT I.

DE SCRIPTURA SACRA.

Opus amplitudine sua præfixos scriptionis limites longissime excedens suscipiendum foret, et Scriptura Universa polemice explicanda, si quæ de ea controversiae moveri possunt aut solent, plerasque hic examinare aut ad singularia descendere mens esset. Relictis itaque, quæ officii et curæ alterius sunt, agemus duntaxat de iis, quæ ad cognitionem Scripturæ Sacræ et auctoritatem universim quid faciunt; ideoque de ejus notione et existentia, inspiratione et autheutia, intelligentia et lectione, quantum fieri potest, breviter tractabimus.

ARTICULUS I.

Quid ea sint quæ ad Scriptura Sacra notionem faciunt?

1. *Nola.* Notitia seu notio Sacræ Scripturæ potissimum cx ejusdem descriptione, divisione, canone, lingua, vcrsione ac sensu desumitur. Ea proinde ad solvendam quæstionem hanc prolegomenam opus est exponere.

2. *Dico I.* Scriptura Sacra *in genere* est verbum Dei scriptum, seu litteris exaratum, vel ab ipso Deo, vel a scriba alio, Deo tamen afflante. Dicitur 1. *Verbum Dei;* quo convenit Scriptura Sacra cum Traditionibus divinis; de quibus infra : 2. *Scriptum;* quo distinguitur ab illis, voce duntaxat editis : *3. vel ab ipso Deo;* quo comprehenditur etiam illa, quam quidam faciam statuunt in Decalogi tabulis, ab Angelo Dei personam gerente signatis : 4. *vel ab alio scriba;* quo communis cl certior verbi divini perscripti modus designatur: 5. *Deo tamen afflante;* quo Scriptura Sacra discernitur a Canonibus et definitionibus Ecclesiae; cum illa fiat Deo non utcumque, sed ut verbum suum scribendum inspirante. Scriptura Sacra *in specie* est verbum Dei ipso afflante scriptum, et in Bibliis, h.e. voluminibus seu libris sacris contentum. Sub hae acceptione prœsertim a nobis in prtesens Scriptura Sacra conside-

ratur. quæ etiam ab Hebraeis *Rcrith.* a Graecis ΔιαΟηχη, a Latinis *Testamentum* dicitur; ecquod fivdus Deum interet homines initum complectatur.

3. *Dico 11.* Dividitur Scriptura Sacra tripliciter : 1° ratione temporis, in Libros Veleris ac Novi Testamenti, ut insinuat Laciant. L. 4. Divin, Instil. C. 20. ita scriben *Scriptura omnis in duo Testamenta divisa est. Illud quod adventum Domini passionemque antecessit, fetus dicitur : ea vero, qua; post Resurrectionem scripta sunt.* .V. *Testam, nominantur,* etc. 2° ratione materiæ, in libros legales, historici s, sapientiales seu morales, et prophe-ticos. *Leqales* nominantur, qui vel leges divinas vel doctrinam a Christo promulgatam complectuntur : *Historici,* qui rerum gestarum enarrationem faciunt : *Sapientiales* seu *Morales.* qui verae sapientiæ ac bene vivendi monita, praecepta vel rationem proponunt : *Prophetici,* qui vaticinia et futurorum præsagia continent. 3° ratione auctoritatis, m canonicos et apocryphos. *Canonici* dicuntur illi, qui non tantum quoad se sunt, sed etiam quoad nos habentur sacri et Deo aillante scripti, ideoque in Canone Ecclcsiæ recensentur: *Apocryphi* hic non intelliguntnr illi, qui a Deo minime sunt inspirati, ideoque ab Ecclesia positive reprobati et ex sacris Bibliis absunt ; sed ii, qui auctoritatis sunt dubiæ vel obscurae, ab Ecclesia saltem negative reprobati, ideoque, licet in Bibliis sacris nonnunquam permissi, tamen a reliquis libris distincti vel ad calcem voluminis rejecti conspiciuntur. Hujusmodi sunt Oratio Manasse. Liber 3 et i Esdrae, Appendix contineas Genealogiam Jobi, Psalmus 151, Prologus Ecclesiastici, Praefatiuncula Thronorum, Liber 3 et 4 Machabæonim, etc. *Canonici* autem numerantur septuaginta duo. 45. nempe ad Vetus, et 27. ad Novum Testamentum spectantes (1).

(1) Librorum canonicorum nomina, numerum et ordinem versibus memorialibus ita subjicimus*

I.1BRI VETERIS TESTAMENTI.

Genesis, Exo., Levit., Numerorum, Deuteronomi,
Josue, Judiciique liber. Rulb, bis duo Regum,
Bis Paralip., Esdræ duo, Tobias, Judith, Esther,
Job, Psalmique David, Proverbia, et Ecclesiastes,
Cantica, tum Sapiens, tum Ecclesiasticus adsit.
Isaias, Jeremi, cum Baruch, Ezechielque,
Daniel, Osce, Joel, Amos, atque Abcdias,
Jonas, Michæasque, Nahum, Habacuc, Sophonias,
Aggæus, Zachari., Malachi, bini Machabæi.

LIBRI NOVI TESTAMENTI.

Mallhieus, Marcus, Lucas, Sanctusque Joannes.
Actus, Roma. Corinth, duplex, Galatis, Ephesisqiic,
Nec non Philippis, et Colossensibus una.
Thessalonica duas accepit, Timotheusque.
Tito, Philemoni, Hcbræis datur una cuique.
Jacobi una, Petri binæ, tcruæque Joannis,
l'na Judæ. Finem Canonis facit Apocalypsis.

4. *Diro IU·* Ex' variis significationibus, quit! sori gncfm *Canon* pro diversi late disciplinarum illam usurpantium tribuuntur, ea potissimum huc perlinet, qua Canon a SS. Patribus et Conciliis pro munero, indien \cl catalogo accipitur : atque hinc libros sacros Canoni insertos diximus nuper vocari Canonicos, sicut etiammim Clerici in cœtum alicui Ecclesiæ ministrantium adoptati appellantur Canonici, et relati in Album Sanctorum dicuntur Cano-: nizati, Praecipua Canonis divisio est in Canonem llebræorum, et in Canonem Christianorum seu Ecclesiæ Chrislianæ.

Canon Jlebrœorum probabilius est unicus, isque ab Esdra, sive simul cum magno Gentis consilio, sive solo tanquam praecipuo illius docture confectus ; certe nec Judæi nec Christiani 'antiqui ullum praeter Esdrinum agnoverunt. Viginli duo volumina Vet. Testamenti in eo Flav. Josephus L. i. cont. Appion. cum Judteis hodiernis, Origencs apud Euseb. L. 6. Hist. c. 23. Hilar. Præf. in Psal., et Hier, in Prologo Galeat, enumerat; quorum triplicem ordinem, nomina et partes postremus 1. c. exhibet, ut in Editione Vulgata sive in fronte sive ad linein Bibliornm videre licet. Hunc quidem numerum Melilo Sardensis apud Euseb. L. 4. hist. C. 26. cum Rabbinis quibusdam ad 24., Epiphan. L. i. Ikcret. 8. cum aliis ad 27., nonnulli ad 28. libros augent; reipsa tamen nihil amplius addunt, sed discernunt duntaxat libros in proprios sibi titulos, quos sub una et communi appellatione Hebraeorum Canon concluserat : quemadmodum id Hieronymus proxime laudatus ostendit. Ab eodem autem absunt Baruch, Tobias, Judith, Sapientia, Ecclesiasticus, Machabæorum primus et secundus, Estheris septem capita postrema, et Danielis illa capita, quæ Hymnum trium puerorum, et historiam Susannae ac draconis a Daniele interfecti sistunt ; vel quia hebræo idiomate non erant scripti, vel quia post Esdræ tempora primum litteris exarati.

Canon Christianorum genuinus ac integer ille est, quem sedes Apostolica testantibus Innocentio I. in ep. ad Exuper. c. ull. ct Gelasio in Cone. Rom. semper tradidit, Ecclesia Africana tum definiente Cone. Carthaginiensi III. et IV. tum praedicante S. Augustino L. 2. de Doctr. Christ. C. 3. adoptavit, tandem Catholica Ecclesia per Cone. Florent, in Deer. Eugen., ad Armenos et Tridentinum Sess. 4. in Decr. de Canonicis Scripturis confirmavit et declaravit. Continentur eo libri omnes Vet. et Nov. Testamenti superius enumerati septuaginta duo : a quo numero non discrepant Gelasius aut Patres Africani illum non nihil imminuentes; cum Baruch a Jeremia non distinxerint tanquam hujus amanuensem, et librum unum duntaxat Esdræ ac Machabæorum recensentes, non pluralitatem horum librorum, sed Apocryphos tantum ejusdem nominis libros excluserint. Quoniam vero non eadem semper et ubique librorum istorum ratio fuit habita, invaluit eorum distinctio in protocanonicos et deuterocanonicos.

Protocanonici, seu primi ordinis aut primi canonici, dicuntur illi, de quorum divinitate nullum unquam inter Catholicos fuit dubium, et hinc stalim ab initio nascentis Ecclesiæ communi orthodoxorum Patrum consensu fuerunt recepti; quales in Vet. Testamento sunt quinque libri Mosis, et in Novo quatuor Evangelia, ac alii similes. *Deuterocanonici,* seu secundi ordinis, sunt illi, de quorum divinitate aliquando etiam inter orthodoxos dubitabatur, vel negans etiam ferebatur sententia, ut ex Melitone apud Euseb., Hilar, in præf. ad Psal., Gregor. Naz. Carmine de veris Scriptui·., Cyril. Hier.Catech. 3.,

Synops. Athanas., Hier, in Prol. Gal., Damasc. L. 1. de fid. C. t8., Canon. Apost. 83., Cone. Laodicen. Can. SO. etc., constat. Hujusmodi ex Vet. Test, sunt ii, quos supra aliesse diximus a Canone Hebraorum, quem plures Patrum sequebantur; cum tamen juxta celebre Card. Hosii, desumptum ex Aug. !.. 18. de Civ. C. 36., eflatum non Canon Hehiworum, sed Ecclesia*, canonicas faciat scripturas. Ex novo testamento sunt Marci cap. ultimum, Luca* C. 18. historia de agone Christi. Joannjs C. 8. historia adultera, ep. ad Hebraos. ep. Jacobi, 2 ep. Petri, 2 etc. 3 ep. Joannis, ep. Judæ, Apocalypsis.

S. *Dico IV. Lingua* seu *idioma* primigenium, quo codices Scripturæ Sacra autographi et originales conscripti fuerunt, nniversim fere solum est Hebraica et Graea: tum quia, licet lingua Chaldaica et Syriaca a pure Hebraica differant, tamen illa* ab hae originem trahunt, et post captivitatem Babylonicam ac prope finem Sy nagoga? fuerunt Hebrais vulgares ac valut maternæ; tum quia unum duntaxat Marci Evangelium juxta aliquos primo fuit latine exaratum, quod tamen communius ah aliis tam ex conjecturis quam ex auctoritate negatur. Hebraica lingua propria fuit Testamento veteri, exceptis libris Tobiæ, Judith, Esdra et Danielis, qui Chaldaice, et libro Sapienti® ac secundo Machabæorum qui grace primitus dati censentur : Graea lingua nativa erat Testamento novo, si Evangelium Matthæi et epistolam ad Hebraos excipias, quorum illud communis consensus, hanc Hieronymus et Theodoretus contra Origenem et Clem. Alexandrinum Hebraica, id est, Syriaca lingua primum prodiisse docent. Cæterum Scriptura Sacra autographa sive originalia hodie habemus nulla, sed solum apographa sive exemplaria, quorum editiones variæ prostant. In his vero maxime notanda est diversitas editionis Hebraic®, utpote qua* vel punctis vocalibus et accentibus caret, vel illis consignata est; cum hujusmodi notæ nec ab Auctoribus ipsis Sacrarum Scripturarum nec ab earumdem editoribus antiquis fuerint usurpatae, sed primum post Hieronymi tempora circa an. Christi 600, aut etiam serius inventa* et addita* a Judaeis Masorctis, sic dictis a masora, quae Critica qutedam sacra est, qua variæ in tota Scriptura notantur lectiones simulquc determinatur, quoties, quo loco, et qua forma quaelibet dictio in textu hebraico occurrat.

G. *Dico* V. *Versio* seu *translatio* Scriptura Sacra ex lingua primigenia in alienam a nonnullis dividitur universum in Hebraicam, Graeam, Latinam et Vernaculam : divisio tamen ista minime vera est et propria, nisi sub Hebraica inlelligantur illæ versiones, qua? ad illam linguam aliquomodo reducuntur, aut Graea versio respicial Vetus Testamentum; eum utraque lingua ex dictis sit Scriptura originaria.

Ad editionem *Hebraicam* reducuntur versio Samaritana. Chaldaica, Syriaca. *Samaritana* sermone Syro-Chaldaico et characteribus antiquis Hebraicis scripta est ante Christum ab Auctore incerto, et maxime libros Mosis complectitur; unde et PentateuchusSamaritanus appellatur. *Chaldaica,* non tam verbum verbo quam sensum sensu paraphrasiice redden 5, unde et Jiidæis *Tarijum* seu interpretatio dicitur, non ante scciihim a Christo quintum concinnata est secundum diversas Vet. Testamenti partes ab Onkeloso,

Jonathan) ni Josepho cæco; scatet migïs .ludah is et fabulis Thahniidistarmn. *Syriaca* versio Vol. Testamenti post Christi ortum olalx»rata est al» Aiictorp incerto, qùod idem (licendum videtur de Nov. Test, veraione, quam Syri a S. Murco Evangelista contectam putant.

Græca Vol. Test, versio est multiplex. Novem præcipuas aut saltem certas secundum chronologi® seriem hic subjicimus. Pest, qua? dicitur 70 *Interpretum.* reipsa autem a septuaginta duobus viris ante Christum natum seculo 3 ut Eusebius in Chronico, vel 7 ut Epiph. L. de Ponder, et mensur. scribit, confecta narratur. 2*. *Aquila»,* qui natione Ponticus, religione primum gentilis, deinde Christianus, postea, dum oh Astrologiæ judiciariæ studium ab Ecclesia pulsus, Judæus factus versionem an. æræ Christiana; 128. condidit. ‘P. *Theodolionis,* qui ex hæretico Marcionita mutatus in Judaeorum proselytum sacros libros an. I8G. transtulit. 4*. *Symmachi,* natione Samaritani primum Judtei, tum Christiani, demum Ebionitæ haeretici, an. 203. perfecta. 5a, *Hierichuntina,* sic dicta non ab Auctore, qui ignoratur, sed ab urbe llliericho, apud quam an. 217. fuit inventa : 6a. *Nicopolitana,* similiter a loco inventionis sic appellata, quæ in an. 228. incidit. 7*. *Origenis,* seu potius 70 Interpretum versio correcta; quam correctionem circa medium see. 3. Origenes ita instituit, ut quæ in illa versione non legebantur in textu Hebraeo et aliis versionibus, vel expungeret textu ex his substituto, vel quidem relinqueret, sed tamen notaret; pro signo substitutionis asteriscum, (pii formam stellæ radiantis vel hanc (X) referebat, pro signo relictionis obelum hujus (: —) formae usurpans et addens. 8a *Luciani* Martyris in persecutione Diocletiana passi, circa finem see. 3 adornata. 9a *Hesychii,* Episcopi in Ægypto et Martyris, qui see. 4 non tam versionem novam, quam 70 seniorum versionis emendationem accuratiorem edidit. Priores 4 versiones collegit Origenes in unum volumen, qualibet pagina in quatuor columnas distincta, quarum 1“ versionem Aquilae, 2a Symmachi, 3a Septuaginta interpretum, 4a Theodotionis, ordine hoc a majore cum textu hebraico conformitate desumpto, contineret, et *Tetrapla* nuncupavit : his columnis dum postea præfigeret in singulis paginis duas alias, quarum prior exhiberet textum Hebraicum litteris hebraicis, altera eumdem litteris graecis exaratum, hanc editionem *Hexapla* inscripsit : demum ubi sex illis columnis subjungeret duas alias columnas Hierichuntinam et Nicopolitanam continentes, hoc opus *Octapia* vocavit. De version!bus reliquis tribus S. Hier. præf. in Libr. Paralip. adnotavit, Hcsychianam Alexandriæ et in Ægypto, Luciauam Constantinopoli usque ad Antiochiam, Origenianain autem mediis inter illas provinciis vulgatam maxime fuisse, et posteriorem audiisse κοινήν seu communem.

Latina utriusque testamenti versio sub finem soculi 4 multiplex adeo erat et variabat, ut S. Hier. præf. in Josue diceret ejus tot esse exemplaria, quot codices, eaque S. Aug. L. 2. de docti*. Christ. C. II. numerari posse negaret. Inter has præ reliquis celebrabatur una incerti auctoris ad ductum 70 Interpretum Vel. Testamentum latine exhibens, quæ a S. Augustino 1. c. *Itala,* a S. Hier, in C. Isa. 14. *Communis et vulgata,* a S. Greg. in præf. ad Lib. Mor. C. S. *vetus* seu antiqua appellatur. Altera post hanc memoranda venit, quæ a S. Hieronymo adornata, relate ad priorem *Nova* vocatur. Ea in V. T. est duplex : prior, qua secundum versionem 70 Interpretum Jobum

Psalterium, Proverbia et Ecelesiasten e grroco transtulit in lalinuin, alios autem antiquæ versionis latina· libros duntaxat emendavit : p.slerior, qua tam libros Canone Helmeorum contentes, exceptis tamen Ecclesiastico, Sapientia et Baruch, quam absentes ab eo Canone Tobiam et Judith ex hehraico textu latine convertit. In N. T. non tam versionem novam, quam emendationem tantum version» antiquæ ad textum gracum S. Doctor confecit. Atque hæc N. T. emendatio summo stalim plausu suscepta fuit a plerisque, cum e.contra Vel. Testamenti ex hehraico in latinum translatio adversarios ab initio haberet plurimos; licet postmodum. ut de suo ævo Greg. 1. c. testatur, non minus ac antiqua usurpari cœperit. Ex versionibus his duabus coaluit tertia, quæ hodiedum *rulgatu* dicitur. Sectatur enim ea quoad V. T. antiquam versionem in libris Psalmorum. Sapientiæ, Ecclesiastici, Baruch et Maehabæorum ; novam vero ex hebraico translationem in libris reliquis : quoad N. T. demum habetur pro emendatiora Ilieronymiana. Recentiores versioues latinas, posterioribus seculis sive a Catholicis she ab Hrereticis factas, recensendo prosequi, nostri non videtur instituti.

Vernacula seu vulgaris versio dicitur, quæ lingua cuilibet regioni propria et patria concinnata habetur: adepquepro tanta idiomatum varietate oppido varia et midtiple.x facile intelligitur. Inter has ab antiquitate celebrantur, *Gothica,* quæ circa Cone. Nicæni tempora perhibetur facta ab Ulphila Gothorum Episcopo, ut Socrates et Sozomenus innuunt : *Coplica* sive *Ægyptiaca,* (piam circa idem tempus elaboratam Kircherus conjicit : *Æthiopica,* cujus jamS. Chrysostomus hom. 1. in Joan, meminit : *Armena et Persica,* (piarum mentionem facit Theodoretus; liCet posterior, ut nunc extat, videatur esse recentior.

7. *Dico VI. Sensus* Sacra Scriptlira est veritas verbis sacris scripto exaratis a Deo significata ; sumendo scilicet sensum passive, et Scripturam ut est verbum Dei. Dividitur in litteralem seu historicum, et spiritualem seu mysticum. *Litteralis* est. qui immediate significatur per verba sive proprie sive metaphorice accepta; quo etiam reducitur sensus propheticus, in quo visiones saltem divisirn non significant ut quod I). *Spiritualis* est, qui immediate significatur per res verbis indicatas, mediate autem per verba. Hic postremus subdividitur in allegoricum, anagogicum et tropologicum seu moralem, *Allegoricus,* qui est de re pertinente ad tidem aut Ecclesiam militantem : *Anagogicus,* qui est de re pertinente ad vitam aeternam aut Ecclesiam triumphantem: *Tropologicus,* qui est de re ad mores perlinente. Exemplum quadniplicis sensus occurrit in hac voce *Hierusalem,* quæ littcraliter urbem Palæstinæ, allegorice Ecclesiam Christi in terris, anagogice patriam caelestem, tropologice animam hominis in sacra Scriptura significat.

Prater hos sensus a Deo intentos superest alius, *accoinmodatitius* appella-

(1) Iu hujusmodi visionibus, non significatur *immediate* et *ut quod* imago objectiva v. g. *hircus* (Dan. c. 8) aut *flos* (Isa. c. 11), sed res per ipsam objectivant imaginem significata. nempe *Christus* vel /!< r *(inr<<>rum,* quatenus imago objectiva cum cognitione constituit unum signum *Christi* vel *Regis Græci,* ut fit in locutionibus metapboricis. (P. Erane. Xav. Witfeubofcr S'. J. Sacra Scriptura dogmatice ac polemice explicata.. Wircebnrgi, 1755.)

plures cum illa historia usi fuerint contra gentiles et Jnda'os, nec tamen commenti ab his sint accusati, omnino vera narrasse censendi sunt.

10. *Respondeo. II.* Quoad circumstantias ipsam versionem contingentes, ob conspirantia Auctorum nominatorum testimonia, probabilius videtur. 1Ù Rtvem Ægvpti fuisse Ptûlomæum Philadelphum; cum illius patrem Ptolomæum Lagi nominent soli Irenæus et Clem. Alexandrinus : alii voro recentiores, qui bibliothecæ erectionem ad tempora Ptolomæi Evergetis aut Epiphanis vel etiam posteriora removent, suam chronotaxin non admodum probent. 2® Eleazarim Pontificem fuisse eum, qui ad preces Ptolomæi misit Interpretes; adeoque vel manifesto anachronismo errasse vel memoria lapsum Justinum, qui Herodis auctoritate missos Interpretes in Apolog. scripsit : Epiphanius autem Synedrion missionis auctorem faciens facile conciliari potest. 3° Non solum Pentateuchum, sed omnes Hebrai canonis libros ah Interpretibus fuisse translatos; quamvis enim Aristæas, Philo cl Josephus Scripturarum Legis solum mentionem faciant, Legis tamen nomine acceptam a Judæis fuisse omnem Vel. Testamenti Scripturam Sacram ex Joan. 10. ac 15. et 1. ad Cor. 14. constat. Nec adversatur reipsa Hieronymus, utpote qui in commentariis Prophetarum passim versionis hujus mentionem facit : unde dum nonnunquam contrarium dicere videtur, id non asserendo sed subdubitando aut ex aliorum sensu fecisse dicendus est. 4° Translationem ab Interpretibus esse ex puris fontibus et rite faciam; quia rursus prater majorem circa hoc Auctorum consensum, id probat hujus versionis usus inter Apostolos, sanctos Patres et priorum seculonim Christianos vulgaris : unde discrepantia ejus a textu hebraico ad exemplaria corrupta, non vero ad autographum referenda est. ut ipse Hieronymus in Pref. l et 2 ad Lib. Paralip. facit ; qua ratione idem alibi aliud dicens est explicandus.

11. *Respondeo. III.* Quoad modum versionis facte (an singuli Interpretes scilicet in singulis cellulis inclusi fuerint, sicqne seorsim totam Scripturam iisdem plane verbis converterint, an collatis *invicem studiis interpretationem* fecerint) non satis exploratum sed adhïic sub judice lis est. Celhirarum mentionem primus fecit Justinus in admonit. ad gent., quem Irenæus, Clemens Alex. Cyrillus Hieros. sunt secuti; ncc dissensit Epiphanius, nisi quod voluerit binos singulis cellulis fuisse inclusos. Eidem âentenliæ adhæret Augustinus L. 8. de Civ., et favet Philo, dum ita scribit : *In eo secessu cum consedissent solitarii, nemine. interveniente arbitro, tanquam numine correpti prophetabant, non alia alii, sed omnes ad verbum eadem, quasi quopiam dictante singulis invisibiliter.* Contrarium tuetur Hieronymus in praf. ad Pentateuch., ubi sic loquitur : *Nescio quis primus auctor septuaginta cellulas Alexandria; mendacio suo extraxerit, quibus divisi eadem scriptitannt ; cum Aristæas et multo post tempore Josephus nihil tale retulerint, sed in una basilica congregatos contulisse scribant.* Et Aristæas quidem ita rem narrat : l *in singula inter se disserendo consonum quod edebant : rursusque ex us, in quibus omnium consensus accesserat, illa Demetrio habenda serrabant, qua? digniora et elegantiora videbantur. Extendebatur vero consensus hujusmodi et disceptatio ad nonam usque diei horam ; soluto vero hujusmodi*

consilio ad curanda corpora disceditur. Josephus autem sic refert : *Illi vero non parcentes labori, quam poterant accuralissime interpretabantur usque horam nonum assidentes operi... Mane autem regiam ingressi, salutato Rege, in eumdeni locum ad institutum negotium se referebant.* Accedit, quod juxta eosdem fuerit unicus codex Hebraicus, ex quo versio erat facienda; et quod ea absoluta Judæi Alexandrini fuerint convocati, ad audiendam examinandamque interpretationem : id quod de comimmiter facta rectius intelligitur; cum, si a singulis facta fuisset, plures inter se traductiones fuissent conferendæ, et unica coram Judæis prodegi non potuisset. Eadem dissensio regnat inier Recentiores eruditos.

Cum posteriore hac opinione conciliari nihilominus potest sententia statuens Interpretes hos fuisse divinitus inspiratos, ut non solum Patres pro priore opinione laudati, sed et ipse Hieronymus in praf. ad Paralip. senserunt; cum etiam ex mente Bellarmini revera miraculum sit, tot homines simul conferendo tam brevi tempore in singulis sententiis transferendis convenisse ; ac singularis Spiritus Sancti assistentia proinde necessaria fuerit.

ARTICULUS II.

An existai Scriptura Sacra.

12. *Nola. I.* Existere reipsa aliquam Scripturam Sacram facile deducitur ex sequentibus propositionibus, quarum veritatem vel per se certam vel alibi jam probatam hic supponere licet. 1. Existit Deus, seu ens, quo nullum majus aut melius excogitari potest. 2. Deo ab hominibus debetur cultus, seu officia honoris. 3. Norma hujus cultus est Dignitas Dei et ejus beneplacitum. 4. Modus colendi, qui Deo placeat, ex ejus revelatione est addiscendus. S. Revelatio hæc per rationis lumen communicari potest, et sic est naturalis; vel illud superare potest, et hinc est supernaturalis. 6. Cum experientia constet, rationis lumen in multis circa Deum deficere; consequens est revelationem supernaturalem fuisse necessariam, et Religionem supernaturalem existere. 7. Inter modos revelationem custodiendi convenienlior est Scriptura : inter religiones autem sola Christiana est vera et saltem evidenter credibilis. 8. Religio Christiana dirigitur et utitur revelatione scripta, ergo cum hæc religio sit vera, debet existere et dari revelatio scripta seu aliqua Scriptura Sacra.

Quamvis vero ex iisdem principiis colligi queat, Scripturam Sacram in specie et sensu vulgari acceptam existere; nihilominus de ejus existentia aliunde etiam probanda in præsens agetur. Ad quod praestabit inquirere, 1. An libri , qui dicuntur sacri sint veri ac genuini, et non supposititii seu Auctoribus falso attributi: 2. An sint integri, seu non depravati : 3. An sint divini, seu Deum pro auctore principali habeant?

13. *Nota. II.* Circa Ium conveniunt plerique, auctorem Pentateuchi fuisse Mosen, exceptis paucis de morte Mosis aliisque post illam eventis, quae vel Josue vel Esdras addidisse creduntur : Libri Josue enmdem Ducem cognominem, rursus exceptis paucis similibus ab Esdra aut alio Propheta additis : Libri Judicum elRuth vel Samuelem vel scriptorem incertum, Davide tamen

antiquiorem: Librorum Regum quoad initium Samuelem, quoad sequentia Prophetas alios narratis coævos : Paralipomonon Esdram et quoad aliqua Prophetas posteriores: Librorum Esdraprimi Esdram ipsum, secundi Nehemiam : Libri Tobi® utrumque Tobiam. exceptis duobus ultimis versibus, quos Auctor incertus de morte junioris adjecit : Libri Judith Eliachim Ponticem aut ipsam Judith : Libri Esther Mardochæum et ipsam Estherein : Libri Job Mosen, juxta alios ipsum Jobum : Psalterii totius l)a\idem : Proverbiorum, Ecclesiastic, Canticorum et Sapientia» Salomonem: Ecclesiastici Jesum filium Sirach : Prophetiarum tam majorum quam minorum Prophetas, quorum nomina libris sunt prafixa : Machabæorum scriptorem ignotum; quamvis primi Joannem Hircanum, secundi Judam Essæum auctorem quidam faciant. Novi Testamenti auctores vel ex ipsis inscriptionibus vel ex initio scriptionis cognoscuntur et sunt pervulgati. Præterea vero , licet veritati libri non obsit, eum aliquando periisse, postea tamen integro esse restitutum ; tamen si quis vel e memoria vel ex inspiratione hanc restitutionem faciat, vel libri ita restituti auctoritas vacillat, vel novum quasi auctorem nanciscitur : hinc pertinet huc illa quæslio ab aliquibus asserta : An Vet. Test, libri aliquando perierint?

Circa 2°” observa quæstionem hic non esse : an libri Scriptura Sacrae sint liberi a mendis vel incuria exscribentium vel oscitantia librariorum inspersis? sed ista : an malitia hominum non fuerint quoad paries substantiales depravati et corrupti, quod non nulli tribuunt Judæis quantum ad Vetus, et Hæreticis quantum ad Novum Testamentum.

Circa 3°“ adverte, quæstionem hic generalem duntaxat proponi necdum descendendo ad singularem divini afflatus modum, de quo in seq. art. agetur.

14. *Dico I.* Libri Scriplune Sacra non sunt suppositi, sed omnino veri. *Prob.* Libri illi non sunt suppositi sed omnino veri, qui scripti sunt ab iis auctoribus, quibus tribuuntur, et iis temporibus, quibus exarati feruntur; quia ex his notis alia scripta v. g. Commentarii Cæsaris, opera Ciceronis aut Avgistini ab omnibus Criticis nominantur vera et non supposita : sed libri Sacra Scriptura omnino scripti fuerunt tum ab iis Auctoribus, quibus tribuuntur; tum iis temporibus, quibus exarati perhibentur; ut constat ex perpetua Jndæorum et Christianorum traditione, quam et ipsi Ethnici Scriptores circa non paucos libros confirmant, nec ulla solida ratio destruit : ergo.

15. *Dico II.* Nunquam perierunt exemplaria omnia librorum Sacra Scriptura. *Prob.* Tempora, circa quæ cum aliquo fundamento asseri posset, exemplaria oinnia librorum sacrorum veteris duntaxat Testamenti periisse, sunt tantum duo, nempe captivitatis Babylonicæ et persecutionis Antiochi Regis; quia priori tempore excisa sunt urbs et templum Hierosolyma», posteriori autem Rex Legis libros scindi et comburi jussit; sed neutro tempore exemplaria omnia perierunt.

Quod enim *primum* attinet, 1. nec Scriptura, nec Jeremias in Threnis, quantumvis alia damna minutatim recensens, jactura hujus mentionem facit : 2. Certum est non in sola urbe aut templo Hierosolymitano fuisse

exemplaria librorum sacrorum : incredibile mitem videtur a nullo Judaeorum etiam pientissimorum, in triplici translatione abductorum, transportatum fuisse exemplar sacrorum voluminum: quin neca Jcremia, qui arcam et tabernaculum incendio subduxit, ereptos fuisse libros, qui tamen Dent. 31. v. 26. jubebantur reponi in latere arem foederis : 3. Populus e captivitate redux L. 2. Esd.c 8. petiit afferri librum legis Mosi, quem et Esdras scriba ibi dem attulisse et praelegisse scribitur. Unde consequitur, nec ex sola memoria humana, nec ex revelatione divina Esdram libros sacros penitus deperditos restituisse, sed eorum exemplaria extilisse etiam infra et post captivitatem Babylonicam, quorum postremum Lib. 4. Esd. c. 14., sed apocryphus insinuat : quamvis illius etNehemiæ opera et speciali Spiritus Sancti assistentia purgatum a mendis Scripturam concedamus, quod L. 2. Mach. c. 2. indicari videtur.

Quoad *secundum* patet 1° quia persecutio Ajmocm Regis Syriæ pertinebat solum ad duas tribus Israel et terras dominatui suo subjectas, non autem ad reliquas Orientis partes, in quas et plurcs alias Judæi dispersi erant : 2° quia teste S. Jacobo Act. 15. v. 21. ab antiquis temporibus libri Mosis singulis Sabbatis in qualibet Synagoga civitatum legebantur et explicabantur; unde constat nec in ipsa Palaestina funditus deletam esse omnem Scripturam Sacram, praesertim cum nulla ullibi habeatur mentio de restauratione sacrorum librorum post Antiochi tempora : 3° quiaL. 1 Mach. c. 3. ubi mentio lit impii illius mandati, legitur post excidium Hierosolymae convenisse Judæos, jejunasse, et expandisse libros legis : quin et Jonalhas ad Spartiatas ibid. c. 12. scribens dicit, Judaeis solatio fuisse sanctos libros, qui sunt in manibus eorum.

16. *Dico III.* Libri Scripturae Sacrae nunquam fuerunt ex malitia seu de industria universim depravati aut corrupti. *Prob.* de Vet. Testamento. Zm* *primis* non fuerunt depravati ante conditam Religionem Christianam ; 1. quia hujus depravationis nullus finis assignari potest; neque erat opportunitas, Prophetis plurimis et viris sanctis se alias huic consilio opposituris, aut Samaritanis saltem oblocuturis, qui suum Pentateuchum custodiebant : 2. quia mirabilis erat Judaeorum zelus ac veneratio erga sacros libros, quorum testimonia extant tum in ipsis Scripturis Sacris, tum apud Josephum L. 1. cont. Appion. et Philonem apud Euseb. L. 8. Præp. Evang. c. 2. loquentem : 3. quia nec Christus aut Apostoli hoc Judaeorum crimen non reprehensum reliquissent, nec Judaeos ad legendos sacros Codices et scribas audiendos fuissent hortati : 4. quia depravatio hujusmodi videtur contraria divinae providentiae, quæ teste S. Augustino et aliis Patribus Judaeos constituit Librarios, Capsarios et Scriniarios Christianorum, qui illos ex vaticiniis servatis convincerent de Christo.

Deinde nec fuerunt depravati post Religionem Christianam. 1. quia ob religionem Judaeorum erga sacros libros, subinde quoque superstitiosam, videtur incredibile ausos fuisse eos temerare, et sibi ipsis eripere veritatem : 2. quia odium in Christianos, quod tanquam motivum depravationis Judaicae assignari potest, impulisset cos ad rem moralitcr impossibilem; cum nec Judaei per totum orbem dispersi conspirare uno tempore potuerint, nec si ipsi conspirassent, depravare potuerint libros sacros a Christianis

custoditos : 3. quia depravatio, si qua» in odium Christianorum factu foret maxime concernere deliebat vaticinia de Christo et ejus Ecclesia; circa qiuo tamen tum satis fortia testimonia supersunt, tum exigua est dissonantia inter textum hebraieum et grecum aut latimun : quin textus hebneus non raro Judiuos magis urget, quam versio gra*ca aut latina ; i. quia Patrum nemo de ejusmodi corruptione unquam fuit conquestus; cum querela' Justini et Origenis ad versionem 70 Interpretum. Chrysostonn et Hieronymi ad versiones Aquilæ, Symmachi ac Theodotionis pertineant.

Prob, de Nov. Test, similibus fere argumentis. Nam I. universalem textus græci depravationem impossibilem luisse, constat tum ex dispersis per omnem terram exemplaribus, tum ex perpetua contentione Catholicos inter et hæreticos; quorum illi si corrupissent, id hi mox exprobrassent ; aut illi vicissim, si res ab his foret tentata : 2. nec tempus, nec modus, nec auctores depravationis hujusmodi proferri possunt : 3. neque ante Photii schisma Greet originarium textum corruperant; cum probabile hujus criminis moth um fingi queat nullum : neque post illud exortum; cum in Conciliis Lateranensi 1°. Lugdunensi et Florentino, ubi tamen plura dissensionum capita proferebantur, Latini nunquam hanc Greets depravationem objecerint : Scriptores, Episcopi, imo et Sacerdotes aliique ad Scripturam Sacram in horis canonicis legendam adstricti, nihil unquam de hoc crimine sunt suspicati; quod tamen vix videtur credibile, si quæ corruptio foret invecta.

17. *Dico IV.* Libri Scripture Sacra Deum habent principalem auctorem, et sunt auctoritatis divinæ. *Prob.* Libri Sacre Scripture legales conditi sunt ab hominibus sanctissimis, auctoritate patrandorum miraculorum munitis, ac divinitus missis ad promulgandam legem Dei ac Evangelium Christi : prophetici continent praedictiones ignotissimarum rerum eventu ipso accurate comprobatas : sapientales sanctitatem, puritatem et sublimitatem doctrinae proponunt humanae sapientia* passim inimicam et sæpe superiorem : historici easdem prorogativas vel omnes vel aliquas participant : ergo Deum habere auctorem debent Con/. ex summa auctorum diversissimis temporibus, locis ac conditionibus scribentium consensione et concordia; ex mirabili sacrorum librorum a tanto tempore ac inter tot vicissitudines conservatione; ex religiosissima veneratione, qua tot ac tanti homines libros hos omni tempore sunt prosecuti adeo ut pro veritate in iis contenta fortunas ac sanguinem profundere non dubitaverint : ex miraculorum multitudine et insolentia, quibus eadem veritas fuit confirmata etc.

18. *Observa.* Cum Scriptura Sacra existentia fundamentale ac pragmaticum Religionis Calholicæ dogma sit, quod proinde et a Deo revelatum et infallibili auctoritate nobis applicatum esse oportet ; allata hactenus pro veritate, integritate ac divinitate existentis Scriptura' Sacra argumenta rem omnem conficere minime possunt, utpote qiUB forsan moralem certitudinem non superant, nec revelationem divinam produnt. Quare pnecipuum pro stabilitis assertionibus argumentum ex Traditionibus atque Ecclesiæ definitione necessum est desumi; ut satis declaravit Augustinus, dum L. Ride Civ. c. 23. scripsit : *Libri apocryphi vocantur, eoquod eorum occulta orif/o non claruit Patribus, a quibus usque ad nos auctoritas veracium scripturarum*

certissima cl notissima successioni' pervenit; cl ubi L. coni, cpist. fundam. ('. 4. ait: *INani/clio non crederem, nisi Ecclesiæ Calholicæ me moveret auctoritas.* Hire tamen hic indicasse duntavat sufficiet ; cum de isto argumentorum genere infra sil uIxtjus tractandum. Quæ contra ipsam thesium positarum veritatem obmoveri possunt, quoniam per universam Scriptnram diUimduiiliir, methodo compendiaria perstringere non licet; adeoque repetenda sunt c\ Scriptura Sacha dogmatice et polemice explicata, quam hic loci impressam consulere datur.

ARTICULUS III.

Sub qua ratione el extensione Seri[dura .Sacra Deum habeat auctorem?

19» *Nota.* Triplex concipi potest modus, quo Deus mentem scriptoris aiictijus aflicial. I"4 est *specialis assistentia,* stans in peculiari auxilio, quo Densita adest scriptori, ut ne inter scribendum erret aut mentiendo, aut falsum proferendo, aut defectum quemcumquc committendo, qui impediat, ne scriptio ad Dei directionem referri queat : 2US est *inspiratio,* quæ præter specialem assistcnliain dicit incitationem quamdam interiorem motumque insolitum, quo quis ad scribendum impellitur, sine rationis tamen et libertatis periculo : 3US est *revelatio,* quæ memoratæ inspirationi superaddit veritatis antea ignotæ factam divinitus manifestationem. Potest autem trifarius hic modus spectari et pertinere vel ad libri sacri generale tantum argumentum et scriptionem universim, vel ad singulas etiam ejus sententias et veritates carumquc ordinem, xcl ad singula quoque verba eorumque compositionem seu phrasin et stilum.

Porro ex superiori articulo non tantum contra Atheos et infideles constat, aliquo ex recensitis modo Deum affecisse Scriptores sacros; sed et specialem illis Dei assistentiam esse asserendam, contra ac senserunt olim Anomæi aliique Hæretici a S. Hieronymo refutati, et proximis seculis Erasmus, Grotius, Episcopius, Spinosa, nonnulliquc Batavi, qui Scriptores canonicos in rebus levioribus, fidem ac mores non spectantibus, sibi fuisse relictos errorique obnoxios docuerunt : quandoquidem hoc casu libri sacri nomen ac essentiam Scripturæ divinæ minime retinerent, neque ex illis argumentum ullum firmum depromi posset; cum instrumentum ex parte falsum reputetur falsum simpliciter, ut Legistæ, 1. si ex falsis C. de Transact., docent. Accedunt præter communem Theologorum Orthodoxorum consensum testimonia Patrum, qui Sacram Scripturam non tantum a mendacio et falso, sed etiam ab otioso cl superfluo liberam declararunt ; qualia sunt S. Clementis in cp. ad Cor. S. Justin, in 2. Apolog. S. Iren. L. I adv. hær. c. 46. et Π. Clem. Alex, in exhort, ad Gent. Ambros. in ep. ad Justum, Hieron. in comment. ep. ad Philem. Chrys. horn. 1. ad pop. Antioch. Augustin. L. 2. de cons. Evang. c. 12. et.ep. 8. et 29. Epiphan. hær. 76. et aliorum.

Præterea etiam facile ab omnibus tribuendum videtur, non omnia in Scripturis Sacris contenta a Deo esse revelata, siquidem revelatio in sensu proprio nuper exposito accipiatur. Quæ enim Scriptores sacri vel oculis viderant, vel ex alienis scriptis didicerant, nequeunt sub manifestatione divina veritatis antea ignotæ comprehendi : Atqui tamen Alo>es Ægyptioium

plagas, Josie Israelitarum praelia, Joannes Christum in cruce inorionlemrl ahi alia propriis oculis usurparunt; Lucas vero c. I. v. 2. sui Evaugelii testatur historiam c\ traditione el sermone aliorum ab se haustam; Scriptor tandem Machabæorum L. 2. c. 2. v. 24. profitetur a se breviari uno volumine, quæ a Jasone Cîrenæo quinque libris sunt comprehensa. Vicissim vero negari non posse videtur, plura ex revelatione divina, qualia maxime sunt Prophetiæ et mandata divina, esse conscripta. Atque huc potissimum pertinet illud Psal. 44. v. 2. *Lingua mea calamus scribat velociter scribentis,* et illud Jercm. 36. v. 18. *Ex ore suo loquebatur quasi legens ad me omnes sermones istos ; et ego scribebam in columine atramento :* Item Luc. 1. v. 70. Act. i. v. 16. et 3. v. 18. ad llebr. 1. v. 1. etc.

Tandem inter Catholicos quoque convenit, non. solum specialem assistentiani, sed el quamdam Spiritus Sancti inspirationem Canonicis Scriptoribus esse vindicandam ; tum quia 2. ad Tim. 3. v. 16. dicitur *omnis Scriptura esse divinitus inspirata et utilis,* ut ex textu græco et praecedentibus verbis manifestum est : tum quia alias Scriptura Canonica non magis divina foret præ canonibus Ecclesite, in quibus condendis specialem Dei assistentiam locum habere, infra ostendetur. I num itaque, quod hic examinandum assumimus, est inspiratio magis particularis et revelatio minus propria, quæ stat in expressa et immediata propositione vel designatione dix ina rerum, sententiarum et verborum singulorum ; et versatur etiam circa ea, quæ scriptor sacer sive naturaliter sive supernaturaliter jam comperta habet. Hujusmodi inspirationem Scripturae Sacræ necessariam et Scriptoribus sacris omnibus concessam negarunt Lessus, Hvmelivs, Bonfrerics aliique nonnulli : affirmarunt vero praeter plures alios Facultates Theologicæ Lovaniensis et Duacena. quæ et priorem sententiam an. 1387. et 1388. censuris theologicis notarunt.

20 *Dico I.* Deus res saltem seu veritates et sententias, in libris sacris expressas, Scriptoribus sacris specialiter inspiravit

Prob. I. Auctoritate. Imprimis enim Patres testimonium Pauli nuper laudatum de inspiratione magis particulari accipiunt ; nam Basilius prooemium in Psalmos sic orditur *:Scriptura omnis divinitus inspirata el utilis hac una ratione a Spiritu Sancto conscripta asseritur* etc. Greg. Nvssen. Or. 6. cont. Eunom. ait : *Quacumque Sacra Scriptura dixit, Spiritus Sancti sunt effata... ergo numine afflati sancti vates virtute Spiritus Sancti inspirantur, et ideo omnis Scriptura divinitus inspirata dicitur.* Joan. Darnasc. L. E Orth. fid. C. 18. *Per Spiritum Sanctum et Lex et Prophetœ et Evangélistes et Apostoli et Pastores et Declares verba fecerunt; ex quo fit, ut tota divinitus inspirata Scriptura procul dubio utilis sit.* Deinde idem aliunde aperte enuntiant; Sic Iron. L. 2. cont, hær. c. 47. scribit : *Scriptum quidem perfectœ sunt, quippe a verbo Dei et Spiritu ejus dictatœ.* Scriptor antiquus contra hæresin Artemonis apud Euseb. L. 3. hist. Eccles. C. 28. ita loquitur : .lut *etiam Sacras Scripturas a Spiritu Sancto dictatas esse non credunt, ac proinde infideles sunt: aut semetipsos Spiritu Sancto sapientiores esse existimant,* Chnsost. hom. 21. in C. 3. Genes, inquit: *Xihil hic scriptum est, quod non multas habeat sensuum divitias; quandoquidem divino Spiritu afflati sunt locuti* Greg. Neocæs. Serm. 2. in Annunt B. V. hæc habet : *Per sanctorum Proche-*

larum el Apostolorum linguam Dominus nosier loquitur... quando porro Evangelium legitur vel Apostolicum, non libro attendas aut lectori, sed Deo e, call's loquenti. etc.

Prob. II. Ratione. Ac 1° quidem Scriptura Sacra est *Verbum Dei el non hominum,* ut ex cp. 1. ad Thcss. 2. \. 13. liquet : sed si Deus moveret Scriptores tantum ad scribendum et assisteret illis, nc falsum scriberent, non autem res saltem el sententias proponeret, vel menti designaret, foret verbum hominum el non Dei, ut pàtet ex exemplo hominis duntaxat incitantis el alteri assistentis : ergo. 2° Scriptura Sacra secundum Trid. Sess. 4. in decret, de Canonicis Scripturis est *a Spiritu Sancio dictata* : sed si nequidem res et sententias Spiritus Sanctus suggereret, aut conceptus inspirando, aut ad hunc præ illo determinando, nulla ratione Scriptura diceretur dictata a Spiritu Sancio: ergo. 3°. Quidquid potest credi tide divina, debet esse revelatum a Deo; cum fidei motivum sit auctoritas Dei revelantis seu loquentis : sed omnes veritates, seu res ac senlentiie in Scriptura content®, possunt credi lide divina : ergo.

Objectiones.

21. *Objic.* Scriptores sacri aliunde, quam inspiratione divina, interdum excitati ad scribendum fuerunt ; nam Marcum a fidelibus ad Evangelicam scriptionem impulsum testatur Hieron. L. de Script. Eccl. his verbis : *Marcus discipulus et interpres Petri, juxta quod Petrum referentem audierat, rogatus Romæ a fratribus, breve scripsit Evangelium;* quod idem Clem. Alex, et Euseb. asserunt. Joannem vero ad scribendum ab Asiæ Episcopis incitatum, Beda in Comm. ad G. 1. Joan, commemorat : ergo ne ad sententias quidem admittenda est inspiratio specialis.

R. ad Arg. N. .1. *et Conseq.* Divin® enim inspirationi non obest pia fidelium postulatio; tum quia utraque stare simul et ad excitandum scriptorem concurrere potest : tum quia Deus in cordibus fidelium excitare poterat bona illa desideria, quorum occasione et ipse intus afflabat Scriptores sacros, ut fidelium precibus victi ad scribendum manus darent. Beipsa id contigisse, Clem. Alex, apud Euseb. L. 2. hist. Eccl. C. 15. ita narrat : *Quod cum Petrus per revelationem sancti Spiritus cognovisset, delectatus ardenti hominum studio, librum illum auctoritate sua comprobasse dicitur, ut deinceps in Ecclesiis legeretur;* Ibidem vero L. G. C. 1*l.* refertur sic enuntians : .1/ *Joannes omnium postremus, cum videret in aliorum Evangeliis ea, qua ad corpus Christi perlinent, tradita esse, ipse divino Spirituafflalus, spiritale Evangelium familiarium suorum rogatu conscripsit.* Beda tandem L c. liæc de S. Joanne addit : *se non aliter facturum respondit, nisi indicio jejunio omnes in commune precarentur, ut illo donante digna scribere posset; et hoc ita patrato, instructus revelatione coelesti ac Spiritus sancti gratia inebriatus, omnes lucrclicorum tenebras patefacta veritatis luce dispulit.*

Inst. 1. Ipsi Scriptores sacri auctoritatem dictorum suorum repetunt vel a propria experientia, ut Joaxxes C. 19. v. 35. vel a testimonio fide dignorum, ut Lucas G. I. \. 2. facit : ci-go eam gratis tribuimus inspirationi.

Il. I). A. Ipsi Scriptores sacri advertenler cl quasi reflexe inspirati repetunt etc. 5. inadvcrlenler el exercite tantum inspirati, *subd.* repetunt auctoritatem dictorum suorum humanam ab experientia vel testimonio, C. divi-

nam. N. Duplex est inspiratorum classis; alii revelationum Uriel inspirationem advertunt el experimento quasi cognitam habent : alii, quamvis inspirati dicant vel scribant, muneris tamen divini experimentale critérium non habent. Duplici etiam Scriptura Sacra munitur auctoritate; altera huniaiia, quæ pendet a tide et diligentia scriptorum aut testium; altera divhia, quæ per Dei revelationem conciliatur. Ad l"" inspiratorum classem Propheta· spectant; qui proinde, ad conciliandam suis scriptis auctoritatem divinam usurpabant frequenter hujusmodi formulas: *llav dicit Dominus ; Factum est verbum* vel *sermo Ihuuini ad me dicens* etc. ad 2"" classem refertur CaiphasJoan. II. v.5D. et perlinent sacri Scriptores alii, qui dum evidentiam de inspiratione sua non habebant, ad comparandam scriptis suis auctoritatem humanam, ad experientiam propriam vel aliorum testimonium, vel rationem aut historiam provocabant, quin tamen inde divina auctoritas eorum scriptis negari queat; cum har ab ipsa inspiratione aliunde nobis probata, non vero ab inspirationis conscientia scriptori data oriatur.

Inst. 2. lidem testantur et traduntur, aliqua ex se ipsis, non vero a Deo inspirati, dicere et aflerre: nam Paulus 1. ad Cor. 7. v. 12. ait : *Caderis ego dico, non Dominus;* et 2. ad Cor. 11. v. 17. *Quod loquor, non loquor secundum Deum :* Chrvsost. autem hom. 49. in C. 2.3. Act. Apost. de Paulo ait : *Iterum humano modo disserit, et non semper gratia fruitur, sed etiam permittitur a seipso afferre, quod sane et facit:* Basil. L. 5. cont. Eunoin. C. penult, inquit : *Prophetæ aliquando a Deo, aliquando a se ipsis loquuntur;* cujus exemplum Origen, hom. 16. in C. 2.3. Num. in Propheta Gad producit. Ergo.

R. D. .1. Scriptores sacri testantur et traduntur qiuedam ex seipsis dixisse et attulisse, si praevise consideretur objectum Scripturae, C. si ipsa scriptio attendatur. N. Damus equidem in Scriptura commemorari nonnulla a Prophetis et Apostolis dicta vel facta, quorum auctor non fuit Spiritus Sanctus : contendimus vero scriptionis, qua res etiam hujusmodi ab illis exarantur, nihilominus divinum Spiritum fuisse auctorem. Verba Pauli in iJ ep. juxta sinceram interpretationem referuntur ad dicta ibidem v. 8. *Dico autem non nuptis et viduis : bonum est illis si sic permaneant, sicut et pgo;* adeoque sensum habent eumdem cum his v. 25. *De virginibus præceptum Domini non habeo, consilium autem do.* Quamvis autem his verbis consilium duntaxat Apostolus proponat; tamen et hoc consilium habebat a Deo, ut testatur v. 40. *Beatior autem erit, si sic permanserit secundum meum consilium : puto autem, quod et ego Spiritum Dei habeam;* et ut id scriberet, a Deo fuit inspiratus, ut Aro. L. I. de adult, conjug. 18. docet. In 2* ep. autem de inspiratione non agitur, sed verborum sensus est hujusmodi : Dum loqui intendo et incipio de meis laudibus, si res spectetur secundum se. non erit hoc, nec videlH»r agere secundum licum et principia actionum divina : si tamen charilas et necessitas specietur, ne videlicet, mc contempto, pseudo-Apostolos glorificetis ; apparebit me recte agere et secundum ebristiana virtutum principia. Chrysostomi sermo non agit de scriptis quibusdam a Paulo canonice exaratis, sed de verbis illis, quæ is pro sui defensione Act. 2.3. coram Principe Sacerdotum protulerat : h;ec vero tametsi a Paulo non inspirato dicta fuerint, sunt tamen a Luca inspirato litteris custodita. Similiter Origenes et Basilics non loquuntur de ipsa scriptione sacrarum litterarum, sed de dictis quibusdam aut gestis, quæ in Scriptura di· initus inspirata referuntur.

/n.s/. .3. Si Scriptores sacri fuerunt divinitus inspirati, non indiguerunt diligentia, inquisitione, meditatione ac labore; quia, ut Chrys. hom. .32. in I. ad Cor. scribit : *Qui Spiritu omnia loquitur, non laborat :* sed contrarium accidit quibusdam Scriptoribus sacris, ut ex Luc. 1. v. .3. et 2. .Machab. 2. v. 27. et .31. patet : ergo.

/L *D. M.* Si Scriplores sacri fuerunt reflexe, inspirati, et quidem per revelationem proprie dictam, non indiguerunt meditatione et labore, C. Si tantum exercite inspirati fuerunt, et per revelationem duntaxat minus propriam, N. Dari in inspiratione ac revelatione diversitatem ex prioribus responsionibus el num. 19. dictis liquet, ubi et diveraam scriptorum conditionem exposuimus : Chrysostomi verba ad priorem inspiratorum classem pertinere, probat discrimen hic loci a S. Ductore Prophetas inter et Doctores statutum, quorum illos nihil laborare dicit, quia spiritu suggerente futura praedicunt, hos autem laborare, quia multa quoque ex se ipsis disserunt.

22. *Dico II.* Deus non videtur specialiter inspirasse semper sacros Scriptores quoad singula etiam verba et phrasin.

Prob. I. Auctoritate. Patres imprimis aequalem verborum ac sententiarum curam habendam negant ; ut Hier, in ep. adPammach. scribit : *Alii Syllabas aucupentur, tu quære sententias... obtrectatores mei quaerant et intelligant, non verba in Scripturis consideranda, sed sensus;* et Aug. L. 2. de Cons. Evang. C. 66. *Quod nosse, utile est et ipsi fidei, ne putemus, quasi consecratis sonis ita muniri veritatem, tanquam Deus nobis quemadmodum ipsam rem, sic verba commendet.* Deinde inspirationem verborum rejiciunt, quod Origenes satis declarat, dura ab Euseb. L. 6. hist. Eccl. c. 18. inducitur de epistola ad Hebraeos ita loquens : *Sed ego dico, sicut a majoribus mihi traditum est, quia manifestissime Pauli est, et semper omnes majores nostri eam ut Pauli epistolam susceperunt. Si vero requiras a me, per quem sit ejus sermo compositus, pro certo quidem, Deus viderit : opinio tamen, quæ ad nos usque pervenit, hujusmodi est. A quibusdam dicebatur, quod Clemens Apostolorum discipulus et Episcopus urbis Roniæ græco eam sermone non tamen sensibus expoliverit : alii quod Lucas* etc. Agoardls Lugd. Ep. autem in L. cont. Fregedis. sic enuntiat : *Apparet etiam in his verbis vestris, quod ita sentiatis de Prophetis et Apostolis, ut non solum sensum prædicationis et modos vel argumenta dictionum Spiritus sanctus cis inspiraverit, sed etiam ipsa corporalia verba ipse formaverit : quod si ita sentitis, quanta absurditas sequetur, quis dinumerare poterit ?*

Demum phrasin stylique compositionem tribuunt proprie Scriptorum sacrorum industria?. aut imperitiae; cujus quidem exemplum praebet Scriptor sacer Libri 2 Machabæorum, qui C. 2. v. 27. de se sic loquitur : *Et nobis quidem ipsis, qui hoc opus breviandi causa suscepimus, non facilem laborem imo vero negotium plenum vigiliarum et sudoris assumpsimus;* sub finem vero operis, nempe C. 15. v. .39. ita scribit : *In his faciam finem sermonis : et si quidem bene et ut historiæ competit, hoc et ipse velim : sin autem minus digne, concedendum est mihi.* Simile, testimonium de S. Paulo tradit Hier, in ep. ad Algas, q. 10. sic disserens : *Illud quod crebro diximus* (etsi imperitus sermone, non tamen scientia) *nequaquam Paulum de humilitate sed de conscientia veritate dixisse, etiam nunc approbamus : profundos enim el recon-*

(/»7α< 5<'»λ η .< *lingua non explicat, in alienas aures puro non potest transferre Sermone; quem cum in vernacula lingua habeant disertissimum, se ipsum interpretari cupiens involvitur.* Idem in comment, epist. ad Ephes. C. 3. Origen, in Philocalia a Greg. Nazianzeno el Basilio collecta c. I. Arnobius L. I. cont.gent. aliique non pauci docent in sacris litteris reperiri inconcinnas phrases, solœcismos etiam et barbarismos, qui Scriptoribus sacris exciderint, Deo autem inspiranti tribuendi non videntur.

PπΛ. *II.* Ratione. Et quidem 1°. It Scriptura Sacra dicatur vere ac proprie wrbnm Dei. adeoque summam et divinam habeat auctoritatem, sufficit res omnes et singulas sententias esse inspiratas, verba autem saltem confuse a Spiritu Sancto fuisse simul subministrata; tum quia ratio verbi divini plus non exigit, ut patet in traditionibus divinis, quæ commune genus verbi divini cum Scriptura Sacra participant : tum quia infallibilitas loquentis Dei non tam ex vocibus aut verborum liguris, quam ex veritate ac sensu dependet : ergo specialis inspiratio etiam verborum ac phraseos necessaria non est : ergo cum aliunde ostendi nequeat actualis inspiratio verborum facta, ut ex solutione objectionum constabit. Deus non videtur sacros scriptores semper inspirasse quoad singula verba eorumque phrasin. *Conf.* Si Princeps aut Rex Amanuensi generatim duntaxat declarat, quid epistola continere debeat, quo stilo earn velit exarari, humiliori scilicet aut sublimiori,sine aut cum testificatione honoris et observantia* erga eum. ad quem dirigitur: sic exaratæ litteræ habentur et leguntur ut principis litteræ et epistola regia, in iisque solus Rex aut Princeps et nullatenus Amanuensis loquitur : ergo cum in Scripturis Sacris exarandis non tantum idem sed plus etiam a nobis asseratur, hæ licet quoad verba singula specialiter non inspiratæ, erunt nihilominus vere ac proprie verbum Dei.

2°. Moses præcepta Decalogi, Evangelista* vocem Domini post Christi baptismum de coelo faciam, iidem et Paulus institutionem Eucharistia? diversis vocabulis et vocabulorum constructione referunt : sed nisi dicamus sententias tantum esse inspiratas, sacri Scriptores ab errore et falsitale. aut Spiritus Sanctus a mendacio excusari nequeunt : ergo. *Conf.* In primo Moses Exod. 20. v. I. sic profatur : *Locutusquc est Dominus cunctos sermones hos :* Dent. 5. autem v. 5. et 6. ita loquitur : *Facie ad faciem locutus est nobis in monte de medio ignis. . . et ait.* in secundo autem Matth. 3. v. 17. hæc habentur : *Et ccce vox de, ctelis dicens;* Marc. I. v. 11. *Et vox facta est de coelis;* Luc. 3. v. 22. lar *de rcelo facta est.* Iu tertio denique Mattha us 26. v. 27., Marc. I i. v. 2!.. Luc. 22. v. 19. et20., Paulus I. ad Cor. II. v. 21. pnemittunt consecrationis formula* has voces : *dirent, ait, dixit* : ergo cum his vocibus exprimantur verixi Dei aut Christi vere et proprie talia, et tamen in ipso sermone relato habeatur diversitas vocabulorum et phraseos, sequitur ad veritatem et pivprietatem verbi divini sufficere inspirationem sententiarum, nec illam vocabulorum esse necessariam.

3°. Tr id e n t is. Sess. 1. in Decr. de Canonicis Scripturis, Vulgatæ editioni latinæ tribuit auctoritatem divinam et rationem verbi Dei. dum ita inquit* *si quis autem libros ipsos integros cum omnibus suis partibus, prout in Ecclesia Catholica legi consueverunt, et in reteri vulgata latina editione habentur pro sacris et canonicis non susceperit. - - - ; anathema sit :* sed omnino certum est. editionis nostra* vocabula et phrasin dici non posse divinitus

λ;

inspirata; el Hieron. in Præf. I. Judith, de translatione a se facta testatur, *manis sensum e sensu, quam e.r verbo verbum fuisse translatum :* ergo. *Conf.* Idem Cone. Sess. eadem in decr. de editione et usu sacr. libr. *statuit et declarat, ut ha-c ipsa relus et vulgata editio, quæ longo tot secutorum usu in ipsa Ecclesia probata est, in publicis lectionibus, disputationibus, prædicalionilms et expositionibus pro authentica habeatur; et ut nemo illam rejicere i/uovis prætexlu audeat vel prwsumat :* sed nisi sufficeret inspiratio sententiarum, versio vulgata non foret habenda tanquam authentica, possetqne rejici ex hac maxime causa, quod etiam in rebus ad fidem et mores pertinentibus vocabulorum et constructionis diversitas hic occuiTat : ergo.

23. *Objic.* Scriptura Sacra loquentibus et praedicantibus hominibus sacris tribuit inspirationem verborum et vocabulorum ; ut constat ex Isa. 51. v. 16. *Posui verba mea in ore tuo;* ex Mattii. 10. v. 19. *nolite cogitare, quomodo aut quid loquamini : dabitur enim vobis in illa hora, quid loquamini;* ex Joan. 14. v. 26. *Spiritus Sanctus, quem mittet Pater in nomine meo, ille ros docebit omnia et suggeret robis omnia, quacumque dixero vobis :* ergo id etiam est concedendum Scriptoribus sacris.

Λ. *ad Arg.* Si sermo sit de quibusdam duntaxat oratoribus et scriptoribus aut specialibus elocutionis et scriptionis materiis, C. *totum;* cum plerique nostræ sententiae Patroni dent verba etiam illa fuisse inspirata, quibus exprimuntur prophetia·, mysteria, et alia graviora vel altiora ab humanis sensibus remota : si vero de omnibus tam auctoribus quam argumentis et universim fiat enuntiatio, *N. Ant.*

Ad prob. 1. *ll.* Inde nihil confici; tum quia hoc testimonium ad unum duntaxat et quidem Prophetam pertinet : tum quia *verbum* non tantum pro vocabulo quocumque et parte orationis sed etiam pro integra propositione ac sensu accipitur, ut patet ex Scriptura Sacra Ezech. 3. v. 17. *Audies de ore meo verbum et annuntiabis ex me;* et ex profana apud Terent. *Verum illud verbum est, quod vulgo dici solet ;* ubi verbum loco proverbii Comœdus usurpat.

Adprob. 2. Λ. Sicut ex hoc textu minime probatur, vetitum fuisse Apostolis in judicio comparituris, ne prudentem responsionem praemeditarentur; nec ita semper fuisse loculos, ut in hujusmodi responsionibus nihil de suo addiderint; cum contrarium ex Patribus num. 21. laudatis constet : sic multo minus colligi inde potest, quod omnia et singula verba illis fuerint inspirata, aut, sicut in asina Baalam loquebatur Angelus Dei, sic etiam locutum semper Spiritum sanctum in Apostolis et martyribus quaestioni subjectis.

Ad prob. 3. *H.* Praeterquam quod instructio et refricatio memoriae hic promissa non exigat vocabulorum omnium et phrasis determinatae inspirationem, sed sententiarum ac rerum duntaxat propositionem; textus hic maxime pertinet ad stabiliendum verbum Dei traditum circa sensum Scripturarum et œconomiam Ecclesiæ ; pro hoc autem inspirata esse Scriptoribus Ecclesiasticis etiam verba, nemo facile asseruerit.

Inst. 1. Patres aperte videntur fuisse in sententia affirmante singulorum etiam verborum inspirationem. Nam. 1. Grec. Neocæs. (num. 20.) laudatus monet attendendum legenti Evangelium, *ut Deo loquenti;* el Avo. L. 1. de

Cons. Evang. C. 33. docet non aliter legendum Evangelium, *quam s/ ipsam manum Domini, quam in proprio corpore gestabat, scribentem conspexerit.* 5. Bvs. L. de Sp. S. ait : *nullam vocem* in Scriptura *oportere iudiscussam relinquere.* Origen. L. 4. Periarch. C. 2 docet: *per singula verba latentes investigandos 'sensus:* Chrys. hom. 22. in Genes, dicit : *Neque vel syllaba ve l upiculus est in sociis litteris, in cujus profundo non sit grandis thesaurus ;* Hieron. in com. ad C. Ii. Malth. et ad C. 3. Ephes, scribit : *Singuli sermones, syllabe?, apices, puncta, in divinis Scripturis plena sunt sensibus.* 3. AtG.Tr. 120. in Joan, ait : *Ecangelislam vigilanti verbo esse usum, ut non diceret, latus ejus percussit, aut vulneravit, aut aliud quid; sed aperuit :* similem observationem de verbo *aspirat* dies, Bern. Serin. 72. sup. Cantic. facit. 4. Aro. ep. 14. asserit, se *nullius hominis libris tantum deferre, quantum divinis litteris: non ob veritatem, quæ par est in utrisque, sed ob verba phrasinque dictantis, qui est Spiritus Sanctus.* Ergo.

Λ. -V. J.wrt. *Ad prob.* 1. *R.* Gregorii et Augustini testimoniis recte probari summam Evangelio habendam reverentiam, non autem omnium vocum inspirationem factam ; cum idem moneri possit circa legem a precone promulgatam et epistolam a scriba regio exaratam, ubi tamen Rex non omnia omnino verba sed sententias duntaxat dictavit, ut in probatione thesis est ostensum.

Ad prob. 2. *R.* Patrum verba non accipienda esse in sensu universali absoluto,sed accommodo, non in rigore mathematico, sed inacccptione morali, Proliant ipsa eorum effata; cum Hier. ep. 103. ad Paulin, scribat : *Singulæ pene syllabe?spirant cœlestia Sacramenta.* Et Chrys. 1. c. hanc rationem addat: *Nihil enim temere vel fortuito loquitur scriptura divina.* I ude illorum scopus et sensus hic est : Omnia scripture verba diligenter sunt expendenda ; quia multa sunt divinitus inspirata, nulla otiosa ac inutilia, omnia aut habere possunt aut habent sensum reconditum; ad quæ duo postrema sufficit adfuisse scriptori assistenliam divinam et subministrationem vocabulorum saltem confusam.

Ad prob. 3. *R.* Cum solum negemus, omnia et singula verba divinitus esse inspirata, adeo nobis non obest duarum vocum hic asserta inspiratio, ut potius alias etiam mullas inspiratas facile concedamus. Cæterum nequidem hoc, quod liberaliter damus, probatur ex allatis testimoniis. Algcstinüs enim asserens, Evangelistam verbo vigilanti esse usum, diligentiam scriptoris et industriam, non vero inspirationem divinam laudat; maxime cum ad usurpationem vocabuli *aperuit* suffecerit notitia mysterii per apertum Christi latus significati, minime autem scriptori sacro fuerit necessaria vocis inspiratio. Quod vero ex voce *aspirat* Bern vrdîs colligat, *in sacri eloquii textu nec modicam cacare partic ulam,* ostendit quidem nihil temere ac fortuito nec otiose aliquid aut inutiliter insertum esse scripture, sed omnia esse scripta Deo invigilante et providente, ne voces superflua* aut ad sensus inspirati expressionem minus idoneæ adhiberentur ; voces autem omnes infusas non probat.

Ad prob. 4 *R.* Priorem hujus sententiae partem legi quidem ep. 19 et 111 ac in locis aliis nonnullis: posteriorem vero necep. 1L cit. nec aliis in epistolis aut scriptis a nobis repertam. Si tamen verba postrema, in quibusvis statuitur, alicubi apud Au;. extent, verba et phrasis scripture tribui etiam

potest spiritui sancto, non quidem ut immediato, sed ut mediato auctori, et ut verha confuse subministranti. · ·»▮ 4M·

Inst. 2. Accedit auctoritas humana; qme desumitur 1. a masora Judaeorum, quæ procul dubio fundatur in traditione à Synagogæ veleris temporibus propagata et satis aperte confirmata a Christo illis apud Malth. 5. v. 18. verbis : *luta unum aut unus apex non pradt ribil a lege, donec omnia fiant* : 2. A Theologorum Scholasticorum multitudine, qui paucis exceptis olim contrarium docuerunt ; inter quos etiam referendi sunt sex viri a Claudio Aquaviva deputati in Tractatu de opinionum delectu seu libro de ratione studiorum pro Societate Jesu : 3. Ab auctoritate Facultatum Theologicarum Lovaniensis et Duacenæ, quæ oppositam Lessu doctrinam tanquarn periculosam et hæresi Anoinæorum accedentem proscripserunt.

R. -V. Auctoritatem humanam esse tantam, cui cedere sit necesse. Quod enim *primo* ex masora affertur, ad Rabbinicam ct cabbalisticam superstitionem perlinet : gratis etiam fundatur in traditione veteris Synagogæ, ad quam minus apte verba quædam Philonis ac Josephi proferuntur a quibusdam : denique parum feliciter fundatur in Christi verbis, quæ non agunt de accentibus et punctis longe post Christum adinventis, sed ex genuina interpretatione, maxime Chrysoslomi ct llilarii, hunc sensum habent : omnia vaticinia, figure omnes et cæremoniæ ac minima etiam vestigia, quæ in lege ac Prophetis Messiam indicabant, in Jesu Christi persona penitus expressa et impleta inveniuntur.

Quod *secundo* de numero Scholasticorum asseritur, verum forsan est de Antiquioribus, falsum de Recentioribus ; unde Ludov. Habert nostram sententiam in Theologiae Prolegomenis *probabiliorem et communiorem* appellat. Quid sex illi'theologi deputati senserint, litteris expressum non legimus : id scimus, qualiscumque eorum opinio fuerit, privatam illorum fuisse sententiam, non item publicam et communem Societatis; cum volumen illud Patrum deputatorum an. 1586. et 91. non fuerit typis excusum « ut tanquam res jam plane constituta induceretur in mares, sed quo expeditius multa suppeterent exemplaria, quæ in omnem Societatem demissa a provinciarum Ductoribus recognoscantur « ut in Praefatione Lectores monentur. Quin hujus rei mentionem Gongreg. Gen. V. nullam postea fecit, et potius in Decreto de Ratione studiorum majorem libertatem relinquit quoad certum auctorem sectandum in iis, quæ perlinent ad Scripturas, quam in aliis.

Quod *tertio* additur de Lovanicnsi et Duacena censura, hanc sacra Facultas Parisiensis, licet sollicitata, non approbavit, reprobavit etiam Romana, Moguulina, Trevirensis et Ingolstadiana.

I tui autem vera etiam sit, ea minime nos ferit, qui a Lessio in plerisque distinguimur. Negamus enim 1. librum aliquem humana industria, sine Spiritus sancti assistentia scriptum, si postea Spiritus sanctus testelur nihil ibi esse falsum, cllici Scripturam sacram seu verbum Dei scriptum : 2. inficiamur, singulas veritates et sententias sacre Scripture non esse a Spiritu sancto specialiter et immediate, alterutro saltem modo a nobis proposito, inspiratas : 3. quamvis asseramus, non esse necessariam singulorum verborum inspirationem specialem, exigimus nihilominus ct univei-salem inspirationem et subministrationem vocabulorum confuse saltem a Spiritu sancto

praestitam ; ex quibus tamen duo priora Lessius aperte asseruit, posterius autem silentio dissimulavit.

fast. 3. Tuta Scriptura sacra est vere ac proprie verbum Dei : ergo de essentia Scriptura· sacra· est, quod Spiritus sanctus omnia et singula verba dixerit ct dictaverit: quia juxta S. Thom. in I. Dist. 27. q. 2. a. 2. *De ratione rerbi est, quod dicat relationem originis ad dicentem.* Sed si non omnia verba Scriptura» sint specialiter inspirata, illa nec dicunt relationem originis ad dicentem Deum, nec a Spiritu sancto sunt dictata : ergo.

It. Ad Arg. D. .1. Tota Scriptura sacra quoad res et sententias est vere ac proprie verbum Dei, C. quoad singula verba ac voces, *subd.* est vere ac proprie verbum Dei moraliter tale, C. physice talc, X. Ad rationem verbi veri ac proprie talis non requiri physicam omnium et singularum vocum propositionem ad determinatam declarationem. sed sufficere manifestationem sententia· et generalem verborum subministrationem, ostendimus in multiplici theseos nostrae proliatione ; e\ qua sequitur Scripturam totam habere relationem ad Deum dicentem, et dictatam esse a Spiritu sancto; et .V. *Cons.;* praesertim quia D. Thomas 1. c. non tantum de verbo physico ct formali, sed etiam de personali loquitur.

fast. i. Si sententia* duntaxat inspirate essent et non singula verba, ergo I non foret discrimen Scripturas sacras inter et definitiones Conciliorum in materia fidei et morum; quia et in his admittenda est inspiratio sententiarum, juxta illud Act. Iϊi. v. 28. *Visum est Spiritui sancto et nobis :* 2 una para Scriptura· esset alia perfectior; cum alia admittatur inspirata secundum sententias et verba, alia tantum secundum sententias: 3 posset impune verbum unum alteri substitui, imo etiam negari. Atqui hæc plane absona sunt a debita Scripturis sacris reverentia et Ecclesiae ac Doctorum sententia : ergo.

Λ. *Quoad primum,* .V. *seq.* Ratio addita est falsa; cum in definitionibus Conciliorum sicut non admittitur revelatio nova, sic nec inspiratio sententiarum, sed duntaxat infallibilis ac specialis assistentia Spiritus sancti, quam unam textus Actorum ev incit et communis sententia asserit. *Quoad secundum, D. seq.* tua pars Scripturæ est altera perfectior ratione auctoritatis divinæ, N. ratione verbi Divini *subd.* secundum veritatem ac proprietatem, N. secundum physicam et materialem notionem, C. ab hoc postremo tamen repeti non posse praelationem unius partis supra aliam, ostendunt argumenta in 2· et 3· probatione theseos adducta. *Quoad tertium, N. seq.* Priori enim contrarium recte decrevit Ecclesia, tum ad conservandam Scripturæ integritatem, tum ad cavendum errorem, tum ob certitudinem immunitatis ab eiTOre scriptori sacro per Spiritus sancti assistendam etiam in deligendis vocabulis concessæ. I nde patet posterius penitus rejiciendum.

fast. 5. Inter notiones seu ideas rerum et ipsa verba, queis illæ exprimuntur, tanta intercedit connexio, ut.quaiudiu animus noster corpori est alligatus, dum de rebus cogitamus, non abstrahamus a verbis, quibus res usitato sermone exprimuntur : ergo dum Deus inspiravit ipsas res et sententias, etiam verba inspiravit; nisi gratis dicamus, hanc verborum et rerum naturalem connexionem in mente sacrorum scriptorum a Deo fuisse sublatam; et praeterea etiam admittamus, obvia Scripturae verita non esse divina sed humana.

it. D. A. Intercedit hæc connexio inter notiones seu ideas rerum et verba

sententiarum substantiam exprimentia^ C. ad earum (‘locutionem, phrasin ac constructionem spectantia, *xulul.* generalim ct confuse, T. speciatim et determinate, .N. Contrarium objectionis non tantum ex regulis dc inventione, dispositione ac elocutione Rhetoricis liquet, sed et ex quotidiano memoria* et reliquarum intellectus potentiarum experimento.

Ad probatiunes Conseq. Imprimis nego gratis aliquid a nobis hic asseri; deinde ex dictis nego connexionem naturalem a Deo subverti ; denique quamvis concedam verba Scriptura* plura secundum rationem physicam esse humana, quod dc omnibus in versione vulgata admitti debet a Catholicis omnibus ; scriptoribus tamen sacris non neganda est ratio organi Spiritus sancti, neque verbis aliquid Divini, quatenus illi scripserunt sub Spiritu sancto impellente ad scribendum, inspirante sensus omnes conscribendos, suggerente quandoque ipsa vocabula, sæpius autem illorum delectum et compositionem relinquente, simul tamen generatini ac confuse verba subministrante, ac præterea specialiter invigilante, ne circa delectum illum aut eam compositionem, sensus inspiratos minus recte exprimendo, delinquerent.

21. *Observa.* Divinæ auctoritati Scripturæ et inspirationi scriptorum non obstat 1° relatio blasphemiarum, mendaciorum, aut scelerum perpetratorum; quia aliud est hæc dicta vel facta luisse Deo inspirante, quod negamus; aliud hæc dicta vel facta scelerata fuisse scripta ex Dei inspiratione, quod unum affirmamus : nec 2° effusio sacrorum scriptorum in maledicta et imprecationes, qualia in Psalmis et Libris Job et Prophetarum occurrunt, quia hujusmodi vel continent prophetias, vel ex zelo sancto contra peccata prodierunt, vel si etiam ex odio aut alia prava affectione ortum duxerunt nihilominus a Spiritu sancto inspirari poterant, ut ex nota Joan. II. v. 51, ad sententiam Caiphæ adjecta manifestum est : nec 3° sive narratio sive propositio rerum levissimarum, qualis illa de cane Tobiæ, de penula Pauli, de modici vini usu Timotheo præscripto est; non enim hæc tam levia sunt, cum gravia morum documenta contineant, ut videre est apud Interpretes : aut si etiam levia esse concedantur secundum humanum captum, ea tamen non sunt secundum inscrutabile Dei consilium considerata, prout S. Hier, in præf. ad ep. Philem. ct alii Patres ostendunt.

ARTICULUS IV.

Λη *et qua sensu Vulgata versio sit authentica?*

25. *Nota I. Authenticum* a græco αυθεντία, quod auctoritatem denotat, nomen habet; ideoque idem sonat, ac auctoritate munitum. Vocem hanc Theologi mutuati sunt a Jurisperitis, quibus scriptum authenticum dicitur scriptum supremæ auctoritatis, quod adeo fidem facit iu judicio, ut rejici a nullo aut vocari in dubium debeat. Scripta quæ rationem authentiœ participant, vel sunt autographa seu originaria; et hæc per se, magis proprie ac stricte sunt authentica : vel sunt apographa seu exemplaria; et hæc proprio quidem, sed minus stricte authentica sunt ; cum talia non sint per se, sed quatenus cum autographis conveniunt : vel sunt translata seu aliam in linguam versa; et hæc latiore adhuc significatione dicuntur authentica;

quatenus nempe cum textu scripti authentici primitivo concordant, ex quo seu fonte fuerunt traducta.

Authenlia altera est intrinseca, altera extrinseca. *Intrinseca* in autographis ea est. quæ scriptis hujusmodi convenit ratione sui et auctoris; in apographis autem et translatis, qua· a convenientia cum autographo habetur. *Extrinseca* est, quæ ex aliis rationibus titiem facientibus accedit, qualia sunt sigilla, testimonia etc. Hvc si declarata est per sententiam Magistratus legitimi, dicitur *Judicialis et explicita;* si non, sed usu tamen continuata aut aliunde admissa, *cubiaris et implicita* vocatur. Prior, scilicet intrinseca, potest esse sine, posteriori seu extrinseca; faeitque scriptum praecise authenticum quoad se : posterior nequit esse sine priori, faeitque authenticum etiam quoad nos.

ttraque subdividitur in absolutam seu omnimodam, et respectivam seu partialem. *Absoluta* in translatis exigit convenientiam versionis cum autographo tum quoad substantiam seu partes principales scripti et res alicujus momenti, tum quoad accidentia seu partes minus principales et res levioris momenti; imo et quoad claritatem, vim et elegantiam textui originali propriam : *Respective* vero non extenditur ad hæc omnia, sed in uno aut altero deficit.

26. .Vota *II.* Pars prima quæstiouis propositœ controvertitur Catholicos inter et Acatholicos, atque ad dogma pertinet. Quamvis enim posteriorum non pauci sint, qui vulgatam nostram a fide, judicio et auctoritatis subsidio commendent; id quod Theod. Beza in præf. ad N. T., Conr. Pellicanus in præf. ad Psalm., Paul. Fagins Paraphe. Chald. C. 4., Lud. de Dieu in præf. .Notar. ad Evang., Ilug. Grotius in præf. Annot. V. T., Brian. Waltonus in Prolegom. 10., aliique liberaliter fecerunt : omnes tamen eam negant authenticam. Altera quæstionis para *salva fuie* etiam inter Catholicos agitatur. Consensu quidem communi una ex parte illi statuunt, versionem vulgatam neque per malitiam interpretis ullibi, neque per oscitantiam ejusdem in partibus saltem principalibus a veritate Scriptune originalis deflectere ; et altera ex parte negant, claritatem omnem, xim et elegantiam originario textui propriam, semper et ubique a vulgata exprimi : differunt tamen, dum alii hanc translationem ne in minimis quidem circumstantiis et partibus accidentalibus ac rebus levissimis ab autographo discedere contendunt; alii autem id negant, et authentiam versionis respectivam ad substantiam tantum et partes principales restringunt.

27. *Nota HI.* Porro substantiæ et partium principalium nomine potissimum hic inteHigitur doctrina fulci et morum : quorsum tamen referuntur etiam hisloriæ, facta et dicta quæcumque, sive quæ credere, agere aut scire jubemur, sive quæ ab omnibus ob concordiam versionis cum tectu primigenio comprobantur. Cælerum via prubandi in hac controversia sententiam duplex est; altera longior, comparando scilicet textus vulgata· cum textibus fontium, quam hic a nobis suscipi nemo exigit ob ea, (pre in prseloquio insinuavimus: alia compendiaria, atterendo scilicet argumenta generalia quam nunc ingredimur.

28. *Dico I.* Vulgata versio Latina est aiithcnlica. *Prob.* Versio illa Scriptura· est lam intrincese quam exlriiisece authentica, quam Ecclesia Dei ut authenticam et usu ipso probavit, et aperto decreto declaravit; si enim in re tanti momenti falleretur aut falleret Ecclesia, illi nec promissio Christi Mallii. Ili. v. 18., nec Elogium Pauli 1. ad Tim. 3. v. 15. congrueret: sed vcœionem vulgatam Ecclesia Dei et usu et decreto probavit ut authenticam : *primum* enim disertis verbis testantur Greg. M. in præf. ad Lib. Mor. C. 5., Isidor. I.. de 01'fic. C. 12.. ling. Victorin. L. de Script. C. 9. et Patres Tridentiiii in decreto proxime laudando; facto autem confirmarunt tum Bcda, Alcuinus, Fortunatus, Ilabantis, Petrus Damiani, Anselmus, Bernardus, D. Thomas et alii in hanc versionem commentati, tum Patres, Doctores et fideles reliqui in Conciliis, Ecclesiis, Scholis, domi ac foris eidem per plura secula assueti ; *secundum* constat ex Tridextixo Sess. 4. in Decreto de Edit, et usu sacr. librorum ita statuente : *Insuper eadem synodus considerans, non parum utilitatis accedere posse. Ecclesiis Dei, si ex omnibus latinis editionibus, (pue circumferuntur, sacrorum librorum, quœnam pro authentica habenda sit, innotescat; statuit et declarat, ut heee ipsa vetus et vulgata editio, quæ longo tot secutorum usu in ipsa Ecclesia probata est, in publicis lectionibus, disputationibus, priedicationibus et expositionibus pro authentica habeatur; et ut nemo illam rejicere quovis pnetextu audeat vel prœsumat.* Ergo.

Confirm. 1. Ex testimonio Patrum. De Vet. quidem Testamento Hieronymus in ep. 11. inter Augustinianas, in Prologo Galeato et Praefationibus ad Pentateuchum, libros Regum et Paralip., Esdram et Eslherem, magna confidentia provocat ad Hebraeorum judicium; quod etiam huic version! ac emendationi omnino favisse, Aug. L. 18. de Civ. C. 43. testatur. De N. T. Aug. sic ep. 10. scribit : *Proinde non parvas Deo gratias agimus de opere tuo, quod Euangelium ex greeeo interpretatus es, cum scripturam greeeam contulerimus. Unde, si quispiam ceteri falsitati contentiosius faverit, prolatis collatisquc codicibus vel docetur facillime, vel refellitur.* De utriusque tandem versionc nova Greg. M. L. 20. Mor. C. 3. ait : *Cuncta verius transfudisse perhibetur; et credendum est quidquid in ea dicitur.*

II. Ex dotibus ipsius versionis. Differentiæ, quæ in V. T. sunt inter Hebraicum Graecum et Latinum, vel sensum non mutant, vel ad doctrinam fidei et morum non pertinent; ut in Scriptura dogmatice et polemice explicata et typis hujatibus exscripta ostenditur : in N. T. autem vel nulla» sunt differenti®, cum lectiones vulgat® in controversiam adduct® nunquam careant consentientibus secum codicibus graecis, vel rursus in sensu aut fidei morumque doctrina non est discrepantia; ut ex Novo Testamento gweco cum variantibus lectionibus nuper Mogunti® edito manifestum est.

III. Ex dotibus S. Hieronymi, e cujus vel interpretatione vel emendatione nata est versio vulgata. Is enim imprimis praeter lalinam expertissimus erat linguarum Orientalium, et ingenio praestantissimus et scientiis instructissimus; quas illi dotes vel ipse Erasinus in sua ad Gulielmum Cantuariensem nuncupaloria epistola tribuit : dein exemplaria tum hebræa tum græca habuit emendatissima; ut ex Augustini L. 2. de Doctr. Cbr. C. 1B. et ex ep. Hieronymi ad Suniam et Frctcl. facile colligitur : denique quanta in hoc negotio desiderari potuit, fidelitate et industria est usus;

ut ex illius moribus, vita* sanctitate, aliorumque de en æslimatione recte infertur.

IV. Ex absurdo. Cum alias Ecclesia Latina, toto diffusa orbe, pluribus seculis Scriptura caniisset authentica.

29. *Objic.* Versionem Scriptura* declarare authenticam est eam declarare divinam : sed Ecclesia non potuit declarare Vulgatam esso divinam; eum facta sit ab homine, nec inspirata divinitus dici queat : ergo.

Λ. *D. M.* Versionem scriptural declarare authenticam est eam declarare divinam quoad argumentum et rem significatam, C. quoad idioma et modum significandi, *subd.* est eam declarare divinam formaliter, seu divinitus inspiratam, N. æquivalenter, seu divinitus inspirata* conformem, C. Quæ (num. 23.) de authentia translatorum diximus, multo magis intelligenda sunt de divinitate eorumdem, secundum immediatos auctores spectatorum.

I. Tridentini decretum, authentiam pra* versionibus aliis Vulgatæ tribuens, nullius videtur auctoritatis : quia I. est inutile versionem unam pr.cferre alteri : 2. quia est imprudens, eum nulla fuerit ratio hujus praeferentia* : 3. quia est indignum, cum probando Vulgatam probarit simul mendas in ea cubantes. Ergo et authentia Vulgatæ, quæ decreti auctoritate nititur, etiam nulla est.

Λ. .V. .4. *et prob.* Falsitatem *prima* fatentur ipsi Helerodoxi, qui versionum multitudinem improbant, et ab ea fidei periculum imminere agnoscunt, ideoque tanquam rem utilem et necessariam optant, ut una aliqua versio auctoritate publica gaudeat, cui omnes acquiescere teneantur. Quod cum Theod. Beza in piief. N. T. exposuisset, monet Reges ac Principes, *nihil habere antiquius, quam ut utriusque Testamenti interpretatio semel ederetur, cujus quoad fieri posset, sacra et inviolata esset auctoritas.* Falsitatem *secunda,* præter dotes ipsi versioni intrinsecas demonstrat ratio a Tridentino his allata verbis : *qua longo tot secularum usu in ipsa Ecclesia probata est.* Falsitatem *tertia* refutat præceptum Concilii de emendata vulgatæ impressione eidem decreto adjectum : qui enim emendatam impressionem imperat, adeo mendas non probat, ut potius positive reprobet.

inst. 2. S. Hieronym. imprimis non est partira auctor Vulgatæ; quia in libris, quos ex Hebraeo vertisse dicitur, Vulgata non exhibet illa, quæ ab eodem in QQ. Hebraicis, lib. de opt. interpr. genere, et Commentariis ad Prophetas et Ecclesiasten notata fuerunt : deinde nec est partira emendator; quia in aliis, quos idem emendasse perhibetur, nulli apparent obeli aut asterisci, quos tamen editioni suæ additos ipse testatur; denique licet utroque titulo vere gauderet; non erat tamen *thenpneustos,* adeoque more hominum falli aut fallere poterat. Ergo versio illius authentica esse nequit.

R. Ad primum .V. quod ratio adjecta minime probat; cum idem auctor ob multiplicem significandi vim in variis scriptis variam eidem vocabulo significationem dare possit : quod dum in Hieronymi versionibus accidit, Ecclesia censuit retinendam expositionem Scriptura* ab illo vulgatæ versioni insertam, quantumvis ab alia in aliis operibus abeuntem.

Similiter ad secundum .V. .4«. Nec id addita probatio evincit; tum quia in translatis ex Hebraeo nullam Hieronymus facit mentionem asteriscomm, ut ejus in Jobum praefatio ostendit; tum quia asterisci ct obeli, versis ex graeco

adjecti, vel librariorum incuriii perierunt, vel studio forsan abjecti sunt, ad lectionem scilicet planiorem reddendam.

Ad tertium. T. .1. cum non desint, (pii Hieronymo, ne erraret, speciale Spiritus sancti auxilium datum affirment.

I). Cons. Versio non est authentica, ut est privati interpretis, C. ut est approbata usu et decreto Ecclesiastico, N.

30. *Dico II.* Tridentinum dunlaxat declaravit, vulgatam esse respective authenticam, scilicet in his, quæ ad fidem ct inores pertinent.

Prob. I. Ex *verbis decreti.* Tridentinum declarat versionem illam esse authenticam, quæ longo usu in Ecclesia probata tum temporis circumferebatur: sed h;ve non absolute, sed dicto tantum modo respective, authentica erat; ut ex ejus correctione jussu Sixti V. et Clementis VIII perfecta, manifesté constat : ergo non declaravit authenticam, nisi respective ad doctrinam fidei et morum.

II. *Ejc objecto decreti.* Idem est objectum decreti declarantis authentiam Vulgatæ, quod erat objectum decretorum de canonicis scripturis earumque usu et interpretatione; quia propter ista vulgatam editionem auctoritate munivit : sed omnium istorum objectum unice perlinebat ad fidem et mores; nam primum decretum sic inchoatur : *Sacrosancta Synodus hoc sibi perpetuo ante oculos proponens, ut sublatis erroribus puritas ipsa Evangelii in Ecclesia conservetur, quod I).* .V. *J.-C. proprio ore primum promulgavit, deinde per Apostolos tanquam fontem omnis salutaris veritatis et morum disciplina omni creatura pradicarijussit; perspiciensquehanc veritatem et disciplinam contineri in libris scriptis,* etc. Idem hac finitur clausula : *Omnes itaque intelligant, quo ordine et via ipsa synodus post jactum fidei confessionis fundamentum sit progressura, et quibus potissimum testimoniis ac prersidiis in confirmandis dogmatibus et instaurandis in Ecclesia moribus sit usura.* Iu secundo autem decreto post declaratam Vulgatæ authentiam hæc adduntur: *Praterea ad coercenda petulantia ingenia decernit, ut nemo sua prudentia innixus, in rebus fidei et morum ad adificationem doctrina Christiana pertinentium sacram Scripturam ad suos sensus contorquens, contra sensum, quem tenuit et tenet slincta mater Ecclesia, aut contra unanimem consensum Patrum Scripturam sacram interpretari audeat.* Ergo.

III. Ex *scopo decreti.* Scopus Tridentini vulgatam decernentis authenticam erat, habere regulam certam pro dogmatibus definiendis et instaurandis moribus, reprimere hærelicorum audaciam ad alias versiones recurrentium, ct cohibere Catholicorum nimiam corrigendi licentiam; ut tum ex clausula nuper laudata, turn ex Pallavicini Ilistor. L. 6. C. 12. perspicitur: sed ad hunc scopum sufficiebat, vulgatam declarari authenticam in iis$ quæ ad fidem et mores pertinent : ergo.

IV. Ex *acceptione decreti.* Auctoritatem a Concilio Vulgatæ adseriptani non esse accipiendam infinite, sed definiri limitibus doctrinae fidei ct morum, docent Γ Theologi huic Concilio *prasentes;* inter quos And. VcgaL.2. de Cone. Trid. C. 9. scribit, Vulgatam tantum declaratam authenticam, quatenus nullo sil deformata errore, ex quo perniciosum aliquod dogma in fide aut moribus colligi queat ; testemque laudat Card. Cervinum Pontificis tunc in Concilio legatum, postea P. M. Marcellum II. appellatum, qui W

sibi, tum pridie quam edoroluv decretum, tum posthac smplus assevcraxit. poteratque scribenti ha*e Vegæ superstes ad ivclraclationem eum compellere, si quid falsi allegasse!. Ilis similia docent Welch, ('anus I.. 2. de Loc. Theol. I'.. 13., et Didae. Pay va ab Andrada L. L Defens. Vulgata» : idem de Jae. Laynes refert in Prolog. C. 19. Serarius. 2' Theologi Concilio eidem *coœri,* nempe Sixtus Senens. Lib. 8. Bibi. sanctax, Gilb. Genebrardus in præf. ad op. Origenis, Jodoc. Tiletanusin apol. Cone. Trid., Bellarm. L. 2, de Verb. Dei C. 11., et in singulari dissertatione de editione latina vulgata, nuper ex autographo typis hujatibus excusa. 3° Theologi Tridentino *posteriores* plurimi, quos inter celebriores sunt Simeon de Muis L. de auclorit. textus hebr., Joan. Mariana Tr. de Vnlg. edit., Nicol. Serarius loco nuper laudato, Bonfrerius et Joan, de la Raye in Prolog.. Nat. Alexander Sec. 4. Diss. 3)., Benign. Bossuet, in tentamine unionis etc.

Conf. I. Emendatio Bibliorum post Tridentinum etiam iterata Vulgatam necdum liberavit penitus ab omnibus mendis, sive eas Interpretis sive Librariorum dixeris. Fatetur enim id auctor Praefationis Bibliorum auctoritate Clementis MIL editorum, dum scribit : *Quamvis in hac Bibliorum recognitione in codicibus manuscriptis. hebrœis grœcisque fontibus, et ipsis ceterum Patrum commentariis conferendis non mediocre studium adhibitum fuerit; in hac tamen pervulgata Lectione, sicut nonnulla consulto mutata, ita etiam alia, quæ mutanda ridebantur, consulto immutata relicta sunt.* Idemconlirmat Bellxrvinis correctionis Clemenlinæ particeps in ep. ad Lucam Brugensem ita scribens : *Scias velim Biblia vulgata non esse a nobis accuratissimecastigata : multa enim de industria justis de causispertransivimus, quæ correctione indigere videbantur.* Idipsum apertius probat Index variorum mendorum ex annotationibus Lucæ Brugensis et aliarum a Nat. Alexandro l. c. collectus et contra Frassenium vindicatus.

II. Ratioauthentiæ immunitatem hujusmodi in Vulgata non exigit; tum quia nemo quasi non authenticam in judicio rejicit instrumenti translationem, ob leves atque ad substantiam minime pertinentes errores in ea forsan cubantes : tura quia vulgata versio in Conciliis Tridentinum et correctionem praecedentibus iidem fecit et publicam auctoritatem habuit, quantumlibet erroribus pluribus non careret.

III. Tridentinum Vulgatam declarando authenticam nec voluit nec potuit præstarc dictam immunitatem : *primum* quidem, quia Pontifici Legali ipsi testantur. « Tridenti qppque animadversa fuisse Vulgate menda; se tamen noluisse idcirco illam universe pronuntiare mendosam : arbitratus et honorificentius et conducibilius esse, si reipsa remedium adhiberetur exemplo ad exequendum decretum mendis purgato in lucem edito, et a Pontifice ac Synodo comprobato ; » utPallav. Hist. Cone. Trid. L. (i. C. 17. ex litteris eorum Romam missis enarrat : *Secundum* vero, quia Concilia non solent divinare more Prophetarum, sed ex verbo Dei Scripto vel tradito, aut certe ex aliis principiis conclusiones suas, novis erroribus contrarias, derivare. Gura vero Tridentinum authentiam Vulgate nec potuerit colligere, nec reipsa collegerit ex alio principio, quain longo Ecclesiæ usu; hic autem usus nequeat probare Vulgatam ab omnibus omnino erroribus, etiam levioribus immuuem : sequitur Tridentinum non potuisse hanc immunitatem pnestare; maxime cum et Patres phires. Hilar, nempe in Psal. lis., Mar. Victor

L. 2. emit. Arian., Aug. ep. 19. ad Paulin., Hier, in psalmis et alibi passim errores latini Interpretis in Vulgata nostra etiamnum toleratos nntarint ; ut Bellarm. in dissertatione memorata contendit.

31. *Objic.* Vulgatam esse, absolute authenticam, colligitur ex Tridentino. *Prob.* Concilium in decreto de edit, et usu sac. lib. declarat 1. eam authenticara, sine addito diminuente aut restringente, ut ex verbis (num. 28.) relatis patet : ergo. 2. Ibidem statuit, ut Vulgata in publicis lectionibus, disputationibus, praedicationibus etc. pro authentica habeatur: ergo authenticam declarat secundum omnes partes, secundum quas potest et solet citari in illis publicis actionibus : sed in his secundum omnes omnino partes, etiam ad fidem et morum doctrinam non perlinentes, potest cl solet citari : ergo. 3. Item prohibet, nequis Vulgatam rejicere quovis praetextu audeat vel praesumat : ergo vel Vulgata est absolute et quoad omnes partes authentica; vel rejici potest legitime quoad eam partem, secundum quam non asseritur authentica. 4. Idem in decreto de canon, script, ait : *Si quis autem libros ipsos integros, cum omnibus suis partibus, prout in veteri vulgata latina editione habentur, pro sacris et canonicis non susceperit; anathema sit :* ergo Vulgata secundum omnes partes,' et sic absolute, est authentica.

Λ. *Ad Arg. N. Ass.* Ad hujus proh. 1. *1).* Declarat vulgatam authenticam sine diminuente aut restringente expresse addito, C. sine tacite addito ac subintellecto, N. .Modificationem nempe sal loquitur scopus, objectum et comparatio decreti, ut ostensum est. 2. *D. Cons.* Declarat authenticam secundum omnes partes, secundum quas in lectionibus, disputationibus etc. potest et solet citari pro confirmandis dogmatibus et informandis moribus, C. pro et in quacumque materia et argumento, ab his duobus objectis diverso, N. 3. .V. *utr. p. Cons.* Neque enim ex eo, quod Vulgata nequeat aut universim aut secundum spectantia ad fidem et mores rejici, sequitur eam absolute et secundum omnes omnino partes esse immunem ab erratis et authenticam : neque ex eo, quod levia quædam errata adsint, aulhentianegari potest, aut respui audacter aliquid, aut privata auctoritate, nec exspectato Ecclesiæ judieio, corrigi licet. Non prohibet tamen decretum hujusmodi, quominus liceat, debita cum modestia et servata erga Vulgatam veneratione, usurpare nonnnnquam in rebus minus principalibus interpretationem aliam, pro more scilicet ipsius Ecclesiæ, quæ in .Marty rologio Romano chronologiam 70 Interpretum adoptat, et in officio divino nonnnnquam versione Itala utitur. 4. *D.* .1. ethic canon agit de partibus Biblia Sacra integrantibus, nempe de libris, capitibus et versibus, C. de partibus sententias conflantibus, nempe de verbis aut voculis, N. Agit enim vero hic loci Concilium contra Hæreticos, qui certas Scriptura* partes principales, ut libros Tobiæ, Judith et Machabæonun, aut certa Estheris et Danielis capita, aut quosdam Matthaei et Joannis versus inter apocrypha rejecerant.

Inst. 1° Patres et Praesides Concilii solas descriptorum, nullas interpretis mendas in Vulgata agnoverunt. Hinc 1. Patres non jusserunt Vulgatam recognosci et emendari, sed tantum quam .emendatissime imprimi. 2. Romanis Aulicis contrarium sentientibus, et postulantibus in Decreto denuntiandum, de necessaria Vulgata· recognitione et emendatione, apud Pallav. L.6. Hist. Trid. C. 17. responderunt *primo* aliam rem *esse exemplarium depra-*

vatinnem, aliam *eodicis in* a t //w o : *secundo* concesserunt quidem \ ulgaluiii iii aliquo loco videri ab Hebraica locutione discrepare, huniilique serpere sliloj nec evira barbarismum aliquem aut soloecismum; cætermn tanquum *tutissimam* laudant : *tertio* putarunt sufficere ad exequendum decretum, si ixlipsa remedium adhiberetur, exemplo mendis purgato, edito in lucem. Ergo.

/?. Quoniam non de privata et personali, sed de manifestata et litterali sententia loquimur, .V. .4. *et ad prob.* .V. *Cons.* Imprimis enim cum vulgata interpretatio probaretur, recognosci et emendari non debuerat ; neant nova ali<]ua editio cuderetur, aut antiquus Interpres corrigeretur : poterat tamen emendata impressio curari ; cum hæc cura Amanuensium sphnhnata, non item Interpretis lapsus attingeret. Deinde Aulicis Domains errata Interpretis accusantibus, *primo* quidem recte opposuerunt Presides Concilii discrimen inter depravationem exemplarium et codicis in seipso corruptionem, ad ostendendum nempe, errata omnia non profluxisse ab Interprete : subjunctis tamen verbis : *utcumque se res haberet,* declararunt. se non esse ausos, Interpretem ab omni culpa liberare. Fatentur præterea *secundo* Interpretent in nonmdlis ab Hebrva locutione discrepare, cæterum versionem laudant tutissimam, sed inde duntaxat, quod *tam diuturno tempore illi nunquam htpreseos nota fuerit inusta ;* quod idem est, ac authenticam tantum quoad fidei dogmata asserere. Denique *tertio* iisdem Romanis postulantibus mentionem fieri debere correctionis facienda?, potius censuerunt, exemplum mendis purgatum in lucem edere, non quod vitia Amanuensium sola adessent, sed, ut Bcllocastrensis in cietu peculiari monuit, ne ansa præberetur haereticis cavillandi, perinde quasi dum reciperetur simul Vulgata et simul etiam declararentur ipsius exemplaria tanquarn comipta, liber idem comprobaretur eadem opera, simulque improbaretur, apud Pallav. L. 6. C. 15.

Inst. 2°. Congregatio interpretum Tridentini, Clemens VIII. Bibliorum ad mentem Tridentini editorum auctor, et Historicus hujus Concilii adversantur· Proô. 1. Decretum ab ea Congregatione an. 1576. die 17. Jan. sic habet : *Congregatio yeneralis censuit, nihil posse asseverari, quod repugnet vulgaire editioni; etiamsi esset sola periodus, sola clausula, vel membrum, sive- voj.·, sive dictio sola vel syllaba, iolaee unum.* 2. Præfatio in Bibliisjussu Cl e m e n t is editis ita loquitur : *In hac editione nihil non canonicum, nihil adseitilium, nihil extraneum apponere risum est.* 3. Pallav. L. 6. pluribus in Capitibus Vulgatam docet absolute authenticam esse declaratam.

R. λ. .4x5. Ad ejus *prob.* Ilin /{. |. Hanc declarationem a Serario in Prolog. et Pctitdidier in Script, jure haberi suspectam et non authenticam; tum quia Sixtes \ . et Cl em. VHI. jubentes Biblia sacra recognosci, ipso facto illam repudiarunt : tum quia nunquam authentica forma fuit producta ; quia ab auctoribus, qui eam referunt, desumpta est ex editione Marzillæ, cujus collectionem declarationum memoratae Congregationis Al e x a n d e r VII in indicem librorum prohibitorum conjecit. *H. 2. I).* Congregatio prohibet asseverari vel unum iota, quod repugnet Vulgatae quoad doctrinam fidei et morum, C. quoad alia, *subit.* nequis privata auctoritate id faciat, audacter et pnesumptuose mutando impressionem, C. ne quis errata discutiat summoque Pontifici proponat, aut servata Vulgatæ veneratione modeste exponat. R.

d</ 2'“ *Ii.* 1. Præfatio Bibliis pnelLxa nec nomen Cl e m e n t is, uec Sacri

Collegii, nec .singularia Ikwhiris præfert, sed anonyma est; adeoque juxta Serariuin non aliam, quam qimliscmnqne. docti et pii prolocutoris, auctoritatem habet. /1.2. *I).* Iu hac editione nihil non canonicum, adseilitium et extraneum esse appositum asseritur ad excludenda errata etiam leviora et mendas quascumque, N. ad excludendos libros, textus et versus apocryphos, nolas item aliaque adjuncta, C. Hinc enim statim subjicitur: *Atque ea causa fuit, cur liber* 3 *el* 4 *Esdræ inscripti, (pios inter Canonicos libros sacra Tridentina synodus non annumeravit, ipsa etiam Manassæ oratio... extra Scriptura' seriem posita sint, el nullce ad marginem concordantife..., nullæ nola', nullæ caria· lectiones, nullæ denique præfationes, nulla argumenta ad librorum initia conspiciuntur :* quamvis hæc apponi, sed alio characteris genere, postea non prohibeat.

Ad 3,,n. *I).* Pa l i.x v ic in u s ut Theologus admittit Vulgatam absolute authenticam, T. ut Historicus, N. Nullum enim ab eo monumentum allatum est, quo id probetur. Quin ipse L. 6. c. 17. n. 9. sic loquitur: « ostendam, quicumque impugnat arctiorem et absolutissimam conformationem expositionis Vulgatæ cum locutione divina, impugnari ab eo peculiarem Theologorum classem, non Ecclesiam Catholicam universam, in qua interdictum non est cum altera classe sentire, minus arcte decretum interpretante, utpotc nixa ipsius verbis, quæ simpliciter authenticam illam versionem appellant, simulque præcipiunt, ne illa in concionibus, neve in praelectionibus aut in commentationibus rejiciatur. Quod sane statuit, ipsi errores non inesse ad fidem moresque pertinentes ; ac præterea in eadem nec fraudem, nec apertam discrepantiam, ne minimam quidem a divina scriptione, nec ullam secuin ipsa repugnantiam contineri ; in quibus illa si deficeret, nec authentica esset, nec digna, quæ ab Ecclesia reciperetur. » Subjungit postea num. 10. « Quod autem Vulgata translatio exemplari primrevo per omnes leviores minutasque particulas conformetur, nec ab illo declinaverit, vel in certa arbore, vel in certo animante, pro aliis alias exponendo, pia est aliquorum sententia; quam quidem qui respuat, non damnatur ab Ecclesia. »

Inst. 3°. Si Vulgata non foret absolute authentica, evenirent multa absurda. Sequeretur enim 1. eam nihil amplius habere, quam opera Divi Thomae; cum illa etiam a variis Pontificibus declarentur sine ullo in fide errore conscripta. 2. Eamdcm non posse dici simpliciter authenticam ; quia, ut sit authentica copia, eam cum originali in omnibus convenire oportet. 3. Veî Ecclesiam, dum Vulgatam versionem quantumlibet mendis levibus aspersam, proponit ut authenticam, nos inducere in errores saltem innoxios : vel non omnia Vulgatæ inserta debere credi, licet communis fidelium, imo ct lata et ab Ecclesia proposita. 4. Posse sine hærcsis labe negari pleraque V. et N. Testamenti historica, cum ad fidem illa non pertineant.

R. adArg. N. Ass. Ad ejus *prob.* 1am. .V. *seq.* Faciunt ipsi Pontifices distinctionem, cum hinoc. VI. de D. Thoma dicat : *Hujus doctrina præ caderis, excepta Canonica, habet etc.;* suaque approbatione generali faciunt quidem prudentem credibilitalem, non autem fidei objectum : unde el transmissa D. Thomæ auctoritate, Doctores nonnunquam recedunt ab ejus sententia; præsertim quia de doctrina D. Bonaventuræ, qui tamen ab Angelico in multis discrepat, seque magnificum judicium in Bullis Pontificum legitur.

M2·"'. V. \.·»/. Vlditiuu ratitmem D. ni copia sit authentica, dehel convenire cum originali in omnibus, siquidem sit merum apographuni et in eadem lingua trausumpliun. I, slsil translatum et aliud in idioma venmir., *stiM.* debet convenire ni omnibus etiam minimis, X. in substantialibus, et pro indole xersionisac lingua», C. Quantumvis vero authentia? vocabulum alibi intelligatur arctius. el omnimodam conformitutam per se exigeret, liberalior tamen ejusdem usurpatio et in usu etiam est, et a Cone. Trideu- Unohic est adhibita, ut nuper ostendimus. I ;J

4d3"". Λ. ew/. *primam;* Cum Ecclesia declarat \ ulgatam duntaxat authenticam in his qua? ad tidem et mores pertinent, et lacta etiam Bibliornm emendatione, innotuerit consulto immutata esse relicta nonnulla, quæ mutanda videbantur; per hujusmodi declarationem fideles nec inducuntur iu errores noxius, utpote quorum nullus in Vulgata est, nec in non noxios utpote quos aulhenlianon attingit, et monitio data etiam excludit, *secundam D.ne*quiturnoii omnia ad tidei el morum doctrinam spectantia debere credi,N.alia illa, de quibus num. 27. diximus. C.; sed Nego, hæc aut esse revelata, aut ab Ecclesia tanquam authentica fuisse» proposita.

h/ Pra. .V. *seq.;* tutu quia historia* sæpesunt libri integri, aut insigniores partes Scriptura', quæ ex decreto Ecclesia» aperte pro canonicis habentur: tum quia in his plurima sunt, quæ spectant divini» voluntatis pietatem ct mores. Quin ne nomina etiam quaedam locorum, urbium, fluminum, plantarum. aut similia negari facile aut temere possint, prohibet decreti periodus de non rejicienda Vulgata superius exposita.

fmt. 3*. In Scriptura sacra, prout a Deo dictata, nec levissimus error admitti potest: ergo nec in translatione ejus authentica; præsertim cum, sicut providentia» Dei est servare ipsam Scripturam puram ct integram, sic erit el authenticam ejus versionem prrestare immunem.

Λ. .V. *Cons.* Error, si quis in Scriptura prout a Spiritu sancto dictata foret, reduceretur in Spiritum sanctum, tanquam primarium auctorem ; tinde nullus hac ex parte admitti potest: error autem versioni insertus nec in Spiritum sanctum reducitur, cum translationis non sit aut dicatur auctor; nec in Ecclesiam. qua» licet versionem statuat authenticam, hanc tamen declarationem non extendit ad omnia, inonetque nonnulla immutata esse felicia, quæ mutanda xidehantur; adeoque errores hos non approbat, sed mere permittit. Atque hæc eadem ratio est diversœprovidentiæ circa Scripturam autographam et ejus versionem; nam in apographis æque non repugnat inxeniri errores. qui tribui debent ex scriptoribus, sicut in translatione librariis vel interpreti.

Inst. 5°. S. Hierox. Scripturam aut interpretando aut interpretationem emendando non magis dici potest errasse in levissimis , quam nunquam errasse in magnis, ad fidem et mores pertinentibus; cum dotes et adjumenta, qua» praestabant immunitatem posteriorem, aut priorem etiam, aut neutram prœstilissc dicenda sunt.

/LQuantæcumqueS. IIieroxymi dotes neutram quidem immunitatem certo, et utramque probabiliter tantum pnestabant: probabilius tamen id fecerunt in substantialibus, ad fidei scilicet el morum doctrinam perlinentibus, cum pro rei gravitate acuatur etiam industria . in levioribus facilius dormitatio quædam obrepat. Quantum» is vero facultas pru utraque in Vulgatæ auctore

adfuerit; voluntatem tamen omnia ad litteram vertendi nonnimqiuun defuisse, et assuetudini hominum aliisqiie causis aliquid esse tributum, et quicdiun mutanda permansisse immutata, compertum habemus.

32. *Obserim I.* Cum in decreto Tum. hactenus examinato Vulgata solum cum aliis lalinis editionibus comparata declaretur authentica; aperte colligitur, per hanc declarationem nihil derogari authenliæ, quam Græcis llebræisque fontibus prœter Protestantes multi Catholici, et versioni 70 Interpretum contra priores plcrique postremi tribuunt. Quare hodiernisetiam horum exemplarium editionibus auctoritatis possessio facile a nobis permittitur, quam certam iis adfuisse (num. 11. et 16.) innuimus, et *Scrips lura polemice e.rplicata plwi\ms* vindicavit. Hanc tamen aiilhentiam imprimis esse duntaxat respectivam, et ultra errores in fidei morumque materia honexcludere leviores quascumque mendas, fatentur eruditi plerique omnes, probant lectiones variantes plurima*, testantur littera Tridenti an. 1546. die 24. et 26. Apr. Itoniam data?, quibus Prasides Concilii emendationem etiam llcbraicæ et Gracie editionis desiderarunt: deinde eamdem implicitam tantum et vulgarem esse, non autem judicialem el explicitam, patet ex defectu facti, quo legitimus magistratus de illis aliquid publice edixerit.

33. II. Nec *jurat dicere,* declarationem hujusmodi haud necessariam esse exemplaribus llebræis et Græcis olim jam probatis : tum quia non constat de antiquissimorum etiam exemplarium probatione et sinceritate; tum quia, etsi constaret, illa a solo usu habetur, adeoque tacitum tantum magistratus legitimi consensum supponit: nec pro versione 70 Interpretum provocare licet ad decretum Sixti V. Romanic editioni an. 1586 pratixunij quia id quidem editionem hanc jubet *ab omnibus recipi et retineri ut utilem ad latinæ vulgatæ editionis et Patrum intelligentiam,* non autem ut authenticam. Nisi itaque occurrente editionum discordia error argumentis certis tribui debeat Vulgatæ, hujus lectionem ct sensum tueri omnino oportet; utpote quæ et antiquitate, qua punctalionem Hebraei codicis pracedit, ct judiciali Ecclesia) auctoritate, qua solitarie gaudet, majorem fidem meretur, quam aut ars critica aut hominis privati eruditio conciliare queat;

ARTICULUS V.

/In *el quo interprete indigeat Scriptura?*

31. \<>*la.* Scripturam sacram esse tidei regulam, tum ex probata ejus exislentia ac divinitate sponte sua sequitur, tum Catholicos inter et Novatores convenit. Hiec porro regula quia rationalis est, non aliter quam per cognitionem scu intelligcntiam humano intellectui applicari potest; et quia est fidei dix ini», intelligent ia hujusmodi dubia aut falsa esse nequii : adeoque vel ipsa Scriptura sacra clare el perspicue proponere debet credenda; vel interpres requiritur ab errore ct fallacia immunis, qui in proponendis obscuritatem dissipet, dubiumque dissolvat.

Hic vero discrepant a Catholicis Novatores; ct 1° quidem aliqui Scripturam sacram universim clarissimam el maxime perspicuam affirmant : alii

i' obscuritatem admittunt. sed circa Scripturam tantum, el externam, ah ignorantia scilicet linguæ originalis, phruseon el stili scriptorum, rationis temporum, locorum, et antiquorum usuum provenientem; non autem internam aut sensui Scriptune et argumento inhærenleni : rursus et alii 3° internam quidem Scriptura» obscuritatem fateri non repugnant ; sed vel topicani duntaxat et quibusdam in locis, simulque talem, quæ comparatione cum clarioribus aliis facta per ipsam Scripturam elucidetur; vel respectivam solum pro infidelibus, superbis, aut curiosis, minime vero pro fidelibus, humilibus, et lucem divinam postulantibus, utpole quos Spiritus, cuilibet desuper concessus, quem vulgo privatum dicimus, interius illuminet, vel Princeps etiam secularis, præscripta credendi formula, exterius erudiat : alii denique 1° omissa de obscuritate quæstione, sufficere putant, si quivis, quantum ipse ex Scriptura discendo capere possit, credendum sibi decerpat, reliquorum, quæ ipse perspicere nequit, non admodum curiosus aut sollicitus.

Catholici e contra, tametsi Scripturam in nonnullis claram concedant, et fateantur etiam obscuritatem tum topicani per ipsam Scripturam, tum respecti vani per magisterium sive internum sive externum, adhibitis maxime sua ex parte dispositionibus, noniiunquam dissipari; statuunt tamen unanimiter Scripturam in multis intrincese et absolute obscuram, adeoque præter Scripturam, interpretem memoratis dotibus pollentem esse necessarium, qualem esse spiritum privatum aut magistratum sccularem pernegant. Cum his :

35. *Dico L* Scriptura sacra in multis est intrinsece et absolute obscura. *Prob.* Illud intrinsece et absolute obscurum est quod vel studio occultatur, vel per se difficile est intellectu aut caliginosum, et ad quod intelligendum etiam fidelibus, piis et humilibus, quantumvis linguæ aliarumque rerum gnaris, necessaria est illustratio superna : sed mulla hujusmodi sunt in Scriptura sacra ; ut testatur Christus de suis sermonibus Luc. 8. v. 10. *Vobis datum est nosse mysterium regni Dei, cceteris autem in parabolis, ut videntes non videant, et audientes non intelligent ;* Petrus de Pauli epistolis, ep. 2. C. 3. v. 16. *In quibus sunt quadam difficilia intellectu, quæ indocti et instabiles depravant;* Idem de historia Christi baptizati, Ibid. C. 1. v. 19. *Habemus firmiorem propheticum sermonem, cui benefacitis attendentes quasi lucernæ lucenti in caliginoso loco; donec dies elucescat et lucifer oriatur in cordibus vestris* : Item David de lege divina Psal. 118. v. 34. *Da mihi intellectum et scrutabor legem tuam,* ct v. 133. *Faciem tuam illumina super servum tuum, et doce me justificationes luas:* Discipuli Christi de Scripturis, de quibus dicitur Luc. 24. v. 45. *Tunc aperuit* Christus *illis sensum, ut· intelligerent Scripturas;* Eunuchus de Prophetia Isaiæ, quem cum Philippus interrogasse! : *Putasne inlelligis, quæ legis?* respondit Act. 8. v. 31. *Et quomodo possum, si non aliquis ostenderit mihi?* Ergo. I

Conf. I. Eamdem Scriptune obscuritatem apud Bcllarminum ct Coccium affirmant Patres plurcs, ex quibus duos duntaxat proferre juvat, et quidem in iis tantum locis, ubi causas etiam obscuritatis produnt. Primus est S. Aug., qui L. 2. de Doctr. Chr. C. 6. ait : « Multiset multiplicibus obscuritalibus et ambiguitatibus decipiuntur, qui temere legunt : quibusdam autem

locis, quid vel falso suspicentur, non inveniunt; ita obscure quædnm dicta densissimam caliginem obducunt : quod totum divinitus provisum esse non dubito, *ad edomandam labore superbiam* » Ibidem Deo providente Scriptmas obscmas asserit , *ad intellectum a fastidio revocandum, cui facile investigata plerumque vilescunt.* Idem in Psal. 446. v. 6. « Noli accusare aut obscuritatem aut quasi perversitatem Scriptura·. Perversum hic nihil est, obscurum autem aliquid est ; non ut libi negetur, sed ut exerceat acceptурum. Ergo (piando obscurum est, *medicus illud fecit, ut pulses : voluit, ut exercereris in pulsando ; voluit, ut pulsanti aperiret. Pulsando exerceberis, exercitatus latior efficieris: latior factus capies quod donatur.* » Ibid, in v. 8.

« Ad hoc ergo ille cooperit coelum nubibus, ut paret terra» pluviam : ad hoc obscura esse voluit dicta Prophetarum , *ut haberent postea servi Dei, quod interpretando influerent super aures et corda hominum*, excipientium de nubibus Dei saginam lætiliæ spiritalis. » Et L. cont. mendae. C. 10. « Quæ propterea figuratis voluti amictibus obtegentur, *ut sensum pie quærentis exerceant, ac ne nuda et prompta vilescant:* quamvis, quæ aliis locis aperte ac manifeste didicimus, cum ea ipsa de abditis eruuntur , *in nostra quodammodo cognitione renovantur, et renovata dulcescunt :* nec invidentur discentibus, quod his modis obscurentur, sed commendantur magis, *ut quasi subtracta desiderentur ardentius, et inveniantur desiderata jucundius.* »

Alter est S. Joan. Ciirysostomüs , qui in C. 23. Maith, hom. 44. inquit: « Ratio obscuritatis multiplex est... Primum, *quia Deus alios voluit esse Doctores, alios discipulos...* Deinde obscurata est notitia veritatis, *ut non tam utilis inveniatur, quam non contemptibilis :* contemptibilis enim est, si ab illis intelligatur, a quibus nec amatur nec custoditur. Non ergo abscondita est in Scripturis veritas, sed obscura : *non ut non inveniant eam, qui quærunt eam; sed ut non inveniant, qui quærere eam nolunt:* ut *ad illarum quidem gloriam* pertineat, qui inveniunt eam; quia desiderarunt eam et quæsierunt et invenerunt : *ad illorum autem condemnationem,* qui nou inveniunt eam; quia nec desideraverunt cam, nec quæsierunt, nec invenerunt. »

Conf. II. In Scripturis duo considerari possunt, res scilicet, quæ dicuntur, et *modus,* quo dicuntur: sed ex utroque nascitur obscuritas. Quæ enim sub *rebus* continentur, obscura sunt : 1. mysteria allissima de Deo ejusque operatione, de Trinitate, Incarnatione Verbi, Praedestinatione, Sacramentis, Peccato originali, etc. 2. Prophetiae de rebus eliamnum futuris, et vaticinia per eventus quidem, sed nobis penitus non perspectos, jam completa; 3. credendorum et agendorum leges et dictamina; de quorum sensu, extensione, obligatione et usu tanta adhuc inter eruditos etiam dissensio: 4. historia»; quarum vel materia*vel adjuncta vel tempus incerta et dubia manent : quibus accedunt sensuum usurpandorum incertitudo, diversitas scopi, et figuratorum multiplicitas.

Quæ autem ad *modum* perlinent difficultates plurimae oriuntur praeter phrases et idiotismos linguis originariis proprios: 1. ex defectu et incertitudine signorum ; 2. ex notione varia, ambiguitate et aequhocatione verborum ; 3. ex redundantia aut imperfectione vel praepostero ordine sententiarum ; 4. ex frequentia troporum et figurarum; .*>. ex antilogiis in speciem occurrentibus; 6. ex comparationibus, distinctionibus et interpretationibus per diversimode sentientium notas adjectis. I ude et ipse Lvtherus coactus

est dicere in pra*f. ad Psalmos: r scio esse impmlenlissiiiw temeritatis eum, qui audeat profiteri, unum Scriptura· librum a se in omnibus partibus esse intellectum. » Et apud Aiirifabrum in Sympos. « Scripturas sacras sciat se nemo degustasse, nisi centum annis eum Elia. Elisæo, Joanne Baptista, cum Christo et Apostolis Ecclesiam gubernari!. « -f·

3ti. *Objic.* Scriptura tribuit xerbo Dei claritatem absolute, obscuritatem lautum respective: primum quidem, quia Apostoli Malth. v. I i. dicuntur *hu- mundi;* Pra-ceptum Domini Ps. IS. v. 9. *lucidum, illuminans oculos;* Verbum Dei Ps. 118. v. HK>. *lucerna pedibus, et lumen semitis;* Mandatum Domini Douter. 30. v. II. *non supra nos neque procul positum :* secundum vero, quia in 2. ad lior. 4. v. 3. scribitur: *Quod si etiam opertum est Evangelium nostrum; in iis, qui pereunt, est opertum.* Ergo.

R. Ad Arg. 1). .4s.«. Scriptura tribuit verbo Dei claritatem absolute, et obscuritatem tantum respective in aliquibus, C. in omnibus N. vel *subd.* supposita revelatione divina et praemissa declaratione Ecclesiastica, C. sine his. N. Textus allati vel ad rem non faciunt, vel sub hac modificatione sunt intelligendi. Nam 1. textus apud Matth. accipiendus est de luco exemplorum et probitatis, ut explicat v. 11. *Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant upera vestra bona;* non autem de luce doctrinæ, quasi nihil ab Apostolis aut scriptum aut traditum sit obscurum. 2. Verba Psalmorum non esse accipienda sine illis conditionibus declarant Ps. 118. v. 18. *Revela oculos meos, el considerabo mirabilia de lege, tua, et* \ 130. *Declaratio sermonum tuorum illuminat, el intellectum dat parvulis.* 5. Locus Deuteronomii vel agit de facilitate implenda* legis divinæ, ut. praeter Patrum apud Bellarm. expositionem, manifeste indicat x. 4. *Juxta te est sermo valde in ore tuo et in corde luo, ut facias illum :* vel agit de facili cognitione solius Decalogi, cujus praecepta tanquam naturalia ante omnem Scripturam a Judaeis jam inlelligebantur, et per Moysen explicata magis innotuerant. 4. Paulis verbis citatis non indicat nullum post Evangelii praedicationem latere mysterium; sed rationem reddit cur multi Jiidæorum adhuc non credant: nempe quia, ut prosequitur, *Deus hujus seculi ercœcavit mentes infidelium.,* etc.

Inst. I. Patres asserunt Scripturam cuique aperiam, nec indigam Interpretis. S. Aüg. quidem L. 2. de Doct. Chr. C. 9. scribit : *In iis, quæ aperte in Scripturis posita sunt, inveniuntur illa omnia, quæ continent fidem moresque vivendi, spem scilicet et charitalem:* S. Chrys. autem hom. 3. de Lazar. *Cui enim non manifesta, quæcumque in Euangelio scripta sunt ? quis autem audiens beatos esse miles, beatos misericordes, beatos mundos corde, c<pteraquehujusmodi, desiderabit pripceptorem, ut aliqifid eorum discat quee dicuntur? quin et signa, miracula, historice, nonne cuivis nota manifestaque sunt ?* Et hom. 3. in 2*“ ad Thess. *Quam ob rem opus est condonature? omnia clara et plana sunt ex Scripturis divinis.* Ergo.

R. Superiorem distinctionem hic repetendam docent tum testimonia eorumdem Patrum superius laudata, tum contextus. Aug. enim 1. c. praemittit : *Prima observatio est nosse illos libros, et si nondum ad intellectum, tamen vel mandare memoria, vel omnino non incognitos habere;* et subjungit : *Tum vero in ea, quæ obscura sunt, aperienda et discutienda pergendum.* Similiter Chrysost. subdit primo loco: *Quod si non poteris assiduitate lectionis invenire*

quod dicitur, accede ad sapientiorem, rade ad ductorem; et loco secundo : V(/x7/, *qua' clara sunt ; quid de obscuris rogas ? mille histuriir sunt in Scripturis, dic mihi unam e.r illis. Sed non dices. Pradimtus sunt ista el mania verba;* nempe quibus multi torporem suum in lectione sacra excusare contendebant, ad quein excutiendum S. Doctor his amplificationibus utitur.

tnst. 2. Argumentum, distinctio el usus Scripturae probant ejus claritatem. Nam I. summa Scripturae continetur in praeceptis Decalogi, Symlxdo, Oratione Dominica, el Sacramentis: sed hæc omnia illustrantur apertis Scriptura* testimoniis: ergo Scriptura etiam debet esse aperta. 2. In eo differunt vetus et novum Testamentum, quod velus teste Isaia C. 29. fuerit liber signatus, novum vero sil apertus; eum Apoc. *». Agnus, qui occisus est, librum aperuerit el solverit signacula : ergo saltem novum Testamentum est clarum. 3. Non probatur notius per mimis notum, sed contrarium fit juxta axioma Philosophicum : sed omnes dogmata fidei probant per Scripturam : ergo ha*c debet osse notior, adeoque clara.

R. X. Ass. Ad ejus *prob.* I *a,D. T. AI.* inprimis .V. *min.* cum alias nullae jam circa hæc capita restarent cum Hærelicis controversim. Deinde .V, *Cons,* quia permissa quantumvis illa Scripturae summa, hujusque claritate, nihilominus in mysteriis, prophetiis, canticis canticorum, aliiSque tenebrae remanerent. *Ad* 2ὺω A..I. vel *D.* In eo differunt, quod Vetus Testamentum sit liber signatus tam quoad sententias quam quoad figuras ; et novum sil liber apertus quoad figuras quidem, non autem quoad sententias, C. opposite quoad omnia, N. Quamvis umbrae figurarum in V. T. obscurantes, per N. T. lucem et complementa rerum sint discussae; utrumque tamen Testamentum retinuit suum velamen quoad multas sententias. *Ad.* 3,m. *D. AI.* Non probatur notius per minus notum notitia verborum, quæ stat in perspicuitate sententiae, N. notitia veritatis, quæ in certitudine dictorum consistit. Ç. H-v sensu dogmata fidei probantur demonstratione Théologien - \lb ' quia notius est, verum esse, quod habetur in verbo ^ 7 'lQam fi110'l assentur a Patribus vel Doctoribus, licet obso^—f',,d ^cripturæ verba, quam Patrum et Doctorum co>»<ciiuæ, suis illa commenta) iis ilhisti antium.

37. *Dico II.* In dubiis Scripturae solvendis sola Scriptura non sufficit; sed datur vivi interpretis et judicis necessitas. *Prob.* Multa in Scripturis sunt obscura, ut probatum est (num. 33.) : multa etiam sunt controversa, ut constat experientia, tam circa ipsum Scripturarum canonem, quam circa textuum Scripturae inlelligentiam. Sed neque pro illis obscuritatibus exponendis, neque pro his controversiis decidendis Scriptura sola sufficit. Quoad *primum* enim vel textus clariores adsunt, qui obscuros illustrare queunt; ut circa obscuritatem ex *rebus* ortam manifestum est ; vel si clariores adsunt, eorum tamen collatio factu est difficilis; el facta etiam omnem obscuritatem non tollit, ut Patrum senlentiie supra relatæ, el orthodoxorum cum Haereticis ac Haereticorum inter se vigentes conlroversiæ loquuntur. Quoad *secundum* autem, imprimis de canone sacrorum librorum Scriptura nihil edicit, neque signum aliquod externum prodit pro uno potius libro a Novatoribus admisso, quam pro allero ab iis rejecto: si quis autem liber divinitatem suam enuntiat, nisi aliunde constet dix initus eum inspiratum, tam parum probal se divinum, quam parum id praestat Alcoranus Mahomelis,

qui se missum do cœlo dicit : ad ciuionem autem Judæorum vel Christianorum prions ætalis qui provocat, jam a solius Seripturæ criterio discedit.

Deinde vero'pro intelligenlia controversi textus, nec Scriptura sensum determinat. nec comparatio textuum causam decidit, nec regulae hermencuticæ qualescumque controversiam finiunt ; cum Haeretici suum sibi errorem in Scripturis perspicere affirment, et adjumentis illis omnibus adhibitis repugnaro veritati pergant. Ergo in Scriptune dubiis sufficere Scriptura sola nequit, sed datur vhi interpretis ac judicis necessitas, sicut nempe lis de hæreditate cernenda ex solo testamento obscuro et a litigantibus ad suæ causæ patrocinium adducto, sine interpretis et judicis sententia, liniri non potest.

Conf. Ortis de lege ac fide atque ex Scriptura quaestionibus, Scriptura jubet et exemplis docet, ad vivum interpretem ac judicem esse recurrendum. Alterum liquet ex Deuter. 17. v. 8. Si *difficile atque ambiguum apud tejudicium esse perspexeris inter causam et causam, lepram et lepram, et Judicum videris verba variare, surge et ascende ad lucum quem elegerit Dominus, veniesque ad sacerdotem et judicem qui fuerit illo tempore, quœresque ab eis* etc. Et ex 2. Paralip. I!) v. 10. *Ubicumque quœstioest de lege, de mandato, de cœrimoniis, de justificationibus, ostendite eis.* Alterum ex Malth. 2. v. 4. ubi Herodes *congregans omnes principes Sacerdotum et scribas populi sciscitabatur ab eis, ubi Christus nasceretur;* el ex Act. 15. v. C. et 7. ubi quibusdam postulantibus, ut gentiles ad fidem Christi conversi subjicerentur circumcisioni et legi Mosaicæ, *convenerunt Apostoli et Seniores videre de verbo hoc ; cum autem magna conquisitio fieret, surgens Petrus dixit* etc. Item ex historia ecclesiastica; unde constat nullam hæresin per solam Scripturam fuisse damnatam, nullarnque causam absque vivorum judicum sententia terminatam fuisse.

38. *Objic.* Scriptura jussu et factis docet in dubiis esse recurrendum ad Scripturam : Sic Isa. 8. v. 20. jubet ire Dominus *ad legem magis et testimonium;* Joan. 5. v. 39. Christus Judæis ait : *Scrutamini Scripturas;* de Beroensibus autem Act. 17. v. 11. narratur, quod ad prædicationem Pauli *susceperint verbum cum omni aviditate, quotidie scrutantes Scripturas, si hœc ita se haberent.* Ergo.

Λ. *ad Arg. D.* Scriptura jussu et factis docet recurrendum esse ad Scripturam aliquando et alicubi, sc. ubi est clara, C. semper et in omnibus, *subd.* illam vel ut mediurn licitum præferendo illicitis, vel ut utile adjungendo aliis, C. illam statuendo ut medium unicum aut sufficiens, N. Aliud testimonia allata non evincunt. Secundum priorem enim comparationem Inra esse accipiendum docet versus praecedens: *Cum dixerint ad vos; queerite a pythonibus et a divinis, qui strident in incantationibus suis : numquid non populus a Deo suo requiret?* Praeterea ex contextu hic sensus solus sequitur : relinquite insanas illorum superstitiones, Deo solo contenti ; qui plane huc est impertinens.

iTM est potius contrarium, siquidem *scrutamini* sumatur in Indicativo, ut givpca latinaque dictio permittit, versus sequens innuit, et cum Cyrillo apud Maedos. pluies sentiunt; cum hunc faciat sensum : Vos quidem scrutamini Scripturas; sed quia non recipitis testimonium Joannis, nec creditis

miraculis Christi, nec auditis verbum Patris, obcæcati estis et non creditis. Si vero sumatur in Imperativo, utile quidem non autem sufficiens medium esi Scriptura; cum hic non ad eam solam, sed simul v. 33. 36. 37. ad tria proxime memorata ct neglecta Judrei remittantur.

3“m sistit nobis Beroenses vel ante, vel post susceptam jam fidem Christi? si 1u"‘, ut Lorinus sentit, scrutando Scripturas motiva credibilitatis de divinitate Christi ad trutinam revocarunt; quod catechumeno necessarium est, quin fidelis jam ad idem teneatur.*si 2"‘‘, ut textus ipse indicat, scrutatores Scripturarnm non hic egerunt judicio definitionis, sed judicio discussionis, ad proficiendum scilicet in declaratae jam a Paulo veritatis cognitione; ad quem scopum non inutilem concedimus Scripturam.

Inst. 1. Eadem non admittit interpretationem hominum; sed ipsa se, instituta textuum collatione, satis declarat : hinc Christus Joan. 5. v. 34. ait: *Ego autem non ab homine testimonium accipio;* et sequeretur alias fidem nostram pendere ab intelligentia humana, cum tamen ad Ephes. 2. v. 20. dicatur: *supercedi/icati supra fundamentum Apostolorum et Prophetarum;* Aug. autem L. 2. de Doctr. Chr. C. 6. scribit : *Nihil fere de illis obscuritatibus eruitur, quod non planissime dictum alibi reperiatur.* Ergo.

R. N. Ass. Ad ejusproô. 1AU1. A'. *Cons.* Allatus textus excludit tantum necessitatem testimonii humani,et quidem in materia singulari de divinitate Christi, quam Prophetarum oracula, Christi prodigia et Patris vox apud Jordanem abunde probaverat; non item ejus consortium et utilitatem, cum constet, Joaimem Bapt. et Apostolos divinitus constitutos fuisse hujusmodi testes.

Ad 2sm *D. seq.* Fides nostia quoad substantiam penderet ab intelligentia humana, N. quoad explicatiorem modum, *subd.* ab intelligentia mere humana, N. simul divina, C. Nihil equidem credimus, nisi verbum Dei scriptum aut traditum ; ideoque fides nostra stat superædificata fundamento Apostolorum et Prophetarum : sed hoc verbum nec certo cognoscimus, nec intelligimus, nisi proponente Ecclesia, cujus auctoritas non est mere humana; cum illi perpetuo adfuturus sit promissus Spiritus sanctus, et qui eam audierit, auditurus Christum dicatur.

Ad. 3am *R.* Aug. sententiam tum ex allatis nuper testimoniis, tum ex particula *fere* hic inserta, non pertinere ad universam Scripturam.

Inst. 2. Deus promisit et testatur intelligentiam Scripturarum sine magisterio humano; siquidem Isa. 54. v. 13. habetur : *Dabo omnes filios doctos a Domino; et* Jerem. 31. v. 34. *Non docebit ultra vir proximum suum, et vir fratrem suum... omnes enim cognoscent me a minimo usque ad maximum ;* ac. 1. Joan. 2. v. 27. Aon *necesse habetis, ut aliquis doceat vos : sed sicut unctio ejus docet vos de omnibus: manete in eo.* Ergo.

R. N. Ass. Textus Isai.e si cum Cyrillo intelligatm' de doctrina Evangelii, indicat hanc non jam per Prophetas sed per ipsum Filium Dei proponendam Judæis ; Si cum Aug. exponatur de gratia divina, significat Spiritum sanctum interius persuasurum id, quod magister exterius proposuerit faciendum ; quem postremum sensum ipse Dominus Joan. 6. v. 45. declarat : *Est scriptum in Prophetis : Et erunt omnes docibiles Dei : omnis, qui audivit a Patre et didicit, venit ad me.* Textus Jeremi.-e per hyperbolen docet cognitionem Dei in N. T. fore familiarem, et clariorem uberioremque, quam in V. T. fuerat; instructionem autem humanam sive de hoc sive de aliis fidei

objectis non excludit penitus,· cum Mallii. 28. v. 20., ad Eph. L v. n. e(alibi doclores a Deo constituti habeantur. Similiter textus Joannis non negat absolute, instructionem esse necessariam, aut ad fideles confirmandos; cum hoc ipsum hic Apostolus revera præstet : sed certum duntaxat modum ; quem nimirum vel in rudibus et ignaris tironibus imbuendis, vol in reductis ad pristina revocandis usurpare oportet. Præterea locutio hæc est xel sperantis, Parthos ita in rebus tidei fuisse instructos, ut docturo amplius non egeant, vel commendantis tum suam doctrinam illorum institutioni conformem. tum eorum diligentiam.

39. *Dico ill.* Necessarius ejusmodi interpres ac judex non esi spiritus privatus. *Prob.* Spiritus privatus haberi posset pro legitimo hujusmodi interprete ac judice, vel «piia ad salutem sufficit credere illa quæ quis ex Scriptura pro sua capacitate addiscit credentia, xel quia interior fidelis cujuslibet persuasio est idonea credendi regula : nentium dici potest : ergo.

Prob. Min. 1° Opinio prior caret omni fundamento, sive ex Scriptura et traditione, sive ex ratione et moribus Ecclesiæ : inimica est integritati fidei; et Trinitatis, Incarnationis, aliorumque dogmatum ignorantiam facit innoxiam, quorum scilicet mysteria captum humanum superant : contraria estœconomiæ divinæ, juxta quam ex 1* ad Cor. 12. v. 8. etseqq. *alii quidem* per *Spiritum datur sermo sapientiæ ; alii autem sermo scientice ;.... alii Interpretatio Scripturarum;* non autem omnibus: *Numquid omnes doctores? Numquid omnes interpretantur ?* aliena est ab institutione Christi, Apostolis Matth. 28. v. 19. imperantis : *Euntes docete omnes gentes.... docentes eos servare omnia, quæcumque mandavi vobis;* repugnat disciplinae Apostolicæ 1' ad Cor. 14. v. 33. praescribenti mulieribus, *Si quid autem volunt discere, domi viros suos interrogent :* frustrat Ecclesiæ docentis sollicitudinem, Conciliorum definientium auctoritatem, Hiérarchie ordinem, aliaque salutis media.

Prob. 2° Legitima Scripturæ interpretatio debet fieri Spiritu divino ; tum quia, quo Spiritu scriptum est verbum Dei, eodem est exponendum : tum quia ex 2* Pet. 1. v. 20. *Omnis prophetia Scripturæ propria interpretatione non fit.* Sed spiritus privatus, si consideratur ut communis et omnibus inest, divinus esse non potest ; cum diversis diversa dictet, Spiritus autem Dei contrarius sibi esse nequeat ; si autem consideratur ut est alicui specialis, sine revelatione alia incertum est an sit divinus ; tum quia dari pseudoprophetas, et *qui sequuntur spiritum suum, et nihil vident,* docemur ab Ezech. 13. v. 3. et Christo Matth. 24. v.t Let seqq.; tuna quia ab Apostolo monemur 1. Joan. 4. v. 1. *Solite omni spiritui credere, sed probate spiritus, si ex Deo sint :* Etsi autem et habenti veritatis spiritum hoc certum foret; is tamen ad fidem aliis faciendam non est idoneus, nisi accedat Ecclesiæ auctoritas, ut ex communicato cum ApostolisEvangelio s»io Paulus ad Gal. 2. v. 2.ostendit,ct Aro. L. 28. cont. Faust. C. 4. arguit : *Quis est ergo tam demens, ut credat nescio cui ex transverso de Perside post ducentos et amplius annos venienti... cum ipse Apostolus Paulus post ascensionem Domini de cœlo vocatus, si non inveniret in carne Apostolos, quibus communicando et cum quibus conferendo Evangelium, ejusdem societatis esse appareret, Ecclesia illi omnino non crederet.*

40. *Objic.* Jubemur ipsi examinare omnia: et probis promittitur veritatis revelatio. *Primum* palet ox P nd Tiles'·. 3. v. 21. *Omnia probate: quod* />o-*nuin ext, tenete;* ex 1a Joan. 4. v. I. *Probate spiritus, si ex Deo sint:* item *secundum* ex Luc. 11. v. 13. *Paler rester de cado dabit Spiritum bonum petentibus se;* el Joan. 7. v. 17. Si *quis noluerit voluntatem ejus facere, cognoscet de doctrina, utrum ex Deo sit.* Ergo,

Λ. *ait Ari/.* Γ *I).* Jubemur ipsi (se. qui sensus exercitatos, ut ad Hebr. 5. v. 12. indicatur, aut donum discretionis spirituum habent,) examinare omnia, C. omnes et quicumque N. vel *Subd.* secundum critérium nostrum, \. secundum regulam fidei, C. Alterutrum distinctionis membrum pertinet ad testimonia laudata, maxime, postremum, de quo ipsum JoASxiscap. allatum pro regula fidei assignat Apostolorum cl Ecclesiæ doctrinam. 2° *D.* Promittitur veritatis revelatio mere interna, et excludendo magisterium externum, N. hoc non excludendo, nec modum cognoscendi determinando. T, Siquidem textus prior de doctrina specialim haud loquitur; posterior autem de Christi suam doctrinam aliunde probantis eloquio duntaxat agit.

Inst. 1. Fidelibus ct spiritualibus asseritur facultas discernendi sensum Scripturarum. Scribitur enim ad Rom. 12. v. G. *Habentes autem donationes secundum gratiam quæ data est nobis differentes, sive prophetiam secundum rationem fidei, sive* etc. Item 1. ad Cor. 2. v. la. *Animalis homo non percipit ea quæ sunt Spiritus Dei : spiritualis autem judicat amnia, et ipse a nemine judicatur.* Ergo.

R. D. Fidelibus et spiritualibus omnibus, et sine muneris donique discrimine asseritur facultas discernendi sensum Scripturarum, N. aliquibus, et pro singulari personarum qualitate, T. Praeterquam enim, quod non omnes tantam fidem habeant et spirituales in memorato sensu sint; textus *primus* non significat prophetiam (sive ea dicatur vaticinandi sive Scripturam interpretandi donum) distribui pro magnitudine, fidei, quam quivis habet, ut objectio contendit ; cum multi magna fide praediti careant penitus hac gratia gratis data: sed agit de usu hujus doni, et praescribit canonem, secundum quem nemo sive vates, sive interpres haberi aut suscipi possit, nisi cum fide fideique regulis congruat; contra ac pseudoprophetae et haeretici faciunt. *Secundus* etiam soli quidem spirituali illam facultatem tribuit, sed non omni; docetque nihil valere carnis prudentiam in judicanda pietatis doctrina, eamque censuram ac jus illud residere penes unum Dei Spiritum : verum hunc spiritum dari omnibus neque hic neque alibi declaratur.

Inst. 2. Deus solus docet, et quilibet intelligit vocem Dei, juxta Matth. 23. v. 8. Fos *autem nolite vocari Rabbi; unus est enim magister vester,* sc. Christus, *omnes autem vos fratres estis;* et Joan. 10. v. 27, *Oves mece vocem meam audiunt; et ego cognosco eas, et sequuntur me.* Ergo.

R. .V. *A.* ad quod probandum allati textus non faciunt. Nam *primus* Christlm quidem solum declarat magistrum ejusmodi, qui sit fidei auctoret religionis fundator, prohibetque Judaeorum more Apostolos fieri sectarum et dogmatum fabricatores : adeo tamen non vetat esse communis dogmatis nuntios et unius religionis propagatores, ut potius apertis mandatis ad id officii eos designavit : quin et Doctoris nomen in Ecclesia Dei Apostolis, Prophetis ac Pastoribus semper proprium et usu commune fuit; distincti autem ab his etiam Ductores, Act. 13. ad Eph. 4. et 1. ad Cor. 12. alibique cele-

brantur. *Secundus* de praedestinatorum divino ductu et obedientia, non autem de Scripturarum intelligcntia loquitur : si tamen de hoc forsan accipiatur, modum loquendi specialem sicut non exprimit, sic nec excludit : quare cum ille modus a Deo institutus sit el familiaris, qui per os Ecclesiæ, vicarios Christi et Apostolorum successores perficitur, objectionis scopo obest potius, quam prosit.

41. *Dico IV.* Neque interpres aut judex illo est magistratus politicus, sed Ecclesia. *Prob.* Dubia circa Scripturam solvenda habent pro materia Verbum Dei seu legem superioris; pro fine divinam fidem seu assensum certissimum; adeoque ut interpres et judex agat valide, debet esse auctoritate divina munitus, aut saltem divinitus ad bane causam deputatus : ut agat licite et utiliter, immunem eum ab errore et fallacia esse oportet. Sed neutra conditio convenit magistratui politico; ut in Tr.de Legibus ostenditur ; utraque autem propria est Ecclesiæ Catholic» ; ut in Disputatione sequente probabitur ; ergo. Vide ibidem probationes ampliores una cum vindiciis.

42. *Observa.* Locuti hactenus sumus de interpretatione Scripture authentica, eamque auctoritatem tribuimus, non descendendo ad subjectum immediatum, penes quod in Ecclesia illa facultas resideat : prius quidem, quia hæc solum interpretatio objectum fidei constituit posterius; quia, ad fidem hoc interim sufficit. Sicut vero præter *authenticam* interpretationem legum datur alia quæ, quod a Doctoribus vel rerum gnaris fiat, *doctrinalis* vocatur; sic eadem circa Scripturam in usu est. et ut a nobis breviter attingatur, meretur. Quoniam vero in *Scriptura polemica explicata* tum canones quidam generales pro genuino Scriptui» sensu dati sunt, tum varia adjumenta sunt allata; ita scriptionem moderabimur, ut non repetamus, quæ de notitia chronologiæ, monetarum, mensurarum, ac ponderum, aut de tropis et figuris aut de linguæ hebraicæ et græcæ idiotismis dicta sunt : quæ vero in canonibus nimis adstricta videntur, amplius explicemus, et quorumdam aliorum notitiam adjiciamus.

Qu.eres. *Queenam ad doctrinalem Scripturæ sacræ interpretationem faciant?*

43. *Nota.* Ad rite intclligendam Scripturam sacram et exponendam, sicut in disciplinis omnibus, ars continetur in regulis, exemplum datur ab Interpretibus : utrumque juvant dispositio legentis et methodus lectionis. De singulis pro instituto breviter.

44. *Respondeo I.* Dispositiones animi pro legendis et exponendis Scripturis requisite, aliæsunt remote, alire proximæ. *Remota-* sunt 1. Puritas cordis; in malevolam enim animam aut corpus subditum peccatis sapientia non introibit : 2. Oratio; quia nonnisi postulantibus et orantibus sapientia promittitur : 3. Intentio recta; cum eo, quo Spiritu facta est Scriptura (ad manifestandam scilicet Dei, ejusque voluntatis ac veritatis cognitionem) perscrutanda sit. *Prorimæ* sunt 1. Humilitas; qua ratio subjiciatur fidei, opinandique libido et philautia frænetur : 2. Simplicitas; qua excludatur curiositas aut noxia aut inutilis : 3. Sedulitas ; qua vincatur torpor ac tædium,

excitetur attentio el meditatio : *i.* .Moderatio, qua tum festinatio tum morositas nimia debite coerceatur.

45. *Respondeo //.* Methodus legendi sacram Scripturam stat in triplici ordine. Iu* ordo est librorum : secundum quern universim ante vetus Testamentum est legendum novum, tanquam scopus el interpres veteris : speciatim autem tanquam faciliores praemittendi sunt historici, tum subjiciendi legales, his addendi sapientiales, postremo sequuntur prophetici. 2"s est lectionis, quæ lacienda est primum ad notitiam, necdum inhaerendo difficultatibus sive litteræ sive mysterii : deinde repetenda est ad pleniorem cognitionem, litteralem sensum omni ex parte versando, tum mysticum indagando. 3US est adjumentorum, quæ sub initium capienda sunt ex synopsibus et concordiis; dein augenda notis grammaticis, chronolo gicis et geographicis; tandem amplificanda commentariis et disquisitionibus particularibus.

46. *Respondeo III.* Regulae pro interpretandis Scripturis aliæ communes sunt libris sacris omnibus, aliæ speciales, seu his illisve libris propriae. E.x communibus distinguimus regulas pro sensu litterali ab aliis pro sensu mystico: speciales ad Prophetias, Psalmos et Evangelia restringimus.

Regiilæ pro sensu litterali. I. Omnis locutio propria proprie, figurata figurate accipiatur. II. Vox omnis et locutio accipienda est proprie, nisi necessitas aliqua cogat accipere eam improprie. 111. Necessitas est accipiendi vocem aut locutionem improprie, si proprie accepta vel asserat aliquid repugnans aut fidei, aut Dei hominumve charitati, aut honestati morum ; vel contextui et circumstantiis non congruat. IV. Ob repugnantiam cum fide accipiendus improprie est sermo : **I**. qui Deo tribuit humana sive membra, sive officia, sive affectiones; 2. qui de Christo vel Ecclesia enuntiat praedicata ex rebus inanimalis vel irrationalibus desumpta; vel statum, negotia aut actiones ad seculi normam describit; 3. qui felicitatem, potestatem, ornatum, victum aliaque justorum sub rebus corporalibus proponit. V. Ob repugnantiam cum charitate aut honestate improprie accipiendus est sermo : 1. qui saevum quid el asperum sive contra se sive, contra proximum jubere videtur; 2. qui molle quid aut carnale videtur praecipere aut commendare; 3. qui alterutrum a viris sanctis factum laudare vel imitandum proponere videtur.

Rcguloe pro sensu mystico. 1. Neque nimis vaga et libera sit sacrarum litterarum interpretatio mystica, neque nimium restricta : certa est, quam Christus ip$e et Apostoli fecerunt; probabilis saltem, quam usurparunt Patres. II. Ites visibiles sic creavit Deus, ut non solum humanis usibus servirent, sed suis etiam proprietatibus adumbrarent res spirituales et coelestes ; unde plerisque præter litteralem unus vel plores sensus mystici convenire possunt. 111. Deus per vetus Testamentum aliud nos docere voluit quam meras historias. IV. Omnia antiqui foederis contingebant quidem in liguris; in omnibus tamen omnino circumstantiis ajit partibus scrutari mysteria vanum est aut noximn. V. Person» vet. Test, celebres multæ significabant allegorice Christum, Israeliticus populus in multis Ecclesiam. VI. Historia*, Ceremoniae, Sacrificia, Ritus, Judicia V. T. præceplaquc de iisdem præter sensum allegoricum sæpe habent etiam moralem et anagogicum.

flripihe pro Prophetiis. I. Non omnia Prophetarum dicta ei facta sic ad futura referri debent, ut sui temporis historiam et populi salutem eos neglexisse putemus. II. Prophet® historiam praderilam vel præsentem recitantes, aut futuram pronuntiantes, sa»pe subjungunt prophetiam de Christo et Ecclesia, facto transitu de littera ad spiritum. III. Hic transitus certo adest, ubi dicta superant modum.qualitatem et ordinem pei-souarum ac rerum quæ tractantur: si non superent, de utroque, figura et figurato, eadem verba inlelligi possunt. IV. Sub eodem contextu transeunt Prophet® de verbis protenti temporis ad verba futuri et præsentis, aut e contrario, quin de diverso tempore loquantur: euntque ac redeunt ad res promiscue mi.vliinque traditas, absque servato ordine. V. Prophetiæ eadem sententiarum serie cons* cript® non semper tota? eodem tempore complentur, sed paulalim et secundum temporum successiones.

Reyuliepro Psalmis. I. Frequentes sunt in Psalmis repetitiones, sive iisdem sive aliis verbis : c contrario nec rara» sunt mutationes personarum, sive quæ loquuntur, sive de quibus et ad quas Iit sermo. II. David in psalmis loquens plerumque gerit figuram Christi aut Ecclesia». III. (aim Christus loquitur, vel intelligendus est totus ac plenus, hoc est, et ipse lanquam caput, et ejus corpus quod est Ecclesia; vel ex persona solius capitis aut solius corporis. IV. Corpus Christi rursus vel sumitur plenum ac integrum, pro omnibus scilicet membris, h. e. justis et peccatoribus, perfectis et imperfectis, fortibus et infirmis, tribulatione afflictis et solatio recreatis etc.; vel pro uno aut altero membro. V. Personae Christi et Ecdesiæ opponitur dæmon et perversorum turba ; qui ad rationem priorum varie accipiuntur, dum Dav id de x i et perse? cutione, bellis et periculis hostium loquitur.

Ref/ubp pro Erangeliis. I. Evangelista· tum testimonia vel. Testamenti, tum gesta et dicta suæ historiæ nonnunquam referunt diversis verbis, quam ab antiquis et coævis scriptoribus sacris fuerint relata; quia ad res et sententias præcipue attenderunt. II. Evangelistarum quisque aliqua prælermittit, quæ alius recitat : et unus has, alter illas circumstantias narrat; pro ratione scilicet cuivis propria, et absque contradictione. III. I bi quidpiam ab uno Evangelista narratur, cui simile etiam refertur ab altero, sed ita ut in uno alterovc puncto appareat contradictio quæ conciliari nequeat, utrumque factum reipsa esse, et aliud ab alio commemoratum, teneatur. IV. Dum Evangelistic in sermonis continuatione utuntur verbis, *in illo tempore, tunc, postea,* aut similibus, indicant quidem, qua» narrantur facta fuisse consequenter. non autem continuo; si nulla temporis consequentis differentia exprimatur, de re tantum facta, non item de serie factorum, certi reddimur : cum Evangelista.» non raro rerum, quas gestas narrant, ordinem negligant, prius factum referendo posterius, ante contra. V. In parabolis præcipue attendatur ad scopum et intentionem, propter quam illae proferuntur: reliqua earum adjuncta urnatum narrationis faciunt, mysterium autem sensus non habent, ner. explicationis necessitatem imponunt.

17.*Respondeo* **/1**. Interpretes. <pii in enarrandis et exponendis Scripturis sacris operam posuerunt, in varias classes distingui possunt. 1° quidem secundum,sensum quem seciantur, in Litterales et Morales : 2” secundum methodum quam tenent, in Abbreviatores, Annotatores, Disputatores, Com-

menliitores, llapsodos seu Collectores etc. 3" secundum materiam quam tractant, in I nivei sales et Particulares prout nempe vel totam Scripturam, vel partem ejus aut iiuiiiii pluresve tantum libros exposuerunt : 4° secundum tempus, in Antiquos, .Medii ævi, et Recentiores. Syllabum corumdem aliquem daturi, omnium harum (Iassium rationem aliqnalern balæbimus : ita tamen ut celebriores duntaxat referamus, et quidem qui vel in universam Scripturam, vel saltem in totum Vetus aut Novum Testamentum scripserunt : quod postremum litteris initialibus indicabimus. Placuit autem ob conformitatem cum posterioribus ordinem chronologicnm sectari, et ad periculum avertendum Interpretes Heterodoxos litteris majoribus distinguere, dum Catholici et Judtei minoribus notabuntur.

Sec.i i.Lm I. et II. Jonathan filius Uziclis, Onkcloset Joseph cœcus scripserunt Tar* gum, h. c. Translationem et Paraphrasim Chaldæo sermone in V. T. Philo Libros ContinUii» Explicationis, Quæstionum et Propositionum in V. T. Flavius Josephus in Libris de Antiquitatibus Judaicis continuam velul Paraphrasin in V; T.

Sec. III. T. Flavius Glcmens Alexandrinus in Libris Hxpotyposeon seu informationum compendiariam Expositionem. Ammonius Alexandrinus Consonantiam .Moysis bt Jcsu.oc Harmoniam Evangelicorum in N. T. Adamantins Origenes Scholia, Homilias et Tomos.

Sec. IV. Diodorus Ep. Tarsensis Volumina. Dorotheas Ep. Tyri Syiiopsin. Athanasius Ep. AlcXdndrinus Synopsin, Commentarios, Sermones. Eusebius Ep. Cæsdricnsis Collectiones, Expositiones, Canones. Asterius Sev thopolitanus Commentariolo» in N. T. Ambrosius Ep. Mediolanensis Sermones, Homilias, Libros. Didymus Alexandrinus Opera allegorica.

Sec. V. Joannes Chrysostomus Ep. Constanlinopolitanus Commentarios et Homilies. Hieronymus Presbyter Translationes, Annotationes, Commentarios et Epistolas. Orèsiesis Monachus Ægyplus Dissertationes. Aurelius Augustinus Ep. Hipponensis Annotationes, Quæstiones, Disputationes, et Expositiones. Cyrillus Ep. Alexandrinus Homilias, Epistolas, Commentarios et Disputationes. Eucherius Ep. Lugdunensis Quæstiones. Isidorus Pelusiota Expositiones epistolares. Theodorctus Ep. Cyri Isagogen cl Commentarios.

Sec. VI. Fulgentius Ep. Riispensis Volumen sermonum. Aurelius Cassiodorus Memoriale, h.e. Compendium Scriptura?,Commentarios et Annotationes. Maximus Confessor Quæstiones. Expositiones, Sermones.

Sec. VII. Gregorius Magnus P. M. Commentarios et Homilias. Paterius Explanationes ex LL. Grcgorii M. excerptas. Isidorus Ep. Hispalensis Compendium Allegoriarum et Explanationes.

Sec. VIII. Beda Presbyter, cognom. Venerabilis, Bapsodias, Quæstiones, Homilias, Commentarios. Flaccus Albinus sive Alcuinus Commentariolum, Libros et Homilias, Athanasius junior Quæstiones.

Sec. IX. Walafridus Strabo O. S. B. Commentarios perpetuos, qui Glossa ordinaria vocantur. Haymo Ep. Halberstadianus Commentarios et Homilias. Habanus Maurus Archicp. Moguntinus Commentarios.

S.ec. X. Olympiodorus Commentarios in V. T. OEcumenius Catenam, h. c. explanationes ex Patrum sententiis collectas inN. T. Affrictis Angliis, cogu. Grammaticus Tractatus cl Sermones.

Sec. XI. Movscs Maimonide* cl Salomon Jarchi Commentarios in V. T. Theophvlaetus Archicp Bulgariic Commentarios ex Joan. Chrysoslomo compilatos in N. Γ. Anselmus Archicp Gantuariensis Commentarios et Homilias in plerosqtie V . Γ. libros. AlulfusO. S B. Commentarios e Gregorio M. collectos iu N. T.

Sec. XII. Anselmus Lauduncnsis Explicationes, quas Glossam interline.irem vocant. Hugo Viclorinus Annotationes, Quæstiones, Homilias, Commentarios et Miscellanea.

Rupertus Abbas Tuitiensis Commentarios maxime allegoricos. Richardus Victorinus Epitomen. Petrus Cantor Commentarios, quos Glossam scholasticam dicunt.

Sec. XHL Aben Ezra Commentarios in V. T. Alexander Hallensis Postillam scholasticam. Hugo de S.Charo Card. Commentarios et Concordantias Biblicas. Petrus Berthorius 0. S. B. Reductorium, Repertorium, Inductorium et Breviarium Biblicum. Thomas Aquinas Catenam Auream et Lectiones in N. T. /Egidius Archiep. Bitm icensis Explanationes.

Sec. XIV. Alanus Insulcnsis Oculum h. e. Compendium sacra· Scriptune. Petrus Verberius Card. Breviarium Bibi. Nicolaus de Lyra 0. S. F. Commentarios breves, quos Poslillas vocant. Franciscus Maronius Postillas Annotationum. Augustinus Ancoras 0. Ereni. Libros Poslillares. Petrus Paludanus Postillam. David Kimchi et Levi Gersonides Commentarios in V. T. Joannes Bacco Commentarios in N. T. Sertorius Fontanerius Archiep. Ravennalensis Explanationes. Joannes 0. S B. Breviarium Bibi. Nicolaus Gorranus 0. Præd. Commentarios breves.

Sec. XV. Jacobus Magnus0. Erem. Annotationes. Petrus Joannis 0. S. F. Postillas. Barlholomæus Urbinas 0. Erem. Explanationes ex sententiis S. Augustini decerptas. Dionysius Carlhusianus Commentarios. Bernardinus Abbas Camaldulensis Opus Aunotationum.

Sec. XVI. Felix Pratensis Bihlia Rabbinica, h. e. cimi Commentariis Rabbinoruni in V. T. Augustinus Ep. Nebiensis Annotationes in Octaplis ad V. T. Franciscus Titelmannus Elucidationcs Paraphrasticas in N. T. Sebastiaxus Müxsterüs Annotationes. Coxradus Pellicamus Commentarios. Nicolaus Tacitus O.S. F. Castigationes ct Scholia in N. T. Isidoros Clarius Ep. Fulginatensis Scholia. Michael λillanovaxus, h e. Servetus Annotationes. Joannes Gagnæus Scholia in N. T. Nephlali Ben-Aser Commentarios in V. T. Joannes Benedictus Scholia. Sixtus Senensis 0. Præd. Bibliothecam sacram. Quaestiones et Homilias. Lovanienses Doctores Annotationes in Bihliis Antuerpiensibus. Franciscus Vatablus AnnotationesSalmanticæ impressas. Emmanuel Sa. S. J. Annotationes. Alphonsus Salmeron S. J. Commentarios.

Sec. XVII. Joaxxes Drvsius Observationes, Lectiones, Commentarios et Animadversiones. Joaxxes Piscator Commentarios. Nicolaus Serarius S. J. Prolegomena et Commentarios Franciscus Lucas, cogn. Brugensis, Annotationes, Commentarios, Notas. Joannes Mariana S. J. Scholia seu Notas breves. Franciscus Haræus Scholia et Catenam. Jacobus Gordonus S. J., Jacobus Tirinus S. J., ct Cornelius a Lapide S. J. Commentarios. Ludovicvs de Dibu Commentarium et Animadversiones. Joannes Menochius S. J. Explicationem brevem sensus litteralis. Joaxxes Lightfoot Harmoniam, Animadversiones et Commentarios. Antonius Vitré Notas. Antonius Escobar de Mendoza S. J. Commentarios. Hugo Groths Notas. Matth.eus Polus Synopsin Criticorum, Interpretum ct Commentatorum sacre Scriptune. Joannes de Silveira Carni. Commentarios in N. T.

Sec. XVIII. Joannes Baptista du Hamel Notas. Joaxxes Clericus Commentarios ct animadversiones. Michael Mauduil, Presb. Orat. Analysin inN. T. Augustinus Calinet 0. S. B. Commentarium Litteralem, Dissertationes et Dictionarium Biblicum. Natalis Alexander O.Præd.Commentarium in N. T.Petr. Lallemand S. J. Observationes ct Notas inN.T.Cæsar CalinusS.J.Tractatum Historicum,Chronologicum V.et N.Testamenti. Presides Sodalitatis Bambergensis Libellis Xenialibus Explicationem et Paraphrasin.

18. *Observa.* Quæ hactenus de adjumentis ad sacram Scripturam intelligendam et interpretandam adduximus, contirmata et amplius deducta invenire licet partiin in S. Augustini libris de Christiana Doctrina et Consensu Evangelistarum. atque Psalmorum explanationibus; parlim in Bibliotheca sacra Sixti Senensis, Prolegomenis Serarii, ac de la Raye et Waltoni in Scripturam, nec non Tractatu Mabillonii de Studiis Monasticis, et Calmeti praemissa Diclionario Bibliotheca : in qua postrema, qui Interpretes singulares in singulos Scripture libros desiderat, adornatum eorum catalogum habet.

ARTICULUS VI.

.1/ι *lectio saortB Scriptura· in lingua vulgari omnibus passim sil licita?*

it). \'*ota.* Catholicorum nemo est qui neget Scripturam sacram esse lilirum cujus lectio in sc.se sanctu sit et utilis; quæquc omnibus proinde hominibus, cnjiisvumque udatis, sexus et conditionis, per se loquendo, non lanium permitti, sed etiam suaderi proponique possit. Ex quo factum est, ni multiplex Bibliornm in linguas vernaculas versio pnestaiitissimis Episcopis ipsis xel auctoribus vel siillragalmibus primum susciperetdl*. Posterioribus tamen seculis abusus rem quantumvis optimam in vitium et noxam vertit; eo quod vel hieretici ad luendos suos errores, corruptas versiones vulgares per malitiam legentibus obtruderent, vel lectores minus aut prave dispositi sixe per ignorantiam, sive per temeritatem, sive per superbiam, ex traductionibus quantumlibet integris errores tum lidei luin morum haurirent.

Occursuri huic malo Patres a Tridentino Sess. 18. an. 1562. dic 26. febr. celebrata, ad Indicem librorum prohibitorum concinnandum deputati, inter regulas quas adjunxerant huic operi sibi demandato, et teste decreto Sess. ·▮› au. 1563. die 3. et 4. decembr. celebrate, Concilio obtulerant, scripserunt hanc ordine quartam : *Cum experimento manifestum sil. si sacra Biblia vulgari lingua passim sine discrimine permittantur, plus inde ob hominum temeritatem detrimenti quam utilitatis oriri: hac in parte judicio Episcopi aut Inquisitoris stetur, ut cum consilio Parochi vel Confessorii, Ihbliorum a Catholicis Auctoribus versorum lectionem vulgari lingua eis concedere possint, quos intellexerint ex hujusmodi lectione non damnum, sed fidei atque pietatis augmentum capere posse : quam facultatem in scriptis habeant. Qui autem absque tali facultate ea legere seu habere præsumpscrit. nisi prius Bibliis Ordinario redditis, peccatorum absolutionem percipere non possit. Bibliopola' vero, qui prædictam facultatem non habentes , Biblia idioniale vulgari conscripta vendiderint, vel alio quovis modo concesserint, librorum pretium, in usus pios ab Episcopo convertendum, amittant; aliisque. poenis pro delicti qualitate, ejusdem Episcopi arbitrio, subjaceant. Begulares vero, nonnisi facultate a Prælatis suis habita, ea legere aut emere possint.*

Hæc constitutio (piam contrarie opponebatur luereticorum tum temporis doctrinæ, pra.xi ac intentioni, tam acerbas et atroces eorum oppugnationes concitavit : quarum exempla videre licet in Calvini Commentariis ad Isa. C. W. et ad ep. I. Petri, in Brentii Confess. Wittenberg. de S. Script., in Kemnitii Examine Cone. Trid in Goniari. Chamicrii, aliorumque operibus. Qi esxei,-lis sicut eosdem in obtrudenda lectoribus versioiie corrupta est imitatus, sic et eorum annis sua sociavit in propositionibus, quarum in Bulla *Unigenitus* damnatarum hic ordo est et tenor. Prop. 79. *Utile et necessarium est omni tempore, omni loco, et omni personarum generi, studere ct cognoscere spiritum, pietatem ct mysteria sacra? Scriptural.* 80. *Lectio sacræ Scriptura' est pro omnibus.* 81. *Obscuritas sancta verbi Dei non est laids ratio dispensandi seipsos ab ejus lectione.* 82. *Dies dominicus a chrislianis debet sanctificari lectionibus pietatis, et super omnia, sanctarum Scripturarum. Damnosum est, velle christianum ab hac lectione retrahere.* 83. *Est illusio sibi persuadere,*

quod notitia mysteriorum Religionis non debeat communicari ferminis lectione sacrorum librorum. Non ex feminarum simplicitate, sed ex superba virorum scientia, ortus est Scripturarum abusus, et natæ sunt ha-reses. 84. *Abripere e Christianarum manibus Novum Testamentum, seu illud illis clausum tenere, auferendo eis modum illud intelligendi,est illis Christi os obturare.*

Ex hisce apparet. dogma .Novatorum circa lectionem sacra Scriptura· in lingua vulgari his Iribus contineri : I. Lectionem sacra Scriptura ad salutem fidelibus esse necessariam. 2. Non dari rationes justas et prudentes, qua' impediant. quominus lectio Scriptura omnibus, sine ulla aut personarum legentium aut librorum legendorum exceptione, passim concedatur. 3. Prohibitionem ab Eccelesia factam circa lectionem Scriptura in lingua vulgari non esse legitimam, nec ullam proinde inducere obligationem. Ad normam harum propositionum theses nostras asserendo, quid circa quæstionem articuli sentiamus, exponemus.

50. *Dico /.* Lectio Scripturasacra? non est omnibus, ac proin nec in vulgari lingua, ad salutem necessaria. *Prob.* Quod est necessarium ad salutem, vel ad electionem agendorum, vel ad rationem suscipiendonim, scilicet Sacramentorum, requiritur : sed ad istorum nullum lectio sâcræ Scriptura· absolute requiritur; tum quia hæc omnia liaberi possunt ex concionibus, catechesibus, aliisque institutionibus, sive voce, sive scripto communicatis : tum quia universim Apostolis Matth. 28. v. 19. et 20. mandatur horum prædicatio, uon scriptio; cui auditio, non lectio, respondet : tum quia singillalini ad Rom. 10. v. 17. scribitur : *ergo* /Mes *ex auditu, auditus autem per verbum Christi.* Ergo.

Conf. I. Quod fuit et est pluribus impossibile, non potest passim omnibus esse necessarium ad salutem; sed lectio sacra Scripturæ luit omnibus et est pluribus iin|H»ssibilis. Fuit enim impossibilis omnibus a mundi exordio usque ad tempora Mosis, qui initium scribendi libros divinos fecit : fuit impossibilis gentibus præter Jud.eos reliquis usque ad tempora Ptolomæi, quibus versio Scripturæ græca prodiit : fuit impossibilis ipsis etiam Judæis tum ob exemplarium raritatem. Ium ob lingua· post captivitatem vulgaris differentiam ab idiomate sacro originario : fuit impossibilis Christian® Eeclesi®, quæ primis temporibus aut caruil Evangclio, aut pluribus in regionibus vernacula illius versione : fuit et est etiamnum impossibilis tum cæcis, tum legendi ignaris, tum libros vel comparandi facultate, vel legendi otio, vel intelligendi copia destitutis. Ergo.

Conf. II. I bi nullum e.xtal præceptum. nec adest natura debitum, nec urget observantia et usus, ibi nulla potest esse necessitas : sed imprimis praeceptum sive naturale sive positivum, legend® Scriptura necessitatem imponens tam parum assignari potest, quam parum viget obligatio aut traducendi Scripturam, aut illam emendi vel habendi, aut litteras discendi : quæ triplex tamen obligatio ad illud qualecuinque præceptum sequeretur. Dein debitum ex natura rei proveniens nullum esse tum probat ratio primo allata, tum auctoritas Al gust im L. 1. de doctr. Christ. C. 39. scribentis: *Homo itaque fide,spe, cl charitate subnixus, eaque inconcusse retinens, non indiget scripturis, nisi ad alios instruendos:* Usum denique nihil urgere demonstrat tum idem ibidem pergens : *Itaque mulli per hæc tria in solitudine sine codi-*

cibus vivunt ; tum Ir ex .ei s L. III. adv. hæres. C. 4. scribens : *Quid autem, si neque Apostoli Scripturas quidem reliquissent nobis, nonne oportebat ordinem sequi traditionis, quum tradiderant iis quibus committebant Ecclesias ? cui ordinationi assentiunt multa' gentes barbarorum eorum, qui in Christum credunt, sine charactere vel atramento scriptam habentes in cordibus suis per spiritum salutem, et veterem traditionem custodientes.* Idem etiamnum obtinet in regionibus Americanis, ubi fideles et neophyti sancte vivunt, .sine facia Bibliormn in idioma patrium versione : etiam in plurimis Europæ provinciis, Italia maxime, Hispania et Germania ; quibus quamvis versiones vulgares non desint, pluribus tamen earum incolis aut nullus aut ranis usus est lectionis Scripturæ: quin et .Novatorum lectio ad Novum Testamentum vel unice vel pracipuc refertur; non item ad Vetus, quantumlibet veritates etiam divinas complectens.

51. *Dico II.* Dantur rationes justæ et prudentes, cur lectio Scripturæ sacra non permittatur passim omnibus. *Prob.* Inutilitas, insolentia et periculum in usu rei sunt rationes justæ et prudentes, ne permittatur rei usus passim omnibus : sed tria hæc occurrunt in lectione Scriptura, si passim omnibus permittantur : ergo.

Prob.min. quoad *primum.* Lectio Scripturæ est illis inutilis, qui aut non perspiciunt sensum, aut distrahuntur in sensus oppositos, aut nudo verborum cortici adhærent, nucleo mysterii aut doctrinae neglecto; sed si passim lectio Scriptura permittatur omnibus, hoc evenit pluribus, fœminis nempe, rudibus, aliisque scientiarum alliorum ignaris, partira ob Scriptura obscuritatem, antilogias et difficultatem,partira ob defectum facultatis intelligendi^ componendi et discernendi in legentibus : ergo.

Quoad *secundum.* Insolens est quod aut in nulla disciplina alia et vitæ genere fit, aut contrariatur ordini recte constituto ; sed si lectio Scriptura passim permittatur omnibus, imprimis conceditur profanis et inexpertis tractare sacra, quod tamen negatum est hujusmodi a gentilibus, et in nulla alia disciplina aut vitæ genere usu venit, ut testatur Hier , in ep. ad Paulinum : Quæ *sunt medicorum, promittunt medici ; tractant fabrilia fabri : sola Scripturarum ars est, quam sibi omnes passim vindicant. Hanc garrula anus, hanc delirus senex, hanc sophista verbosus, hanc universi præsumunt, lacerant, docent, antequam discant :* deinde turbatur discendi ordo qui 1 ad Cor. 14. v. 34. pro fœminis, ad Hebr. 5. v. 12; et seqq. pro rudibus, Malach. 2. v. 7. pro omnibus, non per lectionem sed doctrinæ auditionem divinitus est constitutus : ergo.

Quoad *tertium.* Ubi ex parte legentium præter imperitiam est curiositas, temeritas, aut superbia ; ex parte libri legendi autem, præter ambiguam, figuratam et peregrinae grammaticae propriam scriptionem, argumentum habet vel altissima mysteria, vel recondita maxime vaticinia, vel principia et exempla mala aeque ac bona; ibi periculum est præsens vel errandi in materia lidei et inorum, vel impugnandi veritatem et honestatem, vel contemnendi res sacras aut ad profana convertendi : sed si passim omnibus permittatur lectio Scripturæ, habentur pleraque memorata tam ex parte legentium, quam illa omnia adsunt ex parte librorum legendorum : ergo non abest periculum.

Conf. Frequens abusus ivi. aut usus cum eventu malo, rationabile, fundamentum prabel, cur res illa, licet ex se bona et alias utilis, non permittatur saltem passim omnibus; cum ex Scriptura, de serpente teneo, et ex historia Ecclesiastica, de Agape aliisque ritibus olim familiaribus constet, ob similem causam usum plane fuisse sublatum : sed lectionis Scriptura imperitis concessa· frequens fuit abusus aut usus cum eventu malo; ut patet experientia tum primorum temporum, de qua testatur S. Pe ir is ep. 11. C. 3. v. 16: *Jn quibus.* Pu n epistolis, *sunt quœdam difficilia intellectu ; quio indocti et instabiles depravant, sicut et cteleras Scripturas, ad suam ipsorum perditionem :* Ium sequentium, quibus Anlhrnpomorphitarnm, Millenariorum. Circumcellionum. Euchitarum. aliorumque hiereses ortie sunt ex imperitia sensus et littera occidente; tum posteriorum, quibus Albigenses. Waldenscs. Beguardi. Wieleflista·, Ihissila·, l.ul heram. Cahinistæ in sectas et errores absurdissimos. impellente spiritu privato ex lectione Scriptura omnibus permissa hausto, abierunt : unde Hilarius L. ult. de Synodis, ex Scriptura non intellecta omnes hærcses prognatas dixit, et Lutherus ipse in Symp. de Sectar. Scripturam vocavit librum hæreticorum : ergo extat rationabile fundamentum ne lectio Scriptura· passim permittatur omnibus.

'>2. *Dico III.* Regula quarta Indicis, lectionem sacra Scriptura, non quidem absolute prohibens, sed nonnisi sub certis conditionibus permittens, est lex legitime lata, qua stante, non est omnibus promiscue licitum legere Scrip· luram in lingua vulgari.

Pars 1 prob.* Regula hæc habet omnes legis legitime lake conditiones, cum de subjecto, forma et line non sit controversia ; de materia autem, causa et auctore e\ dictis pateat. Nam materia seu lectio Scriptune non est necessaria omnibus, ut num. oO., probatum est : causæ etiam justæ et prudentes adsunt, ut num. .*>1., est ostensum, atque in ipsa regula declaratum : auctor vel est Concilium Tridentinum. ut multi cum diversis Episcopis, editoribus Indicis, et Sorboiia an. versionem Renati Benedicti gallicam censurante, asserunt, vel Pius IV. Summus Pontifex ; uterque autem est supremus magistratus et legislator : ergo.

Conf. I. Regula a pluribus Summis Pontificibus et Episcoporum Conciliis Ium præfonnata tum confirmata est lex legitime lata; sed imprimis luee regula ab illis est pnefonnata : nam Gr e g o r . VII. in ep. ad ducem Bohemorum rationem reddens cur nollet divina officia Sclav on ice celebrari, scribit : *Ex hoc sœpe volventibus liquet, non immerito sacram Scripturam omnipotenti Deo placuisse 'quibusdam locis esse occultam, ne, si ad liquidum cunctis pateret, forte vilesceret et pateret despectui, aut prave intellecta a mediocribus, in errorem induceret.* hxocExrns 111. in ep. ad Metenses qui Scripturam gallice verti curaverant data, aliquas quidem ejus partes minus difficiles legendas illis permittit, de aliis autem sic enuntiat : *Arcana fidei sacramenta non sunt passim omnibus exponenda, cum non possint passim ab omnibus inlelliqi, sed eis tantum qui ea possint fideli concipere intellectu. Propter quod simplicioribus inquit Apostolus, quasi parvulis in Christo lac potum dedi vobis, non escam z majorum enim est solidus cibus, sicut aliis ipse dicebat : sapientiam loquimur inter perfectos : inter vos autem nihil judicavi me scire nisi J. (.. et hum. crucifixum. Tanta est enims.ripturœ profunditas, ut non soluin*

simplices cl illitterati, sed elhuh prudentes rt docti, non plene sufficiant ad illius inlelligenliam indagandam. Propter quod dicit Scriptura : (μiia multi defecerunt scrutantes scrutinio. I nde recte fuit olimiu lege, (lirina statutum, ut bestia, quæ montem tetigisset, lapidaretur; ne videlicet simplex aliquis et indoctus priesumat ad sublimitatem sacræ Scripturæ pertingere. Cone. Tolosanum tum an. 1129. can. 12., linn an. 1229. celebratum can. 14. præscribil : *Prohibemus autem ne libros veleris Testamenti aut novi permittantur laid habere; nisi forte Psalterium rei Breviarium pro divinis officiis, aut Horas bealaa Maria: aliquis ex devotione habere velit. Sed ne præmissos libros habeant in vulgari translatos,arctissime* Wtemttt.Oxo.MENSEaii. 1408. celebratum cap. 7. sic ait: *Statuimus et ordinamus, ut nemo deinceps aliquem textum Scripturæ sacræ auctoritate sua in linguam anglicam vel aliam transferat, per viam libri, libelli aut tractatus: nec legatur aliquis hujusmodi liber, libellus aut tractatus, jam noviter tempore Joannis)Viclcff,sive citra compositus, aut in posterum componendus, in parte vel in toto, publice vel occulte, sub majoris excommunicationis pœna.*

Dein eamdem regulam confirmarunt tum Summi Pontifices Sixtls V et Clemens λ III, addita circa regulam 4am observatione; et succedentes ex ordine Pontifices fere omnes, qui Indicem cum suis regulis reçudi augerique josserunt; tum frequentia in Italia, Belgio et Gallia concilia, quorum specimen ex qualibet regione unum subjicio. Mediolanense 111. sub S. Carolo Borromæoan. 1573. hæc habet : *De Bibliis autem vulgariter redditis et de Testamento novo in vulgarem etiam linguam converso... ea diligens cautio adhibeatur, ut illius usus iis tantum concedatur, quibus Episcopus permittendum judicaverit.* Cameracense an. 1586. habitum Tit. i. c. 4. statuit : .Von *permittantur cuivis de populo libri sacræ Scripturæ lingua vernacula, nisi de licentia Episcoporum aut deputatorum ab eis.* Narbonense an.1609. celebratum cap. 8. decernit : *Biblia vero sacra idiomate gallico conscripta legere aut domi retinere nemini liceat, nisi ab Episcopo aut ejus vicario generali in scriptis obtenta licentia.* His accesserunt comitia generalia Cleri Gallicani an. 1661. congregata, quorum jussu edita etiam hoc anno fuit *Collectio quorumdam gravium auctorum , qui ex professo vel ex occasione, sacræ Scripturæ aut divinorum officiorum in vulgarem linguam translationem damnarunt, una cum decretis Summi Pontificis et Cleri Gallicani, ejus epistolis, Sorbonæ censuris ac supremi Parisiensis senatus placitis* : ergo.

Conf. II. Circa quod datur lex naturalis vetans, verbum Dei improbans, et auctoritas Patrum adversa, circa id oeconomia legis Ecclesiasticæ certas conditiones præscribens est justa et legitima : sed circa Scripturam imprimis datur lex naturalis vetans, ne scilicet eam legat minus aut male dispositus, aut quilibet quamlibet Scripturae partem, ut ipsiQuesnellistæ tribuunt ; tum extat verbum divinum improbans, scilicet Matth. 7. v. 6. *Nolite dare sanctum canibus, neque mittatis margaritas vestras ante porcos;* et I. ad Tim. 1. v. 7. *Quidam volentes esse legis doctores. non intelligentes, neque quæ loquuntur, neque de quibus affirmant ;* ac. 2. Pctr. 3. v. 16. (num. 51.) recitatus.

Demum auctoritas adveraalur Patrum, vel negantium necessariam Scriptura lectionem, quales sunt Terlull. L. 2. dePræscript. c. 14. Clem. Alex. L.3. Pædag. c. 11., Hieron. L. 1. cont. Pelag., Aug. ep. 102. ad Evodium, cum aliis (num. 50.) laudatis: vel notantium lectionem minus convenire omni-

bus, quales sunt Clem. Alex. I.. 2. Strom., Oiigen. hom. 27. in Num., Basil, ap. Theodorei. L. i. hist. Eccl. e. 17,. Grog. Naz. Senn. I. de TheoL.Hior. in Coni, ad c. 3. Nahum., Chrys. hom. 1G. ad Genes., Aug. I., de util. cred. c. 2.; vel asserentium lectionem quibusdam nocere,quales sunt: Orig. in prol. ad (antic., Basil, in Reg. brov. q. 9G., Ambros. L. k in E\. Luc. Hier., in prol. ad Ezech.. Aug. !.. 2. de dock Christ, c. 6. el 13., Greg. M. præf. in Cant.; \el exigentium singulares ad lectionem conditiones, quales sunt : Athan. L. de Ineam, circa lin.. Chrys. ad c. 1. Matth.. Aug. cont. Adamant, c. 3. el !.. I. coni, advers. leg. c. 13., Bernard. Serin. 1. in Cantica. Ergo.

Pars. 2*. Sequitur ex notione legis prohibentis, quæ libertatem agendi ligat, et omittendi necessitatem imponit. Dixi autem : </ua *stante:* quia pluribus videtur, inultis in provinciis hanc regulam vel ab initio nequidem receptam vel consuetudine contraria penitus abrogatam, aut saltem quoad pœnas et modum concessionis derogatam. An et quidnam hujus rei singulis provinciis conveniat, ex eorum practices et scriptoribus intelligendum est. Quod Germaniam attinet Serariis in proleg. Bibi. c. 20. q. 3. prop. 3. sic loquitur : *Id in nostra Germania videmus, ubi non modo non improbant Episcopi, Parochi, Confessorii, si quis Eckii aut Dietenbergii, nulla diserte petita facultate, legat ; sed probant et laudant maxime, quasi jam facultas ea communis sit, neque pœnam infligunt ullam : prout quotidiana docet experientia, et salis significat liellarmini propugnator.* Layman in Compend. L. 2. Tr. 1, c. 13. notat: *Kegula* i* *prohibentur Biblia vulgari idiomate: sed non est recepta in Germania:* cujus ratio in Theol. Mor. ibidem num. 8. datur luec : *cum nemo sil, qui cum auctoritate deducat in observationem.*

Ad hos et Tannerum provocant Gobat in clyp. num. 317. La Croix L. 7. num. 37 k, Sparer Tr. 2. in 1. præc. Det', c. 3. append. §. k legentesque versionem catholicam a peccato contra Ecclesiasticam legem absolvunt. Num vero consuetudo hujusmodi omnino sit munita debitis conditionibus, an habenda pro corruptela, illis judicandum relinquimus, quorum interest ac cura? demandatum pro animabus rationem reddere. Certe consuetudini huic minime favet tum observatio a Clemente VIII regulæ *quartæ* adjecta, quam legere est in libro Indicis librorum prohibitorum; tum Breve Ixnocentii XII responsionis loco ad Episcopos Belgas de usu legendi Scripturam lingua vulgari editam invalescente questos, cujus an. 1G9G. die 28. nov. dati hæc verba leguntur : *Quod attinet ad libros sacræ Scripturæ idiomate vulgari traductos et alias prohibitos, palentConstitutiones Prcedecessorum nostrorum, et potissimum felic. record. Pii IV. a quibus satis superque abusibus providetur.*

' 5<

Objectiones.

53. *Objic.* Lectionem Scripturæ omnibus esse concedendam, ipsa Scriptura declarat : ergo. *Prob. Ani.* 1° enim fert mandatum legendi Scripturam, Jo.s. L v. 8. Aon *recedat volumen legis hujus ab ore tuo; sed meditaberis in eo diebus el noctibus.Deuter.* 17. v. 18. *Describet sibi Deuteronomium legis hujus in volumine... et habebit secum, legetgue illud omnibus diebus vitee suce.* Deutor. 31. v. 10. et seq. *Prœcepitgue ei dicens... Leges verba legis hujus coram omni Israel audientibus eis, et in unum omni populo congregato, tam viris (piam mulieribus etc.* Douter. 32. v. 46. *Ponite corda vestra in omnia verba.*

quæ ego testificor robis hodie, ut mandetis ea filiis vestris custodire et facere et implere universa, qua scripta sunt legis hujus.

2°Refert consuetudinem legendi Scripturam, Aci. 13. v. 27. *loces Prophetiarum, quæ per omne sabbatum leguntur;* et c. 13. v. 21. *Moses a temporibus antiquis habet in singulis civitatibus, qui eum prædicent in synagogis, ubi per omne sabbatum legitur.* Item Esdr. 2. c. 8. v. 1. *Legerunt in libro legis Dei distincte et aperte ad intelligendum, et intellexerunt, cum legeretur.*

3° Laudat usum lectionis exercitatum in Esdra, L. 1. Esdr. 7. v. 10. *Esdras paravit cor suum, ut investigaret legem Domini;* in Eunucho, de quo Act. 8. v. 28. legitur : *Revertebatur sedens super currum suum, legensque Isaiam Prophetam;* in Timotheo, de quo 2* adTim. 3. v. 15. scribitur: *Quia ab infantia sacras litteras nosti, qual te possunt instruere ad salutem.* Ergo.

R. ad Arg. .V. *A.* Ad proh. 1. I). Fert mandatum pro legenda Scriptura omni el in idioma vulgare versa, N. pro Scripturæ in lingua originaria parte aliqua planiore, ad mores et officia propria pertinente, *Subd.* fert mandatum speciale pro personis singularibus et capacibus, C. promiscue pro omnibus, N. Patet distinctio ex textibus allatis. Eorum duo priores agunt de rebus ad regendam rempublicam perlinentibus, et 1"* ad Jostte Judicem, 2“* ad reges Ilebræorum dirigitur: duo posteriores pertinent quidem ad populum; non tamen agunt de mysteriis captum vulgi superantibus, sed de praeceptis moralibus communi vitæ accommodatis; neque etiam legi a populo Scripturam, sed prælegi a Levitis jubent: aliud autem est ab ipso populo privalim legi, et temere propria industria explicari ; aliud a Doctore praelegi, et si quid minus perspicuum occurrat, apta interpretatione exponi.

Ad 2. D. Refert consuetudinem legendi Scripturam coram populo praesente, a Sacerdotibus eam interpretantibus usurpatam, C. ab ipso populo Scripturam legente exercitam, λ'. Quod in Actis refertur, idem fere iit nostris temporibus, ubi lecta a concinnatore Scripturæ parte, interpretatio cum exhortatione subjicitur; quin tamen ullus inde colligat, legi a singulis Scripturam. Idem do Esdræ loco testatur contextus; ubi et Esdras Levitis et Levilæ populo interpretati verba legis leguntur; nullibi autem scribitur, populum ipsum manibus versasse Scripturas et legisse.

.Id 3. *D.* Laudat usum lectionis usurpatum a quibusdam peritis, capacibus el bene dispositis, C. A quibuscumque, imperitis etiam et minus aut male dispositis, N. Ab Esdra autem, magno legis Doctore et a Timotheo, quem Christus ipse in Apocalypsi Angelum Ephesi vocavit, el Paulus adhuc adolescentem creavit Episcopum aut potius Archiepiscopum, collectio ad quemlibet de vulgo fieri sane non potest. Quin nec argumentum ab Eunucho Candacis ad creteros omnes valet, utpote cujus maximas dotes S. Hieron. in ep. 103. ad Paulinum celebrat.

Inst. 1. Pleraque Evangelia et Epistolae Canonicae scripta sunt in lingua tunc vulgari, nempe graeca : Item sunt scripta ad omnes promiscue fideles; nnde epistolio inscribuntur vel *Ecclesiis* vel *omnibus sanctis el fidelibus,* aut *duodecim tribubus,* aut *electis advenis.* Actus autem Apostolorum *Theophilo,* h. e. cuilibet amanti Deum. Demum aliquando jubentur praelegi omnibus, ut habetur 1. ad Thes. 5. v. 17. *Cum leda fuerit apud vos epistola hæc, facite ut et in Laodicensium Ecclesia legatur; et eam, gure Laodicensium est, vos legatis.* Ergo omnibus concessa, usitata et praecepta fuit lectio Scripturæ.

Λ. Quoad *primum, λ.* .1. Est enim manifeste falsum, græcain linguam aut Hebraeis sive Palestine? incolis sive per regiones alias dispersis, aut Romanis aliisque extra Græciam nationibus fuisse vulgarem. Quoad *secundum. D.* Scripta sunt ad omnes promiscue fideles, etiam legenda a singulis. N. legenda a litteratis et peritis, audienda ab illitteratis ac imperitis, T. Exemplarium solitudo aut saltem raritas prius faciebat impossibile, posterius difficile; inscriptio autem universalis neutrum exigebat. Quoad *tertium.* N. *Cons.* Nihil enim praeter publicam epistola* praelectionem hic imperatur diversum ab eo quod nunc vel intra vel post missam ex Tridenlini Sess. 24. c. 4. pnuscriplo circa lectionem explicationemqne Evangelii et Epistola* fieri solet: quod sane non est legi a singulis et manibus teneri Scripturam.

Inst. 2. Scriptura tum utilis est omnibus, tum ejus lectio omnibus commendatur, 1"“ patet ex ep. ad Rom. 15. v. 4. *Qu&cumque scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt, ut per patientiam et consolationem spem habeamus,* et 2. ad Tim. 3. v. Hi. *Omnis scriptura divinitus inspirata utilis est ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in justitia:* 2un'ex Psal. 118. v. 2. *Reati, qui scrutantur testimonia ejus;* et 2. Pet. 1. 19. *Habemus firmiorem propheticum sermonem cui benefacitis attendentes :* ergo et omnibus est concedenda.

Ii. I). i**". *p.* Scriptura aut considerata per se. aut spectata cum debitis legentium dispositionibus est utilis, C. considerata relative et cum ordinaria legentium conditione. N. Quin ad capiendam hanc utilitatem non requiritur determinate lectio; et aptior est cum adjuncta explicatione auditio. 2*® *p.* .V. quam textus allati minime probant. Nam *scrutatio* in priori non significat scientiam speculativam, sed praeficam, ut contextus loquitur; et indicat lingua Helirea, Chaldaica et Syriaca,quæ habet. *Beati qui custodiunt :* neque *attentio* in posteriori significat lectionem, sed potius auditionem, quæ dictioni sermonis prophetici et vocis de cœlo lapsæ corresponde!.

Inst. 3. Patres declararunt omnibus suæ ætatis tidelibus licitam fuisse lectionem Scripture : ergo et ea nunc illis passim concedenda. *Prob. Ant.* Docent 1° tum ipsam Scripture doctrinam convenire, tum illius modum docendi accomodatum esse omnibus : alterum patet ex Clem. Alex. L. 3. Pædag. c. 8. Ambr. in Ps. iX. v. 2. et Basil, in prooqn. ad Psalmos : alterum ex verbis Origen. L. 7. cont. Ceis. *Scriptura providens non solis eruditis, sed etiam reliquis, descendit ad idioticum captum multitudinis ;* quibus consonant Aug. L. 6. Conf. C.5. et ep. 3. ad Volusian. ac Greg. M. in præf. ad L. 20. Moral.

2° Monent et adhortantur omnes ad legendas Scripturas, maxime Aug. L. de vera relig. c. 51. et !.. 7. ('.onf. c. 20. Chrys. Horn. 2. in Matth. H. 10. in Joan. H. 9. in c. 3. ad Coloss., etc. ; Greg. M. horn. 15. in Ezech. et L. 4. ep. 40.

3® Declarant lectionem Scriptura* esse originem omnis virtutis, ejus negligentiam vero causam malorum: sic enim in Psal. IIX. Ambrosius: Vuo-*qmim negligamus verbum Domini, e.v quo omnium origo virtutum est, uni-rersorumque operum processus:* Chrysnsl. autem hom. 9. in ep. ad Coloss. *Hoc est omnium malorum causa, nescire Scripturas :* idem habet in proo-m. ep. ad Rom., et Cæsarius Arei. Serm. 10.

4” Declarant lectionem Scriptura* esse necessariam ad salutem. En verba

Basilii in reg. hrev. q. 95. *(Juæ ad usum perlinentia sunt, ea ut unusquisque* λγ *divinis litteris ediscat, ct rectum est el necessarium :* Chrys. hom. de Laxarçhæc sunt: *Non potest fieri utquisquam salutem assequatur, nisi per-pduo versetur in lectione spirituali, etc.*

S*Extendunt pleraque etiam ad feminas, tum eas ob lectionem Scripturae laudando, ut Hier. ep. 16.27.30. Marccllam, Paulam et Fabiolam, acGreg. Naz. Or. II. suam sororem laudarunt; tum easdem ad lectionem adhortando, ut Basii, ep. 28o. Eleutheram, Paulinus ep. «50. Celandam, Hier, ep. 7.8. et lao. Lætam, Demetriadem ct Paulam excitarunt; tum iisdem quotidianum pensum sive legendæ Scripturæ praescribendo, ut Hier. ep. 12. pro educanda Pacatula. Ambr. in exhort, ad xirg. pro virginibus, et Cone. Aquisgranense L. 2. e. 3. et 22. pro Monialibus praescripserunt. Ergo.

A. \.*ad Arg. T.A.* V. *Cons.* Ætate Patrum præter latinam vix ulla erat versio vulgaris; nec erat frequentia exemplarium, nec copia eorunidem apud plebem et laicos; ut ex historia de sacrorum librorum Traditoribus constat : adeoque dicta Patrum, quantumvis generalia, ad omnes pertinere haud poterant, ut modo exigitur ab adversariis. Præterea dispositio fidelium primis temporibus reipsa erat melior, major scilicet docilitas, Sacerdotii reverentia, et erga Praepositos submissio ; aut saltem a Patribus supponi poterat; cum legentes Scripturam loca difficiliora cum simplicitate praeterirent^ ut Augus-nxvsadhuc Catechumenus fecit ; vel sub directione egregii doctoris lectionem instituerent, ut Hieronymus de feminis a se laudatis commemorat; vel imprimendum memoriae et exequendum opere, quod in expositionibus Ecclesiasticis auditum fuerat, id monente Paulo facerent fideles viri, pro uxoribus et familia instruendis : dum e contra in iis, qui nostra ætate Scripturam sibi eripi non patiuntur, notatur frequentissime inutilis curiositas, temeritas, et pruritus sciendi omnia, maxime obscura et altiora potius, quam necessaria et utilia ; saepius audacia, superbia et impudentia, qua antiquorum Patrum expositiones contemnuntur, et novitatem vendentibus creditur; non raro philautia, spiritus privati studium, et pertinacia qua docentis Ecclesiae maniiductio, definitio et auctoritas violatur.

bemum prioribus seculis necdum tanta experientia comperti habebantur l(4 abusus ex lectione orti, tot hæreses per eam latissime sparsæ, tot circumveni® cum viris rudibus feminae, tot denique versiones infidae in linguas vernaculas a sacris fontibus discrepantes, atque a novatoribus ad suas hæreses disseminandas excogitatae : quæ mutatio circumstantiarum mutationem disciplinae. ipsis etiam Patribus probantibus, si viverent, introduceret.

R. 2. .V. .1. *ad prob.* 1. *D.* Patres docent Scripturæ doctrinam convenire, el stilum accommodari omnibus, sumendo omnes pro singulis generum, N. pro generibus singulorum, C. Volebant iidem unice, non esse hominum conditionem, cui dogmata quaedam convenientia, nec ingenium, cujus captui accommodatam scriptionem alicubi non suppeditet Scriptura; minime vero contendebant, quod quaelibet conveniant singulis, aut omnis phrasis accommodetur cujuslibet perceptioni ; cum iisdem in locis fateantur abscondita mysteria et obscuritatem sermonis, ac præterea sufficere dicant, auditu verbum Dei hauriri.

Ad prob. 2. *D.* Ad legendas Scripturas monent omnes in sensu accommodo, spaces scilicet et dispositos, C. omnes in sensu absoluto. *Subd.* pneferen o

lectionem Scriptura lectioni profanæ aut perniciora, C. urgendo eam univer· sim et absque comparatione. N. *Omissis,* inquit Arc,. loc. citato, *et repudiatu nugis theatralibus et poeticis, divinarum Scripturarum consideratione pascamus animum;* quibus similia Chry loc. secundo et Greg. lik·. uit. laudatis enuntiant. Praterea contextus aperte ostendit, reprehendi potius neglectum Scripluræ et contemptum illa artato a capacibus usurpatum, quam ingeri lectionem promiscuam.

Ad prub. 3. Λ. 1. .V. ,1«. Neuter enim textus de lectione Scriptura agit; et ulriusque veritas salvatur per scientiam aut ignorantiam doctrina? sacra», quacumque ratione perceptæ. Λ. 2. *I).* Lectio Scriptura vel ejus neglectus dicuntur a Patribus causa virtutum aut viliorum omnium per figuram exaggerationis el sensu oratorio, C. per rigorem proprietatis et sensu philosophico. N. Similis virtutum aut vitiorum ad alias radices reductiones, rhetoribus nec minus familiares, nec magis certas, alibi reperire licet.

.4</ *prob.* 4. *1).* Patres declarant Scriptura lectionem esse necessariam, necessitate utilitatis, C. necessitate absoluta N. vel *Subii.* loquendo secundum hyperbolen, C. secundum proprietatem, N. exemplum simile prabet Chrys. hom. 15. in Genes, ubi inquit : *Neque in re justa neque injusta jurare licet;* et hom. 17. in Matth. *Quid igitur, si aliquis juramentum exigat, et necessitatem jurationis imponat? Sit tibi timor Dei omni necessitate violentior; cpisa* locutio, juramentum mdlo in casu permittens, ut vera sit. re significare debet minus quam verba exprimant.

Ad prob. 5. *D.* Extendunt pleraque ad feminas quascumque ac sine discrimine, N. ad feminas capaces et dispositas, *Subd.* ex œconoinia tum temporis adhuc utili et prospera, C. ex necessitate aut pracepto mutationis impatiente, N. Laudatæ a Patribus ferninae erant ingenio ac genere nobilissima?, erudita? linguis, meditationibus assuet» ; praterea humilitatis studios», promptæque captivare intellectum in obsequium fidei, et sequi directionem magistrorum; quod ipsi Patres inter laudes earum commemorant : reliqu» saltem virgines erant separatæ a mundo, dicata? beo, et virtutum studio exercitata·; neque triste adhuc fidei flux», superbire ac contumacia» experimentum dederant. Quid simili apud nos viso exemplo ordinaturi fuissent Patres, suspicari licet ex Hieronymo. L. 1. cont. Pelag. scribente *: Verum tu tanta· es liberalitalis, ut favurem libi apud Amazonas tuas concilies, ut in alio loco scripseris, scientiam legis etiam feminas habere debere; cum Apostolus doceat esse tacendum mulieribus in Ecclesia, et si quid ignorant, domi viros suos debere consulere.*

Inst. 4. Rationes adducta? superius, cur lex circa Scriptura? lectionem juste ferri potuerit, aut nihil, aut nimiurn probant : ergo lex ipsa irrationabilis ct injusta est. *Prob.* .Int. Nam I. Lectio Scriptura sacra in vulgari lingua reque utilis est ac in latina : 2. etiam ex obscuritate et littera occidente periculum errandi est doctis et linguarum peritis; quin tamen prohibeatur illis lectio in lingua sacra : 3. fit abusus in Eucharistia, vino et aliis pluribus, non minus quam in lectione Scriptura»; propterea tamen illa non prohibentur : 4. Non ex feminarum simplicitate, sed ex superba virorum scientia nata? sunt hærcses : ergo.

Λ. *ad Arg. N. A.* Ad hujusprob. I..V. Ex parte libri versio quæcumque

vulgaris non ita fidelis nec certe authentica est, ac latina : ex parte legentium autem, lingua? latina· periti communiter doctiores sunt, facilequp possunt recurrere ad interpretes probatos.

Id *prob. i. Il.* Argumentum est simile huic : Etiam videntibus periculum est ne in foveam cadant; ergo si illorum causa non obstruitur fovea, etiam pro crecis non est claudenda. Crelerum minori doctorum periculo provisum est a lege naturali; majori autem rudium discrimini providere amplius curavit accedens lex Ecclesiastica.

Id prob. 3. *R.* I. .V. *Supp.* quod lectio Scriptura prohibeatur absolute; cum Ecclesia certas tantum conditiones pro lectoribus exigat, et judicium de his sibi reservet. 2. Etiam simile quid Ecclesia circa Eucharistiam agit, quæ oh dispositionis defectum in fidelibus nostra ætalis non probat tam frequentem Eucharistia· usum, ut in primitiva Ecclesia. 3. *Disparitas* est quod de sumenda Eucharistia habeatur praceptuni Domini, et generalior sil vini convenientia; neutrum autem reperialur circa Scriptura lectionem.

Adprob. 4. *T.* .t. .V. *Cons.* Quamvis femino», ut sunt ingenii tenuioris, non passim prima» excogitent hreresin, eam tamen conceptam retinent pertinacius, studiosius adjuvant, et latius propagant : cujus rei exempla refert Hier, in ep. ad Clesiph., Sever. Sulpil. L. 2. hist. Sac., Epiphan. hær. 26. ; atque prater Thiotam Constanti» an. 847., mulieres Manichreas Aureliæ, el Atrebati an. 1022. el 25. Tanchelini Socias Antwerp!» an. 1123. prasertim nupero el prasenli seculo moniales Portus Regii ct alire in Gallia noxium experimentum prabuerunt.

Inst. 5. Lex maxime ob circumstantias extrinsecas prohibens rem per se bonam el utilem, cessat intrinsece el obligare desinit, si rationes legis, et consequenter finis cessat et negative seu contradictorie, et contrarie : sed regula 4' Indicis est lex ejusmodi, ut omnes concedunt : et ejus linis cessat imprimis *negative,* qui erat damnum non simpliciter aliquod et dubium, sed auctum et certum, ortum partira ex lectionibus haereticis sine discrimine cum catholicis lectis, partira ex temerario animo ac praesumptione spiritu privato intelligendi legentium,ut ratio decreti loquitur : « cum experimento manifestum sil, si sacra Biblia vulgari lingua passim sine discrimine permittantur, plus inde ob hominum temeritatem detrimenti quam utilitatis oriri : » quia *quoad effectum,* hreresin scilicet vel errorem, nullum jam damnum inter catholicos ex lectione Scriptura experimur; *quoad originem* autem inter eosdem nec versio haeretica usurpatur, nec ullus est, qui in Scriptura intelligenda audire Ecclesiam ejusque traditionem nolit.

Deinde etiam *contrarie* cessat ; quia observatio hujus regulre noxia est, cum fideles priventur bonis omnibus, ct exponantur malis, ob quæ consequenda vel vitanda Patres sollicite adeo adhortati sunt fideles ad Scriptura lectionem. Ergo.

R. N. min. Non enim imprimis finis legis illius cessat *negative;* partim quia το *sine discrimine* non appellat tam Biblia, et sic versionem haereticam, quam legentes et lectionem; el temeritas non adeo fundatur in intelligentia secundum spiritum privatum, quam in incapacitate et defectu dispositionis: partim quia duplex hrec origo damni non est adrequata ratio legis, quam Ecclesia illis duobus necdum natis jam praeformaverat, et sublatis confirmavit, ut supra ostendimus : partira quia non cessat adrequate generaliter

et constanter, eum damnum adhuc aperto sentiatur in Gallia, idquo ev gemina radice ab adversariis assignata, et facile intelligi possit alibi ex dubiis et turbationibus legentium.

Deinde non cessat *contrarie,* eum alia detur ratio illa bona capiendi et avertendi mala, nempe auditio verbi divini explicati el lectio librorum Spiritualium; de qua Petrus Soto in defens. Cath. Conf. c. 23. ita disserit : n Quod si quis causelur, non esse æquuin, omni lectione Scriptura» privare populum : huic respondemus, non hoc nos agere ut nihil legant, nihil habeant simplices Scripturæ sacra» : integram quidem illam cibum dicimus solidiorem quam captui pophli conveniat : sed sunt in ea quam plurima, quæ sufficiant ad pietatem et scientiam christianam el servandam et augendam in fidelium animis. Hæc doctorum diligentia excerpta saluberrime credimus omnibus tradi posse. Imitemur antiquorum Patrum exempla : Augustinus e\ omnibus Scriptura» sacra» libris, quæ ad mores pertinent, in unum librum collegit, quem Speculum appellari voluit. ul Possiditis testis est in vita ejus, et liber ipse ostendit, in quo vix ullus liber Scriptura» omissus est, unde non aliquid sit excerptum. Basilics etiam simile ferme argumentum habet in octoginta moralibus regulis, in quarum singulis permulta capita, quæ ad mores pertinent, ex novo dnntaxat Testamento magna certe dexteritate collegit. Cyprianus etiam tribus illis libris ad Quirinum hoc ipsum agit, ut ex Scriptura capita quædarn ad formandam fidem in primis duobus, ad disciplinam christianam docendam in tertio ex Scriptura colligens. »

34. *Observa.* Benedictis XIV. P. M. cætera inter capita, quibus suum de Synodo Dicecesana opus an. 1733. altera editione auctum amplificavit, examinata» hactenus quæstionis argumentum Lib. 6. cap. 10. etiam inseruit, et erudita pro more expositione veritatem et sententiam nostram confirmavit. Quoad statutum autem circa hanc materiam a conventu diœcesano, ita sub linern praescripsit : *Itaque ut rem conficiamus, ubi nullus quoad vernaculcmi sacrarum Scripturarum lectionem abusus irrepsit, aut sileant Episcopi, aut solum quarta· Indicis regule? urgeant complementum : ubi vero abusus semel innotuit, etiam synodali decreto radicitus evellatur.*

Qv.eres : *Quinam sit usus Theologicus sacrae Scripture??*

33. *Nota.* Multiplicem Scriptura» sacro» usum ostendit ipsa Scriptura tum ad Rom. 13. v. 4. *Queecumque scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt, ut per patientiam et consolationem Scripturarum spem habeamus:* tum 2 ad Tim. 3. v. 16. *Omnis Scriptura divinitus inspirata utilis est ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum , ad erudiendum in justitia:* nos ad Theologicum dnntaxat usum hic attendimus, qui in legitima argumentationend probandam in fidei materia veritatem et Oppositam falsitatem refutandam consistit. Usus itaque hic dependet tum a regulis, quas pro lectione et interpretatione Scriptune (num. 46.) dedimus, tum ab argumentationis sacra» canonibus, quos proxime subjiciemus.

36. *Respondeo,* Canones argumentationis sacra». seu usum Theologicum

Scriptura· sacra· declarantes, duplicis classis sunt, el alii Scripturam ipsam, alii sensum Scriptura» alliciunt.

Prioris Classis Canon L Argumentum ex sacne Scripturæ verbis depromptum est decisivuin et irrefragibile ; quia Scriptura est infallibile verbum Dei infallibilis.

II. Lt argumentatio sil efficax, depromendum est argumentum ex solis Scriptura· libris, quos Ecclesia Catholica pro Canonicis indubitato admittit; quia sine Ecclesia! judicio certi non sumus, quænam sint Scripturæ divinitus inspirata·: Argumentum e contra ex libris Scripturæ apocryphis, v. g. ex tertio vel quarto Esdra» desumptum, incertum ; ex supposititiis, v. g. ex epistula Pauli ad Laodicenses, nullum est; cum hos Ecclesia positive reprobaverit, illis certitudinem non tribuerit : quamvis divinæ originis nonnulla indicia et a Patribus quibusdam testimonia postremis suffragentur.

III. Ad cumdem effectum requiritur, ul argumentum ex editione vulgata depromatur; quia hæc una habet authentiam judicialem et explicitant : moderni autem fontes, gneci et hebraei, vulgarem tantum et implicitam ; vernaeuke editiones vel nullam vel dubiam.

IV. Valet tamen argumentum ad hominem contra Novatores, sive ex fontibus, sive ex eorum versionibus ; quia ad illos ipsi identidem provocant, has vero lanquam sinceras venerantur.

V. Textus Scripturæ, ex quo arguitur, probandum contineat clare, aul liquido cuna eodem connectalur oportet.

VI. Ubi textus Scriplune ejusve sensus obscurus est, si adsit Ecclesiæ expositio vd unanimis Patrum interpretatio, conformilcr ad alterutram assumptus. firmum el efficax facit argumentum : si illa desit, aut hæc variet, probabile solum argumentuni præbet; ut partira ex dictis partira cx dicendis constat.

Posterioris Classis Canon I. Eadem Scriptura potest habere pluies sensus *litterales* sub verbis iisdem, acceptis tam proprie (piam improprie seu figurate. Docent id Hieron. ep. 103. ad Paulin.. Augustin. L. 1. de Genes, ad lit. c. 19. L. 3. de Doclr. Christ, c. 27. L. 12. Conf. c. 26. et 34. ac I). Thom. de Potent, q. 4. a. 1. et p. 1. q. I. a 10. Probat ratio deducia ex dignitate, excellentia et majestate, quam Scripturæ multiplex ille sensus conciliat : confirmant exempla tum Psalmorum et Prophetiarum , tum singularium sententiarum, partim a Scriptura ipsa, partira a Patribus in diverso sensu acceptarum; (piales sunt Genes. 1. v. 1., Exod. 12. v. 46., Psalm. 2. v. 7., Psalm. 8. v. 3., Dan. 9. v. 27., Isa. 33. v. 8., etc.

II. Etiam in Nov. Testam, præter litteralem invenitur sensus *mysticus.* Id rursus docet I). Thomas p. 1. sup. cit. et Quodl. 7. a. 13 ad 3UI" : probat eadem ratio, et confirmant exempla tum Apocalypseos, tum variorum textuum apud Patres ac Interpretes passim occurrentium.

III. Textus acceptus in sensu *litterali* efficaciter et certo probat veritatem in sc clare contentam, vel secura liquido connexam; quia hic sensus, sicut in simili casu ab homine, sic etiam hic a Spiritu sancto iulcl|igilur intentus.

IV. Ulex sensu *mystico* formetur argumentum efficax, debet vel ex alio Scripturæ textu, vel ex Ecclesiæ definitione aul traditione, vel ex consensu Patrum constare, sensum illum a Spii itu sancio esse intentum ; quia sensus

hic, eum mediate tantum significetur, ob res immediate signitiedtas rarius anceps et oliscurus est. nec cuivis oln ius, nec connexionem necessariam haliet cum loquentis intentione; unde sine accessione unius ex memoratis inccr-tum relinquitur, an a Spiritu sancto luerit intentus; qua> tamen incertitude tollitur illarum conditionum ope.

V. Sensus *accommodaiitius* Theologo ad veritates fidei probandas aul defendendas non prabet argumentum certum et efficax; quia non est intentusa Spiritu sancto, sed pro arbitrio, quantums is pio el rationabili, ad res el personas, de quibus Scriptura haud loquitur, accommodatus : utilitatem tamen ad illustrandam vel moralem vel aliam doctrinam habet eo majorem, quo major est auctoritas accommodantis, scilicet aut Ecclesiæ , aut Interpretis.

57. *Observa.* Pro utraque classe attendendum est, an Scripturæ locus ad probandum assumptus, sil dictum Scriptoris sacri proprium, an vero alienum, et a Scripturo sacro dunlaxat relatum. In priore casu Scriptura locus auctoritatem divinam habet, facitque argumentum efficax; quia res et sententias hujusmodi Scriptoribus sacris specialiter esse inspiratas (num. 20.) est ostensum : in casu posteriore distinguere oportet inter dictionem ipsam et dictum seu dicti veritatem. Quod enim reipsa sit dictum, quod ut tale referi Scriptor sacer, eadem auctoritate cerium esi e\ data proxime ratione: an ɩero dictum hoc a Scriptore sacro relatum etiam sit verum, si ex ipsa rei natura non constat, desumi debet ex auctoritate loquentis, quæ pro varietate personæ varia est. Sic dum affertur Dei ipsius oraculum, aut Propheto vaticinium, aul angeli vel hominis divinitus inspirati effatum, auctoritas divina habetur el veritas certa est : dum autem refertur alterius personæ sibi relicto assertio, v. g.Judæorum Joan. 2. v. 20. *Quadraginta sex annis tedificatum esi templum hoc,* vel illa cæci nati Joan. c. 9. v. 31. *Scimus, quia peccatores Deus non audit,* aut illa insipientis Psal. 52. v. 2. *Non est Deus,* aut illa Satan. Job. 2. v ·›. *Tunc videbis, quod in faciem benedicat libi civ.;* auctoritas lanium esi humana el veritas fallibilis aul etiam nulla.

CAPUT IL

DE TRAD1TI05IBIS SACRIS.

Controversia, quæ Catholicos inter et Acalholicos do Traditionibus olim suscitata, el seculis superioribus renovata fuit, duas quæstioncs complectitur, alteram quasi *juris* el condilionatam, qua de Traditionis notione, divisione et auctoritate inquiritur ; alteram velut *facti* et absolutam. qua de ejusdem necessitate, existentia ct certitudine sive ad cognitionem sive ad usum disputatur : utramque uno hoc capite resolvemus.

ARTICULUS I.

Quamam sil notio, divisio el auctoritas Traditionis sacra'?

58. .Voto De Traditionis notione el divisione non tam controversia est quam varia acceptio el multiplex respectus; de auctoritate autem fuit heterodoxorum sive in diversis locis contradictio, sive error proprius, quo Lutherus apud Pel. Suavem L. 2. dixerat, *Sacrilegium esse, traditiones non scriptas paris auctoritatis credere cum Scripturis novi veterisque Testamenti;* et Kemnitius apud Bellarm. !.. 4. c. 3. scripsit, *insignem esse audaciam, majestati el auctoritati Scriptura' aliquid æquare.* Fuerunt dtiam, teste Pallavicino Hist. Trid L. (›. c. 14. nonnulli ex Tridentinis Patribus, qui xisi sunt versari in ea dubitatione, num Deus voluerit tantam impertiri traditionibus firmitatem ac venerationem, quantam sacris Litteris. Ad ambiguitates illas et has dissensiones tollendas.

59. *Dicol.* Tradition's notio pro ampliori vel strictiori acceptione varia est;

Latissime sumpta traditio est notitia, sive doctrina sive institutio qualisciimque quocumque modo cum altero communicata : hoc sensu sumpsit traditionis nomen Apostolus 2. ad Thess.2. v. 14. *Tenete Traditiones, quas didicistis sire per sermonem sive per epistolam nostram;* et Philosophus L. 3; Polit, c. II. *Civitates partim optimis legibus, partim arbitriis longa serie communicatis reguntur.*

Late sumpta rursus est notitia qualiscumquc oretenus primum aliis communicata : hoc sensu traditionem accepit Tertull. L. de Coron, c. L *Harum disciplinarum si legem expostules scripturarum, nullam invenies : Traditio tibi praetenditur auctrix, consuetudo confirmatrix, el fides observatrix.* Utroque significatu hactenus exposito continetur traditio tum sacra tum profana, tam vera quam falsa, sive pia sive impia seu pharisaica, et germana ct popularis etc.

Stricte et Theologice sumpta est notitia sacra, h. e. ad religionem pertinens, oretenusprimum aliis communicata, h. e. non contenta saltem expressis verbis in sacra Scriptura, sed viva voce primitus ab auctore suo proposita, ac deinceps quasi de aure in aurem ad posteros successive perducta ; sive posiniodnrn aut in Conciliorum actis, aut in Patrum scriptis, aut in Historicorum libris fuerit authentice consignata, sive non. Atque hoc sensu traditio a nobis in præsens accipitur.

60. *Dico IL* Divisio traditionis est multiplex, habito scilicet respectu ad principium, ad doctrinam, ad materiam, ad subjectum, ad tempus, ad obligationem» Et quidem

Respectu *Principii* universim vel est divina vel humana, prout nempe traditionis primus el immediatus auctor est vel Deus vel homo viva voce loculus. Quoniam vero luce acceptio vel descriptio, contra usum communem in Tridentinæ Professionis formula etiam usurpatum, Apostolicas traditiones omnes rejicit ad humanas, neque inter enuntiata Apostolica discrimen illud facit, quod tamen Paulus ipse 1. ad Cor. 7. v. 10. et 12. manifestat : hinc traditionem dicimus *divinam,* quæ divinitus est revelata, sive a divino sive ab

humano ore promulgatio ejusdem primitus promanarit ; *humanam* autem quæ non est dix initus revelata, sed ab humana auctoritate produxit.

Divina subdividitur in Dominicam et Apostolieam, fundamentum præbente Co.xc.Tr io ., quod Sess. I. in decr. de Canon. Scriptur. ait, *omnem salutarem veritatem el disciplinam contineri in libris scriptis et sine scripto traditionibus, qua ipsius Christi ore ab Apostolis acceptée, aut ab tpostalis, Spiritu sancto dictante, quasi per manus tradita, ad nos usque pervenerunt.* I nde *Dominica* est, quæ ipsius Christi ore proposita luit : qualis est traditio de Sacramentorum materia et forma determinata ; *Dirino-Apostaltca.* qua· Spiritu sancto dictinete fuit ab Apostolis prolata; qualis est Symbolum lidci Apostolicum. *Humana* subdividi quidem solet iu civilem el Ecclesiasticam; sed quia de sacris duntaxat traditionibus hic agimus, el Apostoli inter Ecclesiarum pastores specialem classem merentur, generaliore hac divisione omissa humanam traditionem in Ecclesiasticam et rursus in Apostolieam distinguimus. *Humano-Apostolica* est. quæ est prodita ab Apostolis, nomine suo, et Spiritu quidem sancto assistente, non tamen nomine Dei et Spiritu sancto dictante, loquenlibus; qualis est illud Pauli dictum 1. c. *Caleris ego dico, non Dominus: si quis frater uxorem habet infidelem, el hac consentd habitare cum illo, non dimittat illam. Ecclesiastica* est quæ sive ab aliis Ecclesiarum præsidibus. sive his consentientibus a fidelibus fuit introducta; qualis est solemnitas et observatio certorum festorum, post Apostolorum obitum celebrari cæptonim.

Respectu *Doctrines* alia est inhæsiva, alia declarativa, alia mere oralis. *Jnhersiva* est. quæ voce idipsum tradit, quod clare in sacra Scriptura est expressum; qualis illa de nativ itate, miraculis, morte et resurrectione Christi: *Declarativa* est, quæ pari modo exponit, quod in Scriptura sacra obscure tantum extat, qualis est illa quæ loca Scriptune. Christum esse lilium Dei enuntiantia, exponit dc lilio naturali el consubstantiali Patri : *Oralis,* quæ id proponit, quod ne implicite quidem in sacra Scriptura continetur ; qualis est de existenlia et numero sacrorum librorum.

Respectu *Materiæ* dividitur in dogmaticam el moralem. *Dogmatica* esi quæ doctrinam continet, *Moralis,* quæ institutionem aut praeceptum habet. *Dogmatica* alia est *fidei,* quæ continet doctrinam, ad Religionis substantiam vel objectum fide divina credendum pertinentem ; qualis est de existenlia sacne Scripturæ : alia *credulitatis,* quæ continet doctrinam non pertinentem ad Religionis substantiam, aut necdum propositam ad credendum tide divina; qualis est de assumptione corporis Beatæ Virginis in ccelum. *Moralis* alia est *morum.* qua· pertinet pnecise ad faciendum bonum vel fugiendum mahnn ; qualis est de observantia jejunii : alia *disciplinée,* quæ pertinet ad externum Ecclesiæ aut fidelium regimen; (pialis est dcPoenitentia publica : alia *rituum* et *ceeremoniarum* . quæ ad cultum Dei exteriorem pertinet; qualis est de rubricis Missa·.

Respectu *Subjecti* seu Ecclesiæ. ad quam pertinet vel in qua viget, alia esi *universalis,* si nempe rcspiciat universam Ecclesiam ac fideles ubique dispersos; qualis est de authentia quatuor Evangclionim. et de jejunio quadragesimal! : alia *particularis.* si unam vel paucas duntaxat Ecclesias particulares et congregatos in iis fideles rcspiciat; qualis fuit de authentia cpislobe ad Hebrews et de jejunio sabbatino.

llespeclu *Temporis,* ad quod scilicet traditio protenditur, alia est *perpetua* qual ab initio fuit edita, ut duraret in Ecclesia constanter, atque hinc mutationi non est obnoxia; quales sunt omnes traditiones fidei el morum : alia *temporanea,* qua· ad certum duntaxat tempus erat duratura, et proinde colligitur lanqnaiii a posteriori ex mutatione facta; quales multæ sunt traditiones disciplina· et rituum, uti agape, abstinentia a suffocato, trina mersio in fontem baptismatis, communio sub ut raque specie etc.

Respectu *obligationis* observandi, alia est *necessaria* quæ scilicet per modum pravepti est instituta ; uti rursus traditiones fidei, et certa etiam classis piarum credulitatum sub præecpto propositarum, qualis est de Immaculata B. V. Conceptione, prater illas, qua· præcepluin sive divinum, sive aposlolicmn, sive ecclesiasticum continent : alia *libera,* quæ ex sua institutione fidelibus quidem fuit commendata, adeoque contemni non debet; sed libero tamen eorum arbitrio relicta ; qualis est asperaio aquæ lustralis, formatio crucis, cl altera piæ credulitatis classis, in qua illa est de domoLauretana, sudario Christi etc.

61. *Dieu 111.* Traditio universim auctoritatem habet suo auctori seu origini correspondcnlcm ; divina specialim, si quacxislit, aequalem lend cum Scriptura sacra I. *Pars prima* patet; quia Traditio ex dictis est verbum auctoris; verbi autem auctoritas tanta est, quanta loquentis vel originis ; cum in ordine ad faciendam tidem non pertineat verbum qualecumqueaul secundum se sumptum, sed ut a loquentis scientia et voracitate informatum. Unde Traditionis Divinae auctoritas est Divina, Apostolicæ Apostolica, Ecclcsiasticæ Ecclesiastica. Ex eadem ratione *Pars secunda* colligitur ; quandoquidem Scriptura sacra auctoritatem non obtinet a membrana, calamo vel atramento, aut quia scriptum est; sed unice quia est verbum Dei : ergo si Traditio vere divina sit el verbum Dei , æquali cum Scriptura auctoritate eam gaudere oportet:quod disputare non a Christiani modo, sed etiam à cujuscumquc hominis ingenio penitus alienum esse, et incredibilem contendendi pruriginem sapore, Moratorius L. i. delngenion Moder, c. n. cum aliis pluribus declarat.

Conf. Paulus etiam verbis rationem divini depositi tribuit, et pro sermone æque ac epistola fidem et obedientiam postulat. Ita enim 2. ad Tini. 1. v. 13. scribit : *Formam habe sanorum verborum, quæ a me audisti in fide et dilectione in Christo Jesu : bonum depositum custodi per Spiritum sanctum, qui habitat in nobis.* Et 2. ad Thess. 2. v. 14. *Fratres state, et tenete traditiones, quas didicistis sive per sermonem sive per epistolam nostram.* Patres idem de Traditione enuntiant, inter quos Irex. L. 3. coni. liter. c. 4. scribit : *Quid si neque Apostoli quidem scripturas nobis reliquissent, nonne oportebat ordinem serpii traditionis?* Basil. L. de Spir. S. c. 27. Si *consuetudines quæ scripto prodilce non sunt, tanquam haud multum habentes momenti conemur rejicere, imprudentes gravissimum Ecangelio detrimentum inferemus; imo potius ipsam fidei prædicalionem ad nudum nomen contrahemus.* Ciir y s. hom. i. in2. ad Thess. *Quamobrem Ecclesiæ quoque traditionem censeamus esse fide dignam. Est traditio; nihil queeras amplius, non codices Prophetarum, non epistolas Apostolorum, non libros Evangeliorum. Traditio est; nihil quaeras amplius, hoc est, ipsa per seipsam tibi sufficiat : ut quod ipsa ducet, credas tenendum.* Concilia denique rem aperte definiunt. ATc.encm II. Act. 7. in

fine ail : Si *quis traditionem Ecclesiæ sive scripto sit e consuetudine valentem non curaverit, anathemasit.* Constantinopoutanim 1\. Act. 10. Can. 1. *Quapropter sanctiones Ecclesiæ Catholica el Apostolicæ per I radii iodem acceptas, serrandascustodiendasqueprofitemur.* Triuextinvm Sess. 1. in Beer. deC.S. pergit: *tynodus orthodoxorum Patrum exempla secuta, omnes libros tam veteris quam novi Testamenti..,., nec non traditiones ipsas tum ad /idem tum ad mores perlinentes, tunquam vel oretenus a Christo vel n Spiritu sancto dictatas, et continua successione in Ecclesia Catholica conservatas, pari pietatis affectu el reverentia suscipit et veneratur.*

62. *Observa.* Uti notione, ita ct nomine inter se distinguendas esse Traditiones Divinas, Apostolicas et Ecclesiasticas, patet ex superioribus: easdem tamen quandoque a patribus confundi, ex eorum scriptis intelligitur. Quascumque enim Apostolicas imo et Ecclesiasticas subinde nomine *Divinarum* compellant, vel quia Apostoli aut Ecclesia? Prælati easdem instituerunt Spiritu sancto impellente; vel quia eas. auctoritate a Deo accepta, instituerunt; vel quia ad Christi exemplum eas instituerunt: e contra Divinas interdum vocant *Apostolicas* et *Ecclesiasticas,* quia Dominicas etiam Traditiones Apostoli promulgarunt, et Ecclesia ac Patres ad nos transmiserunt. Cæterum quænam secundum rem ipsam ac proprie sint, ex argumento et doctrina traditionum, secundum regulas inferius dandas examinatis, facile dignosci potest.

ARTICULUS II.

.In *Sacra' Traditiones sint necessario admittenda, et reipsa existant ?*

63. .*Nota. I.* Quam sunt diversi a veritate ac divina fide Hærctici omnium ætatum omnes, tam alienos se a sacris Traditionibus admittendis priebuerunt eorum pleriquc. Hunc de Sadducæis errorem testatur Josephus L. 13. Antiq. c. 18.; de Valenlinianis, Marcionitis et similibus Iren. L. 3. c. 2. ct Tertul. L. de Prescript.; de Anabaptistis et Donalistis Aug. ep. 18. ad \ intent. et L. de I nit. Eccl. c. 19.; de Arianis Hilar. L. cont. Constant. Aug. ep. 178. ad Pascent, ct L. 1. cont. Maximin, in prine.. Epiphan, hæres. 69. ct73.;dc Macedonianis ct Eunomianis Basil. L. de Spir. Sanet, c. 27. et 29.; de Pclagianis Aug. L. de nat. etgr. c. 39.; de Nestorianis et Eutyehianis Basii. Ancyr. in Confess. Cath. et Couc. Chalc. Act. 1., de Apostolicis sui temporis Bernard, horn. 66. in Cantica; de Wicleftitis Thomas Waldens. L. 2. de Doctr. fid. c. 19. In hoc. sicut in reliquis, antiquos imitati sunt Novatores Lutherus in Connu. ep. ad Galat. et scripto adversus Anglia: Regem et Calvin. L. 1. Inst. c. 8. $. 8., habuerimtque Sectatores Kemniliuin, Brentium, Dallæum, Georg. Callixlum, Basuagium, aliosque omnes suos Tribules.

61.11. Quamvis vero commune istud dogma hoc itidem communi fundetur principio, quod sola Scriptura res fide divina credendas complectatur ; diversitas tamen quu-dam tum in principio tum in dogmate statuendo inter patronos erroris intercedit, orta ex duplici sensu, quo utrumqueaut largius aut strictius

accipi potest et intelligilur. Eorum aliqui enim solam Scripturam complecti ita res fidei dicunt, ut necessaria omnino sit Scriptura, ct traditio nunquam sufficiat; alii ita tantum, ut Scriptura sit sufficiens fidei regula , et traditio aut inutilis aut certe minus necessaria. Item aliqui negant universim ac in thesi, præter verbum Dei scriptum existere ullum aliud, quod dici possit traditum seu traditio : alii autem id inficiantur tantum specialim ac in hypothesi, scilicet traditiones illas, quas Ecclesia Catholica præter Scripturas admittit, revera esse verbum Dei non scriptum. I nde sicut multiplicem controversa; quæslionis statum esse apparet, ita non minus patet, disputari hic pnccipue de *Traditionibus divinis,* declarativis et oralibus, tum dogmaticis, tum moralibus, universalibus et necessariis; proplerea etiam quod ipsi Hæretici traditiones inhæsivas facile amplectantur, reliquas omnes, quæ proferuntur, pro humanis venditent, disciplinares specialim et rituales tanquam adiaphoras non curent, particulares vero et liberas despiciant.

63. *Dicol.* Scriptura sacra ad fidem non erat absolute necessaria, sed poterat sufficere Traditio. *Prob.* Ad fidem sufficit verbum Dei, sicut ad obedientiam lex : sed ut sit verbum Dei, non est necessaria Scriptura , sed sufficit traditio, sicut ut sil lex ; cum detur etiam lex non scripta : ergo ad fidem non est necessaria Scriptura, sed sufficit traditio. *Conf.* Ab Adam usque ad Mosen erat vera Ecclesia Dei in mundo; a Mose ad Christum usque, eadem diam extra Synagogam extendebatur ad gentes, aut aliquos saltem homines nonJudæos; ut Aug. L. 11. et seqq. de Civit. Dei, L. de pec. orig. c. 21. et L. de pnedest. Sanet, c. 9. demonstrat; a Christi demum et prima Apostolorum praedicatione stabat Ecclesia Christi : sed in *prima* aetate nulla penitus extabat Scriptura, in *secunda* lex quidem erat scripta, sed aut non communicata aut non observata a fidelibus extra Synagogam, in *tertia* litteris necdum mandatum erat Evangelium : aderat tamen doctrina sacra et revelatio tradita ab Adamo, Patriarchis et aliis majoribus, vel praedicata ab Apostolis : ergo ad Ecclesiam et consequenter ad fidem non erat necessaria Scriptura sacra, sed sufficiebat traditio.

67. *Objic.* Scriptura sacra est fundamentum fidei; præter Scripturam non est fundamentum fidei; sine Scriptura nullum est fundamentum fidei : ergo Scriptura est necessaria ad fidem nec sufficit traditio mere oralis.

Prob. 1* *p. Ant.* ex Joan. 20. v. 31. *Hæc autem scripta sunt ut credatis, quia Jesus est Christus Filius Dei;* ad quem locum Aug. L. 1. de Consen. Evang. c. 33. ait : *Quidquid Christus de suis factis et dictis nos legere voluit, huc scribendum Apostolis suis manibus imperavit.* Ergo.

2'p. patet ex ep. ad Gal. 1. v. 8. *Licet nos aut angelus de ccelo evangelizet robis, præterquam quod evangelizavimus, anathema sit ;* in quod ita commentatur Theophylactus : Aon *dixit : si contraria prædicent ; cadorum si parum quiddam annuntient præter id, quod annuntiavimus.*

Denique 3· *p.* constat ex Patribus, inter quos Orig. horn. 1. in Jcrem. inquit : *Necesseesl nobis Scripturas sanctas in testimonium vocare : sensus quippe nostri et enarrationes sine his testibus non habent fidem;* Similia habet Tr. 23. in Malthæum; Atiiax. in ep. 39. de libris canon, scribit : *Hi sunt fontes salutares, oχ quibus sitiens haurire possit eloquia ; in his solis pietatis schola beate annuntiatur ;* Chhys. hom. in Psal. 95. ait : *Neque oportet quid-*

quam dicere sine testibus, sohupie animi cogitatione : nam si quid dicitur absque Scriptum, auditorum cogitatio claudicat, nunc annuens, nunc hæsitans; Cyril. Hieros. in Catech. L ait : *Divinorum Sanctorumque /idei Sacramentorum nihil, ne minimum quidem, absque Scripturis tradi debet;* Aug. L. 2. depcc. nier. c. 32. *Ubi de re obscurissima disputatur, non adjuvantibus divinarum Scripturarum certis clarisque documentis, cohibere se debet humana præsumptio. nihil faciens in pariem alleram declinando.*

Ii. ad Arg. 1. *D.* Scriptura sacra est fundamentum fidei unicum et totale, N. aliquod et partiale, C. Neque plus evincit probatio; cum Scripturae textus fidem quidem divinitatis Christi simpliciter in Scriptura fundet, non autem fundamentum aliud aut possibile aut actuale excludat; Patris autem testimonium nequidem de fide, sed de locutione tantum, loquatur.

Jd 2. *D.* Quod est præter Scripturam, h, e. contrarium Scripturae, C. extraneum aut superadditum Scriptura», N. Verba sacra intelligi posse de sensu contrario, patet non tantum ex usurpatione particulæ *præter* apud Latinos, qua pra ter spem, morem, legem ct dignitatem accipitur pro *contra;* sed etiam e\ acceptione particula» *r.aza* apud Graecos, quæ Act. 18. v. 13. et adRom. !. v. 26., L v. 18. 11., v. 21 occurrens *contra* significat : eadem vero contrarie exponi debere, contextus, versio, et interpretatio ostendunt. Contextus quidem: quia Paulus ob datum a pseudoapostolis scandalum, plura hic ct uberius scribit, quam antea praedicatione proposuerat; adeoque diversitatem, non autem continuationem aut extensionem doctrihæ damnabat : versio autem; quia Arabica et .Ethiopica legit, si *nos aut angelus de coelo annuntiet vobis quidquam diversum* : interpretatio denique; quia Aug. L. 17. cont. Faust, c. 3. ait : *Non est credendum Manichæo, quia de Christo contra Christi discipulos loquitur, et contra Evangelium illorum auctoritate firmatum : habemus enim Apostoli vocem, qui tales venturos esse cernebat, unde fidelibus dicebat : si quis eeangelizaverit, præterquam quod accepistis, anathema sit;* ct Tract. 98. in Joan. *Propterea admonitio Apostoli de cordibus vestris non recedat : si quis erangelizaverif, præterquam quod accepistis etc. Non ait, plusquam accepistis; nam si illud diceret, sibi ipsi prajudicaret, quia cupiebat venire ad Thessalonicenses, ut suppleret quæ eorum /Idei defuerunt. Sed qui supplet, quod minus erat, addit ; non quod inerat tollit : qui autem praetergreditur regulam fidei, non accedit in via, sed recedit de via.* Augustino consentiunt Ambr. ct Hier, ad hunc locum : neque dissentit Theophylactus, qui *contrarium* in alia significatione hic sumit, ut constat ex Chrysostomo, cujus verba aut recitare aut in compendio referre solet. Is enim in hom. 1. ad Gal. ait : *Neque dixit, si contraria annuntiaverint aut totum subverterint Evangelium ; rerum si vel paululum evangelizaverint præter quod accepistis, etiam si quidvis labefactaverint, anathema sint.* Et Galatarum conturbalores hoc paululum facientes notans addit: *Atqui unum aut alterum duntaxat præscriptum induxerant, circumcisionem ct dierum observationem innovantes. Verum ut ostenderet, quod pusillum quiddam perperam admixtum corrumpit totum, dixit subverti Evangelium.* I nde *contrarium* non pro quocumque repugnante aut conumpente, sed pro totali destruente ab utroque Patre usurpatur.

Ad. 3. .Y. Jss. quod laudata Patrum testimonia haud probant. Ormenes enim non de quocumque dogmate, sed de singulari figura V. T. Christo applicanda loquitur, quam ex Scriptura: consensu exponendam assumit, unde ibidem subjungit : *ut firmem verbum intellectus mei, accipiam duos testes de veteri Testamento; accipiam 1res de Evangelio, de Propheta, de Apostolo: sic enim stabit omne verbum.*

Athanasius in solis libris canonicis pietatis scholam collocat, non excludendo traditiones, sed libros apocryphos ab Hæreticis obtrusos; ute.x fragmento epistola» hujus superalite constat, cujus initium est : *Quandoquidem aggressi sunt aliqui describere, sibi apocrypha, et cum inspirata divinitus Scriptura confundere.*

Chrysostomus similiter Scripturam non opponit traditioni, sed soli *dicentis cogitationi;* praelereaque de morali tantum doctrina in Scripturis perspicue tradita, a prædicatore testimoniis sacris auditori persuadenda loquitur, ideo subjungens: *Quis igitur sermo nobis attestabitur, quod afflictiones et flagella hominibus illata imputantur ad peccatorum remissionem ? audi beatum Paulum etc.*

Cyrilius loquitur quidem de omni dogmate, sed comprehenso in fidei Symbolo; nec negat ad Scripturas sive dignoscendas sive exponendas necessariam esse traditionem, sed potius contrarium asserit, et libros solum apocryphos excludit, ibidem addens : *disce quoque studiose, ab Ecclesia, quinam sint vel. Testamenti libri, qui vero novi; neque mihi legas quidquam apocryphorum.*

Augustinus de quæstione loquitur, quæ nec ex Scriptura, nec ex traditione decerni poterat, nempe de animae origine; in qua et ipse anceps et dubius mansit. In ea autem quæstione cujus parti alteri aperte favet traditio, sicut quæstio desinit esse obscurissima, sic mutatur Augustini hypothesis, atque hæc proinde ad nostram controversiam non pertinet.

68. *Dico II.* Scriptura sacra ad Udem non sufficit, sed Traditio est necessaria.

Prob. Si Scriptura sacra sufficeret, ergo vel secundum singulos seorsim libros sacros, vel secundum omnes simul, aut qui unquam fuerunt scripti, aut qui ex scriptis restant et habentur in canone sed nihil istorum dici potest. Non *primum;* cum liber singularis sufficiens nec designari possit, nec ullus etiam omnia credenda contineat: non *secundum ;* quia inulti libri, qui vere sacri fuerant, tam novi quam veteris Testamenti, perierunt, et tamen sufficiens adhuc propositio credendorum affirmatur; ut adeo sufficientia nequeat constitui in collectione librorum quorumcumque sacrorum unquam scriptorum; non tertmm;quia Scripturam sacram nec sufficere ad libros ipsos canonicos determinandos, nec ac sensum librorum obscurum declarandum, Cap. 1. ostensum est : Ergo cum fides requirat verbum Dei, aliud autem extra Scripturam non sit, nisi traditum; necessaria est Traditio.

Conf. Plores ex adversariis admittunt nobiscum in Lege Naturae cultum Religionis supcrnaturalis revelatum, in lege Mosis remedium contra originale peccatum pro fæminis, aut certe fidem in Christum mediatorem per sacrificia cnienta indicatam, in lege gratiæ descensum Christi ad inferos, perpetuam Deiparae virginitatem, baptismum ab Hæreticis collatum et infantium, aliaque plura: sed eorum nihil discimus ex sacris litteris : ergo ut ea credi et admitti possint, necessario recurrendum est ad Traditionem.

69. *Objic.* In ordine ad credendum Scriptura nihil patitur sibi addi omnia complectitur ; satisfacit et abundat; ergo Scriptura sufficit, nec traditio necessaria est ad fidem. j|

!/>. *Ant.* Patetex Bent. 4. v. 2. .Von *addetis ad verbum, quod vobis loquor, nec auferetis e.v eo.* Ibid. 12. v. 32. *Quad præcipio libi, hoc tantum facito; nec addas quidquam, nec minuas.* Apoc. 22. v. 18 et 19. S7 *quis apposuerit ad lure, apponet Deus super illum plagas; et si quis diminuerit, auferet Deus partem ejus de libro vitæ.* I nde Tkrtul. L. adv. llermog. c. 22. ait : *Scnj>-lum esse doceat Hermogenis officina: sinon est Scriptum , timeat vce illud adjicientibus aut detrahentibus destinatum,* etc.

2* *p.* Liquet tum ex 2. ad Tim. 3. v. 16 et 17. *Omnis Scriptura divinitus inspirata utilis est ad docendum..... ut perfectus sit homo Dei et ad omne opus bonum instructus;* tum ex Joan. 20. nuper laudato : *multa quidem el alia signa fecit Jesus , quæ non sunt scripta in libro hoc; hæc autem scripta sunt, ut credatis* ; in quem locum Aig . Tr. 19. *Electa sunt, quæ scriberentur, quæsaluti credentium sufficere videbantur;el* Cyr. L. 12. in Joan. c. ult. Aon *omnia conscripta sunt; sed quæ scribentes tam ad mores quam ad dogmata putarunt sufficere, ut recta fide et operibus rutilantes ad regnum coelorum perveniamus.*

Denique 31 *p.* Ostenditur ex dictis Patrum. Nam Ires. L. 2. adv. hær. c. 47. dicit *Scripturas esse perfectas;* Chrys. hom. 13. in 2. ad Cor. easdem vocat *exactam rerum omnium lancem et normam ; Tert.* cont. Herm. c. 22. ait: *adoro Scripturæ plenitudinem;* Athan. in Or. cont. gent. *sufficiunt per se sacræ Scripturæ ad veritatis indicationem ;* el in ep. ad Scrap. *Ne igitur interroges, sed solum ex sacris litteris condiscas : sufficiunt enim, quæ in illis reperias, documenta;* Aug. L. de bono vidait. c. 1. *Quid igitur amplius te doceam, quam id quod apud Apostolum legimus; sancta enim Scriptura nostræ doctrinæ regulam figit.*

R. ad Arg. N. .1. Ad ejus prob. *primam p. R.* primum et secundum textum huc nihil facere, tum quia non agunt de credendo, sed operando; nec de verbo scripto, sed dicto: tum quia sensus verborum est: quod jubeo, integre et prout jubeo, facietis; non autem hic : non facietis aliud quam id quod nunc jubeo cum Judœorum posteri novas festivitates tempore Judith, Estheris et Machahœorum institutas recte observarint. Tertius autem prohibet apocalypseos corruptionem, ct per verba *ad hæc* additionem ipsi libro faciendam ; non autem ne alii libri scribantur aut dogmata tradantur ; cum is ipse Apostolus Evangelium et epistolas addiderit.Tertullianus vero loquitur de additione ab Hæreticis conficta et scripturæ contraria ; cui utique væ illud timendum est; cum eodem Auctore L. de Prœscr. c. 17. *Tantum veritati obstrepat adulter sensus, quantum corruptus stilus.*

Ad 24m *p. R.* sufficientiam Scripturæ ex primo textu haud sequi, quo precise laudatur utilitas ; sicut dum in ead. ep. 4. v. 11. Marcus dicitur *utilis in ministerium,* non declarantur supervacanei Lucas, Titus et reliqui adjutores Pauli; præserlim cum hic sermo sit de Scriptura Vet. Test, quam scilicet Timotheus ab infantia didicit, quamque non sufficere superadditum Evangelium demonstravit. Neque id ex secundo textu sequitur, qui non agit de sufficientia doctrinæ, sed miraculorum et signorum, ad Christi divinitatem hominibus persuadendam; quod ipsum etiam Augustinus in verbis

objectionem antecedentibus et consequentibus, Cyrillus autem in integra testimonii serie declarant. Quin acceptus de doctrina probaret reliqua Evangelia, Apostolicas epistolas et Apocalypsirn, esse superflua : quod concedere etiam adversarii nefas putant.

Ad 3‘‘ *p. 11.* liiE.X/Ei s Scripturam dicit perfectam circa Dei unitatem, et excludendo Valentinianorum commenta Scripturis repugnantia. Ciik y s o s t o mc s legum divinarum sententiam, non vero Scripturam, vocat agendorum exactam lancem et normam; quod ad præsentem quæstionem nihil pertinet. Tertullianus Scripturae plenitudinem non ponit in complexu omnium dogmatum, sed in historica relatione de mundi exordio sine piuejacente materia. Athanasius similiter primo loco de quibusdam tantum dogmatibus, vanitate scilicet idolorum et Christi divinitate loquitur, et ibidem Traditionibus aperte favet, cum textus integer sic habeat : *Sufficiunt quidem per se tum sacra· Scripturæ ad veritatis indicationem, tum plurimi de ea re libri a sanctissimis magistris conscripti, quos si quis erolvat, intelliget aliquo modo Scripturarum mentem, et fortasse eam, quam cupit, cognitionem adipiscetur.* Secundo autem loco rejicit tantum Arianorum et Pneumatomachorum interrogationes de nominibus Filio aut Spiritui sancto tribuendis, docetque de his sufficere id quod Scriptura nos docet; adeo autem Traditiones non rejicit, ut potius ad easdem provocet, post probatam ex Scripturis divinitatem Spiritus sancti ita pergens : *Videamus tamen adhuc illam ipsam ab initio traditionem et doctrinam ad /idem Ecclesice Catholicæ, quam Christus quidem dedit, Apostoli cero prædicarunt.* Haud aliter Augustinus de unica tantum viduitatis professione loquitur; et Scripturam quidem fixam regulam statuit, qua doctrina verbo Dei contraria repellatur, non tamen omnis doctrina vera aperiatur.

70. *Dico III.* Admittendum est *in thesi* verbum Dei non scriptum, et existit aliqua Traditio divina. *Prob.* Traditionum generation mentio occurrit in lege antiqua; Genes. 18. v. 19. *Scio enim, quod* Abraham *prcecepturus sit filiis suis et domui suce post se, ut custodiant viam Domini et faciant judicium et justitiam;* et Job 8. v. 8. et 10. *Interroga generationem pristinam, et diligenter investiga patrum memoriam : et ipsi docebunt te, loquentur tibi et de corde suo proferent eloquia :* Item in lege scripta; Psal. 77. v. 5. et seqq. *Quanta mandavit Patribus nostris nota facere ea filiis suis, ut cognoscat generatio altera, filii qui nascentur, et exsurgent, et narrabunt /iliis suis;* et Eccl. 8. v. 11. et 12. .Vo/i *te prætereat narratio seniorum : ipsi enim didicerunt a patribus suis : quoniam ab ipsis disces intellectum, et in tempore necessitatis dare responsum :* Tandem in lege nova ; 1. ad Cor. 11. v. 2. et 23. *Laudo ros Fratres, quod per omnia mei memores estis, et sicut tradidi vobis, prcecepta mea tenetis; et* 2. ad Thess. 2. v. 11. *Itaque fratres state, et tenete Traditiones, quas didicistis sire per sermonem sire per epistolam nostram.* Atqui prima et secunda classis continet Traditiones divinas, ut ex textu vel contextu liquet; de tertia Chrys. et Theoph. in Comment, ad eos textus, Epiph. hær. Gl. Basil. L. de Spir. S. c. 29. elDamasc. Orth. Fid. L. 4. c. 17. idem enuntiant : ergo.

Conf. Universim cxistere Traditionem divinam declarant Concilia; nempe Generale V. suas definitiones sic concludit : *Cum igitur hæc ita recte confessi*

sumus, quæ tradita nobis sunt tam a divinis Scripturis, quam a sanctorum Patrum doctrina, et ab his, quæ definita sunt de una eademquo /ide a prædiciis quatuor Conciliis etc. Generale Vll. in definitione fidei: *Hegiam viam iiict-dentes, et sanctorum nostrorum ac divinorum Patrum doctrina insistentes, et Catholica· Ecclesia·, in qua Sanctus Spiritus inhabitat, traditionem observantes definimus* etc.; quibus adde Gen. Vili, et Trident, (num. 63.) laudatiun. Idem pronuntiant Summi Pontifices, præter Slephanum, qui in causa cum Cypriano unum opposuit: *Mhil innovetur, nisi quud traditum est;* nempe Innoc. 1. in ep. 1. ad Decent. Si *instituta Ecclesiastica, ut sunt a beatis Apostolis tradita integra, vellent servare Domini Sacerdotes , nulla varietas in ipsis ordinibus et consecrationibus haberetur;* Sixtus 111. in ep. ad Joan. Antiochenum : *Ergo quia una fides, dicenda credamus et tenenda dicamus : nihil ultra liceat novitati, quia nihil adjici convenit vetustati : dilucida et perspicua majorum credulitas nulla cæni permixtione turbetur;* Leo M. Serin. 2. de jejun, Pentec. *Dubitandum non est, omnem observantiam Christianam eruditionis esse divinee, et quidquid ab Ecclesia in consuetudinem devotionis est receptum, de Traditione Apostolica, et de Spiritus sancti prodire doctrina.*

Consentiunt Patres pleriqueex omnibus seculis, e (piorum prioribus quinque coæ\i Patris unius verba referre sufficiat. De Ignatio M. hæc L. 3. hist. Eccl. c. 37. refert Eusebius: *Cum per Asiam sub custodia duceretur, singularum nihilominus civitatum , quas ingrederetur, Ecclesias sermonibus et cohortationibus suis confirmans... hortatus est, ut Apostolorum Traditionibus tenaciter in luerererit, quas quidem ad certiorem posteritatis notitiam testimonio suo confirmatas, scriptis mandare necessarium duxit.* Irenæus L. 3. adv. Hær. Valentinianus et Gnosticos oppugnaturus, ostendit eorum vafritiem qua, dum premebantur Scripturis, confugerent ad Traditiones; dum vero Traditionibus constringebantur, ad Scripturas redirent; nude utrisque eos armis successive aggreditur : qua occasione c. 3. sic scribit : *Traditionem itaque Apostolorum in toto mundo manifestatam in omni Ecclesia adest respicere omnibus qui recta velint videre* ; tum c. 4. *Cui ordinationi assentiunt multa· gentes barbarorum, qui Christum credunt, sine charta et atramento scriptam habentes per Spiritum sanctum in cordibus salutem, et veterem Traditionem diligenter custodientes;* ct c. 5. *Traditione igitur, quæ est ex Apostolis, sic se habente in Ecclesia et permanente, apud nos, revertamur ad eam, qua· est ex Scripturis, ostensionem.* Tertullianus L. de Praescriptionibus, qnem pro Traditionibus admittendis totum impendit, c. 19. scribit: *Non ad Scripturas provocandum est. nec in his constituendum certamen, in quibus aut nulla aut incerta victoria est, aut par incerta?. Nam et si non ita evaderet collatio Scripturarum, ut utramque partem parem sisteret ; ordo rerum desiderabat illud prius proponi, quod nunc solum disputandum est: quibus competat fides ipsa? cujus sint Scriptune? a quo, et per quos, et quando, et quibus sil tradita disciplina, qua fiunt (hrishani ? ubi enim apparuerit esse veritatem et disciplina· et fidei Christiana·, illic erit et veritas Scripturarum et expositionum et omnium Traditionum Christianarum:* denique c. 37. ita concludit : Si *hæc ita sc habent, ut veritas nabis adjudicetur, quicumque in ea regula incedimus, quam Ecclesia ab Apostolis, Apostoli a Christo, Christus a Deo tradidit; constat ratio propositi nostri definientis, non esse admit-*

tendoshærelicos ad ineundam de Scripturis provocationem, quos sineScripturis probamus ad Scripturas non pertinere.

Athanasius docens, Patres Nicænos non tantum Scripturis sod et Traditione fretos hoinousion Symbolo addidisse, L. de decr. Nie. ait: *Hoc igitur intellectu Patres, qui .Xicæw convenerunt, istas voces usurpare voluerunt : ipsos porro non ex se, quod adversarii objiciunt, hæc vocabula finxisse, sed ab aliis olim accepisse, age in prwsentia declaremus.* Quod cum fecisset, subjungit: *Ecce nos demonstramus istiusmodi sententiam a Patribus ad Patres quasi per maims traditamesse.* Eos *autem novi Judæi et discipuli Caiphæ, quos verborum oestrorum patres ac majores demonstrabit is, quorum ne unum quidem ex. prudentibus aut doctis in auctorem citare possitis?* Hieron. in Dial. adv. Lueif. c. 4. *Etiamsi Scriptural auctoritas non subesset, totius orbis in hanc partem consensus instar præcepti obtineret. Xam et alia multa, quæ per traditionem in Ecclesiis observantur, auctoritatem sibi scriptæ legis usurparunt.* Augustin, ep. 118. ad Januar. *Illa autem, quæ non scripta sed tradita custodimus, quæ quidem toto terrarum orbe observantur, dantur intelligi, vel ab ipsis Apostolis vel plenariis Conciliis, quorum est in Ecclesia saluberrima auctoritas, commendata atque statuta retineri.*

His addi possunt ex See. primo, Papias L. 4. Polycarp. apud Euseb. L. 5. hist. Eccl. c. 20. Dionys. L. de hierar. Eccl. c. 1. Ex secundo, Iren. L. 4. c. 43. Clem. Alex. L. 1. 6. ct 7. Strom. Terlull. L. de Coron, c. 3. et 4. de earn. Chi', c. 2. Ex tertio, Serapion apud Euseb. L. 6. hist. Eccl. c. 12. Origen, in pnpf. L. 1. Periarch. Tract. 29. in Matth. et L. 5. in ep. ad Hom. Cyprian, ep. G3. Ex quarto, Euseb. L. 1. Demonst. Evang. c. 8. et L. 1. cont. Marcell. c. 1. Athanas. in ep. ad Afros; Basil, in ep. Cl.adEpisc. Occid. L. de Sp. S. c. 27 et 29. hom. 27. cent. Sabell. Epiphan. L. de hær. cit. Greg. Nyss. L. 3. cont. Eunom. A'az. Or. 1. in Julian. Ex quinto, Chrysost. hom. 69. ad pop. et 3. inep. ad Philip. Hieron. in ep. ad Marcel. Augustin, loc. inf. citandis; Lirin, in Commonit. c. 3. 4. et 9., etc.

71. *Objic.* Scriptura universim damnat Traditiones; ut palet ex verbis Christi .Matth. 13. v. G. *Irritum fecistis mandatum üei propter traditionem vestram;* et v. 9. ex Isa. *Sine causa colunt me, docentes doctrinas et mandata hominum.* Item ex 1. Pet. I. v. 18. *Redempti estis de vana conversatione paternæ traditionis;* et ex Pauli ep. ad Coloss. 2. v. 8. *Videte, ne quis vos decipiat per philosophiam et inanem fallaciam secundum traditionem hominum.* Ergo.

R. ad Arg. D. Scriptura damnat Traditiones mere humanas, et quidem Pharisaicas, Judaicas et gentiles, vel verbo Dei contrarias, vel perniciosas aut saltem inutiles, C. Divinas, Apostolicas, vel Ecclesiasticas, N. Ad prioris generis traditiones pertinent comprehensæ in textibus allatis. Christus enim aperte loquitur de Pharisaicis, non illis a Mosis et Prophetarum disciplina derivatis, sed aSammai et Hillel inductis, quas Hieron. L. 3. comment, in Isa. et ep. ad Algas., item Aug. L. 2. cont. advers. leg. c. 1. et alii exponunt ac vituperant. Petrus vel de iisdem agit, vel de Judaicis ea ætate jam inutilibus, quin et mortiferis : Paulus autem per traditionem hominum inlelligilvel instituta et corruptelas Philosophorum Platonicorum et Pythagoricorum, vel superstitiosas Gentilium observationes in sacrificiis,nuptiis, exequiis

et cæleris actionibus, vel imperfectas, vanas aut fabulosas doctrinas, sive Judaizantium, sive hœreticorum, maxime Simoniacorum el Gnostieorum.

/nst. 1. Idem est sensus Patrum. Nam 1° nihil recipiunt extra Scripturam : Sic Tertul. de cam. Chr. Marcionem alloquitur : Aon *recipio, quod extra Scripturam de tuo infers;* Hier, in e. 23. Malth. *Quod de Scriptura non habet auctoritatem, eadem facilitate contemnitur, qua probatur; at* in c. L ad Tit. *Sine Scripturorum auctoritate garrulitas non habet fidem.* 2° Traditiones non scriptas reprobant : Sic Basii., in Ascet. de ver. fido scribit : *Manifestissimum hoc infidelitatis argumentum fuerit et signum superbia certissimum, si quis eorum, quæ scripta sunt, aliquid velit rejicere; aut eorwn, quæ non scripta, introducere; et* Theophil. Alex. ep. 2. Paschali: *Diabolici spiritus est , aliquid extra Scripturarum auctoritatem putare divinum.* 3° l sum traditionis hujusmodi vituperant : Sic Iren. L. 3. c. 2. de bæreticis inquit : *Cum ex Scripturis arguuntur, in accusationem Scripturarum convertuntur, quasi ex his non possit inveniri veritas ab his qui nesciunt traditionem;* Gyr. Hif.ros. Catech. 11. ait : *Cur igitur curiose inquiris ea quæ Spiritus non scripsit in Scripturis, qui ea quæ scripta sunt non nosti : in his quæ scripta non sunt non sis curiosus;* et Catech. 16. *Dicemus de Spiritu sancto ea tantum quæ scripta sunt :* si *quid autem scriptum non est, non scrutabimur curiose.* Ergo.

Λ. A. .iss. Ad ejus *prob.* I. *D.* Nihil recipiunt extra Scripturam rejiciendo traditiones Scripturae contrarias et apocryphas, C. respuendo veras et authenticas, N. Primi generis traditiones intelligit Tertullianus, qui Marcionem dicit, *originalia Christi instrumenta delere ausum, et de suo inferre.* Eumdem sensum habet primum Hieronymi testimonium, cui hæc præmittuntur : *Alii Zachariam patrem Joannis intelligi volunt ex quibusdam apocryphorum somniis approbantes, quod propterea occisus sit, quia Salvatoris praedicavit adventum : quod quia de Scripturis non habet auctoritatem* etc. Secundum huc non pertinet; cum solum perstringat eos qui Scripturæ testimoniis abutuntur, caque in suorum errorum patrocinium contorquent, ut ex loco integro patet : *Et quidem sine Scripturæ auctoritate garrulitas non haberet fidem, nisi viderentur per veram doctrinam in divinis testimoniis roborare. Hi sunt de circumcisione Judæi, qui tunc temporis nascentem Christi Ecclesiam subvertere nitebantur, et introducere præcepta legalia* etc.

Idem respondetur ad prob. 2. Nam transmissa auctoritate Asceticorum, quorum auctorem Sozomenus. L. 3. c. 13. facit Eustathium Sebastenum ; Basilius hic tantum rejicit hæreticorum, ut Scripturam corrumpentium sic traditiones confingentium, *doctrinam a Dominica alienam, et a pio sanctisque litteris consentaneo sensu abhorrentem.* Theophilus autem impugnat Origenem, *tanta confingentem, suum errorem sequentem, ausum nocitura proferre in medium, et in fabulas quasdam et deliramenta procedentem;* ut in eadem ep. prosequitur.

Ad prob. 3. D. Vituperant traditionis spuriæ usum, C. authentic®, *subd.* usum illegitimum, C. legitimum, N. Valentiniani apud Irenæum provocabant ad traditiones suas explosis Apostolicis; unde sequitur : *cum autem ad eam iterum traditionem, quæ est ab Apostolis, quæ per successiones Presbyterorum in Ecclesiis custoditur, provocamus eos, adversantur traditioni dicentes se non solum presbyteris sed etiam Apostolis existentes sapientiores. sin-*

ceram invenisse veritatem. Cyiu m.us autem inutiles duntaxat questiones, sive circa diviniu generationis rnodum, sive circa Spiritus sancti nomina, hic loci rejicit; utilem autem traditionis usum non item; cum ibidem multa de utroque mysterio libris divinis haud expressa ipse proferat.

lust. 2. llATioid ipsum persuadet. Nam. L Traditiones maximam partem ab Hærelicis sunt usurpata· ; ut Tertul. L. de Præscr. docet universim, Iren. autem I.. I. c. 23. et 24. de Basilidianis etCarpocratianis speciatim : 2. Sunt erroris et fabularum in Ecclesiam introducendarum occasio; ut patet ex regno millenariorum a Papia, Justino, Lactantio, el aliis Patribus invecto : 3. Sunt obnoxiae tum mutationi, ut patet in multis, vi traditionis olirn vigentibus, nunc vero antiquatis; tum omnimodae desitioni, quale fatum attulit traditio dogmatibus Lycurgi, Pythagorae et similium.

R. N. Ass. cum *prob.* 1. Quia modus contingendi traditiones, casque Scripturis praeferendi, ab haereticis usurpatus, est abusus traditionum, quem Tcrt. et Iren. laudati carpunt, et in quo juxta Cyprianum in ep. ad Jubaian. haeretici se. probant simios Catholicorum ; (piorum traditiones veræ sunt et per Christum vel Apostolos communicatae, dum eorum sunt falsae et ab auctoribus nullius fidei prolatae.

Ad prob. 2. *D.* Sunt erroris et fabularum occasio per se, N. per accidens, C. sed ob hanc causam aeque parum ac Scriptura, quantumvis per similem abusum detorta, est rejicienda. Porro Millenariorum dogma ex Scriptura male intellecta potius (piam ex traditione ortum habuit; et si quidem habuerit etiam ex hac, defectus stabat in eo, quod solum ad antiquitatem, non vero ad universalitatem, consensionem, aliasque traditionis qualitates, attendebatur.

Ad prob. 3. *D. quoad prius:* Traditiones circa disciplinam, ritus et caeremonias sunt obnoxiae mutationi, C. circa dogmata et mores, N. Primi generis exempla scimus in prægustatione mellis et lactis, immersione trina, poenitentia publica, communione sub utraque specie etc. secundi nulla extant.

Quoad posterius .V. *Ass.* Contrarium docuit experientia in traditionibus sacris ab exordio mundi ad Christum usque conservatis : disparem autem rationem facit tum verbi divini reverentia et fidei necessitas, tum providentia utrique addicta, quæ sacræ traditioni, præ illa Philosophorum profana, debita est ac convenit.

72. *Dico IV.* Admittendum etiamest *in hypothesi* verbum Dei non scriptum, et existant Traditiones divinae circa plura dogmata quae admittit Ecclesia Catholica. *Prob.* Nullum est dogma, quod Ecclesia Catholica admittit ut fide credendum, quod non exigat et habeat pro fundamento verbum Dei vel scriptum vel traditum; quia 1um postulat notio divinae fidei, 2um autem evincit Ecclesiae infallibilitas infra probanda : sed aliqua sunt dogmata ab Ecclesia Catholica admissa ut fide credenda, pro quibus verbum scriptum extat vel nullum, vel saltem non clarum et convincens; ut adversarii ipsi contendunt : ergo pro ejusmodi dogmatibus debet extare verbum Dei traditum : ergo existant Traditiones quaedam divinæ. *Conf.* Patres et Concilia in asserendis dogmatibus, ab Ecclesia Catholica admissis, provocant ad divinas Traditiones de hujusmodi dogmatibus; cum prae his custodes et testes Traditionum meliores alii assignari nequeant.

Antecedens probatur.

1. Ex dogmate de extantia et numero librorum canonicorum; de quo Serapion obtrusum sibi Marcionis Evangelium respiciens apud Euseb. L6. hist. Eccl. c. 12. ait : Aos *ct Petrum et reliquos Apostolos perinde ac Christum ipsum suscipimus : sed quæ nomen illorum falso inscriptum pra·ferunt, ea nos utpote gnari ac periti repudiamus; quippe qui compertum habeamiu, ea nos a majoribus minime accepisse;* Origenes ibid. c. 23. sic scribens refertur : *Sicut Traditione accepi de quatuor Evangeliis, quæ sola in universa Dei Ecclesia citra controversiam admittuntur;* et Aug. L. coni. ep. fundam, c. o. *Ego veru Evangelio non crederem, nisi me Ecclesiæ Catholica commoveret auctoritas.*

II. Ex dogmate de sensu librorum canonicorum; de quo Orig. Tr. 29. in Matth. inquit : *Quoties autem canonicas proferunt Scripturas, in quibus omnis Christianus consentit et credit, videntur dicere : Ecce in domibus verbum est veritatis : sed nos illis credere non debemus, nec exire a prima et Ecclesiastica Traditione, nec aliter credere, nisi quemadmodum per successionem Ecclesiæ Dei tradiderunt nobis;* et Clem. Alex. L. 7. Strom. *Qui verbis non recte sed perverse utuntur, neque eos, quos deceperunt, sinunt assequi veritatem. Sed nec ipsi introitus elavem habentes, sed falsam quamdam et adversam elavem, per quam non relaxato velo, ut nos ingredimur per Domini Traditionem, sed exciso ostio et muro Ecclesiæ perfosso, veritatem transgredientes, efficiuntur principes et duces mysteriorum.*

111. Ex dogmate de S®4 Trinitate de quo Basil. L. de Spir. S. c. 29. scribit : *Sane contra id quod dicunt, glorificationem* cum Spiritu *carere testimonio, nec in Scripturis extare, illud dicimus : Si nihil aliud est receptum absque Scripturis, ne hoc quidem recipiatur : sin plura arcana citra Scripturam recepta sunt nobis, cum aliis pluribus et hoc recipiamus. Arbitror autem Apostolicum esse, etiam non scriptis Traditionibus inhærere, quarum maxime una est et hæc, de qua nunc agimus; quam qui ab initio praescripserunt, per longam consuetudinem Ecclesiis irradiarunt ;* Epiph. Hær. 69. *Despondete nobis Arii discipuli : Ingenitum dicimus omnes simul Patrem et increatum; et admirabilis est dictio scilicet : ubi itaque est dictio hæc scripta, ostendite : neque enim Lex, neque Prophetæ, neque Apostoli* etc. ; Augustin. L. 3. cont. Maximin, c. 3. *Da testimonia, ubi adoratus Spiritus sanctus; quasi non eis, quæ legimus, aliqua etiam, quæ non legimus, intelligamus. Sed ne quærere multa compellar: tu ubi legisti Patrem Deum ingenitum vel innatum? et tamen verum est.*

h. Ex dogmate de baptismo, sive parvulorum, sive ab haereticis collato; de primo Origen, in cap. 6. ep. ad Rom. inquit : *Ecclesia ab Apostolis traditione accepit, etiam parvulis baptismum dare;* et Aug. L. 10. de Gen. ad lit. c. 2.Î. *Consuetudo matris Ecclesiæ in baptizandis parvulis nequaquam spernenda est, neque ullo modo superflua deputanda, nec omnino credenda nisi Apostolica esset traditio.* De secundo Idem L. S. de Baptis, c. 23. *Sinon habent baptismum, qui de Deo prava sentiunt, hoc posse et intus accidere, jam satis disputatum est. Apostoli autem nihil quidem exinde præceperunt ; sed consuetudo illa, quæ opponebatur Cypriano, ab eorum traditione exordium sumpsisse credenda est, sicut sunt multa, quæ universa tenet Ecclesia, et ob hoc ab Apostolis præcepta bene creduntur, quanquam scripta non reperiantur,*

EIL de imitat. Eccles. c. 19. *lite forte dicis : lege mihi, quemadmodum Christus suscipi jusserit cos, qui ab lla-rcticis transire ad Ecclesiam voluntˑ. Huc aperte atque evidenter neque ego lego, neque tu..... Cum hoc nusquam legatur; credendum est testimonio Ecclesia-, quam veracem esse Christus testatus est.*

V. Ex dogmatibus contra Novatores delinitis a Tjuoentino; pro qua decisione ad Traditionem provocavit Concilium Sess. 6. c. 3. circa justificationem per fidem; Sess. 13. c. B. circa communionis sacramentalis sumptionem a Sacerdotibus et laicis ; Sess. 14. c. 1. circa potestatem remittendi et retinendi peccata fidelium, Apostolis et eorum successoribus communicatam; Sess. cad. de Sacr. exliemæ unet. c. 1. circa materiam et formam hujus sacramenti; Sess. 22. c. 4. circa Missæ canonem, et c. 9. circa fidem de sacrosancto Missæ sacrificio; Sess. 2i. circa matrimonium; Sess. 2i>. c. 1. circa purgatorium et c. 2. circa invocationem et intercessionem Sanctorum, Reliquiarum honorem, legitimum Imaginum usum et venerationem; de quo postremo dogmate etiam Cone. Generale VII in definitione fidei ita loquitur : *Fatemur unanimiter nos Ecclesiasticas Traditiones, sive scripto sive consuetudine valentes et. decretas, retinere velle; quarum de numero est imaginum (figuratio... Traditionem observantes, definimus cum omni diligentia et cura venerandas et sanctas imagines, ad modum et formam venerandas et vivificantis crucis, e coloribus et tessellis aut alia quavis materia commode paratas, dedicandas, et in templis sanctis Dei collocandas habendasque.*

VI. Ex doctrinis, sive dogmaticis sive moralibus, conglobatis apud Patres; inter quos Tertull. L. de Corona c. 3. ct 4. inquit : *Denique ut a baptismate ingrediar, aquam adituri ibidem, sedet aliquando prius, in Ecclesia sub Antistitis manu contestamur nos renuntiare diabolo et pompœ et angelis ejus : dehinc ter mergitamur, amplius aliquid respondentes quam Dominus in Evangelio determinavit : inde suscepti lactis et mellis concordiam prægustamus, exque ea die lavacro quotidiano per totam hebdomadam abstinemus. Eucharistia Sacramentum et in tempore victus, et omnibus mandatum a Domino, etiam antelucanis ca-tibus, nec de aliorum manu quam præsidentium sumimus. Oblationes pro defunctis, pro natalitiis, annua dic facimus. Die dominicojejunium nefas ducimus, vel de geniculis orare. Calicis aut panis etiam nostri aliquid decuti in terram anxie patimur. Ad omnem progressum atque promotum, ad omnem aditum et exitum, ad vestitum, ad calceatum, ad lavacra, ad mensas, ad lumina, ad cubilia , ad sedilia, quœcumque nos conversatio exercet, frontem crucis signaculo terimus. Harum ct aliarum hujusmodi disciplinarum, si legem expostules scripturarum, nullam invenies. Traditio tibi prælcnditur auctrix, consuetudo confirmatrix, et fides observatrix, /lationem Traditioni et consuetudini ct fulci patrocinaturam aut ipse perspicies, aut ab aliquo qui perspexerit disces.*

Basilics I.. de Spir. Sancio c. 27. 17 *signo crucis cos, qui spem collocarunt in Christum, signemus, quis scripto docuit? ut ad orientem versi precemur, quxnos docuit Scriptura ? Invocattonis verba, cum conficitur panis Eucharistia- et poculum benedictionis, quis sanctorum in scripto nobis reliquit ? Nec enim his contenti sumus, quœ commemorat Apostolus aut Evangelium, verum alia quoque et ante et post dicimus, tanquam multum habentia momenti ad mysterium, quœ cx Traditione citra scriptum accepimus. Consecramus*

autem aquttm baptismatis et oleum unctionis; præterea ipsum qui baptisnum accepit: Ex quibus scriptis? nonne ‹i tacita secretaque Traditione? ipsam I
/>orro *olei unctionem quis sermo scripto proditus docuit ? jam ter Hmnergi* I
hominem, unde ex Scriptura habemus? nonne ex doctrina, quam Patres nw- I
Iri silentio quieto minimeque curioso servarunt? I

Augustinus demum ep. 118. ad Januar. scribit : *Quæ non scripta sed tradita custodimus... Sicut quod Domini Passio et Resurrectio et Ascensio in cœlum et adventus de coelo Spiritus sancti, anniversaria solemnitate celebran-*
tur; et si quid aliud tale occurrerit, quod servatur ab universa, quacumque se diffundit, Ecclesia. Alia vero quæ per loca terrarum regionesque variantur, I
sicuti est, quod alii jejunent sabbato, alii vero non : alii quotidie communicant corpori et sanguini Dominico, alii certis diebus accipiunt : alibi nullus dies intermittitur quo non offeratur, alibi tantum Dominico : et si quid aliud hujusmodi animadverti potest, totum hoc genus rerum liberas habet observationes, etc.

Objectiones contra hanc partem sicut contra singularia dogmata pugnant, sic propriis singular locis habentur.

73. *Observa.* Traditiones sacras depositas esse apud Ecclesiam, ostendunt sacræ litteræ l. ad Tim. 6. v. 20. *O Timothee depositum custodi;* 2. ad eumd. c. l. v. 13. et 14. *Formam habe sanorum verborum, quee a me audisti... bonum depositum custodi.* Et ibid. 2. v. 2. *Quæ audisti a me per multos testes, hæc commenda fidelibus hominibus, qui idonei erunt et alios docere :* confirmant Patres, maxime Irenæus L. 3. c. 3. scribens : *Non oportet adhuc apud alios quærere veritatem, quam facile est ab Ecclesia sumere; cum Apostoli, quasi in depositarium dives, plenissime in eam contulerint omnia, quæ sunt veritatis; ut omnis, quicumque velit, sumat ex ea potum vitæ... Quid enim? et si de aliqua modica quæstione disceptatio esset, nonne oporteret in antiquissimas recurrere Ecclesias, in quibus Apostoli conversati sunt, et ab cis de præsenti questione sumere, quod certum et re liquidum est?* Et Tertull. L. de Præscrip. c. 21. *Quid autem prædicacerint Apostoli, id est, quid illis Christus revelaverit, et hic præscribam non aliter probari debere, nisi per easdem Ecclesias, quas ipsi Apostoli condiderunt, ipsi eis prædicando tam viva, quod aiunt, coce, quam per epistolas postea :*

Comprobat denique Ratio; quia supposito, quod parte prima diximus, nullam post Apostolos revelationem novam Geri Ecclcsiæ, debuit ab Apostolis apud Ecclesiam deponi doctrina omnis, quæ ipsi usque ad seculi consummationem necessaria erat; tum ut ex ea fidem moresque formaret Gdelium, tum ut ex ea damnaret errores, quibus Gdei morumque puritatem corrumpere studerent hærelici. Si autem omnis illa doctrina apud Ecclesiam deposita fuit, sequitur etiam depositas fuisse traditiones divinas, verbo Dei scripto non expressas, cum sine his memorati tinos obtineri nequeant.

Adminicula porro traditionem depositam conservandi, praeter singularem divino* providentiae curam, praecipua sunt imprimis Conciliorum canones. Patrum scripta, Historiarum libri, quibus traditiones primum orelenus prolatal nec sacris litteris comprehensa·, postmodum vel ad fideles docendus vel ad hæreticos refellendos, vel ad fidem illustrandam consignata; fuerunt · tum monumenta sive stabilia et permanentia, ut sunt templa, altaria, sacri fontes

rinces, imagines, libri Ecclesiastici, et similia; sive transeuntia quidem sua in actione, sed tamen continuata per usum, observantiam et mores, qualia sunt ritus Sacramentorum, celebratio festorum, jejuniorum observatio, oblatio missarum diversarum, supplicationes, orationes etc. : demum successio continuata Episcoporum, et frequens hæresum sive nativitas sive resuscitatio; quorum illi doctrina sua sana, hæ autem perversa et damnata non sinant traditiones antiquas obliterari.

articulus m

Quœnam sint Regula dignoscendi et usurpandi Traditiones sacras?

74. *Nola.* Quanquam hclerodoxorum plerique, teste Cano L. 3. de Loc. Theol. c. 1., non sint adeo stupidi, ut verba Christi et Apostolorum, quæ modo eorum esse constat, infirmare, atque sic quaestionem Juris negare pergant : in quæstione tamen facti contra Catholicorum argumenta tanto obstinatius suos errores propugnant, quo minus nosse nos putant quid Christus quidvc Apostoli fuerint locuti, et quo magis ex hac ignorantia usum Traditionis ac vim argumentationis nostræ inde depromptae vacillare contendunt. Utrique exceptioni opponimus regulas, quarum priores ostendant certas notas, quibus divinæ ab humanis et Apostolicæ ab Ecclesiasticis Traditiones dignoscantur; posteriores autem doceant methodum legitimam, qua argumentatio ex Traditione desumpta energiam habeat.

75. *Dico I.* Regula generalis dignoscendi an sit genuina, et qualis, Traditio sacra, stat in judicio Ecclesiae. *Ratio* patet *tum eoe dictis* (num. 73) quia Traditiones a Christo et Apostolis apud Ecclesiam sunt depositæ, et fideliter ab eadem custodiuntur : ergo si de aliqua Traditione oritur quæstio, sicut ad Ecclesiam spectat de illa testimonium dare et sententiam, sic ejus enuntiatio indubia est, ccrtoque veritatem determinat : *tum ex dicendis* de Ecclesia tanquam judice controversiarum; quia vi hujus characteris, sicut Ecclesia rite judicare potest de aulhentia sensuque Scripturæ, sic de Traditionis sacne veritate et qualitate judicandi auctoritate pollere debet.

Conf. Facultas indubie judicandi de aulhentia et proprio charactere Traditionis, 1. necessaria est Ecclesiæ, cum dari veras traditiones probatum sit, et spurias a fraude aut simplicitate tam haereticorum quam fidelium profectas plures constet experientia , adeoque vis utrasque discernendi necessaria appareat : 2. hæc facultas reipsa data est Ecclesiæ, ut satis ostendunt tum suavis Dei providentia, quæ non deficit in necessariis, tum promissa Spiritus sancti assistentia usque ad Seculi consummationem : 3. eadem jam sapins usurpata est ab Ecclesia, quemadmodum id enuntiant plura Concilia Generalia ct Patrum testimonia de multis dogmatibus et institutis per Disputationem praesentem adducta : ergo.

76. *Dico II.* Regulae speciales pro dignoscendis traditionibus stant in principiis certis, ex quibus origo Traditionis legitime deducitur.

Ejusmodi sunt pro asserenda *Traditione divina.*

I. Si traditio sit doctrina quam universa Ecclesia tenet tanquam dogma fidei; quia cura Ecclesia errare non possit in fide, quidquid tanquam fide

credondum proponit vel amplectitur, id certissime a Deo revelatum est. Colligitur hæc regula ex Iren. l 3. adv. hier. c. 3. Tcrtull. L. de PreecripL c. 28. Cvpr. L. 3; ep. 13. Hier, ep. 75. adv. Vigilant. et Aug. L. 2. de Bapl. c. 2. Exempla habentur in dogmatibus de perpetua Deipare virginitate, valore baptismi infantium xel ab hæreticis colluti, et aliis pluribus.

II. Si sil praxis, quæ a nulla potestate humana, sed a solo Deo constitui potest, servaturque ab Ecclesia universa; quia tam parum Ecclesia potest errare circa Dei instituta, quam circa ipsam lidem, et quod humanam instituendi potestatem superat, a Deo originem habere debet. Colligitur ei Aug. L. 10. de Genes, ad lit. c. 23. et L. 2. de baptism, c. 7. Exempla habentur in materiis ct foiiuis Sacramentorum, Confessione Sacramentali promittenda sumptioni Eucharistia·, et similibus.

III. Si sit doctrina vel praxis, quam simili modo tenuit et servavit universa Ecclesia quovis seculo; quia sicut lota presentis secuii Ecclesia admittere nequii tanquam divinum, quod humanum est; ita nec procedentium secutorum Ecclesia id potuit, cum una ct eadem sit Christi sponsa, licet diversis ælatibusdistincta. Colligitur ex testimoniis et exemplis ad regulam primam allatis, el amplius ex Iren. L. 3. c. 2. et 3. ac Vincent. Lirincnsis Communit. c. 2. declaratur.

IV. Si sil ejusmodi, quod omnes vel saltem pleriquc Patres vel EcclesiæDuctores ac Pastores, sive in Concilio OEcumcnico congregati sive scorsim scribentes, caeleris scientibus et non contradicentibus doceant ex divina traditione provenire, aut doctrinam contrariam tanquam hæreticam rejiciant, aut praxin tanquam medium ad salutem necessarium exigant; quia Patres el Pastores omnes Ecclesiam docentem constituunt, quam oves et Ecclesia discens sequi tenentur, adeoque illi enare non possunt, sicut Ecclesia nequit enare; acprælerea dum adhaeremus Ecclesiasticis Ductoribus et sejungimur ab hæreticis, spiritum veritatis sequimur, et pseudoprophetas hominesque mendaces rejicimus. Colligitur ex Hier. cp. ad Parnmach. Leon. ep. 13. ad Augustam et Patribus Cone. 7. act. 6. ubi et exemplum de cultu imaginum habetur, sicut et alia ex Tridentino num 69. §. a. attulimus.

'. Si sil traditio, quam tanquam divinam custodiunt et tenent Ecclesiæ etiam particulares, in quibus perseverat haud interrupta Episcoporum ab Apostolis, a quibus fundatae fuerunt, successio, qualis jam una est Ecclesia Romana; quia apud eas depositas traditiones divinas supra ostensum est. Colligitur ex Iren. L. 3. c. 3. Tertul. L. de Proscr. c. 21. Theodosio apud Socr. L. 5. c. 10. et Soz. L. 7. c. 12. Exempla prostant in libris Deutero* canonicis, baptismo Ihrctieorum, admissione justorum ad gloriam etc.

Regule pro asserenda *Traditione Apostolica* sunt.

I. Si quod Ecclesiastica quidem potestate institui poterat, non tamen ostenditur aut a Pontifice institutum, nihilominus in Ecclesia universa ct omnibus retro temporibus servatum est; quia vetusta consuetudo, cu jus initium non invenitur, sicut ad Apostolorum tempora referri debet, sic el 00·* rum institutioni tribuendum est, cum pro dixina non adsit necessitas, et cum mere Ecclesiastica non concilietur antiquitas el universalitas. Colligitur ex Aug. L. 3. de Baptism, c. 7. et L. 4. c. 24. el vocificatur in jejunio quadragesimali, dic Dominica Sabbato substituta etc.

II. Si Patres Apostolis proximi, jam suis temporibus usum antiquum et

(Oinmlmcm rituum aut cieremomarum similium referant, aut Aposlolicam institutionem declarent; quia, prader modo dicta, id auctoritas horurh virorum salis probat. Colligitur ex Tertul. L. de Coron, c. 3. et 4., Basil. L. de Sp. S. c. 27. el patet in exemplis num. Oil. 6. conglobatis.

Ilegula· pro asserenda *Traditione mere lwle»iastica* sunt. I. Si ipsa rei ratio tardiorem epocham exigat, qualis est in festis el vigiliis Sanctorum : II. Si institutionis origo designari possit: HI. Si vigeat in aliqua tantum Ecclesia particulari : IV. Si a paucis, licet antiquis scriptoribus, commemoretur, sed contradicant alii numero et auctoritate pares aut præcipui : V. Si viri Ecclesiastici et Apostolica praesertim Ecclesia traditionem tanquam πὸ-ɑellam repudient. Ville de his Vincent. Lirin, in Commonit. c. 20. 21. 22. et 28.

77. *Dico III.* Regulae pro usu theologico Traditionum sacrarum sunt. I. Ut Traditio sacra in sua specie efficaciter probet, eam certam esse oportet; cum principium dubium non sit legitima argumentandi sedes. II. Traditio divina lilinum ct efficax præbet theologo argumentum tum ad fidei morumque dogmata, tum ad oppositos his contradictores redarguendos et convellendos; quia æqualem cum verbo Dei scripto ex dictis (num. 63.) auctoritatem tenet. 111. Traditio Aposlolica, imo mere Ecclesiastica universalis et perpetua dat idoneum firmumque argumentum ad varia Religionis capita tum stabilienda tmn defendenda; quia auctoritas principii, consuetudinis vis, et usus Ecclesiæ id juste desiderant. IV. Nec Traditio particularis, nec temporanea, licet Apostolica aut universalis, præbent legitimum argumentum, ad extendendam priorem ad Ecclesias alias particulares, aut posteriorem ad omnia tempora, etiam moderna ; quia utraque potest esse libera et mutationi obnoxia; ut patet in jejunio sabbatino, immersione baptismali, poenitentia publica aliisque supra recensitis.

78. *Observa.* Sicul aliquorum duntaxat Patrum assertum non facit traditionem aliquam, maxime particularem, certam, ut patet in exemplo S. Cypriani ct Firmiliani ad anabaptismi traditionem in Asia et Africa provocantium ; sic nec complurium etiam Patrum, aliquam traditionem olim negantium, eam spuriam reddit, ut in libris deutero-canonicis universim. ct speciatim in epistola ad Hebraeos exemplum est manifestum : fuit enim aliquando etiam de Divinis et Apostolicis Traditionibus inter ipsos orthodoxos Patres ct Doclores litigatum, donec plenario orbis concilio, ut S. Aug. loquitur, etiam remotis dubitationibus, firmaretur, ut cliquatissima perspectione res discussae, crescente paulatim luce, omnino patescerent. Neutrum tamen vim hujusmodi traditionis, aut argumentum ex ea depromptum infringit, ubi poslmodum Ecclesiæ judicio declaratum fuerit, traditionem adulterinam non esse, sed genuinam.

DISPUTATU) 11.

DE PHIMIPia* niRECTIVis.

CAPUT I.

DE ECCLESIA CHRISTI.

Ordiri altius oporteret, nec quæstionem ad unam Clirisli Ecclesiam constringere, si ad religionem universim omnemque ejus diversitatem excurrere liberet. Ne autem amplissima illa spatia hic perlustranda sint, faciunt dogmata de unitate Dei, adventu Messiæ, et Christi divinitate, aliis in tractatibus stabilita, quibus Atheorum insania, Polytheorum superstitio, Judæoruin pertinacia, clMahometanorum alionunqiieChristimachorum vanitas exponitur et expugnatur. His velut jam certis suppositis et demonstrandis, sequitur veram Ecclesiam esse Ecclesiam Christi : ut adeo de hoc asserendo laborandum nunc minime sit; sed de hujus dunlaxat Ecclesiae notione, membris, notis, ac proprietatibus disquirendum, ct cuinam e coetibus, qui se Christianos dicunt ac Christum profitentur, nomen et axioma ejusdem vere jureque tribuendum; ut inde auctoritas principii directive seu viværegiüæ fidei et vindicari Ecclesiae, et determinato subjecto adseribi possit : quod omne presentis capitis erit argumentum.

ARTICULUS I.

Qucenam sit notio Ecclesiæ Christi.

79. *Nota.* Ecclesia non minus ac Synagoga voces græcæ sunt, quarum illa evocationem, ista congregationem latine sonant, significatione activa sensum passivum faciente. Utraque usurpatur vel tropice pro loco, ubi ejusmodi evocatio vel congregatio sit, ut accipitur 1. ad Cor. 11. v. 18. *Conce* nientibus vobis in Ecclesiam, audio esse scissuras,* et Luc. 7. v. t>. *Synatjoyani ipse adipcavil nobis ;* vel proprie pro coetu ac multitudine evocatorum aut congregatorum. Ecclesia proprie usurpata accipitur vel in bonam partem, ut Psal. 149. v. 1. *Laus ejus in Ecclesia Sanctorum;* vel in malam, ut Psal. 2t>. v. 5. *Odivi Ecclesiam malifinantium ;* vel indifferenter, ut Psal. 106. v. 32. *Exaltent eum in Ecclesia plebis.*

Ecclesia in bonam partem accepta sumitur vel late pro cœlu colentium Deum ; ct sic complectitur Ecclesiam tum triumphantem seu beatos, etiam

angelos in culis, tum patientem seu animas in purgatorio, tum militantem seu viatores homines iu terris : vel stride pro cœlu fidelium ; quæ denominatio proprie convenit viatoribus seu Ecclesiæ militanti. Ecclesia stricte sumpta accipitur vel communius pro coetu credentium piwcise Deum; unde el Ecclesia Dei dicitur . continetque fideles in omni statu, Naturæ scilicet, Legis et Graliæ ; vel singulariter et antonomastice pro cœtu credentium explicite Christum; unde Ecclesia Christi vocatur, el complectitur precise Christianos vel saltem haptizatos. Posterior etiam simpliciter dicitur Ecclesia, cum prior appelletur Synagoga, captato ex etymologia discrimine; quia juxta S. Augustini commentarium in epistolam ad Romanos, Judæi, *quod carnales essent, pecorum more congregari dicebantur;* Christiani vero, *quod spirituales sint, more creaturarum ratione præditarum, evocari* debeant.

Porro cum Ecclesia hæc simpliciter dicta et antonomastice talis juxta S. Aug. in Brevicido Collationis, Coli. 3. habeat se instar totius constantis ex anima ct corpore, atque hinc vel inadæquale secundum alterutram, vel adaequate secundum utramque partem spectari possit; Ecclesiæ notionem diversis hujusmodi considerationibus respondentem asseremus, subjecturi postea positiones aliquot, quibus hodierni quorumdam errores circa naturam Ecclcsiæ secundum corpus considerate breviter et velut transeundo profligantur.

80. *Dico I.* Ecclesia Christi *inadæquate* secundum *animam* considerata est coetus \ocatorum ad Christi fidem, supernaturalibns dotibus cum Christo conjunctus. *Prob.* Ecclesia in hac consideratione spectatur secundum internam conjunctionem membrorum cum capite per media et vincula proportionata: sed vocali ad fidem sunt membra Ecclesiæ, ex ep. ad Ephes, c. 1. v. 22. *Et ipsum,* Christum, *dedit caput supra omnem Ecclesiam, quæ est corpus ipsius et plenitudo ejus,* et c. a. v. 23. **Jïr** *caput est mulieris, sicut Christus caput est Ecclesiæ* ; aliisque locis : supcrnaturales dotes, hoc est, Fides.SpesetCharitascumreliquis virtutibus et Spiritus sancti donis sunt vincula et media proporliouata hujus conjunctionis, ut ex eorum natura et officio patet : ergo.

81. *Dico II.* Ecclesia Christi *inadæquate* secundum *corpus* considerata est coelus baptizatorum, ejusdem fidei christianæ professione et eorumdem sacramentorum communione, sub uno Christi in terris vicario adunatus. *Prob.* Ecclesia in hac consideratione spectatur secuudum externam conjunctionem membrorum Ecclesiæ visibilis cum capite per media itidem sensibilia et proportionala : sed soli baptizati juxtaFlorentinum et Tridentinum Sess. 14. c. 2, sunt membra hujus Ecclesiæ : Christus statuit in terris sui vicarium, eumque voluit Ecclesiæ caput esse, cum dixit Malth. 10. v. 18. *Tu es Petrus, et super hanc petram aulificabo Ecclesiam meam,* ct Joan. 21. v. 15. ct seqq. *Jesus dicit Petro : pasce agnos meos, pasce oves meas;* quod infra uberius de unitate Ecclesiæ et Summo Pontifice ostendetur : media autem tum sensibilia tum proportional! habentur ad hunc finem in professione fidei. sacramentorum participatione, cultuque ac subjectione uniformi : ergo.

82. *Dico III.* Ecclesia Christi *adaquate* sumpta est cœtus fidelium baptizatorum. quos interius quidem animat fides, spes et charilas, exterius autem

fidei ejusdem Chrislianæ professioni eorumdem sacramentorum communio adunat sub uno capite Christo in codis, et ejus in terris vicario, Summo nempe Pontifice. Sequitur hæc thesis ct descriptio ex duabus considerationibus prioribus in unam collectis; quod additur de Pontifice, sequitur itidem es premissis ; quia Vicarius Christi in terris constitutus, et quidem unicus ad unitatem Ecclesiæ servandam admittendus, alius præler Pontificem Summum designari nequit. Sed de hoc infra uberius.

83. *Dico* /Γ. Ecclesia Christi est cœtus auctore Christo institutus; non autem vol mutuo fidelium consensu coalitus, vel humana potestate politica coordinalus. *Prob.* Ex Litteris, quas Christiani sacras agnoscunt, et ex profanis æque ac Ecclesiasticis scriptis coævis, et ætalum ex ordine sequentium, conspirantibus certum est 1. ante secula 17 vixisse in Judæa Jesum compellatum Christum : 2. Eumdem promulgata religionis novæ doctrina adseivisse sibi discipulos, et habuisse sectatores : 3. Eosdem tum ante tum post Christi mortem persuasisse pluribus camdem doctrinam a se divulgatam : 4. in ejusdem tum prædicatione tum receptione doctrina» illis successisse alios ad nostra usque tempora ct per universum terrarum orbem. Atqui hæc multitudo tum predicantium tum recipientium illam doctrinam est imprimis Ecclesia Christi, saltem secundum corpus spectata, ut ex conditionibus ad hanc requisitis et in illa patentibus dignoscitur ; deinde Christum habet auctorem ducem ct institutorem ut ex promissis apertum est : ergo Ecclesia Christi est cœtus auctore Christo institutus.

Conf. Iste cœtus neque mutuo fidelium consensu aut politica hominum ordinatione revera coaluit, neque coalescere potuit. Non *primum;* quia religionem Christi et doctrinam nec fideles proprio ingenio excogitarunt, aut suo nomine promulgarunt, aut temere vel tanquam a se inventam acceptarunt; nec magistratus quispiam humano-politicus ordinavit ; cum judaicus et gentilis institutioni omni ex parte obstiterit, Christianus autem postea huic cœtui conjunctus institutionem factam et ordinatam jam invenerit. .Non *secundum;* quia Ecclesia et religio Christi, quoad fidem credendorum, cognitionem et captum, quoad obligationem maxime internam agendorum, potestatem et imperium, quoad efficaciam mediorum, vires el energiam hominum penitus excedit.

8L *Dico* Γ. Ecclesia Christi ex institutione sua est coelus hierarchicus ; non vero collegium æqualium. *Prob.* Ecclesia Christi ab el ex institutione sua continet in se majores et minores , Malth. 22. v. 2G. *Qui major est in vobis, fiat sicut minor; et qui preeeessor est, sicut ministrator;* præposilos et subditos, ep. ad Hebr. 13. v. 17. *Obedite Prcepositis vestris et subjacete eis;* præcipientes el obsequentes, Act. 15. v. 28. *Pertransiens civitates praecipiebat eis custodire præcepta Apostolorum el Seniorum;* rectores et regendos, Act. 20. v. 28. *Attendite vobis et universo gregi, in quo vos Spiritus sanctus posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei;* liem docentes el discentes, Malth. 28. v. 19. *Euntes ergo docete omnes... docentes eos servare omnia, quæcumque mandavi vobis;* judices et judicandos, Joan. 20. v. 23. *Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis; et quorum retinueritis, retenta sunt;* ministros, dispensatores, mediatores, legatos, cum aliis quorum causa hæc officia exhiben-

tur, I. ad Cor. 4. v. I. SVc was *e.ristimet homo ut ministros Christi et dispensatores mysteriorum Dei*, et 2. ad Cor. 5. \. 18. ct seqq. *Dedit nubis ministerium reconciliationis : pro Christo ergo legatione fungimur.* Ergo.

Conf. Ecclesia Christi comparatur in Scriptura regno, civitati, domui, familiæ, ovili et corpori, ibidemque maxime I. ad Cor. 12. diversis diversa officia et potestates assignantur : ergo ad horum similitudinem Ecclesia Christi est cœtus hierarchiutis. seu certis superiorum el inferiorum gradibus distinctus ; non autem æqualium collegium.

8,*>. *Dico* 17. Ecclesia Christi est cœtus legibus propriis, non conventionalibus solum, constitutor *Prob.* Leges propria' et non conventionales sunt, quæ promanant a superiore, sanciuntur sine interventu el rogatione populi, necessitatem obcdienti imponunt, non relinquunt intercedendi aut omittendi libertatem : ejusmodi leges sunt, quibus constituta est Ecclesia Christi. Nam Christus imprimis legitimus est Ecclesiæ superior, ut perse patet ; et Episcopi veram superiorum potestatem a Christo acceperunt, ut ex num. 84. et Tr. de Legibus manifestum est : nullam dein rogationem populi intervenisse sive in legibus institutionis Christi, sive in præceptis et ordinationibus tum Apostolorum tum successorum ipsis datorum circa reliquam Ecclesiæ constitutionem, liquet tam ex sacris litteris, quam ex historia Ecclesiastica : denique necessitatem obediendi inductam, libertatem intercedendi ademptam proliat auctoritas non tantum Christi, sed etiam Ecclesiastici magistratus prœceptiva et coactiva in Tr. de LL. asserta et vindicata : ergo.

Conf. Leges conventionales locum duntaxat liabent in coctu mutuo pacis-centium consensu coalito, aut collegio æqualium : sed Ecclesia Dei nec ejusmodi cœtus est, nec collegium, ex thesibus proxime superioribus : ergo.

8G. *Observa.* Ecclesia hactenus descripta dicitur *particularis,* si sumatur pro certo et determinato cœtu hujusmodi restricto vel intra domum aliquam aut familiam, ut lit in ep. ad Rom. 1G. v. 3. et 5., vel in una civitate ac diœcesi, ut fit 1. ad Cor. 1. v. I. ct 2., vel in integra provincia, natione aut regno, ut fit ad Tit. 1. v. 5.; indeqne Ecclesia domestica, dicecesana, métropolitain, provincialis, nationalis, orientalis vel occidentalis appellatur. *Lnicersalis* dicitur, si pro tota Christianorum gente quaquaversum diffusa ac distributa capitur. I trique Ecclesiæ data notio convenit, quantumvis particulares Ecclesiæ proprios pastores habeant; cum et hi sub uno capite Christo in coelis et ejus in terris vicario adunentur.

Sumitur autem *Ecclesia universalis* xel substantialiter et complete pro omnibus nempe partibus, tam subditis quant prepositis, tam discente quam docente Ecclesia ; vel formaliter et representative pro parte docente et Episcopis, maxime in concilio œcumenico confluentibus, vel denique materialiter et subjective pro parte discente et plebe fidelium ; quarum acceptionum prima et forte ultima ad presens caput, media autem ad bina sequentia pertinet,

AMICCf.l'S II.

Quincnn sent de rera Christi Ecclesia.

37. *Nota.* Ecclesiam non tantum adæqunh* sumptam scd et inadæquato acceptam secundum corpus, simpliciter dici veram Christi Ecclesiam, palet Ium ex parabolis,sub quibus scriptura Mallh. c. 3. v. 12. c. 13. v, 47.C.22. v.2. c. 23. v. I. el alibi Ecclesiam exhibet; Ium ex hominum diversitate, qua Cypr. L. 3., ep. 3. Aug. in Brevic. Coli. 3. c. 9., Naz. in Or. 1. apol., Chrys. ini's. 39. v. 13., Hier, in Dial. eunt. Lucif. nil. med., Fuig. L. de Fid. c. 13., Greg. hom. II. el 38. in Evang. aliique constare docent Ecclesiam; necnon ex vulgari loquendi modo juxta quem de rebus loqui secundum externa, el subditos, milites, ministros, Beges ct Catholicum et Christiaiiissimum dicere solemus, qui se tales exterius profitentur. De. hac Christi Ecclesia simpliciter dicta quæstio præsens versatur, facile quidem decidenda, si ad descriptionem (num. 82.) datam, ct ad singula ejus pnedicata attendatur: cum ratione primi, non baptizat! licet aliena religione carentes; ratione secundi, præter Judæos, Tureas el Paganos, Apostata? ac Hærctici; ratione tertii, Cahecnmcniet Excommunicat!; ratione quarti, Schismatici ab Ecclesia excludantur : reliqui vero, quantumvis reprobi aut impii, modo nulla horum conditione destituti, includantur.

Difficultatem tamen nonnullam movet duplex Ecclesiæ systema ab haereticis posteriorum temporum recens adoptatum aut inventum. Alterum coarctat Ecclesiam aut ad solos prædcstinalos; cujus auctor fuit WiclefTus secundum propositiones in Cone. Conslanliensi Sess. 15. damnatas, sectator vero Cxlvixts juxta suæ de justificatione doctrinæ sequelam, ct Quesnellus in prop. 72.73. 74. 75. 7G. 77. 78. per Bullam *Unigenitus* damnatis : aut ad solos perfectos; ut apud Aug. L. de Haeres, c. 88. docuerunt Pelagiani, et nuper Anabaptistæ : aut ad solos justos, vel ab infidelitatis saltem crimine inununes; quod voluerunt Novatiani apud Cypr. L. 4. ep. 2., Cathari apud Epipli. L. de Hæres., Donatistœ apud Aug. L. 3. cont. Parmen, c. 2. itemque Lutheran! in Conf. August. Ari. 7. et apud Lutherum L. de Cone, et Ecclesia. Alterum colligit ad Ecclesiam omnes etiam sectas haereticorum et schismaticorum, modo illi fundamentales, ul vocant, Christiana? Religionis articulos credant. Hujus artifex priori scculo fuit Petiius Jvrieu, famosus apud Calvinistas prœco, in libro, verum Ecclesiæ systema, inscripto; illudque nunc Calvini sectatores plures, ad Ecclesiam suam a gravissimis oppositionibus vindicandam, amplectuntur.

88. *Dico I.* De Ecclesia nec sunt soli prædcstinati, sed ct reprobi; nec soli perfecti, sed et imperfecti : nec soli justi, sed ct peccatores.

M). 1*/). Ecclesia Malth. 11. cc. comparatur area* trilicum et paleam habenti, sagena*pisces bonos ct malos complectenti, convivio hospites ornabis et veste nuptiali destitutos excipienti, decadi virginum tot fatuas quot prudentes muneranti; in ep. 2. adTim. 2. domui vasa aurea, lignea et lutea, honorifica item et turpia continenti : Easdem parabolas etiam dc reprobis una cum prædcslinatis in Ecclesia comprehensis Cypr. L. 3. ep. 3. et L. 4.

cp. 2., Aug. Tr. 15. in Joan, ct L. 2. cont. Crcscon. c. 34., Chrys. hom.O.iu ep. 2. ad Tini. explicant. Ergo. B

Conf. Sequeretur 1° invisibilem et incertam osse Ecclesiam; adeoque nec tldoles agnoscendos a Pastoribus, et vieissim ; nec infideles, nisi forte leniere perventuros ad veram Christi Ecclesiam; 2“ nec infantes baptkatos, nec adultos peccato adhuc immunes, sed non prædostinatos, esse in Ecclesia; e contrario autem phires adhuc idololatrae, Jtidæos, llæreticos, ot Sellis, maticos olim tamen convertendos et salvandos, jam nunc intra Ecclesiam contineri. quæ omnia plane absurda sunt.

Prûô. 2* p. Excepto Christo et Beatissima Virgine, nec sanctissimi omnino perfecti sunt, aut vacant peccato quocumque veniali; ut patet ex 3. Reg, 8, v. 46., Prov. 24. v. 16., Jac. 3. v. 2. et I. Joan. 1. v. 8.; Item ex Cypr. serin, de Eleemos.. Greg. Naz. Orat. 2. in Julian., Ainbr. serin. 16. in Ps. 118. Ergo cum Christus et Beatissima Virgo soli non faciant Ecclesiam; nulla fuit, est, aut erit Ecclesia, si ex solis perfectis illa constitueretur. *Conf.* S. Aug. L. do perf. Justitiae, Hier. L. 3. Dial, et Chrys. in Ps. 39. ex professo oppugnant ' errorem Pelagianonnn : ergo.

Prob. 3â *p.* In V. et N. Testamento narrantur peccata populi Dei ; Matth. 23., Apoc. 2. et 3., item 1. ad Cor. 1. iit mentio fidelium tum praepositorum, tum subditorum, qui peccaverunt; Matth. 18. et 1. ad Cor. 5. propter peccata designantur ejiciendi ex Ecclesia : similia commemorant, et speciatim contra Novatianos ac Donalistas probant, peccatores in Ecclesia Dei haberi, Cypr. L. 3. ep. 3., Naz. Or. 1. apol.. Chrys. in Ps. 39., Hier, in Dial, coiit. Lucif., Aug. in Brev. Coli.3, cl L. de unit. Eccl. c. J3.,Fulg.L. de fid. c. 43., Greg. hom. 11. et 38. etc. Ergo. *Conf.* Sequeretur 1° Ecclesiæ membra reddi incerta et dubia, neminemque scire, quinam sint de Ecclesia; adeoque frustranea in Ecclesia esse sacramenta ; 2° Prælatos Ecclesiæ in peccatum lapsos, cum extra Ecclesiam fierent, nihil jam prodesse, nec snæ potestatis actum exercere posse ; quod in prop. Joamiis lluss a Cone. Constantiensi Sess. 15. damnatum est; 3° etiam subditos, si peccarint, desinere esse de grege; adeoque nec hosobedire Praelatis, nec Praelatos horum gerere curam aut posse aut oportere.

89. *Objic.* Ex rebus, quibuscum comparatur Ecclesia, constat eam conflari ex solis prædeslinatis. Nam 1. secundum Aug. L. 5. de bapt. c. 18. comparatur cum *arca Noe* : sed in hac non erant nisi salvandi ex aquis diluvii : ergo. 2. Eadem, lanquam vera Christi sponsa Cant. 4. dicitur *hurtus conclusus, fons signatus et puteus* aquarum viventium: sed hæc omnia, juxta Aug. L. 5. de bapt. c. 27. congruunt propter prædestinatos : ergo. 3. A Christo ipso Joan. 10. confertur cum *wili:* sed hujus oves sunt soli praedestinati, ut Aug. Tr. 45. in Joan, docet: ergo.

/?. ad Arg. Transmisso supposito, quod a pluribus, duas saltem priores comparationes alio mystice transferentibus,negatur. N. Ad ejus *prob.* 1. *D.* .1/. Ecclesia comparatur cum arca Noe, quoad omnia, N. quoad aliqua, C. Similitudo juxta Aug. 1. c.. Cypr. de unit., Hier, in ep. ad Damas, de trib. symb. stat maxime in duobus: 1. quod Ecclesia complectatur reprobos et electos, bonos et malos; sicut arca ferebat animalia immunda æque ac munda : 2, quod extra Ecclesiam salvetur nemo, sicut nullus extra arcam e

diluvii aquis evasit salvus. Neque extendendam ad assertum esse compara-» tionem. palet ex collatione baptismi cum eadem arca 1. Pet. 3. v. 21. facta; quia exinde sequeretur omnes baptizato» esse prædestinatos ct salvandos.

Ad. 2. *I).* J/. Ilæc omnia congruunt Ecclesiæ triumphanti, C. militanti, SwM. propter prædestinatos in sensu vel tropico vel restricto, C. in sensu proprio et illimitato, N. Responsio constat ex Aug. L. 2. Ketr. c. 18. declarante, dotes singulares et eximias in Scripturis sub vario schemate relatas accipi plerumque de Ecclesia *gloriosa*-seu triumphante. Adstipulamur tamon Ecclesia'militanti toti per synecdochen, alias etiam in sacris litteris usurpatartf, tribui, quod ejus duntaxat parti, sc. prædeslinatis, proprium est; vel attributa ejusmodi hoc sensu accipi, ut per ea solum excludantur ab Ecclesia, qui conditionibus debitis caruerint.

Ad. 3. .Y. *M.* Contrarium siquidem ex Psal. 73. v. 1. et Joan. 21. v. |8. manifeste patet. Ad auctoritatem Augustini, R. S. Doctor, sicut priores comparationes a Rebaptizantibus perperam usurpatas locis cil. ad sensum catholicum restrinxit ; sic et hic aperte declarat, etiam *oves esse foris, et lupas intus:* undo dum postea solos prædestinatos appeUat oves, ovium quidem nomine intelligit cos duntaxat, qui perseveraturi sunt in finem, qui sensus Joan. 10. v. 27. et 28. habetur; non tamen usurpationem vocis ampliorem in Scriptura passim obviam, sensumque alium excludit.

Inst. 1. Ecclesia congregatur ex veris *filiis Dei* juxta Joan, 11. v. 52; aut ex iis, qui a Joanne ep. 1. c. 2. v. 19. dicuntur esse *ex nobis:* sed soli praedestinati dicuntur esse filii Dei et ex nobis, ut Aug. L. de correp. et grat. c. 9. laudata verba tractans ostendit : ergo.

R. D. M. Ecclesia tantum congregatur ex filiis Dei *aut ex nobis,* his praecise secundum praedestinationem ac permauenliam, seu secundum veritatem finis sic compellatis, N. etiam talibus secundum justificationem, communionem, seu veritatem essentiœ, C. Posteriorem sensum indicat ipse S. Doctor, dum 1. c. negans probos haud prædostinatos esse vere filios, ita pergit: *Non quia justitiam simulaverunt, sed quia in ea non manserunt;* quod repetit L. 4. de bapt. c. 2. et L. 2. cont. Cresc. c. 21.; ubi negat reprobos quidem nobiscum permansisse, minime autem, eos fuisse in societate et corpore Ecclesiæ.

Inst. i. Ecclesia est solum illud corpus, quod Christus lanquam caput salsabit; qui enim non salvantur, ab Aug. L. 3. dedoclr. Chr. c. 32. dicuntur *simulatum,* non verum Christi *corpus:* sed solum corpus praedestinatorum salvabit Christus : ergo.

R. D. M. Ecclesia est solum illud corpus, quod Christus lanquam caput salvat xelefficienter vel sufficienter, C. necessario efficienter, N. Ratio corporis et capitis in Ecclesia, ut ex dictis liquet, non desumitur a salute: sicubi tamen, uti hic iit ab Augustino, inde derivetur, Ecclesia accipitur secundum suam finem, non secundum materiam. Cæterum aliunde patet, Christum reprobis abunde providisse de sufficientibus ad salutem mediis.

Inst. 3. Propria Ecclesiæ excellentia in sacris litteris contestata excludit ab ea impios et imperfectos. Nam. 1. dicitur Cant. 4. v. 7. *lota pulchra et sine macula,* atque ad Ephes. 5. v. 27 *non habens maculam aut rugam, aut ahqwd ejusmodi,* 2. Ibidem declaratur *sancta et immaculata;* quorum primum a

symlxdo, secundum a Cone. Tolet. VI. c. L tribuitur Ecclesitn cliatn militanti. 3. Sub schemate Sionis Isa. 35. v. 9. in ea *nec leo, nec maia bestia.* c. fii. v. I. nec *incircumcis*us, *nec immundus* inveniri scribuntur.

Λ. *ad.* Jry. V. .kw. Ad ejus *prob.* I. *1).* Ecclesia triumphans, C. Ecclesia militans, *Subd.* est tota pulchra, sine macula et ruga, vel comparative ad Synagogam aut alias societates, vel positive sive ratione sacramentorum, sive ratione membrorum nobiliorum, C. simpliciter, et absolute, ac respecta précise membrorum, twumque omnium, .\. Primam acceptionem probiti Aüg. L. I. Hetr. c. 29. et toto Lib. de PeiT. Justit., scquiturque D, Tuom. . 3. q. 8. a. 2.; alteram sub datis duntaxat limitibus permittit rei veritas. td 2. redit eadem distinctio : préserlim cum symbolum universim loquatur, concilium autem interpretationem aliam non excludat, .Id 3. *f).* Hæc dicuntur do Ecclesia in sensu litterali et historico, .\. in sensu mystico, *Subd.* ad excludendos infideles, quorsum et Paulus 2. ad Cor. G. hoc schemate est usus. C. ad excludendos quoscumque malos, .\.

Inst. t. Patres docent, malos neutiquam pertinere ad Ecclesiam. Et (pridem 1° Cypr. ep. ad Magnum, Hier, in Com. ad Ephes. 3., Arc.. L. I. cont. Iit. Petii, c. 108. et L. 2. cont. Crescon. diserte id enuntiant. 2° Are.. Tr. fi. in Joan. 1. L. de unit. Eccles, c. 21. et 22., L. 5. de bapt. c. 3. parem supponit esse conditionem tum hæreticorum tum malorum : priores autem non pertinere ad Ecclesiam ex dictis constat. 3° Idem L. 3. de bapt. c. 18. et L. 7. . 51. ac alibi docet solos sanctos esse illam Ecclesiam, *quæ supra Petram fundata est, et habet clares regni coelorum, atque audienda* dicitur, h. c. militantem. 1° Ex Avg. doctrina sequitur saltem duas distingui Ecclesias, alteram ex bonis et malis mixtam, ex solis justis constantem alteram.

R. .V. Λμ . Ad ejusproô. I. *D.* Et Patres hic vel accipiunt Ecclesiam secundum animam, et in sensu restricto, pro societate eorum qui vinculo charitatis inter sect cum Christo uniuntur; vel malorum nomine intelligunl infideles; vel membra designant non qualiacumque, sed perfecta, viva et spiritu charitatis animata, C. loquuntur pro statu nostræ quiestionis, N.

Ad 2. *D.* Avg. parem supponit hæreticorum et malorum conditionem quoad potestatem valide baptizandi, et quidem in principiis Donalistarum, C. quoad inclusionem aut exclusionem ab Ecclesia, *Subd.* ab Ecclesia inadæ-<piate sumpta secundum animam, C. adæquate aut secundum corpus sumpta, N. Docebant Donatistæ. Ecclesiam constare ex solis justis cl sanctis; in ea sola et a solis ejus membris dari Spiritum sanctum, valideque conferri sacramenta : consequenter baptismum ab hæreticis datum rejiciebant et iterabant. Cum vero iidem tamen collatum ab impiis et peccatoribus baptismum tanquam validum admitterent. Avg. 11. ce. 'maxime L. de unit. Eccl. c. 22. ct L. i. de bapt. c. t. inconstantiam doctrinae impugnavit et Donalistas pressit argumento ad hominem, arguendo, in eorum principiis, non magis improbum pertinere ad Ecclesiam et Spiritum sanctum dare, (piam hœreticum; adeoque vel utriusque vel neutrius baptismum esse rejiciendum.

Ad 3. *I).* Docet solos sanctos esse illam Ecclesiam in genere finis hoc sensu, quod privilegia Ecclesiae concessa sint data in sanctorum utilitatem, salutem ct consecutionem vitæ æternæ, C. in quocumque alio genere, quasi Ecclesia sic sil instituta, ut solis constet sanctis, et per solos sanctos administrentur

sacramenta, N. Hunc sensum S. Docturis contextus et L. 2. cont. Petii, c. 10. et II. produnt.

Ad i. .V. *seq.* Refutavit hanc imposturam Aug. in Brev, Coli. ad. d. 3. C. tl. ubi tradit quidem distingui Ecclesiam posse tum secundum partes, in bonus quasi animam et interiorem, in malos quasi in corpus et exteriorem partem ; tum secundum tempora in militantem, quæ solos bonos contineat : minime tamen asserit duas esse Ecclesias; sicut nempe ncc duo homines sunt, dum exterior et interior sumitur ; nec duo Christi, licet semel mortuus fuerit, mme vero non moriturus.

Insl. 5. Dogma idem suadetur ratione multiplici. Nam 1. Qui Deum non habet patrem, Ecclesiam nequit habere matrem, ncc ad eam pertinere: mali patrem non habent Deum, sed diabolum, ex Joan. 8. v. 44. ergo. 2. Qui non pertinet ad Christum, ncc ad Ecclesiam perlinet, cum unum ex utroque corpus fiat: sed impii, utpole carentes Spiritu Christi, non pertinent ad Christum, ex ep. ad Rom. 8. v. 9. *Si quis Spiritum Christi non habet, hic non est ejus:* ergo. 3. Qui ab Babylonem pertinet, non spectat ad mysticam Jerusalem sive Ecclesiam ; quia civitates opposilæ sunt, et alia pacis, confusionis alia: mali pertinent ad Babylonem, ut Aug. L. 14. de Civ. c. 28. designat : ergo.

Λ. A*. Ad ejus *prob.* 1. *D. AI.* Qui Deum non habet patrem ullo modo, non habet Ecclesiam matrem, C. qui non habet omni modo, N. Deum habere patrem et filius Dei quis esse potest vel per institutionem et doctrinam, vel per regenerationem et adoptionem sive constantem sive temporariam, vel per imitationem. Quamvis ergo peccatores a Christo dicantur esse ex patre diabolo, et sic secundum imitationem et adoptionem constantem Deum non habeant patrem; possunt tamen eumdemtanquam patrem respicere prioribus modis, ut ipse Deus significavit, Isa. 1. dicens : *Filios enutrivi ct exaltavi: ipsi autem spreverunt me.*

Ad 2. *D. AI.* Qui non pertinet ad Christum , ut praecise caput est ct constituit Ecclesiam, C. qui non pertinet ad Christum, ut vivificavit et percharitatem agit, *subd.* non pertinet ad Ecclesiam secundum esse formale et secundum animam, C. secundum esse materiale, et secundum corpus, N. Quin et peccatores, quamvis sint membra hujus corporis mortificata , arida et imperfecta, tamen oh continuitatem externam et capiti subsunt, ct motu externo simul cum aliis moventur, et motu etiam interno per fidei et spei habitus adhuc relictos cientur.

.Id 3. *D. AI.* Qui pertinet ad Babylonem , sub eadem ratione non pertinet ad Jerusalem, C. Sub diversa nequit pertinere, N. Sicut enim ratione nativitatis potest quis esse hujus , et ratione domicilii civis alterius urbis; sic ct peccator ratione baptismi et professionis pertinet etiamnum ad mysticam Jerusalem, quamvis mala vivendi ratione Babylonem inhabitet.

90. *Dico II.* Neque de Ecclesia sunt aut hœretici manifesti, aut schismatici publici, aut excommunicat! denuntiati, quantumvis fundamentalia non destruere dicantur.

Prob. Pp. Scriptura haereticos dicit 1. ad Tim. 1. v. 19. *circa fidem naufragasse,* h. e. fracta parte navis Ecclesiae ex ea in mare decidisse ; 1. Joan. 2. v. 19. *ex nobis prodiisse, ncc nobiscum permansisse,* h. c. extra fidelium

congregationem fuisse factos; ad fit. 3. v. IO. *deritandus,* et v. *II. proprio judicio condemnatos,* h. e. sua sponte a communione digressos : Inter Putres Hier, in Dial. adv. Lucif. assorit haereticos, nempe *Marcionitas, Valentiniane Hontenses non Ecclesiam Christi, sed antichristi esse Synagogam;* Aug. !.. de unit. Eccl. c. k scribit eosdem *non utique esse in Ecclesia,* et L. cont. Petii, c. 3. *extra Ecclesiam baptismum tradere* : denique ipsa hæresis notio, et diversitas non tantum fidei et possessionis externo) sectarios ejusmodi segre* gates et divisos a corpore Ecclesia) demonstrat.

Prob. iP p. Schisma vel facit phiros Ecclesias, quod est contra unitatem Ecclesiae sub schemate unius *ovilis* Joan. 10. unius *corporis* ad Rom. 12. unius *sponsa, amica, et columba* Cant. (». propositam ; vel a vora Ecclesia emittit fideles, sicut Luc. 5. scissura ex rupto reti pisces antea captos : adeo- que schismaticus est *ab Ecclesia visceribus* seu *ab universali Ecclesia divi· sus,* ut Caus. 2k Quæst. 1. Can. 33. et 31. probat Pelagius P. M. ; *est extra veritatem,* ut. L. i. c. fi i. ait Iren.eus; *in Ecclesia non est,* ut ep. 9. ad Flor, scribit Cyprianus; *est in altera Ecclesia,* ut hom. 11. in ep. ad Ephes, docet Chrtsostomus ; *est ab Ecclesia Dei separatus,* ut in c. 1. Amos et c. 3. ep. ad Tit. loquitur Hieronymus; non *[>ertinet ad Ecclesiam,* ut L. de fid. et Symb. c. 10. ostendit Augustinus : *deserit matrem, se separat, a radice Eccle- sia amputatur, rebellis discedit,* ut L. 1. cont. Parmen, decernit Optatus.

Prob. 3* *p.* Per excommunicationem reus juxta Matth. c. 18. v. 17. habetur *sicut Ethnicus et Publicanus;* juxta 1. ad Cor. 5. v. 5. *traditur Satana,* et v. 13. *fit foris :* juxta Cypr. ep. G2. ad Pomp, *spirituali gladio necatur, et de Ecclesia ejicitur;* juxta Aug. L. de unit. Eccl. c. ult. *præciditur a corpore Ecclesia;* juxta Hier, in c. 3. ep. ad Tit. *de Ecclesia propellitur;* juxta Ter- tul. in Apol. c. 39. *a communione orationis et conventus et omnis sacri commercii relegatur :* ergo.

Conf. Ass. I. Ecclesia nunquam attendit ad iUam inter errores *funda- mentales et non fundamentales* distinctionem; tum quia baptismum ab Ebio- nitis, Marcionitis, Arianis, Macedonians, Apollinaristis, aliisque circa fun- damentalia errantibus, 'modo cum debita materia et forma collatum, iterari noluit, ut Hier, in Dial. cont. Lucif., Aug. L. 3. de Bapt. c. 15. et L. 4. c. 16. declarant, tum quia etiam Novatianos, Donatistas, Quartodecimanos, Sabba- tianos, Pelagianos, Origenistas, aliosquein fundamentalibus sic dictis haud errantes anathematizavit : tum quia indiscriminatim et quoscumque a com- munione aut doctrina Ecclcsiæ Catholicæ diversos damnavit, sive apud Patres, Iren. L. 1. adv. hær. c. 3. et L. 3. c. 4., Tertul. de Præscript. c. 4. et 30., Clem. Alex. L. 7. Strom., Hilar. L. 7. de Trin. c. 12.; sive in Con- ciliis Laodic. c. 9. et 10., Carthag. IV. Can. 71., General. II. Can. 6., Gen. V. act. 3. et circa finem condemnationis, Gen. M. Sess. 18.

Conf. II. Patres diserte docent Ecclesiam esse societatem unam, cujus omnia membra inter sc communione unita sunt, et a qua haeretici, schisma- tici, excommuuicati excluduntur; nempe Ignat. inEp. ad Philadeph , Justin, in Dial, cum Tryph., Tertul. L. de Præscript. c. 20. et 21., Cvpr. ep. 40. et 93., Ambr. de Pœnit. L. 1. c. G. et L. 2. c. 4. ac 5., Aug. L. de unie. Bapt. c. 16. et de Agon. Christ, c. 12. item ep. 152. et 209. etc.

Conf. 111. Societates haereticorum, schismaticorum,cl excommunicatorum nec sunt Ecclesia universalis; cum neque ab initio neque postea ubique

fuerint ditius® : nee sunt pars Ecclesia; universalis; emu ab illis societatibus \cl ipsæ discesserint, vel e.xpulsæ maneant : nec sunt alia qualiscumque Ecclesia; cum hæc, ex illis se mutuo anathematizantibus conflata, nunquam congregetur, nunquam loquatur, judicet nunquam, nihilque definiat aut præcipial : qu® tamen omnia pnestari a vera Christi Ecclesia oportet.

91. *Objic.* Hæreticos esse intra Ecclesiam, docemur a sacris Scripturis juxta quas 1° in parabola Mallh. 13 *de seminante* proposita ex Cypr. L.3.ep. 3. et Aug. L. 2. cont. Crcsc. c. 34. *ager* Ecclesiam, cl ex Hier, ac Chrys. in h. 1. elAi G. q. 11. super Matlh. *grana* Catholicos bonos, *palece* Catholicos malos, *zizania* hæreticos significant. 2° In ep. 2. ad Tini. 2. v. 20. ex Cypr. 1. c. Amur, in h. 1. et Aug. L. 4. de bapt. c. 12. per *magnam domum* Ecclesia, et \. 1(5. ac 17. per *vasa lignea el fictilia* hærelici intelliguntur. 3° In ep. 1. ad Cor. 3. v. 11. et seqq. per *fundamentum,* quod est Christus, articuli fundamentales de Christo, per *superædificatores* paslorcsct doctores, per res impositas doctrinæ, per *aurum, argentum et lapides pretiosos* dogmata vera, per *tigna, fornum et stipulas* errores et doctrinæ falsæ designantur; quæ tamen, si fundamentum non destruatur, ipsæ quidem damnantur, earum tamen assertores ibid.v.ia.salvari poterunt; adeoqueet membraEcclesiæ esse possunt.

B. ad Arg. A'. Ass. Ad ejus *prob.* 1. Christus ipse ibid. v. 37. parabolam hanc, in qua nulla *palearum* mentio iit, sic exponit : *Qui seminat bonum semen, est filius hominis : ager autem est mundus : bonum vero semen, hi sunt filii Dei: zizania autem filii sunt nequam.* Alia aliorum expositio ad summum probat, hæreticos ob baptismum et quorumdam sacramentorum usum aliqua latione perlinere ad Ecclesiam; non tamen, quod Juriev contendit, salutis in ca ad modum reliquorum participes fore : cum parabola diserte enuntiet zizania colligenda in fasciculos ad comburendum.

.-Id 2. *D.* Per domum Ecclesia et per vasa lignea hæretici intelliguntur, sensu ubique proprio et stricto, N. vel improprio vel lato, T. Patres Græci, Chrys. elTheoph. vel per domum accipiunt mundum, vel per vasa illa peccatores: inter Latinos Cypr. quidem per domum Ecclesiam , sed per vasa iulclligitfideles infirmos : cujus mentem Aug. dum de hæreticis interpretatur, non videtur assecuius; cum ille 1. c. Novatianum extra Ecclesiam esse censeat, et hæreticoruni baptisma répudiant. Quod Ambr. laudatum attinet;non is, sed Pelagianus quidam aut Hilarius Luciferianus hos commentarios scripsit.

Ad 3. .V. .-tss. Quia hæc interpretatio, prætcrquam quod nova sit et ab omni retro antiquitate inaudita, gratis designat errores præ humanis opinionibus, et distinctionem articulorum in fundamentales et non fundamentales alibi rejectam improbabiliter reducit et huc applicat.

Inst. 1. Idem asserunt Paulus et Patres: ille quidem 1. ad Cor. Io. v. 12. *Si autem Christus prcedicalur, quod resurrexit a mortuis, quomodo quidam dicunt in vobis, quoniam resurrectio mortuorum non est?* Inter hos autem Hier, in dial. adv. Lucif. ubi admittit intra Ecclesiam peccatores, horum nomine comprehendit hæreticos; quia ex valido peccatorum baptismo, etiam haereticorum baptisma validum probat: item Aug. L. 1. de bapt. dicit *partem Donati esse conjunctam cum Ecclesia, et generare Christo filios;* unde el Christi sponsam dici oportet.

Zl. .V. .iss. ejusque *prob.* 1. nam *quidam in vobis* vel intelligitur de Sad-

ducæis aut Ccrinlhianis aut aliis a fide alienis, inter el contra Christianos hanc hærcsiu spargentibus; el sic textus reni nostram non attingit : vel de quibusdam fidelium Corinthiorum ; hi voro cum aut dubitantes, aut errantes, aut etiam hroretici, sed occulti, esse poterant ; nec inde contrarium thesi infertur. *Ad i. R.* Hier, nomine peccatorum minime designasse hæreticos. sed eodem usum argumento ad hominem contra Luciferianos, quo contra Donatistas usum esse Augustinum supra diximus. *Ad* 3.*I).* Aug. docet partem Donati esse conjunctam cum Ecclesia in sacramentorum et rituum quorumdam usu; generare item filios ipsam tanquam ancillam verro Ecclesiro velut inatrifamilias, C. Esse conjunctam vera membrorum additione et unione; item generare filios sibi tanquam inatrifamilias ct sponsro Christi, N. seipsum S. Doctor sic exponit :

Et quidem dum quoad primum ibid. c. 10. ait : *Quasi cero ex hoc generet, unde separata est; et non ex hoc, unde conjuncta est : sed adjuncta est in und baptismate.* Item in enar. Ps. '>4. *Quare dixit: quia in multis erant mecum? baptismum habebamus utrique; et in eo erant mecum: Evangelium utrique legebamus: erant in eo mecum : Paschæ solemnitatem frequentabamus; erant ibi mecum. In multis merum : in paucis non mecum : sed in his paucis, in quibus non erant mecum; non eis prosunt multa, in quibus mecum.* Quoad secundum autem L. 1. de bapt. c. 13. scribit : *Ecclesia quippe omnes per baptismum parit, sive apud se, id est, ex utero suo; sive extra se de semine viri sui; sive de se, sire de ancilla.* Quod cum declarassct exemplis natorum ex ancillis Abrahæ et Jacob, subjungit : *sicut apud istos Ecclesiæ jure, quod est in baptismo, nascuntur, quicumque nascuntur : sed si concordant cum fratribus, per unitatem pacis ad terram veniunt promissionis, non de materno utero rursus ejiciendi, sed in paterno semine agnoscendi; si autem in discor* dia perseverant, ad Ismaelis funiculum pertinent.*

Inst. 2. Ratio idem demonstrat. Nam 1. Ecclesia juxta 1. ad Cor. 5. v. 17. jus tantum habet in eos, qui sunt intus : sed Ecclesia jus habet in hæreticos, utpotequos ligat et punit : ergo. 2. Haeretici per baptismum ingrediuntur in Ecclesiam, ct per characterem uniuntur cum Christo : ergo sunt membra Ecclesiro. 3. Nisi Christiani omnes, saltem in fundamentalibus convenientes, pertineant ad Ecclesiam, hæc non erit ubique diffusa, quæ tamen conditio una est ex notis Ecclesiro : ergo.

Λ. -V. Aw. Ad cjusproô. 1.*D. M.* Ecclesia potestatem habet tantum in cos, (pii sunt intus sive actu sive debito, C. solum actu, N. Sicut ovis exerrans ad ovile, senus fugitivus ad dominum, et transfuga ad ducem pertinet, non quidem actu sed debito ; sic et post baptismum desciscens a fide aut hrorelicus ad Ecclesiam spectat. Croterum Apostolus de iis, qui ita foris sunt, ut nunquam fuerint intus, loquitur. *Ad* 2. *T.* .1. .V. *Cons.* Imprimis enim ad membrum Ecclesiro non sufficit fuisse, sed requiritur esse in Ecclesia. Deinde character non est unio ipsa, sed signum duntaxat unionis, sive prroscnlis sive prroteritro; quod ab alieno et extraneo etiam ferri potest, ut in damnatis manifestum est. *Ad* 3. .V. *seq.* Sine admissis ad sui constitutionem hroreticis et schismaticis manet Ecclesia moraliter ubique diffusa, quantum ad verro Ecclesiro notam requiritur; cum et inter hæreticosac schismaticos Catholici non desint, et regenerati ab iis per baptismum, antequam hroresi aut schismati consensum prrobeant, pertineant ad Ecclesiam, de quo infra;

ksl.3. \iicloritas Scriptorie ct Patrum stat pro schismaticis cl excommunicatis ad Ecclesiam accensendis. Nam I' Pah.cs in I. ad (k>r. 11. v. 18. notat schismata fidelium convenientium in Ecclesia. 2° Basii., in cp. ad Amphil. scribit : l Au/a *est antiquis hæreticos quidem omnino rejicere : qui se autem absciderunt, qui Schismatici dicuntur, ut qui adhuc sint Ecclesiæ, admittere.* 3" Alg. L. I. de bapt. c. 1. ait : *Si ergo, qui recessit ab unitate, aliquid aliud agere voluerit, quam quod in unitate perceperit, in eo recedit et disjungitur: quod autem ita vult agere, sicut in unitate agitur, in eo manet atque conjungitur.* Idem. L. coul. Donat, post Coli. c. 20. ait: *Neque enim a populo Dei separamus, quos vel degradando vel excommunicando ad humiliorem pteiutenlia· locum redigimus :* ergo.

ll.ad Arg. X. Ass. Ad ejus *prob.* I. *D.* Apostolus in Ecclesia Corinthiorum notat schismata latius dicta et animorum, C. Stricte dicta et opinionum, N. Dissensiones Corinthiorum hic erant circa mensas, locum ct tentyus,ac socios sive convivas cœnro Eucharisticœ ct Agaparum, quæ tamen non lacerent separationem ab Ecclesiro unitate, aut contemptum auctoritatis Ecclesiastica* adferrent.

.id 2. Λ. Basilics vel dicit schismaticos non reipsa, sed specie ct nomine tenus tantum, esse in Ecclesia; quia ibid, asserit, cos post poenitentiam *recipiendos* rursus in Ecclesiam : vel correctus est a Cone. Constantinopolitano I. quod Can. 6. Schismaticos roque ac hæreticos abjicit. Neutiquam vero erroneo Jurii sensui adstipulatur; cum aperte neget, *habere amplius in se gratiam Spiritus eos,* qui scab Ecclesia sejunxerunt.

AdZJl. Textus Aug. prior non prodest, quod dicat in aliquibus haberi conjunctionem; quia ex supra dictis *in his paucis, in quibus non erant mecum, non tis prosunt multa, in quibus mecum* : obest autem, quod dicat, qui *recessit ab unitate;* quia L. de tid. et Symb. c. 10. ait, eos, qui a charitate fraterna dissentiunt, non perlinere *ad Ecclesiam quæ diligit proximum,* sicut haeretici non spectanLad *eam quæ diligit Deum.* Posterior textus recte videtur Bularmino corruptus ob contextum, qui exigit, ut legatur cum duplici negatione sic : Neque enim a populo Dei *non* separamus. Permissa autem integritate textus, vel accipi potest *separatio* perpetua, sine spe reditus et salutis; vel *populus Dei* pro numero salvandorum, non autem pro Ecclesia militante; vel textus lotus non loquitur de excommunicatione, sed poenitentiro impositione.

Inst. 1. Facta omnis rotalis ecclesiastica idem ostendunt. In *Synagoga* enim l' decem Tribus a tempore Jeroboam erant schismate disjunctio a reliquis duabus ; 2° Pharisroi et Sadducroi sub finem Legis erant hroresi et secta sejuncti aJudæis croteris : et tamen omnes pertinebant ad veterem Ecclesiam;

In *Ecclesia Christi nascente* In Paulus et Cephas ad Galat. 2. item Paulus cl Barnabas Aci. 15. discrepabant : 2° Judroi ct Gentiles conversi scindebantur ritibus et vitro usu: nihilominus iidem in eadem Ecclesia erant.

In *Ecclesia adolescente* schisma erat 1° Antiochiro Meletiiiiii interet Paulinuni; 2° tempore Aeacii Conslanlinopolitani et successorum, orientales inter et occidentales; quin tamen Episcopi illi aut populi fuerint extra Ecclesiam.

In *Ecclesia adulta* 1° Sec. l L pars fidelium Urbano VI. pars Clementi VII. et iilriusque successoribus adhaerebant ; 2° bmnes scctro orientales, prrosertim

Ecclesia Grava, his temporibus sunt schismatica?; nec tamen extra Ecclc-siani fuisse omnes aut esse a quopiam asseruntur.

Λ. .V. Quoad *Synagogam R. ad* 1. Decem tribus universim tanquam Schismaticas et idololatricas non pertinuisse ad Synagogam, ex historia Be-gum patet. Sicut lamen Propheta» aliique Israelitn? Deum timentes nec schis-matis nec idololatria participes erant; sic nec excludebantur ab Ecclesia. Hos communicasse saltem animo et affectu cum Tribubus fidelibus, colligitur ex verbis Elisaei I. Rcg. c. 3. v. 1i. Eosdem verae religionis exercitia obiissc, intelligitur e\ 4. Reg. c. i. v. 23. Quod autem adorationem in templo Hie-rosolymitano ct stata ibidem sacrificia omiserint, excusari forsan poterant ob gravissimum timorem a regibus idololatris incussum.

Ad 2. Aliam fuisse sectarum apud Judroos conditionem, quam carum sil apud Christianos, ex co maxime demonstrat Calmetus. quod omnes corpori Synagoga: jungerentur, summis Religionis ct Reipublicie muneribus potiti, quamvis moribus ct opinionibus a actoris discreparent. Serariis PharisæoS ab hæresi excusat, non item Sadducæos, quos proin toleratos duntaxat exis-timat, sive mali majoris metu, sive timiditate ct negligentia.

Quoad *Ecclesiam nascentem* R. *ad* 1. Divisio Pauli et Cephæ circa errorem facti et exempli malignitatem; Barnabæ cl ejusdem Pauli circa assumendum in peregrinatione et prædicatione socium versabatur : neutra unitatem ani-morum et doctrina? solvebat.

Adi. R. Judæorum conversorum classis altera, observans quidem legalia, non tamen necessaria autumans, nec schismatica erat, nec gentilium asper-nalrix, maxime post declarationem Concilii Hierosolymitani : altera lega-lium necessitatem et usum urgens, erat schismatica, ct tanquam Evangelii hostis atque a Christo aliena traducitur a Paulo, praesertim in ep. ad Galatas.

Quoad *Ecclesiam adolescentem* Λ. *ad* 1. Meletivm, post pactum de succes-sione superstitis ad fata alterius cum Paulino initum, non mediatam tantum sed immediatam cum Damaso communionem habuisse, docent tmn acta Con-cilii Aquileiensis an. 381. habiti, quibus pactum confirmatur et communio paciscentibus datur; tum Damasi ad orientales epistola, qua perhibetur An-tiochenae Synodi Patres, inter quos, primus Melctius, expositæ a Pontifice doctrina» subscripsisse. I nde quamvis antea schismaticus fuerit (quod ipsum tamen alii inficiantur), non perstitisse tamen eum in schismate, non tantum modo dicta, sed et ipsius Melctii apud Hieronymum protestatio, atque Eccle-sia? euin inter sanctos colentis testimonium persuadent.

Ad 2. R. Sententia» Felicis contra Acackjx, dum is adhuc viveret, præter Dardaniæ Episcopos quidem non detulerunt reliqui orientales, sive ad valo-rem anathematis exigentes condemnationem Patriarch® Constantinopolitani iu Concilio generali faciendam. sive Zenonis et Anastasii Aeacio patrocinan-tium furorem metuentes : unde cum nullo alio ex capite schismatis se reos facerent, gravius nihil contra eosdem a Pontificibus statutum fuit ; praeser-tim cum sub Justini imperio et Hormisdæ Pontificatu ab omnibus Pontificio decreto subscriptum fuerit. Euphcmium autem et Macedonium Aeacii suc-cessores nec luereticos nec schismaticos fuisse, communis eruditorum sen-tentia, plurimis apud Natal. Alexandrum rationibus firmata, tenet. Eorum nomen diptychis expunctum, quod minoris etiam pœnae genus est, ut

iclilticrctiir, supplicatio populi CorwliuitinupoJitiuii temporibus IIo r mim l e obtinuit.

Quoad *Ecclesiam adultam II. ad* 1. Neutra pili's obcdienliæ erat schismalica; quia utraque adliærebal bona tide ei, quem pro legitimo Pontifice habekil: coque in dubio Ium exspectabat universalis Ecclesiie judicium circa verum Pontificem; tum nec quoad jus capitis nec quoad unitatem corporis^ animo saltem et allectu, errabat. Quod excommunicationes utrmque jactatas allinet; inutiles illic erant ac xaiue; quia non constabat de legitima auctoritate, qua ferebantur.

.Id2. Λ. Plurcs in Oriente ac inter Griecos revereri summum Pontificem el Ecclesiæ Romanic uniri, quotidianis experimentis constat : neque omnes, qui hæc unitatis documenta aperta haud praebent, formales schismaticos esse habendos, evincitur ex paritate cum hierelicis materialibus. Reliqui si sine spesalulis dicantur esse extra Ecclesiam, nihil dicitur a veritate hactenus demonstrata, aut a charilate prudenti alienum; ı

hist. 5. Nec decst ratio theologica pro eodem. Nam 1° Excommunicatio est medicina quædam spiritualis, instituta ad excommunicatorum utilitatem ; ut ex 2. Thess. 3. v. i i. constat : sed non esset in utilitatem, si ejicerentur extra Ecclesiam : ergo. 2° Si quis injuste est excommunicatus, potest saltem acta jam pœnitentia esse in Ecclesia ante absolutionem. 3° Excommunicatus ab Episcopo particulari potest subesse Christo ct communicare cum Ecclesia universali : ergo hic saltem non erit extra Ecclesiam.

It. .V. Jss. Ad ejus *prob.* 1. *I). m.* Si ejicerentur extra Ecclesiam sine potestate ac spe redeundi ad Ecclesiam, C. Si ejicerentur cum hac potestate ac spe, .N. Imo linis severitatis hujus est ut confusione hujusmodi humiliati, deposita rebellione ct contumacia, redeant ad Ecclesiae sinum.

.Id 2. *1). prius membr.* Si quis injuste simul ct invalide ac nulliler est excommunicatus, C. Si quis injuste quidem, sed tamen valide est excommunicates, *subd.* potest habere omnia ad membrum Ecclesiæ quoad animam tale requisita, C. quoad corpus talc, N. Ad salutem quidem sufficit animo esse in Ecclesia, secundum hanc Augustini. L. de ver. rclig. c. 6. sententiam: fcpjic *etiam sinit divina providentia expelli de congregatione Christiana etiam Irinos viros : (piam contumeliam vel injuriam cum patientissime pro Ecclesiæ pace tulerint, neque ullas novitates vel schismatis vel hæresis moliti fuerint, docebunt homines quam vero affectu et quanta sinceritate charitatis Deo ser* ciendum sit. llos coronat in occulto Paler in occulto videns.* Nihilominus hujusmodi de corpore Ecclesiæ, seu dc Ecclesia, ut hactenus sumpsimus, non esse, confirmatur ex damnatione Quesnellianie propositionis 91 ; Λ'ıoı-*quam eximus ab Ecclesia, etiam quando hominum nequitia videmur ab ea fjcpuhi, quando Deo, Jesu Christo, atque ipsi Ecclesiæ per charitalem affu i sumus.* Ex his sequitur Rcsp. *ad poster, membr.* ; nempe excommunicalum pœnitentein etiam ante absolutionem esse animo et allectu, non autem actu et re, in Ecclesia quoad corpus spectata.

J</. 3. .V. .1. Nisi forte excommunicatio sil invalida, aut saltem impropria; quales in historia subinde occurrunt, ubi Episcopus Episcopo non subdito negabat vel litteras, vel consessum, vel etiam communionem, falsitatem prioris dcflaral Ac g. L. de 1'nil. Eccl. c. i· scribens : *Quicumque dc ipso capite Scripturis sanctis consentiunt, sed unitati Ecclesiæ non communicant*

non *sunt in Ecclesia: quia de Christi corpore, quod est Ecclesia, dissentiunt* : Posterioris autem Cvpr. L. t. ep. i). *Frustra sibi blandiuntur ii, qui pacem cum sacerdotibus Dei* non *habentes, obrepunt et latenter apud quosdam communicare se credunt: cum Ecclesia, quæ Catholica una est, scissa non sit neque dirisa, sed sit utique connexa et coherentium sibi invicem sacerdotum glutino copulata.*

92. (Nwrra. I. Iisdem fere argumentis, queis pro reprobis el peccatoribus in Ecclesia relinendis supra pugnavhnUs, probatur eliam hærelicos et schismaticos occultos atque excommunicates non denuntiatos referri posse ad Ecclesiam. Vnde quamvis etiam Catholicorum quidam, sed forsan quoad modum loquendi duntaxat, aliter enuntient, eosdem proxima assertione tacite exceptos voluimus, et facile inter Ecclesiæ membra muneramus; praesertim cum in hoc sequamur idioma Patrum, apud Bellar. L. 3. de Eccl. milit. c. 10. uberrime laudatorum.

93. *Observa.* II. Quod de tide ad membrum Ecclesiæ requisita, ex Scripturis, Cone. Lateranensi et definitione Nicolai in contrarium affertur, intelligendum est, non de interna, sed externa, seu professione fidei : sicut et dicta quaedam Patrum contraria opposita de haereticis manifestis, non occultis, accipiuntur. Haud ateimiliex capite eliam non baptizatosadnumeramus Ecclesiæ membris, modo putentur baplizati, et Christianos se profiteantur, secuti in hacrcjudiciumDionxsii Alex. ap.Euseb. L.7. Hist. Eccl.c.8. et Innoc. III. Cap. ApOslolicam. de Presb. non baptizato. Quamvis enim baptismus sit janua ad Ecclesiam, nullusquc nisi per eam sinatur ingredi; tamen sicut si quis via alia irrepserit in domum, in eadem reipsa est, sic et non baptizatus aliunde ingressus in Ecclesiam, inesse in ea censendus est. Exinde tamen Ecclesia compellari nequii cœlus haereticorum et infidelium hypocritarum; cum denominationes a potion sumendas constet, ct corpus humanum etiamnmn mmihi dicatur, licet unum aut alterum membrum mortuum aut aridum habeat. Ex ratione contraria Catechumenos voto duntaxat ac spe, non vero re et actu in Ecclesia esse tenemus; et siquidem aliter aliquando loquatur Patrum non nemo, distinctione memorata est exponendus.

ARTICCYX'S 1II.

An *ct per quas notas discerni possit vera Christi Ecclesia ?*

94. *Nota l.* Non esse visibilem Ecclesiam, ac proin nec dari signa, notas et cliaracleres sensibiles, quibus illa discernatur a coetibus, qui sc falso Ecclesiam Christi dicunt, ex desperatione producendae communitatis seciim in dogmatibus conspirantis, docuerunt Luthlrus in L. de abrog. Missa p. 1. ct Calvin, tum in Præf. ad hist, tum L. 4. Inst. c. I. 7. Ascipsis prior in L. de Cone, et alter, loc. post, citato, aut a Magistris saltem eorum discipuli Melanchton in Conf. et Apol. Brentius, Molinacus, et alii dissentiunt; ubi vel duas vel pluies, ad has tamen facile reducendas afferunt notas pro probanda vera Christi Ecclesia, veritatem scilicet doctrina*, seu sinceram verbi Dei pnvdicatioueui, et legitimam sacramentorum administrationem ac

USiim. In neutro capite coimminilt cum Orllmdoxis, qui ct Ecclesiam sensibus empirais, cum judicio et curta persuasione quod sil vera Christi Ecclesia, percepliltilem asserunt ; ct pro hac perceptione distinctas ab illis nominati» nolas constituunt.

Quamvis autem lias non requirant tales, ut Ecclesiam in se evidentem, sed lautum evidenter credibilem, faciant; ilemque nunc alias esse permittant, quam quoi fuerant ab exordio Ecclesia;, ubi S. Spiritus sensibiliter descendebat in fideles et confirmatos, diffusio autem per universum orbem et successio Pastorum continuata haberi non poterat, quarum nunc priore absente altera præsto est; doles tamen, non quascnmqne sed singulares ct certis conditionibus vestitas admittunt. Exigunt enim primo ut notiores sint rc quam significant, et a qua distinguuntur; deinde ut sint quodammodo sensibiles, omnibus obviæ et cognitu faciles; denique ut sint proprie et non communes pluribus, saltem simul sumptae.

95. *Nola II.* Praeterea vero licet in carum numero describendo nec antiquiores nec recenliorcs omnino consonent; cuniS. Hier, in Dial. cont. Lucif. duas. Vincent. Lirinensis in Commonit. tres, Aug. in L. cont. ep. fundam, c. I. sex*, et alii postea pauciores, alii plures, inter quos Bellarm. quindecim, enumerent: facile tamen apparet, in paucioribus contineri et in pluribus præcipue offerri illas quatuor, communiter a Theologis usurpatas, nempe unitatem, sanctitatem, catholicitatem, et Apostolicilalem. Porro cum et harum possit esse multiplex sensus, diversa significandi vis, ct ad varios terminos relatio, hujus diversitatis ratione habita, sub ea duntaxat acceptione has quatuor huc proferunt, sub qua enumeratas nuper conditiones possident. Cum quibus

90. *Dico I.* Vera Christi Ecclesia visibilis est, ct discerni potest.

Prob. auctoritate 1° Prophetarum. Isa. c. 2. v. 2. ait : *Erit in novissimis diebus præparalus mons domus Domini in vertice montium, et elevabitur super colles et fluent ad eum omnes gentes:* per quem montem Hier, in h. l. inlelligil Ecclesiam : Ibid. Gl. v. 8; *Germen eorum in medio populorum : omnes, qui viderint eos, cognoscent illos; quia isti sunt semen, cui benedixit Dominus·,* caput hoc, cujus initium Lue. 4. Christus sibi attribuit, totum est de Christi Ecclesia: Dan. 2. v. 44. dicitur : *In diebus regnorum illorum suscitabit Deus cadi regnum, quod in adernum non dissipabitur, et regnum ejus alteri populo non tradetur : comminuet autem et consumet universa regna hæc; et ipsum stabit in adernum;* consentiunt autem Interpretes, hoc regno significari Ecclesiam Christi : Ps. 18. v. 6. *In sole posuit tabernaculum suum;* Aug, Tr. 2. in op. Joan, et Tr. de Cani. nov. c. o. per solem et tabernaculum intclligit *in manifesto* positam *Ecclesiam.*

2· Christi, qui juxta Aug. L. 2. cont, Cresc. c. 36., Ecclesiam, Matth. 3, v. 15. comparat *civitati supra montem positæ,* cl Matth. 16. v. 18. arci *supra petram ædificata·, adversus quam portee inferi non prævalebunt ;* Matth. 18, v, 17. fratrem incorrigibilem jubet denuntiari *Ecclesia·, istamque audiri.*

3° Apostolorum ; inter quos Paulus Aci. 20. v. 28. dicit *positos esse Epis·* capos, ut regant Ecclesiam Dei,* ct ad Eph. 4. v. 12. *datos esse pastores et doctoreS ad consummationem sanctorum in tedificdtioncm, corporis Christi ;*

monoïque 1. ad Tini. 3. v. 13. Timotheum, *ut sciat, quomodo oporteat iii domo Dei conversari, quæ esi Ecclesia Dei vivi :*

F Patrum ; evquibus Origcn. hom. 30. in Malth. inquit : *Ecclesia plena est fulgore ab oriente usque ad occidentem;* Cypr. L. de unit. Eccl. *Ecclesia Domini luce perfusa per orbem totum radios suos porrigit ;* Alg. Tr. in ep. Joan. *Numquid digito ostendimus Ecclesiam ? nonne aperta est?* etc.

Prob. Batione. 1° Ecclesia'nomine intelligitur cadus hominum visibilis, non minus quam nomine exercitus, civitatis el regni : atque sub eadem acceptione usurparunt Ecclesiæ nomen tum Scriptura? sacrio, sive vetus, Num. 20. v. L. 1. Reg, 17. v. 47..Eccli. 3. v. L etc. sive nova. Act. 13. v. 3. et I. ad Rom. 16. v. 4. etApoc. 3. v. 6. el seqq. alibique : tum sancti Patres plerique omnes. 2° In Ecclesia prædicalur et auditur verbum Dei: administrantur et capiuntur sacramenta; exercetur jurisdictio per superiores el inferiores; congregantur concilia, eduntur definitiones fidei, conduntur leges; etc. quæ omnia sunt sensibilia : eigo. 3° Ecclesiam, extra quam falentibus etiam hærelicis non est salus, debent omnes accedere; ad eamdem, si per schisma aut liæresin secesserint, redire; in eadem juxta ep. ad Rom. 10. v. 10. exterius fidem profiteri; ergo.

97. *Objic.* Ecclesia Christi est spiritualis : ergo invisibilis. *Proi). Ini.* 1" ex I. Pel. 2. v. 5. *Et ipsi tanquam lapides vici superœdi(icamini domus spiritualis, Sacerdotium sanctum offerre spirituales hostias.* 2° Ex ep. ad llebr. 12. v. 18. *Non enim accessistis ad montem tractabilem,* et v. 22. *Sed ad Sion montem et civitatem Dei viventis.* 3° Ex Joan, k v. 23. *Venit hora, et nunc est, quando teri adoratores adorabunt Patrem in spiritu et veritate.* Ergo.

Λ. *ad Arg. I).* .1. Ecclesia est spiritualis secundum quid, scilicet respectu vel formæ, vel auctoris, vel effectuum ac finis. C. simpliciter et absolute, N. Quod prioribus modis tantum spirituale est, posse esse nihilominus corporeum et visibile, patet in sacramentis et homine.

Ad prob. I. Vel redit eadem distinctio; quia Ecclesia, utpote capite el membris corporeis constans, non est simpliciter invisibilis, sed tantum secundum quid et respectu memoratorum: Vel *D.* aliter : Ecclesia est domus spiritualis secundum substantiam, h. e. occulta et invisibilis. N. Secundum relationem vel oppositionis cum domo ex ligno et lapide composita, vel ordinationis ad finem, ac bona et opera spiritibus et hominibus convenientia, C.

Ad 2. Λ. Per Sion montem el civitatem Dei vel intelligitur tantum Ecclesia triumphans, ut cum Theophvl. OEcuinen. el aliis docet I). Thomas, indicantque verba subjuncta : « Jerusalem cœlestern, cl multorum millium angelorum frequentiam, el Ecclesiam primitivorum, qui sunt conscripti in cadis » ad quam scilicet non quidem re sed tamen spe jam accesserunt fideles; et sic textus nihil probat : vel intelligitur Ecclesia secundum generalem rationem accepta, ut videtur exigere antithesis facta; et tum *D.* Ecclesia eliain generaliter sumpta, qua triumphans, est Sion mons, civitas Dei. Jerusalem cœlestis etc., G. qua militans, N.

Ad 5. V. *Cons.* Per *in spiritu* nec loca sacrificii materialia, nequidem Jerusalem aut Garizim, nec adoratores visibiles excluduntur, sed sacrificia duntaxat carnalia et oeieinonite prorsus corporales et externæ Judæorum ;

sicut per *in veritate* oppositio fiebat ad cultum falsum et erroneum Samari·» tanorum.

Inst. 1. Ecclesia est quid insensibile, internum et mysticum : 1° patet ex Luc. 17. v. 21. *Non venit regnum Dei cum observatione; neque dicent: Ecce hic, aut ecce illic:* 2° ex ibidem subjuncto : *Ecce enim regnum Dei intra vos est,* et ex Jcrem. 31. v. 33. *Dabo legem meam in visceribus eorum, et in corde eorum scribam eam.* 3° ex ep. ad Rom. 12. v. 3., et 1. ad Cor. 12. v. 27. ubi Ecclesia dicitur *çorpus Christi,* utique mysticum : ergo est invisibilis.

B. N. Ant. Textus primus non agit de Ecclesia, sed de Christo ; cujus adventus prior dicitur sine *observatione,* id est, sine pompa et signis; posterior autem non temere credendus, Anlichrislis curndem *hic aut illic* enuntiantibus: qui demumsecundum praesentiam corporalem iu consortio ac medio Jiidæoruiu, secundum gratiam in eorum cordibus, el hoc sensu *intra eos* fuerat, Neque secundus de Ecclesia, sed de virtute el de praecepto charitatis, in Novo Testamento praevalente loquitur. Tertius de Ecclesia quidem agit, quæ etiam corpus Christi morale vocatur; non autem mysticum eo sensu, quod vel ex solis praedestinatis constet, vel secundum omnes sui partes invisibile sit, ut objectio innuit: cum prior sensus superius sit rejectus, posterioris autem falsitas ex partibus Ecclesiae sensibilibus constet.

Inst. 2. Variæ considerationes Ecclesiam ostendunt invisibilem. Nam 1. *objective* spectata est objectum fidei, cum articulum in symbolo constituat : hoc autem conspici non potest, sed creditur: ergo. 2. *Formaliter* sumpta seu proforma dicit fidem, spem, et charilatem : sed hæ visibiles non sunt : ergo. 3. Saltem tempore persecutionis aut praevalentis hreresis ita nonnunquam afflicta fuit, ut videri desierit : ergo.

B. N. Ass. Ad ejus *prob.* 1. *D. m.* Objectum fidei conspici non potest sub ea ratione, sub qua creditur. T. (de quo vid. Tr. propr.) sub alia ratione, N. Objectum aliquod sub una ratione credi, sub altera conspici posse, patet in Apostolis humanitatem Christi videntibus, ejusque divinitatem credentibus: item in baptismo, in quo aspersionem aquae et verborum prolationem sensibus percipimus , sacramenti autem rationem credimus, non sentimus. Similiter in casu nostro cœtum hominum ex et cum professione, communione et subjectione sensibiliter cognoscimus; hunc vero cœtum veram esse Christi Ecclesiam non videmus, sed credimus.

Ad 2. *B.* 1. Si inferatur, Ecclesiam formaliter sumptam seu secundum formam non videri, T. ; si inferatur, Ecclesiam simpliciter non videri, .V. *Cons.* Scilicet sicut, quamvis concedatur hominem secundum formam seu animam esse invisibilem, hominem tamen simpliciter invisibilem nemo dixerit. *R.* 2. *D. m.* Hænon sunt sensibiles in se et secundum subjectum, *Subd.* Si hoc sumatur divisim pro his aut illis particularibus hominibus, N. Vera Christi Ecclesia est, quæ interius per virtutes cum Christo conjungitur : has virtutes et conjunctionem non videmus in se ipsis; spectamus tamen in earum signis, nempe professione fidei, participatione sacramenti, etc., el hujus subjectis, scilicet hominibus; de quorum singulis individuis licet rursus certum non sit, hunc vel illum habere fidem et unionem intus, qui eam exterius profitetur, de toto tamen eorum cœtu per notas charactcristicas distincto , ccr-

tum ex ordinatione dixina habemus. quod vera Christi Ecclesia sil, ei illa interiora habeat.

j</3. .V. .Dit. cujus falsitas in art. seq. singulari assertione ostendetur.

98. *Dico II.* Nec doctrinæ veritas nec usus Sacramentorum legitimus sunt vera» nota» ct characteres Ecclesiæ Christi. *Drub,* lia* doles, quamvis conveniant vera Christi Ecclesiæ, tamen non habent debitas notarum conditiones. Imprimis enim non sunt *notiores* Ecclesia ; quia \critas doclrinæet legitima ratio usus sacramentalis, juxta suos patronos desumitur a conformitate cum verbo Dei scripto : difficilius autem cognoscere est verbi hujus extantiam, apographorum authentiam, versionum fidelitatem, sensus et interpretationis proprietatem, quam Ecclesiam. Deinde non sunt *sensibiles* el *passim obviæ* omnibus; quia ob Scriptura obscuritatem ct incapacitatem hominum nec ipsadoctrinæ et rei sacramentariæ cognitio vera cuilibet obvia, inulto minus sensibilis est : neque discussio et examen harum faciendum facilis et cuicumque accommodati est operis. Denique non sunt *proprial;* tum quia quælibet secta teste Laetant. L. 4. Inst. c. 29., Cypr. ep. ad Jubaian. el Aug. L. de unit. Eccl. c. 2. geminam hanc dotem sibi arrogat : tum quia apud schismaticos puros utraque nota emicare potest, et apud Luciferianos, Donatislas aliosque sub initium schismatis retinebatur.

Cunf. Ad Ecclesiam Christi pertinet determinare, quænam sit vera doctrina, quinam sacramentorum usus legitimus; ut patet ex assertis Irex.ei L.3. adv.hær. c. 4., Tert. L. de prescript, c. 21., Arc. L. cont. ep. fundam, **c.atque** ex decretis et canonibus conciliorum : ergo per Ecclesiam constat de veritate doctrinae et legitimo sacramentorum usu; non autem per hæc de Ecclesia.

99. *Objic.* Scriptura stat pro veritate doctrinæ tanquam nota Ecclesiæ, tum quia oves cognoscuntur ex doctrina , Joan. fO. v. 27. *Oves meæ vocem meam audiunt :* tum quia munditia tanquam proprietas Ecclesiæ ex Dei verbo habetur, juxta Joan. Io. v. 3. *Jam vos mundi estis propter sermonem, (piem locutus sum vobis;* et ad Ephes, o. v. 27. *Mundans eam lavacro aquee in verbo vitæ:tum* quia doctrinæ examen promittendum est accessioni ad Ecclesiam, juxta illud Joan. S. v. 39. *Scrutamini Scripturas : illæ sunt'quæ testimonium perhibent de me;* Sicut instructio promittitur receptioni in Ecclesiam, juxta illud Matth. 28. v. 19. *Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos,* etc. Unde Ambr. in Luc. L. 6. ait : *Fides Ecclesiæ imprimis queerenda mandatur, in qua si Christus habitator est, haud dubie est legenda;* et Aug. L. de unit. Eccl. C. 3. *Sunt certe libri Dominici, quorum auctoritati utrique cedimus: ibi quœrainus Ecclesiam* : ergo.

B. ad Arg. .V. Ad ejus *prob.* 1. *D.* Oves cognoscuntur ex doctrina precise prædicata, N. ex doctrina corde percepta et custodita, *Subd.* in ordine ad cognitionem sive certam sive conjecturalem electorum singularium, C. in ordine ad cognitionem Ecclesiæ, N. Secta nulla est quæ non glorielur audiri a se vocem Christi : hujus autem vocis intima perceptio *et* custodia est occulta, nec nisi cuilibet forsan conjecturaliter tantum cognita ; unde nota Ecclesiam manifestans esse nequit.

Ad 2. *D.* Munditia manifesta habetur ex verbo Dei, N. interna et occulta

Subd. per verbum Del piwdicalnrn, ol sic doctrinam, N. per verbum Dei consecrati>rium,olsic ad doctrinam impel lineus, C. ut autem munditia posset esse nota, deberet esse manifesta.

Id 3. *D.* Examen doctrinæ promittendum est accessioni ad Ecclesiam, sicut instructio procedit receptionem , utrubique tanquam dispositio in adultis necessaria ad fidei sacramenta percipienda, T. tanquam propria Ecclesiæ nota, N. Nec alius sensus est Patrum laudatorum , quam notas et characteres vera» Ecclesiæ ex Scripturis disci ab harum receptoribus posse; qui præterea alibi docent, veram doctrinam, non ex privato cujuscumque, sed ex publico Ecclesiæ sensu ac judicio æslimandam retinendamque esse.

Inst. 1. SS. Ciirys. et Ai o. pluribus in locis docent, non aliter cognosci et probari Ecclesiam, quam per verbum Dei, adeoque per veritatem doctrinæ. Prior quidem hum. 49. in c. 24. Matth. *Antea multis modis ostendebatur, quæ sit vera Ecclesia Christi : nunc autem nullo modo cognoscitur volentibus cognoscere, quæ sit vera Ecclesia Christi, nisi tantummodo per Scripturas :* ibidem hanc rationem subdit ; quia scilicet, *quæ oliin veram religionem distinguebant ab hæretica, sunt jam utrique communia, ut Episcopi, ordines Clericorum, Baptismus, Eucharistia, Scriptura, miracula, numerus Christianorum, Christus ipse :* demum concludit : *Qui vult ergo cognoscere, quæ sit vera Christi Ecclesia, unde cognoscat, nisi tantummodo per Scripturas?* Posterior autem contra Donatislas agens, sic scribit ep. 16G. *InScripturis discimus Christum, in Scripturis discimus Ecclesiam;* et L. de unit. Eccl. c. 19. Utrum ipsi Ecclesiam *teneant, nonnisi de Scripturarum divinarum canonicis libris ostendant.* Contra Manichæos etiam in L. cont. ep. fund. c. 4. inquit, *Veritatem, si manifesta monstratur, præponendam omnibus iis,* quibus antea dixerat, se teneri in Ecclesia Catholica.

R. D. M. Sancti hi Patres docent non aliter cognosci et probari Ecclesiam absolute et simpliciter, N. facile et ordinarie, *Subd.* in certa hypolhesi et respectu eorum, qui ad Scripturas provocant, C. in thesi et respectu quorumcumque, N. Ecclesiam ex motivis crcdibilitatis pluribus splendescere juxta hos et alios Patres demonstratum est; nolas has nullibi facilius inveniri, quam in Scripturis, itidem ex dictis constat : ad Scripturas autem evocari non posse nisi eos, qui illas tanquam divinas venerantur, rursus ex methodo probandi liquet. Jam vero Patres memoratos agere cum hominibus hujusmodi, manifestum est; de Aug. quidem, qui Donatislas et Manichæos alloquitur, et postremos etiam ex hypolhesi duntaxat, ut contextus aperte docet : de Ciirys. autem aut potius alio scriplore (nam vulgata versio, libri apocryphi, et dogmata falsa hic inspersa non sinunt opus imperfectum in Malthænm sancto Patri adseribi) contextus idem edocet.

Inst. 2. Nulla res cognosci potest absque cognitione eorum, quæ ad ejus essentiam pertinent : sed doctrinæ veritas pertinet ad essentiam Ecclesiæ ; quia ut Hier, in Ps. 133. ait : *Ecclesia non in parietibus consistit, sed in dogmatum veritate : Ecclesia ibi est, ubi /ides vera est :* ergo. 2. Vera Ecclesiæ nola est, quæ semper fuit usurpata, ut Ecclesia vera secerneretur a falsa, et ipsa forsan deficiens resumeret Ecclesiæ proprietates : sed ad utrumque fuit semper usurpata doctrinæ veritas; ad *primum* quidem inter Ecclesiam Judaicam et Samaritanam : ad *secundum* vero in Synagoga tempore Josiæ, Esdræ et Nehcmiæ : ergo. 3. Per quod probatur alterum, id allero debet esse

notius : Ecclesia probatur per verbum Dei; ergo h ›c debet illa esse noliu&ct hinc dici nota.

Λ. *quoad* I. *D.* .l/. Si quæslio sil do cognitione perfecta et quoad quid est, C. si sit de cognitione imperfecta et quoad an el ubi est, N. Vera autem doctrina jvertiiiet quidem ad quidditalem et constitutionem Ecclesiæ; non tamen penetrari debet ab omnibus Ecclesiam adire cupientibus.

Quoad 2. .V. *m.* cujus veritatem nec quoad pi ius ostendit exemplum allatum. in quo Judaicæ Ecclesiæ veritas ex legitima sacerdotii successione, Samaritaine falsitas ex illius defectu constabat : neque quoad posterius aliquid probat iterata restitutio doctrina» ; utpote qua» effectus quidem renovate Ecclesiæ, non vero nota distinctive fuerat : eum eadem nunquam Hierosolyma» defecisse dicatur, c Garizini autem non penitus ac perpetuo exularit.

Quoad 3. *D. M.* Per quod alterum probatur absolute et sine facto supposito, C. per quod tantum ex hypothesi probatur, *subd.* debet altero esso notius simpliciter, N. secundum quid, C. Admissa Scripturæ auctoritate et supposita ejus intelligentia, ad notas Ecclesiæ et ipsam Ecclesiam cognitio inde progreditur; adeoque Scriptura ex hypothesi et secundum quid notior dici potest; non tamen simpliciter et absolute : propterea quod Ecclesiæ datum sit Scripturam tradere et exponere; faciliusque Ecclesia dignosci, quam Scriptura ubivis intelligi queat.

100. *Dico III.* Nota» et characteres vora Christi Ecclesiæ sunt, quod illa sit una, sancta, catholica seu universalis, et Apostolica. *Prob.* Has dotes ad designandam veram Christi Ecclesiam synodus œcumenica II, Constantinopolitana l, inseruit symbolo: desideravit easdem tum Scriptura vel in sola epist. ad Ephesios, Iim quidem c. 4. v. 4. et seq..2*“ ibidem v. 1G. el c. 5. v. 24., 3W c. 2. v. 1l. et seq., 4,B ibid v. 20.; tum Traditio inferius proferenda : probat denique necessitas; cum Ecclesia suo capiti sine Unitate subjecta, sine Sanctitate digna, sine Catholicilate proportionata, sine Apostolicitate propria esse nequeat.

Cunf. Hæ dotes sunt *notiores* Ecclesia ; cum facilius sit cognitu, num quæ Ecclesia has dotes habeat, ac an societas hominum quædam sit vera Christi Ecclesia. Sunt etiam cuilibet obviæ et quodammodo *sensibiles;* cum nemo sit, qui vel ipse examinando dispicere, vel capta passim informatione doceri easdem facile non possit : demum sunt *proprice,* emn nulli prater veram Ecclesiam queant congruere saltem omnes; quandoquidem si falsæ Ecclesiæ convenirent, vera discerni ab aliis sectis, ullusque ad eam amplectendam adslringi nequiret. Ergo habent conditiones omnes ad veram nolam requisitas adeoque sunt légitima·.

101. *Dico IV.* Notarum Ecclesiæ relatarum proprietas præsertim stat in ids; quod sit I nitas corporis sub Christo capite, ejusque in terris vicario et I). Petri successore ; Sanctitas membrorum vel manifeste excellens vel confirmata miraculis; Catholicltas seu universalitas quoad doctrinam, tempus el locum ; Aposlolicitas per fundationem ab Apostolis, et continuatam Episcoporum Apostolis surrogatorum successionem.

Prob. l* p. Inter Patres hanc Unitatem maxime urgent. Iren. L. 3 coni, hærcs. c. 3. scribens : *Ad hanc Ecclesiam* Romanam *propter putentiorem principalitatem necesso est convenire omnem Ecclesiam, h. e. eos, qui sunt undique fideles;* Cveii. !.. de unit. *Ut Unitatem manifestaret, Unam cathedram constituit, et I nitatis ejusdem originem ab I no incipientem sua auctoritate, disposuit. Hoc erant utique et cadori Apostoli, quod fuit Petrus, pari consortio prieiliti el honoris ct potestatis : sed exordium ab Unitate proficiscitur et primatus Petro datur, ut Una Christi Ecclesiae! cathedra Una monstretur :* Optat. Mii.l v. L. 2. cont. Parmen. *Negare non potes Petro cathedram Episcopalem primo collatum, in qua Una cathedra Unitas ab omnibus serraretur, ne cœleri Apostoli singulas sibi quisque defenderent.* Similia refert. Hier. L. 1. coni. Jovinian. et ep. 57. ad Damas, atque Aug. passim. *Conf.* Reliquæ unitates, scilicet *corporis* præcisc, *Spiritus, Spei, Fidei, Domini, Patris* au *Dei,* in ep. ad Ephes, sup. cit. relata», vel non sunt notiores Ecclesia, vel cognitu difficiles, vel communes pluribus ; nostra autem unitas conditionibus omnibus oppositis gaudet : ergo hæc præ illis est nota Ecclesiæ statuenda.

Prob. 2’ *p.* Non desunt seelæ schismaticæ, quæ tribuant sibi sanctitatem vel a *consecrattone,* vel a *professione,* vel a *Christo capite,* vel a *Spiritu S. inhabitante,* vel *a.doclrina,\eA* ab *actione* ex variis Scripturæ locis desumptam; quibuscum si de eorum singulis contendere volueris, nihil plerumque efficies, quam ut æquo eum illis Marte certasse videaris : ergo lanquam notam oportet designare Sanctitatem non tantum propriam, sed eam, quam manifestum est esse in Ecclesia vera, in societatibus autem alienis non esse. Atqui hæc est membrorum Sanctitas vel manifeste excellens, vel miraculis confirmata: quia prior nec ab extraneis ignoratur aul negatur; posterior autem falsa et dceceptrix esse nequit : ergo.

Conf. Quamvis Sanctitas doctrinæ soli Ecclesiæ veræ conveniat; cum nulla sil secla, quæ non doceat aliquid aut falsum circa credenda, aut malum circa agenda : nisi tamen aut per manifestos fructus aut per Dei testimonia prodatur, occulta est, aut mendax esse potest : ergo ut vera nota sit, debet, quod Chrysost. de Apostolis testatur, non minus *candore morum,* quam *miraculorum splendore* elucescere ae prodi; præsertim quia Christus exigit primum,Malth. c. 5. v. 16. *Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra, et glorificent Patrem, qui in cadis est :* secundum autem statuit, Mare. 16. v. 17. *Signa autem eos, qui crediderint, hæc sequentur : In nomine meo dœmonia ejicient,* etc.

Prob. 3* *p.* Patres adeo stant pro Catholicilate, ut vel ex hoc vocabulo discerni Ecclesiam consentiant. Pacian. enim in ep. 1. ad Semproniam scribit : *Christianus nomen meum, Catholicus cognomen : illud me nuncupat, istud ostendit : hoc prodor, inde significor.* Cyril. Hieros. Catech. 18. *Quod si forte veneris in civitates, non quæras simpliciter, ubi sit Ecclesia, sed ubi Catholica Ecclesia? hoc enim nomen proprium est sanctae hujus el matris omnium nostrum,quee est sponsa Domini Nostri Jesu Christi.* Aug. L. de util. crcd. c. 7. *Quod autem qucerenl ibus satis est, una est Catholica, cui aliæ hcvreses diversa nomina imponunt, cum ipsœ singula· propriis vocabulis, quod negare non audent.appellentur;* quod idem uberius L. de ver. relig. c. 7. enuntiat.

Conf. Speciatim universalilatem doctrinæ, qua damnantur errores aliquando ab Ecclesia damnati, et veritates ab eadem aliquando definita' tenentur. Cyril. Hif.rosol. l. c. laudat, et exigit fidei veritas : universalitatem loci, quæ accepta pro diffusione simultanea ct permanente est moralis tantum

et respectiva, sumpta autem pro diffusione tantum successiva est rigorosa et absoluta, tum Matth. 28. v. 19. et Mare. 16. v. 16. , tum ep. ad Hom. L v. 8. et ad Coloss. 1. v. 6., Patresque passim designant, et postulat tidei necessitas: universalitatem temporis, quæ initium a piwdicatione Aposto· lica. propagationem ad nostra tempora, et futuram ducationem complectitur, tradunt, Matth. 28. v. 20. et Patres novitatem sectis exprobrantes, exigitque fidei constantia : ergo.

Prob. 4* *p.* Characterem hunc exigunt Patres; et quidem conjunctim quoad utramque partem : Iren. L. 3. cont. hær. c. 3. *Traditionem Apostolorum in toto inundo manifestatam in omni Ecclesia adest respicere omnibus, qui vera velint videre : et habemus annumerare eos, (pii ab Apostolis instituti sunt Episcopi in Ecclesiis et successores eorum usque ad nos:* Tertul. L. de Prescript. c. 32. *Edant urigines Ecclesiarum suarum; evolvant ordinem Episcoporum suorum, ita per successionem ab initio decurrentem, ut primus ille Episcopus aliquem e.c Apostolis vel Apostolicis viris, qui tamen cum Apostolis perseverorint, habuerit auctoritatem;* Aug. L. cont. ep. fund. c. 4. *Tenet me in Ecclesia... ab ipsa sede Petri Apostoli, cui pascendas oves suas Dominus commendavit, usque ad praesentem Episcopatum successio Sacerdotum :* Singillatim autem et quoad unam subinde partem, tum iidem Patres, tum Cyprianus, Optatus Milevitanus, Hieronymus et alii a Bellarmino hic relati similia loquuntur.

Conf. Veram Ecclesiam intrinsece constituit et distinguit doctrina Apostolica ; doctrinam hanc custodit traditio; traditionem istam inchoat et prodit fundatio Apostolica; fundationem hanc demonstrat producta ab Apostolis Episcoporum suorum successio; ergo Apostolica fundatio et successio Episcopalis ad Apostolos terminata distinguit veram Ecclesiam, ejusque est nota.

102. *Objic.P Contra Unitatem.* I. Nec in Ecclesia V. T. ista unitas requirebatur : nec in Ecclesia N. T. erat Apostolorum tempore ; quorum quilibet parem cum Petro dignitatem habebat. Ergo. 2. S. Cyprianus a Stephano fuit excommunicatus et tamen sanctus erat : injuste excommunicatus ex Aug. supra laudato potest fieri salvus : ergo cum non detur extra Ecclesiam vera sanctitas el salus, etiam rescissi a capite pertinent ad Ecclesiam, adeoque unitas a nobis explicata nequit esse nota. 3. Sedes Petri, quæ centrum unitatis dicitur, vacarc potest vel per mortem, vel per absentiam Pontificis Horna alio migrantis, vel per schisma multorum de Pontificatu contendentium : in nullo horum casu servatur unitas corporis cum capite et Christi vicario : ergo.

Λ. *ad Arg.* cont. *Unitatem. Ad* 1. quoad prius .V. *Cons.,* quoad posterius .V. .-1.W. Disparitas in illo liquet primum ex institutione, qua Deus constituit Synagogam pro unica gente, Christus Ecclesiam pro toto hominum genere : dein ex necessitate, quæ nulla fuit pro lege scripta, est autem pro lege gratae : denique ex perfectione, quæ minor fuit in antiqua, ac nunc est in nova Ecclesia. Falsitas posterioris patet ex supra dictis de unitatis principio.

Ad. 2. *B.* 1. .V. primam partem. Jn/. quia excommunicationem minatus quidem est Stephaniis in Cyprianum, sed intra minas liabit, nec tulit sententiam ; ut suo loco, ubi de sacramentis agitur, ex Augustino palet. *B.* 2. *D. suppos. Cons.* Non datur salus extra Ecclesiam adaequate sumptam tam

quoad animam quam quoad corpus, C. evira Ecclesiam inadaquatc quoad corpus. *subtl.* si quis extra illam sit culpabiliter, C. si inculpabiliter, ct voto vol affectu sit lutra , N.

Ad3.X.min. quia Pontifice mortuo sedes seu cathedra Petri remanet ; coque migrante eadem est, ubicumque legitimus Pontifex degit : adeoque cum ista servari unitas potest ac debet. Pontifice autem dubio ct incerto, opus est el suflicit principali cathedra· inhærere ea animi comparatione, ut paratus sis futuro legitimo Pontifici obtemperare.

Il Conira Sanctitatem.* 1. Vindicant etiam sibi sanctitatem manifestam gentiles in Stoicis, laerelici in Catharis; miraculis confirmatam illi in Vespasiano apud Suetonium, isti in Paulo Episcopo Novatiano L. 7. hist. Eccl, c. 17. apud Socratem. 2. A paucis, si qui etiam sancti sunt, Ecclesia nequit dici saucia; cum a parte una vel altera non denominetur totum, prœsertim ubi partes pluies adsunt pro praedicato opposito, ut respectu Ecclesia; sunt peccatores. 3. CiiRYS. hom. 49. in Matth. asserit, suo tempore sublatam miraculorum operationem : Avg. autem L. de unit. Eccl. c. 19. negat manifestari Ecclesiam ex miraculis, cum miracula probanda sint ab Ecclesia.

R. adi. D. Vindicant sibi sanctitatem vere ac certo manifestam, N. falso aut ambigue apparentem, C. Stoicorum superbiam, ferociam et pertinaciam, Catharorum hypocrism, vanitatem et soldes coœvi scriptores diffamant : Vespasiani miraculum amantis cæcum Tacitus L. 4. hist, ipse elevat; Episcopi Novatiani prodigium ad testandam sacramentalis Baptismi virtutem, non ad confirmandam hœresin factum auctor laudatus exhibet.

Adî. X. Ass. ad ejus *prob. D.* Denominatio non sumitur ab una vel altera parte qualicumque et semper, C. a potiore ct aliquando, N. Contrarium certe patet, dum scholam nobilem, exercitum fortem, civitatem divitem etiam a paucis appellari audimus.

.Id 3. Λ. Chrysostomi auctoritatem opponi falso ; cum opus citatum sit pseudepigraphum, falsamque assertionem referri historia Ecclesiastica illius temporis edoceat. Acgust. autem eo loci, cum Donatistæ opponerent sua miracula, Concilia et Sanctos illis quæ Catholici pro se adferebant, a mutuo controversis ad utrinque certum, sacram scilicet Scripturam, provocavit; ex qua primum Ecclesiam probat, tum vero per eam judicium de Donatistarum miraculis, interim omissis, ferendum ostendit. Ubi vero contra Manichæos agit, qui Scripluræ partem repudiabant, in L. cont. op. fund, ex miraculis ieram Ecclesiam, tum ex Ecclesia Scripturas demonstrat : universim vero miraculis plurimum alibi, præsertim L. 22. de Civ. Dei. utitur ad veram religionem ostendendam ct declarandam.

*Ill*Contra Calholicitatem.* 1. Tempore Ariahornm paucissimi erant orthodoxi, et Ecclesia arctissime circumscripta; cum teste Hilario L. de Synod, in decem Asiæ Provinciis, prœter Eleüsium Episcopum et cum eo paucos, Deum cognosceret nemo : teste autem Hieron. in Dial. adv. Lucif. post Ariminense Concilium ingemuerit totus orbis, et sc Arianum miratus sit. 2. Nostra ælate Ecclesia Romana, quam veram dicimus, non est in Britannia, Belgio federate, Dania, Suecia, magna Germanisa parte, Russico el Otlomanico imperio, reliquisque Asiæ et Africæ, multis praeterea America; partibus : ergo,3. Nec in fincscculi Ecclesia toto orbe diffusa erit, Christo Luc. 18. v. 8. dicente : *Filius hominis veniens putas inveniet fidem in terra?* Ergo.

Λ. *ad* l .Y. J.«λ. Ad HiiAtiu u a Donalislis laudatum olim Aig. ep. 18. respondit, hune Palmm arguisse decem provinciarum zizania, non triticum: plures obscuris Atianorum verbis delusos, voce, non sensu, dissensisse: pan· cos quidem comparative, sed tamen absolute multos perstitisse integros. De Hieron. in Tr. de Trin. (num. 37. et seq.) ostendetur dictum ejus habere hyperbolem, Patresque Ariminenses nullatenus reipsa fuisse haereticos, Cæterum apertius evanescit objectio ex triplici Arianismi statu. 1,nul sub Constantino fuit ab hæresis ortu usque ad an. 337, quo tempore triumphavit vera tides in Cone. Nicæno : et quamvis postea Athanasius, sed ob personalia tantum, relegaretur, factioque Ariana artibus politicis ac dissimulatione erroris caperet incrementum; Oriens tamen maximam partem tidelis stetit, Occidens totus felici pace fruebatur. 2"* sub Constantio ad an. 361 prolatus, nihil turbarum,dum Constans viveret, in Occidentem tulit; sed potius Ecclesiam in Conciliis Romano. Mediolanensi et Sardicensi egregie defensam conspexit. Post illius quidem mortem Occidens una et Oriens motu æquali est concussus, tum Libebii exilio, tum Cone. Ariminensis et Seleuciensis sive facto sive prætensione : nihil tamen effectum aliud, quam ut Ecclesia c violentiarum et fraudum nubibus illustrior emergeret. 3US sub successoribus variis et diviso Imperio vidit in Occidente victricem semper Ecclesiam; in Oriente quidem afflictam, sed præcipuorum Episcoporum, Athanasii, Basilii, Gregorii Nazianzeni virtute, aliorumque plurium cum Occidentalibus communione identidem erectam et perdurantem.

Ad 2. *D. Cons.* Ecclesia hodierna, non est diffusa per totum orbem diffusione successiva; cum in memoratis regionibus omnibus Ecclesia olim floruerit, N. diffusione simultanea, *Subd.* Ecclesia dominans, C. vel illa, vel tolerata aut patiens. N. Ecclesia *dominatur,* ubi rerum potiuntur Principes fideles, qui publicum Religionis exercitium praecipiunt aut tuentur : *toleratur* ubi dominantur Principes infideles aut Acatholici, qui privatum saltem exercitium impune tolerant aut dissimulant : *patitur,* ubi nemo sive palam sive privatus catholicus esse impune sinitur. Dictum autem est supra universalitatem successivam sufficere; simultaneam, si qua admittitur, non esse melaphysice sed inoraliter talem ; atque hanc postremam etianmum Ecclesiæ secundum aliquam de expositis acceptionem tribui posse, patet ex superioribus; pnesertim cum Ecclesia sæpe sit magis conspicua, ubi patitur quam ubi dominatur, ut in primis Ecclesiæ seculis manifestum fuit.

Ad 3. Respondet L. de unit. Eccl. c. 15. Arc,. Donatistis idem objicientibus, id intelligi dictum vel propter ipsam fidei perfectionem, vel propter iniquorum abundantiam et paucitatem bonorum : neque interrogatione iu textu usurpata fidem omnem aut penitus negari.

IV9. Contra Apostolicilatem. 1. Apostolicitas ex fundatione videtur rejecta a Paveo I. ad Cor. 1. v. 12. improbante quod unusquisque dicat : « Ego quidem sum Pauli, ego autem Apollo, ego vero Cephte : » ex eadem et successione constans non cognoscitur ; cum ea cognitio ex historiis derivanda, rudibus sit impervia, eruditis controversa : ergo. 2. Successio ab Apostolis ad nos perducta vel est ratione loci, vel ratione personarum, vel ratione doctrinæ : nulla ex his quadrat pro nota Ecclesiæ : ergo. 3. Memorata successio colligitur ex missione ministrorum vel ordinaria vel extraordinaria : saltem alterutra, convenire potest etiam Ecclesiæ a Romana scjuuctæ : ergo.

IL ad I. V. ıi/r. /). hi priori disparitas est, quod provocatio ad Apostolos a Corinthiis Heroi, scindendo unitatem ct negligendo Christum lanquam principium: a nobis autem ea lit, tendendo ad unitatem, et primam fundationem in Christo. In posteriori, rudibus sufficit ignorantia initii post Apostolorum tempora facti: eruditis deessc notitia nequit de antiquitate Ecclesiæ ct novitate Sectarum.

.Id 2. .V. *m.* Neque enim successio localis deest in Ecclesia vera; siquidem illa non repetatur a residentia in loco, sed a jure in sedem, quo modo apellatio Romani Imperatoris etiamnum usurpatur: neque deficit successio personalis saltem Episcoporum universalium, ut ex Pontificum historia liquet : neque desideratur doctrinalis, quamvis rationem nolæ non habeat; cum priorum duarum comes sit, ct cx universalitate doctrinæ sequatur.

Id 3. .V. *min.* Auctor enim vel sectator Ecclesiæ falsæ vel ordinariam missionem cx defectu ordinationis légitimai non accepit; vel amissa per hæres'in aut schisma jurisdictione camdcm non retinuit: pro extraordinaria autem nemo extra Ecclesiam probantia signa adducet unquam; aut si adferat, nec tamen ordinarim missioni se submittat, ministerium contra divinum ordinem usurpat.

103. *Observa.* Plcrasque notas ab aliis assignatas reduci âd quatuor a nobis propositas, cx ips'a earum expositione data constat. Sicut huc referti nequeunt postremie duæ a Bellarmino deducta1, felicitas nempe temporalis' defensorum, et infelix exitus hostium Ecclesiæ veræ, sic nec easdem in notarum numerum admittimus. Quamvis enim contingat aliquando, persecutores Ecclesiæ hac in vita a Deo flagellari, ct c contrario ejus defensores præmiis cumulari et bonis, ut exemplis insignibus Cardinalis dictus amplissime illustrat: contrarios tamen eventus hisloriæ etiam tum veteris tum novæ Ecclesiæ produnt; ut adeo illa lanquam propria nequidem sanctitati conveniant, ideoquccareanl conditione ad notam Ecclesiæ omnino requisita.

ARTICULUS IV.

In *vera Christi Ecclesia de/iccre possit?*

101. *Nota.* Ecclesia visibilis, qualem hactenus probavimus veram Christi, delicerc dupliciter concipi potest; vel per desitionem, si nempe nulla aliquando reipsa existât, aut visibilis sit feongregatio fidelium sub Christi vicario «undem fidem protitentium et sacramenta eadem participantium : vel per imitationem, si nempe congregatio' ista aut non uniatur amplius cum capite, ant profiteatur fidem erroneam* aut falsa sacramenta participet. De utraque defectibilitatc hic quærilur; ct quidem 1° an Ecclesia possit deficere per desitionem, seu perire penitus aut disparere? 2° an possit deficere per mutationem? quæ postrema questio quamvis plurcs secundum expositionem proxime datam partes habeat, sistit tamen in puncto magis c.nlroverso, facitquc hunc sensum : an Ecclesia falli aut erraro possit in rebus fidei?

Quaesitum utrumque Luther. L. de seno arbit. et Calvin. L. i. Inst. c. 1. facta distinctione in Ecclesiam invisibilem et visibilem, de illa quidem negant, de hac autem affirmant : quin adjuncta alia divisione rerum fidei in necessa-

rias, seu necessario cmlendas, el imn necessarias, alicubi tribuunt Ecelcehm non falli in necessariis, quod tamen fieri posse in non necessariis contend mil. Orthodoxi contra, utroque discrimine exploso, Ecclesiam etiam externam ae visibilem negant desinere aut falli posse, asseruntque perpetuam ac infallibilem in rebus fidei etiam non necessariis : quam quidem infallibilitatem etiam extendunt ad res morum, communem omnium fidelium salutem spectantium; cum ad fidem etiam pertineat approbare, quod bonum elhonestum est, et reprobare omne vitiosum ac turpe; Sanctitas praeterea Ecclesiæ et recta pascendi ratio exigat, prohibere saluti communi noxia, el e contrario necessaria præcipere.

105. *Dico I.* Vera Christi Ecclesia deficere non potest per desitionem, sed perpetua est ct perpetuo visibilis. Prob. *Auctoritate* 1° Prophetarum, nempe Isa. 61. v. 8. *Eœdus perpetuum feriam eis;* Dan. 2. v. 44. *In diebus regnorum tUorum suscitabit Deus cadi regnum, quod in œternum non dissipabitur;* Psal. 47. v. 9. *Sicut audivimus, sic vidimus in civitate Dei nostri : Deus fundavit eam in œternum.*

2° Christi, qui Matth. 16. v. 18. inquit: *super hanc petram œdificabo Ecclesiam meam, et porta inferi non praevalebunt adversus eam;* c. 2-4. v. 11. *Prœdicabitut hoc Evangelium in universo orbe in testimonium omnibus gentibus : et tunc veniet finis;* c. 28. v. 20. *Ecce ego vobiscum sum usque ad consummationem seculi.*

3° Apostolorum, ex quibus Paulus in ep. ad Ephes, i. v. 11. ait : *Ipse dedit quosdam Apostolos, quosdam autem Prophetas, alios vero Evangelistas, alios autem Pastores ct Doctores ad consummationem sanctorum in opus ministerii, in cedificationem corporis Christi; donec occurramus omnes in unitatem fidei et agnitionis filii Dei;* et 1. ad Tim. 6. v. 14. *Prcecipio tibi, ut serves mandatum sine macula, irreprehensibile, usque in adventum Domini Nostri Jesu Christi.*

4" Patrum, inter quosAmbr. L. 4. flexam, c. 4. scribit : *Videtur Ecclesia deficere, sed non deficit: obumbrari potest, deficere non potest;* Chrys. in c. 7. Isaiæ: *facilius est solem extingui, quam Ecclesiam deleri;* Aug. contra Paganos in Psal. 71. inquit : *Putant Religionem nominis Christiani usque ad certum tempus in hoc seculo victuram, et postea non futuram: permanebit ergo cum sole, quamdiu sol oritur et occidit; hoc est, quamdiu tempora ista volvuntur, non deerit Ecclesia Dei, id est, Corpus Christi in terris;* et in Psal. ʜ. *Quis vero fidelium dubitet Ecclesiam, etiamsi aliis abeuntibus, aliis venientibus ex hac cita mortaliter transit, tamen in œternum esse fun* datam:* contra Donalistas autem L. 2. cont. Petii, c. 78. *Cum de frumentis et zizaniis dixisset, sinite utraque crescere usque ad messem, Iu laboras verbis tuis, ut frumenta jam per lotum agrum defecisse, et ad exiguam particulam vestram remansisse credantur; dum vis, ut habeatur Christus mendax, tu autem verax ;* et L. dc unit. Eccl. c. 12. *Quomodo emptum sil ab Jerusalem, et deinde processum in Judaam et Samariam, ac inde in totam terram ubi adhuc crescit Ecclesia, donec usque in finem etiam reliquas gentes ubi adhuc non est, obtineat, Scripturis sanctis ostenditur. Quisquis aliud cran gelizaverit. anathema sit; aliud autem evangelizal, qui periisse (/iril (le cœlero mundo Ecclesiam, et in parte Urnali in sola Africa remansisse* Ergo

Prob. Ihilimii' I. Arguineiiliiin Gamaliel,!* Act. 5. .Indiens a conjuratione contra Christi Ecclesiam avocantis hoc erat: *Quoniam si est ex hominibus consilium Ime aut opus, dissolvetur : si* »7*ro *ex. Deo est, non poteritis dissol-*rerc: atqui Ecclesia Christi ex Deo est : ergo dissolvi non poterii. 2. Si aliquando desineret aut non maneret Ecclesia in mundo visibilis, sicut ingressus in Ecclesiam. sic sidus iis, qui sunt extra eam, foret impossibilis : consequens conciliari nequit cum voluntate Dei cupientis salvari ormiCfS, et ad Ecclesiam adeundam urgentis : ergo. 3. Ecclesia Christi nec perire in se, nec disparere potest.

Son *primum,* quia nec instituta est pro certo duntaxat tempore, nec substituenda illi est altera, nec interitus comminatio facta est, nec deest conservatoris potentia, neque ex dictis voluntas. Non *secundum,* quia interna Ecclesia permanente manere etiam debet externa, el esse visibilis; cum homines justi, internam Ecclesiam constituentes, si profiteantur veram fidem, hoc ipso reddunt Ecclesiam visibilem : si non profiteantur aut negent, nec fideles sunt, nec salvari possunt, dicente Apostolo : *Ore autem confessio fit ad salutem ;* quo casu nulla jam esset Ecclesia, ulpole in qua nemo fidelis esset, nemo posset salvari.

106. *Objic.* Prædicla est Ecclesiæ desilio: 2. Paralip. 15. v. 3. *Transibunt multi dies in Israel absque Deo vero, et absque Sacerdote, ct absque Lege;* Dan. 9. v. 27. *Deficiet hostia et sacrificium : et erit in templo abominatio desolationis, et usque ad consummationem el finem perseverabit desolatio;* 2. ad Thessalon. 2. v. 3. *Nisi venerit discessio primum, et revelatus fuerit homo peccati, filius perditionis,* monemur non terreri : ergo.

R. Ad. Arg. N. A. Nullibi est sermo de Ecclesia Christi ; sed textus I„e agit dc religione in solo Israelis regno : 2US de Synagoga, ipso Christo, Matth. 24. v. 15. prophetiam sic exponente, et Patribus plcrisquc hanc expositionem sequentibus : 3JS de defectione a Romano Imperio , aut de Anlichrislo per metouymiam *discessio* dicto intelligi potest, alterutrum sensum usurpantibus Patribus. Si quis discessionem pro defectione a fide accipiat$ particularem quidem el multorum dici permittimus, non item generalem ct omnium.

Inst. 1. Tota Synagoga sæpius fuit invisibilis, ct tandem desiit penitus: 1™ accidit tempore Mosis, populo vitulum aureum adorante; tempore Judicum c. 2. v. 10. et 11. Israelc idololalriæ adhærente ; tempore Elbe 3. Reg. 19. v. 10. illo *solo derelicto;* tempore Prophetarum, Isa. 1. v. 3. et Jcrcm. 2. v. 29. defectionem a Deo testantibus ; tempore Achab et Manasses, factis Israelitarum, 3. Reg. 22. v. 8. ct 2. Paralip. 33. v. 9. idem probautilius : 2nm eventu manifesto constat ; ergo et Ecclesia Christi disparere et perire potest.

Λ. 1. *T. A. N. Cons.* Disp, est, quod Synagoga fuerit Ecclesia particularis, non necessaria ad salutem , constituta ad tempus certum, carens promissione indefcctibilitatis : plane opposita conveniunt Ecclesiæ Christi.

Λ. 2. .V. I. *p. Ant.* Tempore Mosis non omnes adorasse vitulum , ostendit notatus Evod. 32. v. 29. vel solus numerus Levitarum, cum Mose vindictam dc hoc scelere sumentium i tempore Judicum Israelcm, tantum per synecdochen . scilicet partem pro loto accipiendo, fuisse idololalram, patet tum w phrasi simili Exod. 9. v. 6., Isa. 2. v. 2., ad Philip. 2. v. 21. el alibi usur-

pilla; him ex Historia postremis quinque capitibus libri Judicum lelal.i, quam Cap'. 2: pra*vie et generaliter indicatam Interpretes plerique censent: tempore Eu e et in Juda tinniisse religionem ex gestis Josaphat certum est; et in Isracle non omnino defecisse apparet ex eo , quod ibidem septeni millia virorum ab idololatria immunium superfuisse 3. Keg. 19. v. 18. legantur ; unde Elias non sohw ex Dei cultoribus, sed ex Prophetis, relictus fuerat, ut ipse etiam textus enuntiat. Prophetarum citata locutio rursus habet figuram synecdoches jam memoratam.

.Etas Ac.uxb cum Elite tempore congruens probationem ex factis reddit inanem et falsam : Manasscs autem impietas adeo cultum omnem veri Dei in Juda non extinxit, ut ne quidem consuetu sacrificia e templo relegari!; cum altaria falsis numinibus erecta templi atria tantum occuparent.

Inst. 2. Etiam Ecclesiam Christi deficere posse, facta et ratio probant: Pnnquidem;quia moriente Christo, Apostolis dispersis, disparuit; de sua letale Chrys. hom. 49. in Matth., Basil, ep. 69. cl 70. cIBerx. serm. 33. in Cani, id fatentur, xcl scribentes abesse signum, (pio dignoscatur Ecclesia, vel deplorantes Prælatorum corruptionem ; de extremis temporibus Ephrem serm. de Antichristn scribit, communi *voto* illuni *ab omnibus constituendum regem;* Are. ep. 80 pnedictis *signis apparentibus Ecclesiam non apparituram* enuntiat: 2"® probat tum constitutio Ecclesia'. quæ moriente Pontifice perit, sicut homo rex niso capite: tum ejusdem comparatio cum luna , quæ sic deficit, ut non appareat : demum provecta jam ætas ct senium Ecclesiæ interitum pnenuntians : ergo.

R. .V. *utr. p.* tnf. Ad proft. *priores R.* Exploratum est, Apostolis defuisse constantiam cl fortitudinem, non fidem ; cujus unius defectus perpetuitati Ecclesiæ nocet. Accedit, ortum Ecclesiæ non a dic mortis Christi, sed a Pentecoste numerari; atque hinc inepte constantiam Ecclesia* ante ejus formationem impugnari: quod utrmnquc vitium inest etiam argumento ex Protoparentum cnlpa a quibusdam formari solito. Quod Patres attinet, imprimis abusio fit nominis Chrysostomi ; cum laudatum opus ex s. d. sit pseudepigraphum : Basilics cit. epp. Arianam, non Catholicam Ecclesiam perstringit: Bernardus vitia morum reprehendit, doctrinæ non meminit ; quin serm. 66. aperte negat ex his vitiis Ecclesiæ ruinam imminere. Ephremi vaticinium non ad omnes absolute, sed ad sectatores Antichrist! omnes pertinet : Acgvstixi negatio tollit conspicuitatem Ecclesiæ accidentalem in externo apparatu religionis, ministrorum frequentia, prædicationis et exercitii libertate ac magnificentia sitam; minime autem substantialem, in veræ fidei professione, sacramentorum usu et præceptorum observatione positam.

Ad pr<A. *posteriores. R.* Diversam esse rationem capitis moralis, ac quæ est physici, xidere est in aliis compositis moralibus exercitus, civitatis et regni; quæ nec desinunt ncc statum mutant, sublato licet capite, si modo facultas substituendi aliud simile adsit. Comparatio hinæ cum Ecclesia non est quoad omnia, sed aliqua; nempe sicut illa a sole, sic hæc a Christo lucem accipit, utraque successive et patilatim crescit, patiturqiie mutationes; ut Aug. in Psal. 10. et 103 enarrat. Senium Ecclesiæ ab annis quidem, non autem a virium defectu et declinatione ad interitum admittitur ; cum potilis ætas Ecclesia' provecta virtutibus etiam ct rerum gloria augeatur testante idS. Acg. semi. 3. in Psal. 36.

107. *Dico II.* Vera Chrisli Ecclesia deficere non potest permutationem, Sed infallibilis est in rebus fidei el morum. *Prob.* I. Ex Scriptura. Hæc infallibilitas Ecclesiæ prædicta fuit ah Isa. c. 59. v. 20. el seq. *Cum venerit Sion redemptor... hoc fædus meum cum eis, dicit Dominus : Spiritus meus, qui ed in te, et verba mea, quæ posui in ore tuo, non recedent de ore tuo et de ore seminis tui amodo et usque in sempiternum;* et ab Osec 2. v. 19. *Sponsabo te mihi in sempiternum; et sponsabo te milii in justitia et in judicio : sponsabo te mihi in fide* : fuit promissa a Christo, tum locis Matthæi extremis (num. 105.) citatis; tum Joan. 14. v. 16. *Ego rogabo Patrem, et alium Paraclilum dabit vobis, ut maneat vobiscum in œternum, Spiritum veritatis, (piem mundus non potest accipere... vos autem cognoscetis eum, quia apud vos manebit;* fuit praedicata ab Apostolis, maxime Paulo 1. ad Tim. 3. v. 15. scribente : *Ut scias quomodo oporteat te conversari in domo Dei, quæ est Ecclesia Dei vivi, columna et firmamentum veritatis.*

II. Ex Traditione. Ex Patribus Chrys. Serm. de Pentecoste, Hier, ad c. 4. Isaiæ, cl Ambr. L. db Salomone c. *i.,* ex textu Matth. 16. recitato, Ecclesiæ ihfallibilitatem probant et aperte ostendunt. Aug. autem L. 1. cont. Crescon. c. 33; sic inquit : *Scripturarum a nobis tenetur veritas, cum id facimus, qiiod universa·jam placuit Ecclesiæ, quam ipsarum Scripturarum commendat auctoritas ; ut quoniam Scriptura fallere non potest, quisquis falli metuit hujus obscuritate quaestionis, Ecclesiam ille consulat, quam sine ulla ambiguitate Scriptura demonstrat.* Idem L. 7. de baptis. c. 53. *Nobis,* ait, *tutum est fiducia secura· vocis asserere, quod in gubernatione D. N.J. C. universalis Ecclesiæ consensione roboratum est,* ct ep. 118. *Disputare contra id, quod universa Ecclesia sentit, insolenlissimæ insaniæ est.*

III. Ex Ratione sufficiat argumentum, quod Aug. toto libro de utilitate credendi amplissime tractavit; Cap. autem 15. in hanc collectionem contraxit : Species et pulchritudo rerum creatarum exterior publice, interior autem conscientia privatim meliores quosque animos hortatur, Deum quaerendum esse et Deo serviendum : providentia autem et bonitas Dei non sinit ut homini, quem hortatur, non providerit de viis, quibus ad veram religionem veramque sapientiam, qua Deus colitur quaque illi servitur, perveniat. Via hujusmodi est duplex; altera per *rationem,* per *auctoritatem* altera : sed ratio humana cæca nimium et infirma est, quam ut per illam eo perveniatur : igitur a Deo auctoritas aliqua constituta est, ad quam sit recurrendum. Porro ratio docet, inter auctoritates eam præ cæteris audiendam esse, quæ cæteris praeeminet; cæteris autem praeeminere auctoritatem Ecclesiæ Catholicæ ex motivis credibilitatis manifestum est : ergo auctoritas Ecclesiæ a Deo constituta est, ut per illam ad veram religionem veramque sapientiam perveniatur. Proinde infallibilem oportet esse Ecclesiam, in vera Religione ct Sapientia demonstranda : quia alioquin falleret nos Deus, qui illam constituit, ut ab ea veram Religionem veramque Sapientiam discamus.

C<mf. I. Ecclesia gubernatur a Christo tanquam corpus a capite et tanquam jponsa a sponso, juxta illud ad Ephes. 1. v. 22. *Ipsum dedit caput supra omnem Ecclesiam, quæ est corpus ipsius ;* et 2. ad Cor. 11. v. 2. *Despondi enim vos uni viro virginem casiam exhibere Christo :* eadem jubetur sub pœna anathematis audiri ab omnibus, dicente Christo Matth. 18. v. 17. *Si Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut Ethnicus et Publicanus.* Ergo, nisi

Ecclesia sil infallibilis, tum falli potest Christus, tum gravissime obliga* mur ad firmissimum assensum incertis ac subinde falsis præslunduui : quo utroque nihil absurdius. B

II. Dogma, hoc ipso quod sil oppositum consensui Ecelesiæ, judicatur hæresis; ut palet tum ex historia trium priorum seculorum, in quibus exorta·, hæreses, non aliter ut hæreses damnatæ fuerunt, quam consensu Ecelesiæ opposito: tum ex testimonio hu..vr.i et Teiuiluam, quorum ille L. 3. adv. hær. c. 2. tradit hæreticos bifariam convinci, vel Scripturis, vel Traditione: *cum adeam iterum Traditionem, qmv est ab Apostolis, qua· per successionem Presbyterorum in Ecclesiis custoditur, provocamus cos* : Unde et Florino hæretieo nil aliud opponit prælcr hoc ; *llæc dogmata dissentiunt ab Ecclesia.* Iste autem, L. dePræscr. c. 21. *Constat proinde omnem doctrinam, quæ cum illis Ecclesiis Apostolicis, matricibus, el originalibus /idei, conspiret, veritati deputandam, sine dubio tenentem quod Ecclesia ab Apostolis, Apostoli a Christo Christus a Deo accepit: omnem vero doctrinam de mendacio praejudicandam, quæ sapiat contra veritatem Ecclesiarum.* Atqui dogma istud damnari non posset ut hæresis, nisi consensus ille Ecelesiæ esset infallibilis : ergo.

III. Si Ecclesia errare posscl in rebus fidei et morum, ergo errando non haberet Christi fidem, cl sic desineret esse Christi Ecclesia : neque profiteretur fidem veram, et sic Ecclesia desineret esse visibilis : neque ullus haberet certitudinem de fide, fideique fundamento, objecto et adminiculis; et sic Ecclesia desineret esse congregatio fidelium. Sed haec omnia vel sunt confia supposita vel contra demonstrata : ergo.

108. *Objic.* Ecclesia Christi obnoxia est ignorantiæ, deceptioni, et errori, ut patet ex Isa. 36. v. 10. *Speculatores ejus cceci omnes, nescierunt universi;* et v. 11. *Ipsi pastures ignoraverunt intelligentiam, omnes in viam suam declinaverunt ;* ex Malth. 21. v. 11. *Multi Pseudopropheta? surgent et seducent multos;* et 2. ad Thess. 2. v. 10. *Mittet illis Deus operationem erroris, ut credant mendacio* : Ergo.

Λ. *ad Arg.* .V. *A.* Textus enim 1"* intelligendus est vel de pastoribus Synagogie, cui inerrantiam ita. ut Ecelesiæ Christi, promissam haud legimus :vd de omnibus, in sensu duntaxat accommodo; quem sensum phrasis Scriptura sæpius tolerat, hic autem admittendum esse rationes theseos demonstrant. 2a'el 3" aperte dc singularibus tantum, nec iis omnibus, enuntiant, adcoqiie ad Ecclesiam non perlinent.

Inst. 1. Ecclesia est coelus hominum : sed homines sunt fallibiles, ct totus etiam coelus in credendo ac definiendo est liber; nec promissa illi est assistentia Spiritus sancti nisi condilionatc, si nempe fidelis permanserit : ergo.

J{. N. min. Quoad *prob.* 1. *D.* Homines singuli sunt fallibiles, C. collecti in coetum et sub capite, SuM. sunt fallibiles, si spectentur soli, ac sibi relicti, C. Si accipiantur cum assistentia Spiritus sancti, cujus promissionem habent, N. Hoc ipsum ostendit neutiquam fieri posse argumentum a sensu distributive ad collectivum ; cum fidelibus collective sumptis, h. e. Ecelesiæ tantum, non item singulis scorsim facta sit promissio. .k/2. *I).* Totus colus in credendo et definiendo est liber libertate contradictionis, C. libertate con-Uarietatis, N. vel *Subd.* physice. C. moraliter, N. Tot enim gratiis Christus adest Ecclesiœ, ut quamvis singuli enare possint, nunquam tamen omnes

μ.

simul muni. dt/3. .Y. /bs. Oui enim nd id probandum .loan. 8. versus 31. el 32. afferuntur, mm sunt Iheseos nostræ fundamentum, ulex rationibus nostris a nulla conditione pendulis liqiict.

Inst. 2. Ecclesia ipsa infallibililatcm in se nullam agnoscit; quia nec illam sibi ullo decreto aut canone asserit; nec hæreticos ad eam provocando, sed discutiendo et ratiocinando ex Scriptura et Traditione convincit ; nec audet definire controversias theologicas de Gratia, Prædestinatione et aliis : ergo.

Λ. .V. .1. Ad ejus *prob.* I. *Ii.* exercite Ot implicite id satis asserere Ecclesiam, dum anathemate percellit, quotquot suis decretis obluctantur : neque ampliorem auctoritatis sute declarationem requiri, patet ex paritate cujuslibet judicis, usu ipsQ et praxi, non autem speciali decreto litigantibus suam auctoritatem probantis.

*Aii*2. Λ. Neque id fieri semper ; neque, si fiat, fallibilitatis causa fieri : sed quoniam Ecclesia *parata est semper ad amnem satisfactionem omni poscenti rationem* de sua fide; intentaque ad fidem, non tantum imperio et auctoritate, sed suasione ct doctrina, contumaces adducere. Cæterum cum nova fidei dogmata non faciat, sed declaret, quæ in verbo Dei continentur, præinisso examine et ratiocinio hanc continentiam explicante, decretorie demum ex sua auctoritate suprema pronuntiat.

.1(7 3. Λ. Ne fidei objectum sine necessitate ct fructu increscat, Ecclesia jam a prima ætate consuevit non damnare nisi quod aut apertum errorem præ se fert, aut scandalum parit, aut de quo fideles inquirunt sensum Ecclesiae, tanquam de re cujus oppositum ab aliis obtruditur pro verbo Dei et articulo fidei : quod in suis controversiis non faciunt doctores Catholici.

Inst. 3. Rationes adductæ pro infallibilitate pugnant tantum pro rebus fidei: si vero trahantur ad res morum, veritates omnes morales ab Ecclesia propositæ forent de fide : sed lum facit thesin nostram gratuitam ct inermem; 2“m ridiculam et absurdam : ergo.

Λ. *adArg.* quoad 1. p. *T. M.* Ar. *min.* Prteler argumenta enim ex ratione deprompta, quæ pro infallibilitate in rebus morum pleraque pugnant, singii·» laria quædam in fine num. 105. protulimus. *Ad.* 2. A'. *seg. M.* Ut aliquid dicatur esse de fide, debet esse revelatum formaliter vel implicite, quemadmodum in Tr. pr. dicendum est; infallibilitas autem Ecelesiænon facit, sed supponit, applicat, et ostendit revelationem; adeoque ex infallibilitate hac non sequitur, quodlibet perlinens ad mores, ab Ecclesia propositum, esse fidei objectum. Plura tamen ex hoc genere reperire est, quæ utpote in Scripturis aut Traditione revelata fidem faciendorum constituant : prætercaquc ad fidem divinam perlinet assertio, quod Ecclesia in rebus morum descriptis errare nequeat.

/nst. 4. Ecclesia aliquando mutat suas leges, variat disciplinam, et diverso ritu utitur : ergo in rebus morum non est infallibilis.

Λ. /). Λ. Ecclesia mutat leges in his, quæ sunt intrincese mala vel boiia, variat disciplinam in necessariis, diverso ritu ad substantiam fidei aut sacramentorum perlinente utitur, N. In aliis, quæ talia non sunt, et ubi alio tempore, alio loco, aliis circumstantiis expedire aut nocere saluti possunt, quæ alibi ct alias oppositum praestabant, G. Quæcumque autem est mutatio posterioris generis, non tollit, sed potius probat Ecelesiæ infallibililatcm in rebus morum.

Insl. 5. Potest Ecclesia errare in canonizalione Sanctorum : de facto erravit in religiosorum quorumdam ordinum institutione aut approbatione, ulpote quos postea exlinxil: item in propositione Breviarii seu ollicii Ecclesiastici, in quo scilicet multa falsa continentur : sed cultus Sanctorum, Ordinum Religiosorum inductio, et recitatio Breviarii pertinent ad mores: ergo.

R. N. .1/. Et quidem I. *p.* quia Ecclesiam universalem esse infallibilem in canonizatione Sanctorum, si de tide non teneat,asserit tamen communior el probabilior Theologorum sententia eum 1). Thoma, quodlib. 9. art. 1G; fundatque in Ecclesiæ infallibilitate circa res morum, ejusque sanctitate ct honore, cui Dei providentia el assistentia S. Spiritus non desit. Horum fundamentum 1UB facit, ut firmissimum sit judicium speculativum, quod in cultu Sanctorum judicio practice praelucet : adeoque hoc prorsus distinguit ab aliis, adorationem hostiæ, honorationem parentum, el alias actiones morales praecurrentibus : 2"m impedit fallibilitatem testimonii humani, ad negotium istud ordinarie concurrentis. Porro sicut cultus Sanctorum a reliquiarum cultu distinguitur ex objecto, quod in hoc respectivum, in illo autem absolutum et directum est ; ita disparem rationem praebet, cur hic fallihilis esse possit, illic autem infallibilis debeat esse propositio.

Deinde 2. *p.* quia ex eo quod extinclus sit *Ordo Religiosus,* non sequitur illum erronee institutum fuisse aut approbatum; cum extingui eum contingat, vel ob Religiosorum declinationem a sanctitate regulæ, vel ob mutatam necessitatem aut utilitatem ipsius Religionis. Cælerum quamvis institutio ordinum religiosorum passim ct ab omnibus non numeretur inter ea, in quibus Ecclesia errare nequeat, id tamen iisdem omnino certum est, universam Ecclesiam probare non posse alicujus Instituti regulam, quæ aut errorem contra fidem, aut vilium contra mores complectatur.

Denique 3. *p.* quia si qua falsitas inest, pertinens aut ad fidem aut ad mores, Ecclesia certe universalis *Breviaria* hujusmodi non proposuit : si autem historias illa inficiat, eadem Ecclesiæ infallibilitatein haud lædit; ulpote quæ historiis in Breviario propositis auctoritatem humana majorem tribuere non intendit. Cælerum probata pluribus experimentis tum artis criticae fallibilitas, turn criticorum intemperantia, sufficere possunt ne qualicumque conjectura aut dubitatione opposita fidem Breviarii etiam historicam continuo aut facile convelli patiamur.

109. *Observa I.* Quæ de infallibililate diximus, quamvis secundum praesentis capitis institutum ad Ecclesiam complete spectatam pertineant, non minus tamen, quin ct principalius, inlclligenda sunt de Ecclesia formalitcr el representative accepta, seu pro Episcopis capiti suo supremo adherentibus : tum quia Episcopis impositum esi munus Act. 20. v. 28. *regendi Ecclesiam Dei;* 1. Pct. *». v. 2. *pascendi gregem Dei;* Mattii. 28. v. 20. *baptizalos docendi omnia mandata Christi;* 2. ad Tim. I. v. 14. *custodiendi depositum fidei;* ad Ephes. 4. v. 11. *ministrandi in consummationem sanctorum et aedificationem corporis Christi:* tum quia illud Mallh. 18. v. 17. *Dic Ecclesiæ,* communis interpretatio cum Chrysoslomo, Thcophyl. Euthym. el aliis, de Præsule Ecclesiæ accipit; praeterea vero juxta Cypr. ep. 69. *Ecclesia est in Episcopo, ct Episcopus in Ecclesia; ut, si qui cum Episcopo non sunt in Ecclesia non sint;* juxta llieron. in Dial. adv. Lucif. *Ecclcsia non est,*

qwe Sacerdotes non habet; juxta Cyril. Alex, in ep. Synod, ad Nestorinnq *universarum Episcoporum consensus est Catholicae Ecclesiæ fides.* Accedit tum quod Episcopis specialim promissa sit mfallibililas, Mallh. 28. v. 20. *Ecceego vobiscum'sum omnibus diebus usque ad consummationem secuti;* et Joan. 16. v. 13. *Cum venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem:* tum quod iisdem obedientia sit praestanda, ex Luc. 10. v. 1G. *Qui ros audit, me audit,* el Matth. 23. v. 2. *Omnia quacumque dixerint vobis, servate et facite.*

Demum nec pertinet ad populum, tanquam gregem et oves, regere, pascere et docere: nec decet mulierum, (quas Apostolus in Ecclesia tacere jubet), aliorumque, maximam partem controversiarum ignarorum, inquirere mentem: nec factu possibile est, seu fidelium singulorum colligere sententias, seu universos in concilium cogere.

110. *II.* Neque tamen ad universalem Ecclesiam repraesentandam, et Ecclesiæ repraesentative acceptæ infallibilitatein tuendam, requiruntur omnes omnino Episcopi, ita ut major Episcoporum numerus summo Pontifici adunatus promissam Ecclesiæ infallibilitatein non habeat, si pauci ex adverso Episcopi illorum doctrinæ circa fidem aut mores repugnent. Patet id, tum ex recepta in omni tribunali lege, quæ ex plurali suffragiorum numero sententiam totius senatus nomine enuntiari decernit : tum ex praxi Ecclesiæ perpetua in causis Arii, Donati, Pelagii et aliorum spectata : tum ex verae Ecclesiæ notis, quæ descripta» Episcoporum multitudini perapte congruunt, paucitati autem repugnantium adversantur; quod argumentum Euseb. L. 5. hist, contraMontanistas, Pacianus ep. 2. ad Sempron. contra Novatianos, Athanas. ep. Synod, ad Jovian., Liberius ep. ad Constantium et Basii, ep. 75. adCæsariens. contra Arianos, llieron. in Dial, contra Luciferianos, cum Patribus Cone. Ephesini Act. 5. el Constantinop. 11. Collât. G., pluribus prosequuntur.

Unde palet, requisitam a nonnullis ad infallibile *definitionis dogmaticae* robur unanimitatem Episcoporum etiam consequentem (qua saltem post judicium Ecclesiæ latum prorsus omnes consentire debeant) imprimis esse gratis confictam, cum ratio dari nulla possit, cur paucitas resistentium non impediat moralem unanimitatem antecedentem nec ferendum Ecclesiæ judicium, rescindat tamen unanimitatem consequentem el latum jam judicium : deinde absurdam el ridiculam, cum ex paucorum rebellium arbitrio penderet Ecclesiæ auctoritas, et hæc salvari nequiret, nisi sæviendo in rebelles; quos praeterea sceleris quidem reos decernere, ipsius tamen sceleris notionem certam statuere nequeant judices: amicam denique hairesibus fere omnibus et inimicam judiciis Ecclesiasticis, cum nulla fere secla caruerit patronis etiam Episcopis, adeoque nulla definitio Episcoporum opposita polluerit infallibilitate, sine cujus adminiculo nec certitudo fidei, nec erroris oppositio determinari potest.

III. *HI.* Via et modus, quo Ecclesia suam in reluis fidei et morum auctoritatem infallibilem exercet, universim est triplex, decernendo nempe vel per summum Pontificem solum, vel per Episcopos in concilio œcumenico congregatos, vel per eosdem extra concilium tale suis sedibus affixos, seu dispersos, utrobique tamen summo Pontifici adunatos. De gemino priori modo

agetur capitibus sequentibus : de posteriori hic addimus, consensum dispersorum Pratulum esse vel expressum vel tacitum. *Expressus* est, dum legalis, aut litteris, sive synodicis, sive singularibus, definitionem Pontificiam vel præveniunt et sollicitant, ut circa tria Capitula tactum; vel sequuntur et adoptant, ut circa epistolam tractoriam contra Pelagianos, et circa Bullam *Γηigenitus* contra Quesnellianos evenit. *Tacitus* est, dum dispersi per orbem Episcopi adversus constitutionem aliquam non reclamant, et hac sua non reclamatione, seu suo silentio illam approbare censentur.

Note autem et indicia hujus præsumptionis habentur, si materia constitutionis fidem, mores vel disciplinam generalem attingat ; si forma constilutionis normam et regulam fidelibus omnibus observandam præse ferat; si causa constitutionis legitima auctoritate polleat; si tempus constitutionis tantum sit, ut res ad Episcoporum notitiam pervenire potuerit. Fundamentum porro præsumptionis hujusmodi est, tum unitas et communio Episcoporum et inter se et cum suo capite, in qua Ihen. L. 3. adv. liter. et Tertill. I.. de præscrip. certissimam veræ doctrinæ regulam collocabant : tum sumina grassantibus erroribus ac vitiis contradicendi obligatio, Episcopis imposita; quam declarat Aug. ep. 119. c. 19. scribendo : *Ecclesia Dei ea qtue sunt contra fidem vel bonam vitam non approbat, nec tacet, nec facit;* ct !.. de dono persev. c. 16. monendo : *Dicatur ergo verum, maxime ubi aliqua quastio ut dicatur impellit :* liem Coexestin. 1. in ep. ad Epp. Galliæ statuendo: *Timeo ne connivere sit hoc tacere... In talibus autem causis non caret suspicione taciturnitas; quia occurreret veritas, si falsitas displiceret: merita namque causa non respicit, si silentio faveamus errori.*

Qv.eres:. In *el quale judicium competat Ecclesiæ circa libros vel propositiones?*

112. *Nota I.* Ex variis doctrinæ rebus, de quarum judicio ad Ecclesiam pertinente generatim diximus, speciatirn hic materiam judicandorum librorum et propositionum adducimus, tanquam argumentum multis posteriori aetate controversiis agitatum. Sicut tum libri, tum propositiones sive ex illis extracte, sive alias prolate, spectari dupliciter possunt, nimirum vel nude, simpliciter, absolute et in se ipsis, seu iiidependenler ab omni auctore aut libro, vel relative ad sensum quidem auctoris pro utroque, et ad sensum etiam libri pro propositione indeextracta : sic reccntiora de iis judicii Ecclesiastici exempla, quantum ad prius, dederunt Alexander VII, λ III et Innocentius XI pluies propositiones, nulla facta auctorum vel librorum mentione, configentes; quantum ad posterius, LeoX, Innocentius X et Clemens XI libros et propositiones inde excerptas ad Auctorum, Lulheri, Jansenii elQuesnelli mentem ac sensum damnantes.

Porro judicii hujus quæsüo, seu causa, alia dicitur *juris* seu *dogmatis,* qua scilicet quœrilur, qualis, hoc est, an vera aut falsa, an orthodoxa aut heterodoxa sit in se doctrina hujus propositionis aut libri; alia dicitur *facti,* qua quæritur, quænani sil doctrina pr .p -silionis ut in libro, aut libri ut ab auctore prolata : subdividitur autem hæc quæstio in quæstionem *facti personalis,* ubi vel de auctore libri, vel descripto propositionem continente solo quæritur, nulla facta dogmatis complexione ; et in questionem *farti doctrinalis* seu *dogmatici,* ubi et de qualitate doctrinæ, ct de talis doctrinæ attributione ad

hunc auctorem vel scriptum qiiæriliu*. Exempla hanim quæslionum suppeditat causa Janseniiina alibi tractanda. Nempe, an quinque famose propositiones hæresin contineant et merito damnata sint? est quæstio juris : an ha» propositiones extent in libro Augustinus inscripto, aut libri hujus et istarum propositionum auctor sit Jansenius? est quæstio facti personalis : an propositiones memorata· jure merito proscripta sint in sensu,quem pnese ferunt in libro Jansenii? est quæstio facti dogmatici.

Materia judicii non sunt nuda verba, sed sensus : sensus vero alius est *grammaticalis,* quem verba et constructio orationis præcise produnt; alius *philosophicus,* quem mons proferentis intendit : item alius *naturalis, proprius et obvius;* alius *extraneus, improprius et alienus;* prior in propositionibus absolute in se spectatis constituitur per sensum grammaticalem, in propositionibus autem relative ad sensum auctoris vel libri spectatis per sensum philosophicum ; posterior ex quocumque alterutrius defectu oritur. Subdividitur porro sensus philosophicus in sensum *internum et personalem,* quem nempe auctor interius et in animo habet; ct in *externum seu litteralem,* qui quidem prater verba ex consilio, instituto, textura et conformatione libri, ac tota doctrinæ ipsius serie colligitur, et posterioris classis propositionum sensus naturalis, proprius, et obvius habetur ac dicitur.

Forma denique et sententia judicii est vel *practica* vel *speculativa.* Practica est, dum approbat aut permittit, prohibet aut suspendit, sine aut sub certis conditionibus, lectionem libri vel assertionem propositionis : speculativa est, dum doctrinam declarat velut sanam seu immunem ab omni naevo, vel dum aliqua censura theologica notat, vel dum censurari prohibet.

113. *Nota II.* Facile convenit 1°. non esse faciendum discrimen inter textum brevem et longum, adeoque inter librum et propositionem in ordine ad judicium. Quantumvis enim Janscniani inter illa distinxerint; tamen id damnatum est a Clemente XI in Bulla *Vineam Domini,* an. 1705. edita, nec solida discriminis ratio ulla afferri potest. 2°. Ecclesiam directe non judicare de sensu interno ac personali; quia ad auctorem etiam declarandum tanquam haereticum, h. e. cum animi pertinacia errantem, sufficit hanc internam comparationem aut præsumi ex qualicumque'scientia et veracitate auctoris, aut supponi aliunde posse; cum hæc declaratio sit externa et judicialis infamabo, qualis etiam aliis in tribunalibus simili modo ex jure fieri consuevit. 3°. similiter Ecclesiam non judicare, saltem infallibiliter, infallibilitalc divini tus promissa, de factis personalibus particularibus, et ad doctrinam fidei vel morum aut ad totam Ecclesiam non pertinentibus; *prius* quidem, quia Ecclesiæ nihil interest, scripseritne reipsa v. g. hic aut alius auctor hunc librum; alterum , quia sicut aliarum rerum particularium certa et evidens cognitio haberi potest, sic ct certa propositionis in determinato libro continentia cognosci potest certissimis argumentis : *posterius,* quia infallibilitas illa provenit tantum ex argumentis physicis, non autem ex Spiritus sancti assistentia, qua* in necessariis duntaxat et pro bono Ecclesiæ communi fuit promissa. 4". Ecclesiam sine erroris periculo judicare circa librum aut propositionem simpliciter et absolute in se speciata; quia nemo unus, nisi Ecclesiæ refractarius, id negat : contra hujusmodi autem, arlic. pr. abunde actum est,

Raque de quæstione duntaxat *facti dogmatici,* ac de judicio circa librum vel propositionem, relative ad sensum auctoris externum, seu naturalem et obvium sumpta, agendum restat. In qua pertractatione ambarum quæsiti partium resolutioni inseretur responsio ad corollarium, quo aliqui docent satis esse, si judicium Ecclesiæ externo et, ut vocant, religioso silentio excipiatur, seu nihil illi contrarium dicatur, scribatur, aut doceatur; non autem requiri internum mentis et judicii proprii assensum.

114. *Resp. I.* Ecclesiæ competii jus ferendi judicium circa libros et propositiones, relative etiam ad sensum auctoris. *Prob.* Ecclesiæ competit hoc jus : ratione Episcoporum : hi enim sunt pastores juxta illud Joan. 21. v. 17. *Pasce oves meas;* et 1. Pet. 5. v. 8. *Pascite, qui in vobis est, gregem Dei* : sed pastorum munus est, non modo ovibus monstrare et praebere pascua salutaria, sed et a noxiis pabulis eas arcere; adeoquc tum inter herbam et herbam, tum inter pratum et pratum discernere, et venenatum ac noxium a sano et salubri distinguere : præterea vero per herbas propositiones, per prata libros, per pascua doctrinas et auctorum sensum intelligere licet : ergo. 2. Ratione Fidelium: istos siquidem in ambiguis et variantibus, maxime circa religionem et salutem, oportet decisionem et instructionem capere a Sacerdotibus præsertim majoribus; ut tum in Vet. Testamento, Deuter. 17. v. I.,2. Parai. 19. v. 10. Malach. 2. v. 7; tum in Novo, Matth. 18. v. 17. et Cap. 23. v. 2. praescribitur : sed libri et propositiones circa religionem et salutem in sensu auctorum sunt sæpe ambigua, faciuntque judicia variare : ergo. 3. Ratione Auctorum : qui, si fideles sunt, licet hæretici, vi jurisdictionis, quam Ecclesia fundatam habet, prohibitione librorum vel damnatione sententiarum possunt puniri ; si infideles sunt, vi conservationis et tuitionis propriæ, possunt eodem modo vel directe arceri, vel indirecte, fidelibus nempe lectionem aut usum interdicendo, impediri a nocumento inferendo. 4. Ratione Doctrinæ : cujus depositum sicut Ecclesia habet, sic et curam, non tantum dum ipsa loquitur, sed et dum alii id audent, ex officio gerit, juxta illud 2. ad Tim. J. v. 13. *Formam habe sanorum verborum, quæ a me audisti in fide, et in dilectione in Christo Jesu : bonum depositum custodi;* et ib. 2. v. 16. *Profana autem et vaniloquia devita; multum enim proficiunt ad impietatem, et sermo eorum ut cancer serpit; ex quibus est Hymenceus et Philetus.* Ergo.

Cunf. Rectores, Patres, et Custodes Ecclesiæ,a primis seculis ad nostra usque, hanc potestatem exercuerunt ; utique, quid juris competat Ecclesiæ, intelligentes et servantes. Et quidem Apostoli juxta Auctorem Constit. Apostol. L. I. c. 7. fidelibus prohibuerunt libros gentilium et pseudoprophetarum, conformiter ad Act. 19. v. 19. *Multi ex iis, qui fuerant curiosa sectati, contulerunt libros, et combusserunt coram omnibus* :ex Pontificibus autem, teste Prospero in Chronico, Leo M. libros Manichaeorum, teste Anastasio Symmachus, Hormisdaset Gelasius libros hærelicorurn suæ ælatis proscripserunt ; quorum Pontificum postremus etiam indicem proposuit, quo libros prubos a pravis discrevit, horum lectionem insuper fidelibus prohibens. Antecessorum formam secuti sunt successores, universim quidem, in Bulla Cœnæ a Martino V. an. 1120., et in Indice librorum prohibitorum a PioIV an. 1564., primum solemniter editis, et posthac sæpius continuatis : specialirn vero

Leo X nrticnlos Lutheri, Pius V propositiones Bail, Innocentius X librum et propositiones Jansenii, Innocentius XII scripta Molinosi, Clemens XI observationes et propositiones Qucsnelli damnando et prohibendo. Patres itidem in conciliis congregati eadem potestate, severitate etiam majore, usi sunt contra haereticorum lucubrationes.

Nam jussu Concilii Nicæni flammis absumpti sunt libri Arii : Synodus Conslantinop. L proscripsit epistolas Aelii : a Cone. Ephesinol. Act. 5. interdicta sunt scripta Nestorii : in Chalcedonensi, Eulychetis opera fuerunt damnata : idem statutum fuit in Conslanlinopolitano II contra epistolam Ibæ, et libros Anthymi ac Theodori : Conslantinopolitanum HI rogo addixit libros Monothelitarum : Nicænuin II praeter libros alios damnavit inscriptum Itinerarium Apostolorum : similia legere licet in actis conciliorum generalium sequentium et aliorum.

Tutores tandern Ecclesiæ Imperatores aliique magistratus, ad defensionem Religionis evocati, legibus ac poenis haud mitiora in libros notatos statuerunt. Inter quos Constantinus M. rogum Arii scriptis, capitis poenam eorum occultatoribus indixit. Eodem supplicii genere persecutns est Eunomii opera Theodosius senior, libros Nestorii et Porphyrii Theodosius junior, Eulychetis scripta Valentinianus et Marcianus, Severi commentationes Justinianus, et posterioribus seculis Joannis Huss et Lutheri opera Sigismundus et Carolus V ; ne quid dicam de Regum Franciæ Ludovici XIV et XV pluribus edictis contra novissimas factionis Jansenianæ lucubrationes. Quam quidem Ecclesiæ praxin pertinuisse ad auctorum sensum, tum frequens ipsorum auctorum una cum scriptis damnatio, tum alia indicia manifesta docent.

115. *Resp. II.* Lato Ecclesiæ judicio ejusmodi, debetur non solum silentium religiosum, sed internus mentis assensus fidelium. *Prob.* 1 Ratione præcepti, quo Ecclesia subscriptionem etiam cum juramento faciendam sæpe exigit. Subscriptio exterior,destituta interiore mentis adhæsione et consensu, verum est mendacium et perjurium : ergo. 2. Ratione doctrinæ, quæ per judicium hoc declaratur. Sicut enim veritas revelata corde creditur ad justitiam, ore autem ejus confessio fit ad salutem : sic et veritas per Ecclesiam proposita saltem corde suscipitur ad unitatem, ore autem aut manu fit ejus professio aut subscriptio ad obedienliam. 3. Ratione finis, qui stat in proscriptione erroris et confirmatione sani dogmatis : sed neuter obtineretur, si liceret animo dissentire ab Ecclesiæ judicio : ergo.

Conf. Ex Ecclesiæ praxi constat : 1°. subscriptiones concilii fieri consuevisse, mentione facta consensus : *consentiens subscripsi; obtemperans sententia subscripsi; statuens* vel *definiens* vel *approbans subscripsi* ; 2°. anathematismos fuisse faciendos *ex toto animo et tota cogitatione,* ut ait Justinianus in Tract, ad Mennam ; *corde et ore,* ut loquitur Beda L. 4. hist. c. 17; *anima et ore,* ut Lateran. IV Secret. 5. Can. 18. loquitur; *fide* et persuasione interiore, ut sub finem Constantiense jubet; 3°. in subscriptionibus aut analhematismis admissa non fuisse præteritionem aut silentium, ut ex Hier. ep. ad Pammach., Leon. I ep. 6. ad ep. Aquileiens. palet; nec suspensam e conditione assertionem, ut ex Cyril, ep. ad Donat, de Joannis Antiocheni analhematismo apparet; nec indeterminatam aut vagam, ut ex Act. 8. Cone. Chalcedonensis circa Theodoretum liquet. His accedit Apostolica Cons-

titutio *Vineam Domini Sabaoth,* qua religiosi silentii sufficientia damnatur velut injuriosa et contumeliosa Ecclesiæ, superbite et temeritatis plena, iuo· bedientiæ ac rebellionis adjumentum etc.

116. *Respondeo III.* Judicium Ecclesiæ de libris et propositionibus in sensu auctorum est infallibile. *Prob.* Ecclesia ex resp. P. habet jus ferendi hoc judicium; el ex resp. 2*. hujusmodi judicio debetur non tantum silentium obsequiosum, sed internus mentis assensus : ergo idem judicium debet esse infallibile. *Cons. prub.* 1. Quia mentis assensus non debetur nisi auctoritati omnino ccrtie ac infallibili, præsertim obligatorius sub pœna anathematis; cum iniquum foret, ita obligare fideles ad assentiendum rebus fallibilibuset incertis. 2. Quia Ecclesia et in judicio ferendo declarat id se facere cum assistentia Spiritus sancti, usurpando sæpius illa verba, *Visum est Spiritui sancto et nobis;* et in assensu exigendo postulat nonnunquam fidem, ut in Cone. Constanliensi proposuit illam quæstionem : *utrum credant* etc. ; ex utroque autem finit infallibilitalis attributum. 3. Quia, cum ex prioribus assertis geminis facile elidantur appellationes et negentur reformationes, ue judiciorum ejusmodi, si qui possibiles statuantur, errores circa fidem et salutem fiant irreparabiles, Ecclesiæ judicandi infallibilitas est tribuenda.

Conf. I. Ecclesiæ judicium est infallibile in quæstionibus juris et libris ac propositionibus absolute secundum se spectatis, ut num. 107. et 110. probatum dedimus : ergo et in quæstionibus facti dogmatici, et libris ac propositionibus relative ad sensum auctorum spectatis. *Cons. prob.* 1. Quia, si Ecclesia erraret, judicando v. g. Institutionem Calvini continere doctrinam Catholicam et libros Acgvstini de gratia complecti doctrinam erroneam, Ecclesia discens, cum dogma hic non cognosceret nisi in facto ac libris relative sumptis, erraret etiam circa dogma, Calvini propositiones hæreticas amplectendo, et Acgvstiniorthodoxas negando; Ecclesia autem docens, cum factum a jure non distingueret, male pasceret, regeret, et doceret fideles : adeoque neutra praerogativas divinitus promissas haberet. 2. Quia partim inseparabile est dogma a facto, saltem dum proponitur fidelibus aut vitandum aul tenendum : partim ut conjunctum judicari debet, ad fidelium salutem el fidei custodiam, dum in hominum commercium et controversiam jam elatum est ab Auctoribus. 3. Quia alias nullum concilii decretum ad Patrum conditorum mentem adoptari, nullus error damnatorum ab Ecclesia auctorum anathematizari posset, quin de ntriusque sensu dubitare aul aliter etiam sentire liceret.

Conf. II. Ecclesia est infallibilis in definiendo quis sit Scripturæ sensus; cum exinde Cone. Trio. Se>s. 4. Vulgatam declararit authenticam : est infallibilis in declarando sensu Traditionis a Patribus relatæ ; cum ex hac in plerisque conciliis definiverit fidei dogmata : est infallibilis in usurpando sensu symbolorum et decretorum; cum secundum ea fidei professionem concinnant : ergo etiam infallibilis est in judicando sensu librorum ct propositionum relative speciatarum. *Cuns. prob.* I. Quia in Scriptura, Traditione, et Symbolis, sensus obvius tique est sensus philosophicus, et non mere grammaticalis, æque est factum dogmaticum ac sensus externus auctorum libros et propositiones edentium. 2. Quia cum relativorum eadem sit comiitio, ct sensibus Scripturæ, Traditionis, et Symbolorum, sensus alii vel conformes vel

difformes O8se debeant ; sicut infallibilis est Ecclesiæ cognitio circa sensum Scriptura·, Traditionis et Symboli, sic et ejusdem rationis debet esse, cognitio circa sensum cujiiscuinque propositionis aul libri cum illo comparati. 3. Quia sensus librorum el propositionum formal i 1er vel includitur vel excluditur a sensu Scripturæ, Traditionis aut Symboli; applicatur aulem cognitioni Ecclesiæ per evidentiam signorum et regularum de sensu obvio auctorum: ergo judicium de sensu auctorum in libris æqualem certitudinem nanciscitur cum judicio de sensu Scriptura.·, Traditionis et Symbolorum.

117. *Objic.* Ecclesia non est infallibilis, nisi in iis quæ ad fidei aut morum doctrinam perlinent : sed ad fidei aul inorum doctrinam non perlinet quæstio, (piis sit sensus libri aut propositionum , vel an liber aut propositiones in sensu auctoris contineant hæresin? ergo.

Prob. 1. Quia Christus Ecclesiæ tantum promisit infallibilitatem, quæ sit necessaria, ne portæ inferi adversus eam prævaleant : salva autem fidei et morum doctrina, portæ inferi non prevalent contra Ecclesiam. 2. Juxta Patres, quidquid in conciliis etiam generalibus, excepta sola fide, definitur, *nullius est firmitatis;* ita Leo 1 ep. ad Maximum Antioch, scribit; *retractari potest,* imo *licenter reprehendi,* ut Pe1ag. 11 ep. 3. ad Epp. Istriæ declarat. 3. In quæstionibus facti errare posse Ecclesiam, D. Thom. Quodlib. 9. ari. 16., Tnstat. in Defensorio, Dionys. Carlhus. L. 3. de Auctor. Papæ el Cone., Gerson L. de Eccles, unit., Melch. Canus deLoc. Theol. L. 5. c. 5. aliique enuntiant.

fi. ad Arg. Ut objectio æqualiter decurrat, propositio materiam controversia exponens prior, se. quis sit sensus libri, accipienda est de sensu theologico, seu in ordine ad qualitatem doctrinæ. Quantumvis enim quæstio *quis* discrepet ab illa *qualis* sit sensus, jam supra tamen notavimus Ecclesiam de quæstione priore solitarie accepta, et sensu mere grammaticali, haud ferre judicium : praeterea hic addimus distinctionem hanc frustra fuisse olim prolatam ab auctore Belga in libro Via pacis inscripto. Nam quod Ecclesiæ praxin attinet, nisi propositio sit ambigua, et hinc (ut in art. 24. et 41. Wicleffi Cone. Constantiense et in Sa Jaxsexii Innocentius fecerunt) sensus per damnationem sit determinandus, illa propositiones censurât semper in sensu naturali et obvio: quod ad jus autem spectat, utrumque sensum a censura attingi oportet; ne scilicet Ecclesia frustretur fine suo superius exposito, ne res fidei et religionis recidat ad logomachias, ne damnatarum propositionum auctoribus perpetua excipiendi et altercandi materia relinquatur. Non minus porro infallibilis in hoc sensu discernendo Ecclesia haberi potest, ac ipsa est in sensu suarum enuntiationum, quibus aut dijudicat, aul interpretatur aliquam doctrinam, cum utrumque ex iisdem principiis profluat. Quin ct infallibilitatem hanc velut grammaticalem, quantum ad Theologicum propositionum judicium pertinet, divinam dicere licet ; cum eaa Spiritus sancti assistentia proveniat, qui providens de aliquo fine, etiam de requisitis ad illum providet. Reducta sic ad unitatem objectione

fi. D. .1/. Ecclesia non est infallibilis, nisi in iis, quæ sive formaliter et immediate, sive virlualiter el mediale, ad fidei et morum doctrinam pertinent, C. nisi in iis, quæ formaliter tantum et immediate ad doctrinam illam pertinent, N. Similiter *D. m.* Quæstio illa, quis sil libri sensus, aut illa,

an liber in sensu auctoris contineat hæresin, non pertinet ad doctrinam fidei formaliter et immediate, T. nequitiem virtualité!· et mediate, N. Conformiterad dicta inTr. pr. formaliter et immediate ad fidei doctrinam pertinere statuimus, quod vel est expression fidei objectum materiale, aut in eo formaliter sive implicite sive explicite continetur : virtualiter autem ct mediate ad illam spectare dicimus, quod ad objectum fidei materiale vel sequela, vel conformilate, vel oppositione, vel alio modo ita refertur, ut inde fidei aut veritas aut integritas notabiliter afficiatur. Posteriorem pertinenti® speciem cum objectio, *in majore,* subtrahere infallibilitati Ecclesiæ, ct in *minore,* negare materiæ nostrae controvers® conetur, ad utriusque propositionis probationes respondere oportet. Hinc.

Ad Maj. prob. 1. *D. m.* Salva fidei doctrina, secundum omnia quæ tum formaliter et immediate, tum virtualiter et mediate ad eam pertinent, portæ inferi non praevalent adversus Ecclesiam, C. Salva fidei doctrina, secundum ea tantum quæ pertinent huc formaliter et immediate, læsa autem secundum ea quæ virtualiter et mediate illuc referuntur, N.

Adi. *R.* neutram auctoritatem huc facere; quia Leo *firmitatem,* h. e. ratihabitionem seu approbationem tantum negat actis legatorum suorum, ultra vel contra mandatum negotia tractantium ; Pelagius autem concedit tantum *retractari* aut *reprehendi* judicium circa personas, diserte scribens: α Licentia tribuitur, ut quidquid illic extra fidei causas de personis gestum est, retractetur, 0 Praeterea vero neuter fidei causas ad sola formaliter et immediate afficientia fidem restringit.

Ad 3. *R.* plerosque omnes similiter loqui vel de personis, vel de factis particularibus. Verba Angelici Doctoris sunt : *In aliis vero sententiis, quæ ad facta particularia pertinent, ut cum agitur de possessionibus , vel de criminibus, vel de hujusmodi, possibile est Ecclesiam errare;* Cani autem: *In moribus non toti Ecclesiæ communibus, sed qui ad privatos homines, vel Ecclesias referuntur, errare per ignorantiam Ecclesia potest.* Tostatus et Gerson assenmt quidem Ecclesiæ infallibilitatem in necessariis, nihil autem praeterea negant : Dion. Carthus. tandem Ecclesiam tenet fallibilem , sed *in facto et his quæ facti sunt,* scilicet particularibus et cum fide nullatenus connexis.

Inst. 1. Quod ad fidei et morum doctrinam pertinet, in verbo Dei vel scripto vel tradito revelatum continetur, ut Trid. Sess. -L in dec. de Canon, script, asserit. hunc autem esse sensum libri, vel librum in sensu auctoris continere hæresin, in neutro Dei verbo continetur : ergo. 2. Doctrina fidei et morum ipsa potest teneri illibata, etsi per errorem facti existimetur quod ea hoc vel illo libro S. Patris non contineatur; et error doctrinæ oppositus damnari potest, etsi similiter putetur illum inhæretici libro non reperiri: quia ut Facundus Hermian. L. 5. c. 3. ait: *Aliud est, ideo hæreticum excusare, quod catholicus putetur; et aliud ipsam hæresin approbare atque defendere:* ergo. 3. Hæc v. g. enuntiatio : quinque propositiones hæresin continentes damnat® sunt in sensu Jansenii, æquivalet his duabus : quinque propositiones hæresin continent; ct quinque lue propositiones sunt in libro Jansenii : sed licet prior propositio pertineat ad dogma, posterior tamen complectitur purum factum : ergo.

R. Ad. 1. Redit prior distinctio de formaliter et immediate pertinentibus

ad fidem, quæ utique revelata esse oport&t el Tridentinum dicit, quin idem requiratur ad aliter perlinentia, aut ab horum munero excludatur quæslio nostra controversa. *Ad* 2. /h hujus falsitatem in conf. 1. postremie assertionis ostendimus. Quod dictum Facundi attinet, in thesi quidem id subsistere potest, in hypothesi autem docentis ct discentis Ecclesiæ non tenet. Id 3. *ll.* Nec propositionem 2am exponentem accipi debere seorsim ac divisim, ostendit conf. *prima* citata; nec, si solitarie accipiatur, penitus sejunctam esse a fidei doctrina, declarat conf. *secunda* ibidem : adeoque *N. Cons.*

Inst. 2. Ecclesia in pluribus casibus retractavit suum judicium circa facta dogmatica : ergo non agnovit se infallibilem. *Ani. prob.* quidem *circa propositiones:* I. Hæc : Filius est consubstantialis Patri, damnata est in Cone. Antiocheno, probata in N'icæno : 2. Ista : Maria est Christipara, ante Cone. Ephesinum habebatur catholica, post illud haeretica: 3. Hanc : una in Christo natura est incarnata, Ecclesia probavit in Cyrillo, damnavit in Eutychete : 4.Istam: unus de Trinitate est crucifixus, Hormisdas reprobavit ut Eutychianam in monachis Scythis, Joannes 11. ratam habuit in aliis.

Circa libros autem : 1. Marcelli Ancyrani opera Julius cum Cone. Sardicensicensuit catholica, Basilius ct Chrys. cum universa Ecclesia rejecit ut haeretica. 2. Libellum Professionis Celcstii Zosimus orthodoxum primo habuit, postea heterodoxum cum Africana Ecclesia declaravit. 3. Tria Capitula probavit Synodus IV. Generalis ac Vigilius, damnavit Synodus V. idemque Vigilius.

R. .V. .1. Quæ ad ejus probationem afferuntur, si inteUigantur de propositionibus et libris secundum se sumptis, contra ipsos adversarios pugnant : si autem de relative sumptis ad sensum auctoris, nullatenus retractationem, sed diversitatem judicii de diversis sensibus ostendunt. Hinc

Ad prioris classis prob. 1. *D.* Hæc propositio, *Filius est consubstantialis Patri,* a Cone. Antiocheno damnata est in sensu Sabellii et Pauli Samosateni, per το consubstantialis inlelligentium identitatem persônæ; et a N'icæno probata est in sensu Patrum, per eam vocem inlelligentium identitatem naturæ contra Arium, C. utrinque in eodem sensu accepta, et sic damnata ac probata fuit, N.

Ad 2. *D.* Ista propositio. *Maria est Christipara,* in sensu catholico, non dividente personam Christi a persona Verbi, ante Cone. Ephesinum habebatur catholica; et in sensu Nestorii, dividentis personas et negantis unionem hypostaticam, post illud habebatur hærctica, C. in sensu eodem, sive NesLorii sive Ecclesiæ, N.

.Id 3. *D.* Ecclesia probavit propositionem hanc, *una est in Christo natura incarnata,* significando unitatem assumptionis seu naturæ assumentis; et damnaviteamdem, significando unitatem confusionis naturarum tum assumentis tum assumplæ, C. Secus N.

,ld 4. *D.* Propositionem istam *unus de Trinitate est crucifixus* secundum naturam divinam vel saltem confusam, damnavit Hormisdas; et unum dc Trinitate esse crucifixum secundum naturam humanam probavit Joannes, T.aliter, N. Dixi : *Transeat;* quia sicut a Nat. Alexandro ct Norisio salis vindicata fuit fides Scytharum monachorum; sic ostensum est, Hormisdam nullo decreto damnasse propositionis doctrinam, sed cohibuisse duntaxal

intempestivam el periculosam ejus prolationem, ac reprehendisse desiilultini prudent ia et auctoritate magisterium monachorum, qui, quotquot propositioni a se dictata· subscribere nollent, Nestorianismi incusabant.

.•Id *posterioris* c/asm *prob.* I. Λ. falsum imprimis esse, quod universi Ecclesia o/wo Marcelli rejecerit tanquam luerelica; cum nullum hujus judicii monumentum, sed opposita potius Papæ et concilii sententia extet. Deinde pro diversitate opinionum diversa est responsio. Qui Marcello favent, fidem potius habendam dicunt professioni a Marcello editæ, judicibus de ejus causa legitimis, el Athanasio coævo, orlhodoxiam ejus probantibus, quam historicis et Patribus, tum oh temporis el loci distantiam deceptioni expositis, tum ob Eusebii accusationem et fraudulentas Arianorum narrationes reipsa deceptis. Qui moderatius adversantur, librum Marcelli contra Asterium recte probatum dicunt a Juli·» ctConc. Sardicensi ; tum quod articuli, quorum causa accusatio hæresis facta fuit, ibidem non asserendo, sed dubitando et quærendo tantum proponerentur; tum quod edita professione, ambiguitatem ac dubium Marcellus abstulisset : volunt tamen euindcm librum nec immerito damnatum postea a Patribus aliis; proplerea quod Marcellus editis deinceps scriptis aliis, dogmata olim sub dubitatione proposita jam assereret, cl sic vel mutatam mentem, vel fraudem antea factam declararet ; quorum posterius ad damnationem, prius ob fundatam fraudis suspicionem ad infamiam libri omnino jus tribuebat.

Ad 2. /?. Zosi.Mvs nec solemni nec privato judicio *professionis Celeslii* dogmata proba\ it. sed fidem personalem, quam ille mendaci suorum dubiorum subjectione ad Ecclesiæ judicium præ se tulerat, laudavit : cognita vero postmodum contumaci errorum assertione, quam Celestins Africana disputatione, ct declinato per fugam judicio Romano, prodiderat, Pontifex damnata jam prius dogmata et ipse damnavit, et errorem facti mere personalis condemnatione persona; correxit.

Ad 3. /I. falsum esse, quod Cone. Chalccdonense *tria Capitula* (quo nomine scripta ct personalis fides Theodori Mopsuesteni, Theodorcti Cyreusis et Ibæ Edesseni Episcoporum veniunt) approbant. De Theodori enim jam mortui sive scriptis sive persona a Concilii Patribus nulla facta est mentio : de Theodoreti et Ibæ personis actum quidem, et pesterions epistola ad Marin quoque lecta est; sed nullo dc ea Concilii judicio lato, postdata pœnilentiæ signa ct dictum Nestorio anathema, uterque sedi suae fuit restitutus. Cum vero Cone. Constantinopolilanum ll damnarit scripta el personam Theodori, Theodoreti autem ct fixe scripta quidem, non item personas reprobant, aperte constat nullam hic intervenisse judicii retractationem, nec Conciliorum contradictionem ullam.

λ Ig il ii variatio has epochas et causas habuit : Primo quidem *Edicto* Justiniani, tria Capitula damnantis, Pontifex subscribere recusavit; tum quod in fidei controversias jus Imperatori nullum tribuere vellet; tum quod Occidentales, inter quos tum Ronue erat, persuasum haberent, hoc edicto, ab Accphalis fabricato, Cone. Chalcedonensis auctoritatem convelli aut lentari. Deinde cum spes et promissa fieront. Acephalos, damnatis Capitulis, subscripturos Chalcedonensi, Vig il ii s, jam Constantinopolim profectus, edidit *Judicatum* Edicto conforme, addita hac clausula; *Salca in omnibus auctoritate Concilii Chalccdonensist* ut scilicet scrupulum Occidentalibus adimeret :

quod lamcii cum consequi non posset, Occidenlaliumquc suspicio et indignatio cresceret, jussit suspendi examen omne de Capitulis, donec generale concilium congregaretur, cujus pars altera ex Orientis, altera ex Occidentis Episcopis foret. Postea, ubi contra datam fidem conciliuin.e solis Orientalibus coactum videret Pontifex, et intéresse illi noluit, el *Constitutum* condidit, quo I. damnantur tum excerpite, tum forsan exccrpendæ doctrinæ hærellcœ exscriptis trium Episcoporum ; ad præcidcndam scilicet Acephalis excusationem : 2. negatur damnari posse aut debere personas; quiaTheodoms quidem in pace Ecclesiæ obierit, Theodoretus autem el Ibas reconciliati furent : 3. Idem nogalur ex eadem ratione de scriptis *sub nomine* Theodoreti aut Ibædamnandis; ulrtimquescilicet ad melum Occidentalibus tollendum: I. Prohibetur fieri ulteriorem questionem et Concilii progressum ; ut nempe satisfaceret Occidentalibus pneteritis, et a Concilio non exspectatis.

Demum posleaquam, absoluto jam Concilio, Imperator et Orientales damnationi tum scriptorum omnium tum persona; Theodori factæ pertinaciter inhaerentes, schisma apertum, ni confirmaretur Concilium, minarentur; Pontifex tandem, priori oeconomia usus, postulatum Concilio robur impertivit.

/nst.3. Unanimis Patrum et Theologorum usque ad natam de sensu Jansenii quaestionem consensus fuit, errare Ecclesiam posse in factis dogmaticis : ergo opposita doctrina tanquam nova est rejicienda. ***Jnt.*** patet ex 'variis factis :

Nam 1. Origcncm sæpius cum sua doctrina damnatum laudant Greg. Thaumat. ct Nazian., Athan. et Basilius; defendunt inter antiquos Didymus Alex., Pamphilus, Euscb., Rufin ct Joan. Hierosolymitanus; inter recentiores Picus Mirandulanus, Joan. Merlinus, Sixtus Senens., Genebrardus, Huetius, Stephanas Binetus et Petrus Halloix, ambo Jesuitæ.

2. In causa trium Capitulorum errasse Synodum V aut saltem errare potuisse, crediderunt Ecclesiæ Hispana ct Gallica, quin et Pelagius I ac. II cl Gregorius Magnus : item Pallavicinus, Baronius, Binius, Sirmondus, Petavius, Pelius de Marea, Godæus et Aguirrius.

3. Idem luentur in causa Honorii a Synodo VI cum epistolis damnata Turrecremata, Baronius, Anastasius Bibliot., Binius, Bellarminus, Didac. Payva, Grelserus, Sirmondus, Labbæus, Slaplclonus, Petavius, Gonetus ct alii.

4. Gilbertus Porretamis et Petrus Abailardus, a Conciliis Gallicanis damnati, quotidie per pluies ab errore vindicantur.

5. In sensu libri Abbatis Joachimi damnato errasse Cone. Lateranense IV. ceiisuit Gregorius Laudensis, ct ejus Apologiam post examen permittens Inquisitio Romana.

6. In sensu Scriptorum Augustini et Thomæ de gratia judicando errare posse Sedem Apostolicain, coram ipso summo Pontifice Paulo V professa est Societas Jesu, ut Hist. Congr. de Auxiliis L. 4. c. 2. docetur : Ergo.

R. .V. **J.** Cui facta variaque Scriptorum studia tanto minus prosunt, quanto major et factorum numerus pro nobis stat, iliaque hic contrarium haud evincunt.

Et quidem non 1. quia Patrum laus vel spectabat ingenium et eruditio-

nom. n:»n dogma et fidem Or ig e ms; vel ferebatur ante lalam Eeclesiæ sententiam et declaratos errores. Defensio Scriptorum vel controverlil aut negat faciam ab universa Ecclesia damnationem ; qualis est Pici Mirand., Merlini el Halloixii : vel contendit Origenis scripta haereticorum fraudibus corrupta et insertis erroribus vitiata; qualis est Joannis Hieros. Sixli Senensis, Genebrardi, et aliorum : vel occupatur in singulari capite, tide nimirum Origenis circa SS. Trinitatem ; qualis erat Dydimi, Pamphili, lUiiini et plurium : vel excusat solam internam mentem auctoris ; qualis est Bineli et quorumdain. Horum autem agendi modorum nuUusiufaUibilitati controversas repugnat.

Aon 2. Imprimis enim Ecclesia Hispana (de Gallica si quidem præter quaedam obscurius dicta Chrodoberti Ep. Turonensis et S. Columbani in ep. ad Bonifacium IV., nihil habetur *Concilium* K., quod putabat Chalcedonensi contrarium, recusavit quidem; sed cum hoc ipso in judicio erraverit, el errorem facti mere personalis Eccledæ tantum tribuerit; sicut résilia ad tempus prudenter dissimulata est ab Ecclesia, sic nullum scnlentiæ nostra praejudicium infert. Pontifices deinde laudati adeo Synodum V. errasse non putarunt, uleamdem singillatim omnes confirmarint. Quod tamen scripserit Pe l a g ius I. *licere cuilibet abundare in suo sensu;* Pe l a g ius 11. acta in Synodo V. vocarit *privata negotia, causas speciales et quæstiones superfluas ;* Gr e g or ius denique in ep. ad Thendelindam Longobardorum Reginam mentionem de Synodo V. deleverit : hoc, inquam, priores scripserunt de damnatione personarum et quidem in pace Écclcsiæ defunctarum, quæ meri facti quæstio est ; non autem de damnatione doctrinæ sensusque litteralis et naturalis, quæ est quæstio facti dogmatici : posterior vero id fecit ex prudenti oeconomia, illo praesertim tempore, quo necdum constabat inter omnes dc certa Synodi auctoritate. Recenliorum denique Auctorum assertio pertinet maxime ad quaestionem illam in Constituto Vig il ii, num. 2. et 3. propositam ; atque hinc Pallav. Tom. il. L. II. c. 18. mentionem facit *hominum, non dogmatum;* Baron, ad an. 553. *personarum et facti, non fidei;* Binius in not. ad Cour, λ. *tantummodo personarum;* Sirmond. in vita Theodoreti et Petav. L. 6. dc Incani, c. 17. *sensus interni et personalis ;* tandem Petr. dc Marea in Diss. de Vigilio, Godæus in Hist. Eccles, et Aguir. ad Cone. Tolet. XL *Solius fach* vcl *personarum, non* aulem *juris divini* vel *dogmatis* meminerunt.

A'ec 3. quia ex universo Auctorum numero soli Anastasius Bibliolhecarius et Turrecrernata, cum paucis forsan aliis, fatentur errasse Concilium sextum. Eorum tamen prior non agnoscit hoc Concilium œcurnenicum ultra confectionem decreti el canonum : posterior damnationem Ho x o r ii non habet conciliarem, ulpote ex falsa informatione ac rumoribus mendacibus, non autem ex epistolarum examine profectam. Reliqui vcl acta Concilii dicunt corrupta, nomenque Honorii fraude Gracorum iisdem inlrusum ; ut Baron., Binius, Bellarmin. cum multis: vel damnatam quidem Ho x o r ii oeconomiam, non item doctrinam et fidem; vel si quidem etiam fidem, Honorii certe non ut Pontificis sed ut Docloris privati justelegilimeque damnatam; utcæteri, alterutrum existimant.

Ace -4. tum quia Apologistæ sensum tantum internum et personalem defendendum susceperunt ; cujus tamen laboris suscepti Berengarium Piclavicnscm el Othonem Frismgcnsein deinceps pœniluil : tum quia a par-

ficiikuibus tantum Conciliis, non vero ab universa Ecclesia, nec definiente Pontifice, damnationem decretam causabantur.

Nec 5. quia Gregorii Laudcnsis defensio versatur in unico puroqne facto : cum ab aliena et malevola manu insertam velit *Joachimi* libro propositionem, quam jure damnatam ipse ostendit.

.Von denique 6. quia ex tribus erroribus aut mendaciis id conflatum Theodor. Eleutherius L. G. c. 1. Hist, de Aux. ostendit: inter quæ illud huc pertinet, quod ea propositio, non ex supplici Libello Societatis, sed alio ex scripto anonymo ignoti auctoris sit excerpta.

118. *Observa.* An definitiones Ecclcsiæ dc factis dogmaticis pertineant *ad (idem* ila, ut fide divina credi debeant; an vero calenus duntaxat, ut necessarius sit cl certus mentis assensus? ad controversiam pluribus difficultatibus innodandam quæri ab Adversariis et urgeri solet. Affirmant alii *primum,* eo quod de fide sit omnem textum, ab Ecclesia damnatum, esse vere damnabilem: sub qua enuntiatione universali cum quemlibet librum aut propositionem censuratam contineri facile ct certo ostendatur, colligunt hujusmodi particularia, tanquam in illo universali implicite revelata, esse damnabilia etiam credi posse ac debere. Alii acquiescunt *secundo,* fidemque, qua credantur hujusmodi definitiones, non quidem exigunt divinam, nec tamen eam permittunt mere humanam, sed dicunt Ecclesiasticam ; eamque certam et firmam exindestatuunt, quod Ecclcsiæ infallibilitati a Spiritus sancti assistentia profectæ innitatur.

In hac sententiarum diversitate, ut congrue ad dicta in Tr. pr. loquamur, opus distinctione videtur. Et siquidem quæstio, ut nonnunquam fit, eo redeat: utrum Ecclesia in his definiendis sit infallibilis? affirmari potest ; cum ea ex hactenus dictis sufficienter probetur esse revelata, adeoque de tide: si vero in objecto definito sistat, ad formam judicii attendere oportet. Et quidem ubi propositio v. g. damnatur ut hæretica, aut declaratur ut de fide certa, assensus fidei est praestandus : ubi vero damnatur sub mitiore censura, aut asseritur cum praerogativa inferiore, minoris etiam qualitatis assensus locum habet : servata scilicet ubique relativa proportione assensits ad judicium. Aliæ objectiones, quæ ex *Janseniano facto* huc afferri solent, examinandae sunt in hujus historia, quam in Tr. de Gratia dabimus et vindicabimus.

ARTICULUS V.

Quœnam sit vera Christi Ecclesia?

II!). .Voto. Ut designari vera Christi Ecclesia, certoque cœlui possit attribui, videtur necessario instituenda comparatio inter societates Religionis nomine couflalas, quæ reipsa existant ac durent, fidemque el nomen Christi profiteantur; atque ea facta sufficere: quandoquidem ex prioris defectu enuntiatio hic facienda foret de subjecto, ex defectu autem posterioris de prædicalonon supponente. Unde non minus ab hac collatione excludimus Ilæreticorum sectas, quæ olini exorlæ jam interierunt, aut nondum exorire fonsan praevidentur futura; quam nuper jam in Capitis prooemio Anlichrislianoi um

factiones rejecimus. Neque tamen opus apparel· *Romanæ Ecclesia·*, quam pro vera Ecclesia habemus, opponere sectas omnes etiam hodie vigentes; tum quia nnicilate Religionis, fulci, et Ecclesia·, alibi jam stabilita, si ostendatur cœlum unum legitimum esse ac. genuinum, hoc ipso alii discrepantes reprolientur tanquam illegitimi et falsi ; tum quia Proleslanlium Ecclesia repudiata, plerwque secta·, nostris temporibus ct regionibus propius coguilæ, tanquam illius aut socia· aut proles, eodem judicio abjectæ et spuriie dediratæ haud obscure intelliguntur.

Est autem duplex *Romana· Ecclesiæ* acceptio; una quidem secundum *diœcesin ac sedem;* ct sub hac intelligilur societas fidelium seu Ecclesia illa particularis, quæ oliin fuit ac est Roma·, et in Italia Episcopo Romane ut Ordinario locali subjecta : altera secundum *communionem ac /idem;* quæest multitudo fidelium seu Ecclesia per totum orbem diffusa, Romano Episcopo tanquam Capiti visibili ct supremo Christi in terris Vicario, ac ejus Ecclesia· particulari tanquam unitatis centro adhærens. Quamvis vero in praesens de Romana Ecclesia, posteriori modo usurpata loquamur; id tamen non impedii, quominus nonnullas enuntiationes, de Romana Ecclesia priori modo accepta dictas, ad illam transferamus ; cum universalis hæc Ecclesia istam particularem, velut totum pariem praecipuam, complectatur.

120. *Dico I.* Ecclesia Romana est vora Christi Ecclesia. *Prob.* Cui conveniunt notæ, insunt proprietates, et adjacent praerogativæ verae Christi Ecclesiæ, est ac recte dicitur vera Christi Ecclesia : sed Romaine Ecclesiæ conveniunt imprimis illæ notæ, scilicet I nitas, Sanctitas, Catholicitas ct Aposlolicitas ; praeterea insunt dictæ proprietates, nimirum Visibilitas,Perpetuitas ct lufallibilitas; denique adjacent prærogativæ, quæ sub nomine motivorum credibilitatis veniunt, nempe Dogmatum, Testium ac Sigillorum: .ergo. *Prob. min.* secundum omnes partes.

1. *De Notis.* Ecclesia Romana 1. est *Una;* quia Ecclesiæ Romanæ particulari tribuitur a Patribus num. 101 laudatis, ct infra addendis, principalitas cathedræ, principium unitatis ac centrum; et ejus Episcopo, ex dicendis Cap. 3, convenit ob Petri successionem primatus, ratio capitis et vicaria Christi in terris auctoritas : omnes denique, qui et quamdiu fuerunt aut sunt in Ecclesia Romana universali, uniuntur huic Cathedræ, subjiciuntur huic Capiti, agnoscuntque ct illam Cathedram tanquam principium el centrum, et illum Episcopum tanquam primatem ct vicarium Christi : quod qui renuunt, Schismatici habentur; ct vel ipsi se separant, vel rescinduntur.

2. Est *Sancta;* quia vel nulli post Christum ct Apostolos fuerunt sancti; quod Christian® Religionis honori ac sensui communi repugnat : vel quicunique sanctitate aut manifeste excellenti aut miraculis confirmata celebres fuerunt, membra Ecclesiæ Romanæ erant. Hunc characterem etiamnnm vigere ostendunt canomzalioncs Sanctorum per intervalla célébrât®, quæ àzûtësts tanta talique judicii rigore aguntur, ut nec evidentia sanctitatis nec miracu- oiuin insolentia qualiscumque sufficiat, sed quantum humanitus haberi potest, probatissima requiratur.

3. Est *Catholica;* quia non tantum hujus nominis compellatio Ecclesiæ Romanæ. tanquam propria ct singularis, aut sponte datur. aut ex conventione dan debet ; sed et ipsa res secundum omnes partes congruit. Habet enim illa

Universalitatem doctrinæ, ni vel ex sola fidei professione secundum Tκι-iiEMiM formulam patet: habet universalitatem loci, successivam quidem; quia Ecclesia· per Asiam ct Africam olim florentes sed nunc extinctæ, per Américain recens exorta·, per Europam usque huc perstantes, cum Romana sede communionem tenuerunt aut tenent ; permanentem autem, quia Romanic communionis Ecclesia etiam in plerisque orbis regionibus vel dominatur, vel toleratur, vel patitur : habet universalitatem temporis; quia a Petro fundata, ad nos usque propagata cliamnnm durat, quantumvis coævæ omnes, ætalc autem posteriores plures, jam perierint.

1. Est *Aposlolica;* quia Apostolum Petrlm fuisse Romæ, ibidemque constituisse Ecclesiam, et ad mortem usque rexisse, ostendetur inferius : ab eo autem usque ad hodiernum diem continua successione eidem Ecclesiæ præsedissc Episcopos, docet catalogus infra texendus: iisdem, tanquam supremis capitibus, reliquos omnes, qui pro Catholicis habebantur, Episcopos semper cornmm none junctos fuisse, contestatur historia universa.

Ü. De Proprietatibus. Ecclesia Romana 1. est *Visibilis;* quia et Romana particularis obvia sensibus est, ct adiri potest; Et Ecclesiæ cætcræ cum hac Romana unilæ designari conspicique possunt; adeoque Romana universalis visibilis emicat.

2. Est *Perpetua;* quia a quo tempore fundata est, vel habuit Episcopum certum ac indubium, vel interveniente nonnunquam Autipaparum schismate, sedes tamen Romana in Clero populoque fideli durans et spectabilis, communionem cum reliquis retinuit.

3. Est *Infallibilis;* quia nec dispersa erravit universa unquam in tide; ut palet ex dictis : nec congregata iu conciliis, aut per Pontificem ex cathedra loqucnlcm audita, unquam defecit; ut ex sequentibus constabit.

lïl.DePrærogativis. Ecclesia Romana possidet 1. prærogativas *Dogmatum,* quæ sunt veritas, sanctitas ct unitas; quia fidei ct morum doctrinam Ecclesiæ Romanæ veram esse, ex auctoritate ct ratione per universam Theologiam certe ostenditur ; nec ullus unquam error eidem vere adseribi potuit : quia omnis illius doctrina tendit ad vitiorum excidium, virtutum exercitium, conciliorum aestimationem et usura, salutem propriam et alienam, cultum Deo dignum divinamque gloriam; ad quam normam quiniores composuerit, veram vitæ sanctimoniam plane consequitur : quia demum nec moderna Ecclesia fide aut'doctrina differt ab antiqua; nec ex dogmatibus ullum, post Ecclesiæ damnationem, amplectitur Ecclesia, particularis aut qualiscumque fidelis, qnisc pro Ecclesiæ Romanæ membro haberi cupiunt.

2. Possidet prærogativas *Testium,* quæ sunt auctoritas, multitudo et integritas; quia inter Apostolos Paulus ad Rom. 1. v. 8. ; inter Patres Ircnæus; Cyprianus, Athanasius, Augustinus laudati alias, aliique laudandi; inter Doctores tum Episcopi Ecclesiarum fundatores magnam partem monachi, tum pncdicalores a Romana Ecclesia undique ad fidei proinulgalioneni delegati; inter Martyres tum olim pro fide catholica ubique terrarum, tum recentius pro Romanæ fidei professione in Germania,Gallia, Anglia, Japonia, China ct Tunquiuo, tormenta ac mortem perpessi; inter Confessores tot Religiosi ct Secnlares, præter mandata Dei, etiam consilia Evaugelica professi, ct legum Ecclesiasticarum observantes, verbis ct factis dc eximia Ecclesiæ Romaine excellentia luculentissime testantur.

3. Pussidet prorogativas *Sigillorum,* quæ sunt miracula, conversio gentilium, et constantia fidelium; quia et signa, Marc. 1G. promissa, et dona, I. ad Cor. 12. enumerata, hodiedum perseverant in Romana Ecclesia: quïa hæc etiamnum inferenda in gentilitatis tenebras luce Ex angelica continuatis operis occupatur : quia eadem contra tyrannorum vim, hæreticorum praelia, Schismaticorum rebellionem et Politicorum artes victrix hactenus stetit, stabitque inconcussa.

121. *Dico II.* Nulla PiOtestanlium secta est vera Christi Ecclesia. *Prob.* Nec nolæ, nec proprietates, nec prærogalivæ veræ Christi Ecclesiæ congruunt ulli Protestantiiim sectæ : ergo nulla horum secta est vera Christi Ecclesia.

Prob. min. per. p. Et quidem I. *de notis* : constat apud Protestantes non esse *unitatem* ordinatæ dispositionis sub uno capite, sed cum diversa regione etiam diversos planeque independentes religionis principes haberi : neque adesse principium unitatis aliud ; cum judicem vivum controversiarum saltem infallibilem agnoscant nullum. Scripturam autem, ad quam hic confugiunt, sive in se, sive in privato legentium judicio, agnosci aut esse non posse, superius sit demonstratum.

Præterea *Sanctitatem* aut manifeste excellentem aut miraculis confirmatam neque auctores sectarum prodiderunt, ut ex eorum vita apertum est: neque in ullu membrorum repertam fuisse authentice doceri potest. Si quæ tamen in illis honeste vivendi ratio nonnunquam apparuit, ea certe non est tribuenda propriis sectarum principiis, sed aut indolis naturæquc bonitati, aut politicis rationibus, aut forsan providentiæ divinæ ad virtutis commendationem ista exempla ordinanti, uti inter medias gentilium tenebras hujusmodi lucis radios aliquando diffusos etiam legimus.

Universalitatem porro neque loci, sive successivam sive permanentem, neque temporis aut doctrinæ, convenire ulli Protestantiiim sectæ, satis ex co liquet quod trium secutorum ætatem necdum numerent, certis regionum limitibus circumscribantur, doctrinamque ex damnatis hæresum antiquarum fragmentis consutam profiteantur.

Apostolicilatem denique quod attinet, certum est ex Reformationis historia, sectas omnes carere antiquitate et successione ad illam dotern requisita : deesse autem missionem extraordinariam, omnimodus signorum, queis Illam probari oportet, defectus demonstrat.

2. *De proprietatibus* sufficit universim notare, easdem ab ipsis sectariis negari Ecclesiæ, quod desperent illas synagogæ suæ accommodari posse. Contra Jurii Systema, dc prioribus saltem proprietatibus sonandis solliciti, num. 90. est actum : posteriorem autem si quis vindicare contendat, facile ex dicendis de doctrina refutatur.

3. *De prorogativis* similiter manifestum est, *doctrina-* deesse tum veritatem, si ad auctoritatis et rationis examen theologicum vocetur; tum sanctitatem, si singularia de mandatorum Dei impossibilitate, de libertatis amissione, de operum omnium corruptione, de justificationis per solam fidem acquisitione, aliaquc dogmata notentur; tum unitatem, si ad perpetuas sectarum vicissitudines, et controversias sectariorum nullo judicio terminandas, attendatur. Quod *testes* attinet ; cum quælibct Protcstantium secta ab ætate Apostolorum ct Patrum longissime distet, habere ab illis testimonium non

potest, nisi forsan, quod pseudoprophetis prodixerunt. Coæva autem Ecclesia tmn in Conciliis plurimis, tum in Pontificiis constitutionibus et Judiciis dogmaticis, non aliud nisi anathematis ct damnationis tulit. Jkecipsa autem causa facit, cur .Martyres proferri nequeant, aut si qui obstinatius erroribus adhæserunt, eorum testimonium valeat : *sigilla* demum nulla faciunt miracula; cum etiamnum vigeat illud Erasini, quod nullus sectariorum extiterit, qui vel equum claudum curaverit : nec gentilium conversio, quam suæ Ecclesiæ nec curam nec opus esse, propria sectariorum confessio et diuturna experientia docet : nec constantia fidelium , cum Princeps, illustrissima aut perillustris familia fere nulla sit, quæ olim Protcstantium partibus adlueseril, et jam non tota aut secundum aliquam sui partem ad Romanae Ecclesiæ gremium redierit.

Conf, Quæcumque in Ecclesia Christi nake hactenus sunt *hæreses,* in his pleræqtie conveniunt; 1. quod, antequam formarentur, secundum primos suos sodales intra gremium Ecclesiæ Rornanæ continerentur; ipsius autem earum formationis initium quoad tempus, locum et causas determinari possit : 2. Quod auctores habeant homines fere moribus improbos, opinandi audacia immoderatos, auctoritate legitima destitutos : 3. Quod doctrinam protulerint a Patribus ct Doctoribus Catholicis continuo oppugnatam, a summis Pontificibus aut Conciliis damnatam, ab Ecclesia universa reprobatam : 4. Quod factione comparata, legitimos judices et superiores Ecclesiasticos spreverint; unitatem et communionem sciderint; in singulares cœtus coierint : 3. Quod fidei formulas artificiose et ad fraudes concinnarint; synagogas suas obstinatione, seditione ac armis tuiti sint ; utrasque mendaciis, furore ac persecutione sustinuerint, dilatarinl. Ergo circumstantiarum istarum complexio non abs re pro nota characteristica hæreseos haberi potest.

Atqui his characteribus omnino insignitas esse Protcstantium sectas historia Reformationis sic dictæ manifeste ostendit. Ante earum siquidem ortum Protestantes omnes Ecclesiæ Rornanæ suberant; neque extra eam vigebat ulla Ecclesia, professione fidei cum illis eadem aut cognata. Præterea enuntiari annus, designari urbs, et enumerari causæ possunt, quando, ubi, et e quibus prima earum stamina processerint. Ad hæc L l t h e r i ct C a l v i n i mores adnotati sunt pessimi, opinandi licentia impotens et inaudita, auctoritas reformandi nulla, neque ordinaria neque extraordinaria. Deinde dogmata illorum nova non tantum disputationibus habitis, scriptis libris, et latis Catholicorum Doctorum ac Universitatum censuris oppugnata atque erroris convicta, sed et a L e o n e X aliisque Pontificibus successoribus non minus quam a variis Conciliis Provincialibus ac Generali Tridentino damnata sunt; ac insuper ab Ecclesia universa constanter reprobantur.

Tandem factionis Proteslanlicœ genesin legum impatiens libertas cœpit, magistratus Ecclesiastici contemptus promovit, apertum et inexcusabile schisma complevit: nomen illi ac titulos seditiosarepuguanlia contra Cæsarem ac Reges tribuit; vires, amplitudinem, et durationem, direptionibus Ecclesiarum, oppressioni catholicorum, ac diuturnis bellis faventior, successus impertivit.

122. *Observa.* Quæ contra geminam positionem hactenus assertam proferuntur adversariorum argumenta, fere occupantur vel in substituendis aliis

Ecclesiæ Notis, vel in infirmantia Proprietatum attributione ad Ecclesiam Romanam facta, vel in objiciendo circulo vitioso probationum nostrarum, vel in avertenda a suis sectis infamia schismatis : sunt tamen hujusmodi omnia, quibus operosius enodandis haud visum est immorari. Quominus enim adferri aliæNotæ possint, facit Articuli tertii 2a et 34 propositio : neque (si quidem sulwtitulio permittatur) notas proferri solitas congruere Protestanlium sectis patitur continuatio, priori numero exposita. Dein vero quod ad eripiendas Komanæ Ecclesiæ proprietates genuinas valero potest, tum tertio tum quarto articulo, ut objectum, ita dissolutum fuit. Præterea circuli vitiosi exprobratio tanto minus huc perlinet, quanto liberalius ipsi adversarii Scripture existentiam supponunt, quantoque studiosius inter probationes adduximus sigilla seu motiva credibilitatis, quæ sine regressu ad Scripturam vim suam exerunt.

Denique cuma SS. Cyprivno, Optato Milev. et Augustino pluribus ostendatur. nec ob morum corruptelam, nec ob fidei difficultatem ipsainque idololatriam, schisma faciendum; ipsi etiam *Lutherani* el *Calcinistæ,* quantumvis dogmate discrepantes, mutuo passim communicent; in purganda schismatis macula Proteslantinm secias præ Donatistis haud feliciores esse posse, aperto exemplo et proprio judicio demonstratur.

Qr.ERES : *Qucenam Ecclesiæ cum Romana dim fuerint, aut nunc sint unitce?*

123. *Nota.* Sicut Ecclesiæ per Episcopos proprie constituuntur, sic ct per diversos Episcoporum gradus distinguuntur. Deducitur autem gradualis Episcoporum differentia ex imperio quo illi gaudent. Si enim Episcopo competit imperium in universa Ecclesia, audit *Episcopus QEcumenicus,* seu *summus Pontifex* aut *Papa :* Si in parle Ecclesiæ, ita tamen ut plurium regnurum Episcopos sibi halieat subjectos, *Patriarcha :* si totius regni Episcopos, *Primas* seu *Exarchus;* Si Episcopos in parte regni, *Archiepiscopus* seu *Metropolita :* si nullum Episcopum sibi habeat subordinatum, nec tamen sil Archiepiscopo subjectus, *Exemptus:* si Archiepiscopo pareat, *Episcopus simplex.* item *Suffraganeus* appellatur. Hanc differentiam non minus quam ordinem in referendis Ecclesiarum Præsidibus servabimus ; sic tamen ut simplicium Episcoporum sedes (cum immensus sit eorum numerus) nominandas haud suscipiamus : in recensendis autem reliquis non omittamus Ecclesias jam a communione Humana vel schismate, vel haoresi, vel infidelitate abstractas ; quandoquidem has ad successivam saltem universalitatem perlinere, ex superioribus constat.

121. *Respondeo I.* Sedes *Patriarchates,* quas prima jam Ecclesia suspexit et a S. Petro fundatas docet Traditio, 1res præcipuæ sunt, *Romana* scilicet, *Alexandrina* et *Antiochena.* Ilis postmodern , el quidem ordine secunda, a Cnecis in Concilio generali secundo inserta est *Constantinopolilana:* in Cone. gen. quarto autem postremo addita *Hierosolymitana. Majoribus* his ac veri nominis Patriarchis accesserunt deinceps alii *minores,* nec amplitudine imperii pares, vel inveterata consuetudine, aut summi Pontificis indulgentia, hunc titulum adepti, scilicet *Aquileiensis, Gradensis, Venetus, Indicus, /Ethiopiens* et *Lusitaniens:* vel ex ruinis Patriarcharum Orientalium exortiquales sunt *Armenorum, Coptarum, llutlu narum,* etc., e quibus tamen Aquilejensis, nuper admodum in Archicpiscopatus Goritiensein cl Llincnsem dissectus, desiit. Porro.

Romano Patriarchate! suberant diœccses, antiqui nominis et divisionis, octo; Italiæ scilicet, Illyrici Occidentalis, Africæ, Galliarmn, Ilispanianim, Britanniarnm, el in Illyrico Orientali Macodoniæ et Daciæ. In *Italia* quidem numerabantur Provinciæ Snhurhirariæ, Tuscia et Umbria Picenum Suburbicarium, **Campania, Valeria, Samnium** , Apulia et Calabria, Lucania et Bnitii, Sicilia, Sardinia, Corsica. Item Provinciæ aliœ, Flaminia, Æmilia, Liguria, Alpes Colliæ, Venetia et Istria, Rhœtia prima et secunda. In *Illyrico Occidentali,*Noricum Ripense et Mediterraneum, Pannonia prima ct secunda, Savia el Dalmatia. In *Africa,* Proconsularis seu Africa proprie dicta, Numidia, Mauritania Sitifensis et Cæsareensis, Byzacena et Tripolitana. In *Galliis,* Lugdunensis prima, secunda, tertia et Scnonia, Belgica prima ct secunda, Germanica prima ct secunda, Maxima Sequanorum, Alpes Graiæet Pcnninæ, Viennensis, Narbonensis prima ct secunda, Alpes maritimae, Aquitania prima et secunda, Novempopulania. In *Hispaniis,* Tarraconensis, Carthaginensis, Gallæcia, Bætica, Lusitania, Mauritania Tingilana, Baleares Insulae. *in Britanniis,* maxima Cæsareensis, Britannia prima et secunda, Flavia Cæsareensis, Valentia. In *Macedonia,* Achaia, Thessalia, Epirus vetus et nova, Creta insula. In *Dacice* diœcesi, Dacia Mediterranea et Ripensis, Mcesia prima, Dardania, Prævalilana.

Constantinopolitano Diœccses tres, Thraciæ, Ponti et Asiæ. In diœcesi *Thracia* numerabantur Provinciæ, Europa, Rhodope, Thracia, Haemus mons, Moesia secunda. Scythia : in diœcesi *Ponti,* Bithynia, Honorias, Paphlagonia, Galatia prima et secunda, Cappadocia prima ct secunda, Helenopontus, Pontus Palcmoniacus, Armenia prima ct secunda; nec non Armenia magna, regio Lazica, Bosphorus, et regio Zecchia: in diœcesi *Asiæ,* Asia, Hellespontus, Insulae, Lydia, Caria, Phrygia Pacatina ct Salutaris, Lycia, Pamphilia, Pisidia, Lycaonia.

Alexandrino subjacebant Provinciæ sex, .Egyptus, Augustamnica, Arcadia, Thebais, Lybia superior seu Pentapolis, et inferior seu Marmarica: Antiocheno novem ; Syria prima et secunda, Augusta Euphratesia, Phoenice Maritima el Libani, Cilicia prima ct secunda, Isauria, Osrhoena, Mesopotamia, Arabia : Hierosolymitano 1res, Palæstina prima, secunda ct tertia.

125. *Respondeo II.* Sedes *Primatum* adeo constantes haud enumerari possunt, cum Primatis titulus sæpc variant, vel pro varia, quam Pontifex subin tribuebat, potestate; vel pro spontanea Praesulum, arrogatione ; dum qui Primati certo non erant obnoxii Archiepiscopi hunc sibi titulum arripuenint, aut tribui permiserunt : ut in Germania factum legimus. E celebrioribus et constantioribus, sedes Primatis in *Ægyplo ct Lybia* erat Alexandria ; in *Africa* Carthago; in *Anglia* Cantuaria; in *Asia* Ephesus; in *Cypro,* Nicosia; in *Galliis* Arelalum, Bituricum, Lugdunum, Rhemi, Vienna; in *Germania* Magdelnirgum, mine Salisbnrgum; in *Hibernia* Armachanum; *in Hispaniis* Hispalis et Toletum; in *Hungaria* Slrigonium ; in *Illyrico Occidentali* Sirmium et Achrida ; in *Orientali* Thessalonica ct Corinthus; *in Italia* Roma ; in *Lusitania* Bracara; in *Palccstina* Hierosolyma; in

Polonia Gnesna; in *Ponto* Cæsarea; in *Scotia* Andrcæpolis ; in *Syria* Antiochia ; in *Thracia* Heraclea.

126.-Respondeo *IJl.* Syllabum *Archicpiscoporuni* quemdam daturi, selegimus pirecipue eos. quorum suffraganei una indicari poterant : ordinem inter eos alphabeticum, tanquam usui commodiorem, statuimus: compella\imus omnes a sedibus, exceptis Afris; quorum, cum antiquior nnliuatione Episcopus officium Metropolitae gerere eonsuesset, provinciam duntaxat notavimus : addidimus tandemsullraganeorum numerum, cum nominare omnes instituti ratio nec exigat nec ferat.

Acheronlanus, in Basilicata, Prov. Reg. Neap, numerat suffraganeos Episcopos 6.
Achridensis. in Macedonia, Epp. 9.
Africae Proconsularis senior, Epp. 105.
Albiensis, in *Gallia. Epp. 5.*
Amalphitanus, in Principatu Citeriore Reg. Neap. Epp. 5.
Amasianus, in Hellesponto, Epp. 6.
Amidentis, in Mesopotamia, Epp. 5.
Amoriensis, in Phrygia, Epp. 29.
Ancyranus, in Galatia, Epp. 7.
Andreæpolitanns, in Scotia, Epp. 9.
Antibarensis, in Albania, Epp. 13.
Antinoes, in Thebaide, Epp. 9.
Antiochenus, in Pisidia, Epp. 19.
Apamensis, in Syria mediterranea; *Epp.* 7.
Aphrodisianus, in Caria, *Epp.* 25.
Aquensis, in Provincia, Epp. 5.
Arborensis, in Sardinia, Epp. 1.
Arelatensis, in Provincia, Epp. 4.
Armachanus, in Hibernia, Epp. 10.
Atheniensis, in Attica, Epp. 8.
Avenionensis, in Provincia, Epp. 3.
Anxitanus, in Vasconia, Epp. 10.
Barensis, in Basilicata, Epp. 10.
Bastiensis, in Corsica, Epp. 2.
Beneventanus, in Principatu ulteriore, Epp. 20.
Berenicenus, in Pentapoli, Epp. 1-4.
Bituricensis, in Gallia, Epp. 5.
Bononiensis, in ditione Ecclesiæ, Epp. *6.*
Bostrensis, in Arabia, Epp. 18.
Bracarensis, in Lusitania, Epp. 4.
Bremensis, in Saxonia inferiore, Epp. 3.
Brundusinus, in Prov. Hydruntina, Regni Neapolit. Epp. 3.
Burdigalensis, in Aquitania, Epp. 9.
Burgensis, in Castella veterc, Epp. 4.
Byzaccnæ Prov. Africae senior. Epp. 128.
Qcsaraugustanus, in Hispania, Epp. 6.
Cæsareensis, in Cappadocia, Epp. 8,
ùesareoiisis, in Pidœstina, Epp. 23.
Calaritanus, in Sardinia, Epp. 2.
Cameracensis, in Belgio, Epp. 4.
Canluaviensis, in Anglia, Epp. 23.
Capuanua, in Regno Neapolitano, Epp. 9.
Cassiliensis, in Momonia Prov. Hiberniæ, Epp. 8.
Charccnsis, in America Merid. Epp. 5.
Glaudiopolilanus, in llonoriade, Epp. 5.
Colocensis, in Hunguria, Epp. 9.
.Coloniensis, in Germania, Epp. 4.
Compostdlanus, in GaHæcia, Epp. 12.
Compsanus, in *Prine, ulteriore, Epp. 6.*
Consentiniis, in Calabria citeriore, Epp. 4.
Coreyrensis, in Epiro, Epp. 2.
Corinthius, in Peloponneso, Epp. 26.
Cretensis, in his. Candia, Epp. 11.
Cyzicenus, in Hellesponto, Epp. 19.
Damascenus, in Phoenicia, Epp. 13.
Darnidis, in Lybia Cyrenaica, Epp. 7.
S. Dominici in Insula Arnericæ Borealis, Epp. 3.
Dublinensis, in Hibernia, Epp. *4.*
Dyrrachinus, ni Albania, Epp. 7.
Eboracensis, in Anglia, Epp. 2.
Eborensis, in Lusitania, Epp. *3.*
Ebredunensis, in Delphinatu, Epp. *6.*
*Edessenus, in Os*rhoena, Epp. 9.
Ephesinus, *in Asia Proconsulari, Epp.* 12.
S. Fidei, in America Australi, Epp. 3.
Firminus, in Marchia Anconitana, Epp. 4.
Florentinus, in Hetruria, Epp. 6.
Gangiensis, in Paphlagonia, Epp. 5.
Genuensis, in Liguria, Epp. 6.
Glascoviensis, in Scotia, Epp. 3.
Gnesnensis, in Polonia, Epp. 13.
Gnossius, in Creta, Epp. 11.
Goanus in India Orientali, Epp. 7.
Goritiensis, in comitatu cognomine, Epp. sub Patriarcha Aquileiensi Austriacos.
Granatensis, in Hispan. Epp. 2.
Gualemaiensis in America Seplentr. Epp. 3.
Hadrianopolitanus, in Thracia, Epp. 16.
Haffniensis, in Dania, Epp. 7.
Heracleensis, in Thracia, Epp. 4.
Hieropolifanus in Euphratesia, Epp. *13.*
Hieropolitanus, in *Phrygia salutari,* Epp. 16,
Hispalensis, in Baetica, Epp. 4.
Ihdruntinus, in Reg. Neapol. Epp. 5.
S. *Jacobi, in Chile* Amer. Austral. *Epp.* 2,

Jadeivnsis, in Dalmatia, Epp. 5.
Iconiensis, in Lycaonia, Epp. 19.
Lancianensis, in Aprutio, Epp. 10.
Laudicenus, in Phrygia, Epp. 4.
Larissenus, in Thessalia, Epp. 8.
Lauriacensis, in Hungaria, Epp. 4.
Leontopolitanus, in Augustamnica, Epp. I.
Leopolitanus, in Russia rubra, Epp. i.
Limensis, in Penivio, Epp. 8.
Lugdunensis, in (.allia, Epp. 4.
Magdeburgensis, in Germania, Epp. o.
Manilensis, in Insulis Philippinis, Epp. 3.
Marissensis, in Cappadocia. Epp. 5.
Mauritania} duplicis senior, in Africa, Epp. 136.
Mechliniensis, in Belgio, Epp. 6.
Mediolanensis, in Ducatu cognomine, Epp. 15.
Melitenus, in Armenia secunda. Epp. 10.
Messanensis, in Sicilia, Epp. 3.
Mexicanus, in America Boreali, Epp. 6.
Moguntinus, in Germania, nunc Epp. 13.
Montis regalis, in Sicilia, Epp. 2.
Myrensis, in Lycia, Epp. 28.
Narbonensis, in Gallia, Epp. 10.
Naupactensis, in Livadia, Epp. 4.
Naxiensis, in Mari .Egeo, Epp. 6.
Nazarcthanus, in Palestina, Epp. 10.
Neapolitanus, in Regno cognomine, Epp. 5.
Neocæsareensis, in Ponto, Epp. 6.
Nicænus, in Bithynia secunda, Epp. 4.
Nicomediensis, in Bithynia prima, Epp. 14.
Nicopolitanus, in Epiro vetere, Epp. 10.
Nicosiensis, in Insula Cypro, Epp. 9.
Nidrosiensis, in Nonvcgia, Epp.
In subjecta Canonum synopsi, qui his nolis ( ) includuntur, Ecclesiæ Romanæ approbatione carent. 1, (Antiqui Canones Apostolorum et Conciliorum tum generalium tum particularium observentur). 2. Non ordinetur Episcopus, nisi Psalterium et psallendi ordinem uorit, el totam Scripturam adscrulabiliter legere sciat.3. Electio Episcopi et aliorum a Principibus, dominationis scilicet, non patrocinii titulo facta, nulla sit. 4. Episcopi a Clericis vel Monachis non exigant munera. 3. Nemo solo facultatum Ecclesiis datarum intuitu ordinetur. G. Synodus Provincialis semel saltem in anno celebretur. 7. Ne templa consecrentur sine Sanctorum reliquiis, (et Judæi baptizati deceptores impune dimittantur ex Ecclesia: nec eorum pueri baptizentur aut servi emantur.) 8. Haereticorum scripta, praesertim contra sacras imagines, non retineantur. 9. Clericus non deserat Parochiam suam aut dioecesin, nec secularia negotia tractet. 10. Quaelibet Ecclesia suum habeat oeconomum. 11. Episcopi ct Abbates, bona Ecclesiæ alienantes, deponantur. 12. Monasteria non fiant secularium habitacula: profanata ab Iconomachisrestituantur. 13. Tonsurati, sed necdum ordinali Lectores, ne legant publice. 11. Clericus ne adseribatur duabus Ecclesiis, h. e. duo beneficia habeat, nisi Clericorum sit penuria. 15. Clerici abstineant indui pretiosis vestibus, aut imbui unguento odorato. IB. Non permittantur Clerici aut Monachi templorum vel monasteriorum moliri fabricam, nisi sumplus adsint pro consummatione. 17. Feminæ in Episcopio vel virorum monasterio non versentur. 18. Simonia a susceptione ordinum ac ingressu in Religionem absit. 19. Conjuncta Monachorum el Monialinm monasteria non liant, nec diversus Religiosorum sexus habitent in iisdem ædibus, aut familiaritatem habeant. 20. Monachi aut Moniales non transeant ad alia monasteria. 21. Christianorum convivia sint modesta : Clerici aut Monachicum Monialibus secreto non manducent,

ŒCCMENICÜM V1U. CONSTANTINOPOLITANTM IV.

I. Post resuscilalam quidem sub Leone Jiwno, Micliaele *Balbo,* cITheopniLo, sed a Theodora Augusta dentio compressam *leonoclaslarum* hæresin, Constanlinopolitanæ sedis vicissitudo dedit huic Synodo occasionem, et Schismati Græcorum, licet aliquoties interpolato, etiamnum tamen vigenti, initium. Res ita habet : Ignatius, *Michaelis Curopalalæ* filius. Patriarcha (ànstanlinopolilanus sanctissimus, cum ob adulteram ct incestam consuetudinem communione privasse! Bardam *Michaelis* Imp. avunculum et Imperii moderatorem; hic malignis effecit artibus, ut deposito Ignatio sufficeretur PnoTirs Patriarcha, T.musii nepos quidem et summis dotibus instructus, sed ad quodlibct audendum impotenti ambitione paratus: quod is continuo ostendit, dum diuturna innocentum persecutione, vi ac fraudibus obtenta Episcoporum perversione, mendaci ad Pontificem relatione, et Pontificiorum Legatorum expugnatione, Constantinopoli evicit Synodum factæ mutationis confirmatricem. Idem documentis nox is auxit, ubi Nicolaiµ I verius edoctum sibi obsistentem in Romano Concilio intellexit; ulpote qui Ecclesiæ Romanæ exprobrare sabbatinum quidem jejunium, mutilatam autem jejunii quadragesimalisolaervantiam ; objicere iterationem Sacramenti Confirmationis: reprehendere usum matrimonii Sacerdotibus prohibitum, et factam svmbolo additionem de Spiritus sancti e.x Filio processione; ipsum denique Pontificem

analiiciuali subjicere est ausus. Plura molientem tum certe cohibuit Basilics Micbaeli sublato suffectus; qui Piiotio in monasterium abjecto, Ignatilm restituisse haud contentus, flagitavit ah Hadriano II, Nicolai successore, Concilium, quod priores turbas el Ecclesiæ disciplinam componeret. Pontifice liberaliter annuente, el Donatum Ostiensem ac Stephanum Nepesinum Episcopos, Marinum vero Diaconum, Legatos mittente, congregantur 102 Episcopi orientales : et praesidentibus Legatis Pontificiis, Constantinopoli in templo *S.Sopliiip*habetur Concilium, 5" Octobris A. 8G9. collectum, ultima Februarii A. 870. solutum, eod. A. ab Hadriano confirmatum.

Il .lct. P. Admissis in Concilium ct laudatis 12 Episcopis, qui Ignatii causa gravissime vexati fuerant, leguntur Hadriani ad Imperatorem ct Patriarcham ac coniinendatiliæ Legatorum litterae ; tum definitio Romanæ Syiwdiomneshærcsescum Iconomachis et Piiotio damnantis; tandem orientilium decisio ante Legatorum adventum, jam prolata: oinniaque probantur.

M2',3*et4*l Lapsi cum Piiotio Episcopi, oblato poenitentiae libello et subscripta Romana formula, recipiuntur sola impositione manuum : Clericis autem imperatur epitimium, h. e. certi jejunii ct precum pœnæ : Nicæno rouira ct Ancyrano Episcopis refractariis negatur venia ct sedes in Concilio. Recitantur tandem liltcræ Basilii ct Ignatii ad Nicolaum, Nicolai ad Michaelemel Pbotium, Hadriani ad Ignatium.

Jet. 5* ct 6*. Citatis primum Photio, dein sectariis Praesulibus, leguntur laudatæNicolai liLteræ ; utrisque nihil respondentibus aut resipiscere nolentibus datur mutandi animi spatium.

.W. 7' et 8*. Photïus ad Concilium reversus ob ferociam reprehenditur, ob contumaciam ex Nicolai et Hadriani lata jam sententia damnatur : ejus scripta cum actis habitorum ab eo conciliabulorum traduntur igni : receptis in gratiam Presbyteris quibusdam pœnilentibus, repetitur anathema in Pbotium ct Iconomachos.

.Ici. 9* et 10'. Alexandrinae Sedis Legatus, commcndatitia ejus lecta, recipitur: ipse vero lectis ct approbatis actis recipit Concilium : testes contra knalium pœnitentes cum cætcris recipiuntur in gratiam : eduntur ct promulgantur 27 Canones : legitur fidei definitio ct subscribitur : acta mittantur Romam per Anastasium Bibliothecarium, a quo facta latina translatio •da integra extat.

A.Synodo absoluta vix decennium abierat, cum Photius impostura primum inaniam, dein Basilii gratia ad sedem Patriarchalem, mortuo Ignatio, ifrepsit ; quin et nova Legatorum Romanorum corruptione aliisque artibus malis,prioris Synodi acta conciliabulo Constantinopoli coacto rescidit; non diu tamen inultus; siquidem a Joanne VIII anathemate percussus, a Leone *ftilmpho* Basilii successore iterum dejectus, exui vivere A. 891. desierit. Illo maiimc auctore jacta sunt Ecclesiam Latinam inter et Graecam discordiarum ■nina, ex contentione Romani ct Conslantinopolilani Patriarcharum, Btdnriam sibi vicissim vindicantium, aucta. Quamvis enim ad Michaelem Cerusque unio steterit utcumque: ex Græcorum tamen parte non jam ••ram satis fuisse, ostendit eorum reluctantia, in mittendis Romam Epist'4'?nim chirographis sub finem hujus Concilii declarata.

III. Fidei definitio, præter repetitum in hærcses priores ct Photivm ana-.\ima,uihil admodum habet, atque in illo cum Canonibus convenit.

Unde eorum tantum epitomen damus. 1. Canones Conciliorum et Traditiones Patrum serventur ut secunda eloquia Dei. 2. .Nicolai ct Hadriani edita circa praesentem causam decreta custodiantur. 3. Sacrae jmagines honorentur. 4. Photii Episcopatus ct collaii ab eo ordines habeantur irriti, h. e. illiciti et cum irregularitate conjuncti, non autem invalidi et nulli. 5. Neophyti non promoveantur ad Episcopatum: serventur in ordinationibus interstitia longiora, nisi dispensetur. 6. Anathema novum in Pholium; 7. Item in Iconomachos; qui ad docendas scientias non admittantur. 8. Ordinatores non exigant subscriptiones ab ordinandis, queis hi illis se adhæsuros spondere cogantur. 9. Ejusmodi chirographa a Photio extorta neminem obligent; qui ob ea Photio adhaerent. puniantur. 10. Ante synodioam sententiam nemo a Patriarcha vel Episcopo se separet. 11. Error de duabus hominis animabus rationalibus, qui Photio tribuitur, damnatur. 12. Electio Episcoporum non fiat malis artibus aut tyrannide Principum. 13. Ad dignitates Ecclesiæ Constantinopolitanæ eligantur tantum,si digni adsint, e Clero ejusdem Ecclesiæ.· 14. Condigne honorentiu' Episcopi, etiam a Principibus. 15. Bona Ecclesiae nc alienentur. 16.Illusores rerum sacrarum subsint anathemati. 17. Praesules a Patriarcha ad synodum vocati non causentur sine Principis praesentia synodum celebrari non posse; cum hæc excusatio carcat patrocinio Canonum. 18. Bona et privilegia ab Ecclesia per tricennium quiete possessa, lirnia maneant. 19. Melropolita subditos Episcopos praetextu visitationis ne gravet. 20. Bona Ecclesiæ in emphyteusin data praetextu Canonis annui non soluti, nisi per lres continuos annos id omissum fuerit, non repetantur; quod dum fit, fiat ordine judiciali. 21. Synodus diam generalis non dicat sententiam audacter contra Romanos Ponlitices : in Principes his aut Patriarchis reverentiam debitam negantes dicatur anathema. 22. Principes Episcoporum electionibus se non immisceant. 23. Episcopi alienæ Ecclesiæ possessiones ne invadant, nec conferant aut locent. 24. Metropolitan ipsi fungantur suo officio, non per sulfraganeos, praesertim subditorum impensis. 23. Adhaerentes Photio depositi non restituantur. 26. Cuilibet Clerico keso appellare gradatim usque ad Patriarcham liceat. 27. Episcopi jure Pallii gaudentes, id non gestent extra loca et tempora a canonibus statuta. Monachi ad Episcopatum assumpti retineant ordinis habitum.

11. CONCILIA OLCUMENICA OCCIDENTALIA.

137. Concilia Œcumenicaoccidentalia numeramus, Continuata cimi orienlalibus serie, hoc ordine et numéro : latëranensc I. Lateranense 11. Lateranense III. Lateranense IV. Lugdunense L Ldgduncnsc IL Viennense, Florentinum. Lateranense V.Tridcntinuin.

ŒCCMENICUX II. LATERANENSE I.

I. Triplex uiiiversim causa fuisse videtur hujus Concilii celebrandi ; ut confirmaretur scilicet : l'. abrogatio *investiturarum,* secundum pacta Gai.l iv tim inter et Henruxm inita; 2°. ut succurreretur *Palæstinæet Hispanice* sub infidelium tyrannide gementibus, .l". ut *disccplinæ* Ecclesiastical, ipiæ per Clericorum simoniam et luxuriam corrupta erat, consuleretur.

Investiturcv nomine intelligilur consensus a seculari Principe datus factæ alicujus ad Episcopatum vel Abbatiam electioni, et concussio possessionis bonorum Ecclesiasticorum, solomni aliquo ritu demonstrata. Originem ea adfo traxit a Principum seculariuni munificentia : quæ cum non prædia solum et latifundia, sed et feuda Regalia Ecclesiis concederet, pro communi feudis omnibus ratione, exigebat ut Episcopi aut Abbates in eorum possessionem non venirent, nisi exhibito Principibus horninio et praestito fidelitatis juramento. Hæc res, quæ potuit ab initio esse inculpata, deinceps in graves degeneravit abusus. Extendebantur enim *investitura)* non ad feuda Regalia tantum, sed ad bona Ecclesiastica omnia; tollebatur electionum libertas; quin et Episcopatus et Abbatiæ venales fiebant, et hominibus indignissimis conferebantur : dumque bonorum temporalium possessio dabatur per traditionem baculi et annuli pastoralis, quæ potestatis Ecclesiasticae signa sunt; praebebatur multis occasio credendi, a Principibus ipsam juridictionem spiritualem cum fetidis conferri. Tot malis occurrere studuerunt, habitis Conciliis et decretis editis, Pontifices plures, Gregorius VII, Victor III, Urbank ll. Paschalis II, Gelasius II et Callixtus H. Confecta res facilius est cum Phiuppo I, Rege Francorum, qui concessa electionibus libertate, et dimisso baculi et annuli pastoralis ritu, soloque fidelitatis juramento exacto, Regalia dari consensit; difficultatem passa est cum Regibus Angliæ Wilhelmo II et Henrjco I, posteriore tandem cedente, sed hominium adhuc retinente, secundum Regni scilicet morem : cum Henrico IV et V autem Imperatoribus ad schisma processit, illo *Guibertuni* Ravennatensem Gregorio, hoc *Burdinum* Bracbarensem Callixto antipapas objicientibus. Uterque Imperator anathemle percussus, prior quidem dum parere renuit, ab Imperii Principibus evauctoratur; posterior ne exauctoretur, A. 1122, primum Wirceburgi arbitrio delectorum controversiam componendam relinquit, tum Wormatiæ in picta convenit, eadem demum Bambergæ confirmat.

Ad hanc Sacerdotium inter ac Imperium initam pacem universi orbis consensu stabiliendam Callixtus 11 datis ejusdem anni mense Decembri litteris, evocavit Romam Concilium. Convenere, teste Sugerio Abbate, Episcopi 300 et amplius, ex Pandulphi autem computo 997, Episcopi partira, partira Abbates: praesidente ipso Callixto Pontifice, celebratum est Romæin Basilica Lateranensi, unde ct nomen gerit, mense Martio, A. 1123.

II. Actorum in hac Synodo nihil superest præter Canones, qui disciplinæ Ives ex praecedentibus maxime Conciliis renovant, et de signatis Cruce edicunt. Pacta Imperatoris et Pontificis mutua, quæ a Patribus solemniter rata fieront habita, hæc erant;

Ei parte quidem Imperatoris : *Ego Ifenricus, Dei gratia Romanorum Imprator Augustus, pro amore Dei et S. R. E. et Domini Papæ Callixli, et pro mvdio anima meæ dimitto Deo, et sanctis ejus Apostolis Petro et Paulo› mda Ecclesiæ Catholica omnem investituram per annulum et baculum, et '.redoin omnibus Ecclesiis fieri electionem et liberam consecrationem. Pos-Wicmes et Regalia S. Petri, quæ a principio hujus discordia), usque ad hodiernum diem ablata sunt, quæ habeo, eidem sanctæ Romance Ecclesiæ res-Üw; quæ àutem non habeo, ut reddantur fideliter juvabo. Possessiones etiam oiiim aliarum Ecclesiarum, et Principum et aliorum tam Clericorum quam Lwjrum, consilio Principum et justitia, quæ habeo, ut restituantur, fideliter*

juvabo: et do veram pacem Domino Papœ Callixto, sanctæ Romana? Ecclesia· et omnibus qui in parte ipsius sunt vel fuerunt : et in quibus S. R. Ecclesia auxilium postularet it, fideliter juvabo. Ex parle Pontificis autem: *EgoCallixtus, servus servorum Dei, tibi dilectu filio Henrico, Dei gratia Romanuruu. Imperatori Augusto, concedo electiones Episcoporum et Abbatum Teutonici Regni, quæ ad Regnum pertinent, in prcesentia tua fieri absque simonia et ali(pia violentia: ut si qua inter partes discordia emerserit, Metropolitani tl Provincialium concilio vel judicio, saniori parti assensum el auxilium priebeas. Electus autem Regalia* per *sceptrum a te recipiat, exceptis omnibus quæ ad Ecclesiam Romanam pertinere noscuntur; et quæ ex his jure tibi debet, faciat : ex aliis veru partibus Imperii, consecratus infra sex menses Regalia per sceptrum a te recipiat. De quibus ve.ro mihi querimoniam feceris, secundum officii mei debitum, auxilium meum prostabo. Do tibi veram pacem, el omnibus qui in parte tua sunt vel fuerunt tempore hujus discordia?.*

Pax tantis solemnitatibus constituta, adeo tamen lirina non fuit, ut sequente slate, praesertim sub Fridericis I et II Imperatoribus, non recruduerit discordia, colliso rursus Imperio cum Sacerdotio: donec tandem sub Augustissimae Domus Austriacs Imperatoribus concordia rediit; jacta a Rüdolpho I basi, a Friderico III autem, erectis Concordatis Germania), feliciter consummata.

III. Canonum numerus, ordo, lectio, el inscriptio in diversis collationibus diversa est : epitome subjecta vulgatam editionem conciliorum, ct Gratiani Canones insertos Callixtu inscribentis decretum sequitur. 1. Simoniaeæ promotiones et ordinationes nefiant: simoniace ordinati vel promoti priventur dignitate acquisita. 2. Non tiat Praepositus aut Decanus, nisi Presbyter; nec Archidiaconus, nisi Diaconus. 3. Clericis contubernium cum concubinis el uxoribus sit interdictum; nec habitare cum feminis aliis liceat, quam quas Nicaenum I permisit, 4. Sub pœna sacrilegii non disponant Laici de rebus Ecclesiasticis. 5. Matrimonia consanguineorum, divinis humanisque legibus contraria, sint infamia. 6. Burdini antipapæ ordinationes inito sunto. 7.Sine consensu Episcopi nemo conferat curam animarum. 8. Nemo sub anathematis pœna invadat Beneventum. 9. A suo Episcopo excomrnunicatus non recipiatur in communionem ab alio. 10. Nemo consecret Episcopum, nisi canonice electum ; secus uterque deponatur. 11. Profecturi Hicrosolymam ad bellum contra infideles fruantur indulgentiis; eurum bona autem Boni. Ecclesiæ tutela, lato in invasores anathemate. Cruce olim signati, sed voti non tenaces, resumant intra annum expeditionem Hierosolymitanam vel Hispanicam, alias anathemate feriendi. 12. Porticanorum, h. e. militum in Portuensi urbe, vel peregrinorum in porticibus Romæ degentium, sine hæredibns mortuorum, bona non invadantur. 13. Qui treugam seu inducias ab Ecclesia indictas violat, excomrnunicatus esto. 14. Laicus oblationes Ecclesiis factas capiens aut ipsas Ecclesias usurpans subsit anathemati. 15. Falsarii moneto communione priventur. 16. Sub eadem pœna Komipetæ nun molestentur. 17. Monachi chrisma, oleum infirmorum, consecrationem altarium, ordinationem Clericorum capiant ab Episcopo: externos inungere uleo nc ausinl. 18. Parochi constituantur ab Episcopis; decimas el Ecclesias non recipiant a Laicis absque Praesulis consensu. 19. Servitia Episcopis a Monasteriis ab ætate Gregorii VII praestita continuentur: Monachis tricennales Ecclesianim possessiones sint prohibito. 20. Anathema sit, qui Ecclesiis, Clericis, Monachis, eonunve bonis molestiam infert. 21. Clericorum el Monachorum matrimonia non contrahantur, contracta dirimantur, contrahentes puniantur secundum Canones. 22. Alienationes Exarchartus Ravemialensis, universim aliorum etiam bonorum Ecclesiasticorum, sint milite : ordinationes smoniaeœ, aut non canonica·, sunto irrito, sensu scilicet præccd. Cone, indicato.

CECDMENICUM X. LATERANENSE 11.

I. Schisma, hæresis el disciplinae corruptio fecerunt ut quatuor necdum lustris exactis novum Ecclesiæ universae Concilium cogeretur. Schisma quidem ortum habuit an. 1130, ubi Innocentio II in Papam canonice electo Canlinalesquidam opposuerunt *Petrum Leonis,* Civis Romani ditissimi filium, Axacletüm II dictum. Prior urbe expulsus, ab Anglia tamen, Gallia, et Germania, ct toto fere catholico orbe, S. Bernardi maxime opera, ut verus Pontifex est agnitus: posterior praevaluitRomæ, elan. 1138 mortuus, successorem etiam habuit Card. Grc^orium, Victorem appellatum. Sed hic, depositis vestibus Pontificalibus Innocentio se submisit. Hæresin addiderunt Petrus de Bruis, ejusque discipulus Arnaldus de Brixia, quorum uterque parvulorum baptismati virtutem negavit; ille vero praeterea veritatem corporis et sanguinis Christi in Eucharistia oppugnavit, sacrificia et opera pro fidelibus defunctis derisit, templa et cruces sacras confringi praecepit; hic bona ct possessiones Ecclesiasticis erepta, et Laicis tantum concessa voluit.

Ad pacem Ecclesiæ firmandam, tuendam fidem, et corrigendos mores, indixit hanc Synodum Innocentius II, et ipse collectis Patribus millenarium numerum ferme aequantibus, praesedit. Sessiones celebrato sunt Romæ in Ecclesia Laterani, A. 1139, media quadragesima.

II. Actionum numerum ac materiam monumenta nulla produnt.

Caxoxes duntaxat supersunt; ex quibus postremus primum, vigesimus tertius secundum,reliqui tertium caput causarum pro synodo hac congregata tangunt. Eorum hoc est compendium : 1. Simoniace ordinatus deponatur. 2. Pro beneficiis et rebus sacris detur aut exigatur nihil. 3. Excomrnunicatus ab Episcopo suo, non recipiatur ab allero. 4. Qui ob habitum indecentem moniti ab Episcopo non emendantur Clerici, deponantur. 5. Mortui Episcopi bona nemo diripiat, Ecclesiæ et successori servanda. 6. Majorum ordinum Clerici concubinarii vel uxorati priventur beneficiis. 7. Presbyterorum hujusmodi missas nemo audiat. 8. Moniales nubentes puniantur similiter. 9. Monachi el Canonici Regulares nc applicent se juri civili aut medicinae discendis, temporalis lucri gratia. 10. Laici decimas Ecclesiarum noil possideant. 11. Publica securitas praestetur omnibus. 12. Treuga inviolabiliter observetur sub pœna anathematis. 13. Usurarii sint infames: ni resipuerint, careant sepultura Christiana. 14. Gladiatorum pro virium ostentatione certamina non liceant : mortuis in ejusmodi congressu negetur sepultura Christiana ; non tamen pcenitenlia ct viaticum, ea ante mortem poscentibus. 15. Percussores Clericorum subjaceant anathemati, ncc nisi urgente mortis periculo absolvantur ab Episcopo : Ecclesia et coemeterium loca asyli sunto. 1G. Ecclesiastica beneficia ne sint hæredilaria. 17. Matrimonia consanguineorum sint prohibita. 18. Incendiarii ante et post mortem subjaceant pœnis. 19. Episcopus has

pœnasnon relaxet. 20. Relinquatur nihilominus Principibus jus facinorosa hos puniendi. 21. Presbyterorum lilii arceantur ab altaris ministerio, nisi Monachi aut Regulares facti. 22. Falsa pœnilentiâ non admittenda : quœn&m illa sit. 23. Hæretici habeantur, qui Eucharistia' sacramentum, parvulorum baptisma, sacerdotium aliosque ordines, et matrimonium damnant, aut damnantes defendunt. 2-4. Pro chrismate, sacro oleo et sepultura non exigatur pretium. 25. Beneficium Ecclesiasticum non recipiatur de manu Laid: recipiens privetur beneficio. 2G. Femina sub Monialis habitu non habitet in privatis ædibus, nec viros hospitio excipiat. 27. Moniales non conveniant cum Monachis aut Canonicis in uno choro ad psallendum. 28. Defuncto Episcopo ne vacet Ecclesia ultra 1res menses: non excludantur Religiosi ab electione, alioqni irrita futura. 29. Ballistariorum et Sagittariorum adverans Christianis ars nonexerceatnr sub pœna anathematis. 30. Ordinationes a Petro Leonis aliisque schismaticis faci® habeantur irritæ.

OECCWENTCUM XI. LATERANENSE III.

L Ea?dem, quæ proxime superioris, et præsentis Synodi causas fuerunt. Schisma A. liai) ortum cepit, quo Alexander lll legitime electus atque ab Hispania. Gallia, Anglia et Oriente pro Papa acceptus, Octavianus autem sub Victoris V nomine a tribus Cardinalibus oppositus fuit ; Friderico l Imperatore, quem Latini *Ænobarbum,* Hali *Barbarosscun* dixerunt, antea pictura et litteris exasperato, postmodum ob investituras resumptas reprehenso, Antipapæ partes cum plerisque Germanis tuente, Italis ad alterutrum distractis. Duravit suffectis identidem Antipapis, Guidune Cremensi sub Paschalis lll, Joanne Abb. Strumiensi sub Callixti lll et Landino sub Innocentii HI nomine, usque ad A. 1177, quo Imperator cum Pontifice Venetiis in gratiam et pacem rediit, Landino postmodum capto et in exilium deportato. Schismatis turbas anxit hæresis Waldensium et .Albigensium. Waldenses a Waldo Lugdunensi mercatore dicti affectabant vit® religiosae genus; reprobati autem a sede Apostolica, in errores et vitia ruentes, docebant Pontifici non obediendum; abstinendum a judicio sanguinis; quemlibet justum, etiam feminam, esse Sacerdotem; impios autem, etsi ordinatos, potestate sacerdotali carere; commixtionem carnis omnem urente libidine esse licitam; illicitum juramentum omne; ac manuum laborem esse perfectorum : praeterea Vetus Testamentum non agnoscebant divinum ; contemnebant indulgentias; invocationem Sanctorum, festos dies. jejunia et purgatorium deridebant. Albigenses, in Albigesio Gallia* oppido orti, partira Waldenses, partim Manicbæos sectabantur, cum quibus duo rerum principia, melernpsychosin et mundum aeternum statuebant; peccatum originale, resurrectionem corporum, purgatorium ct infernum negabant; Sacramenta omnia abjiciebant; Ecelesiæ potestatem ferendi leges et quidpiam possidendi eripiebant.

Concilium hoc indictum est ab Alexandro III et ab eodem tanquam Præside ordinatum, frequentatum a trecentis Patribus, inter quos Nectarius Abbas nomine Graecorum . celebratum Romæ in Laterano : cœptum dic ol, et finitum 19* Martii A. 1179.

II. Sessiones tres habitas esse scimus : qua Sessione aut quo ordine quæliliet ex tribus causis tractata sit, deficientibus documentis nescimus.

Qui uni superant, Canonum summarium damus, in quibus prima vice legitur additio:«sacro approbante Concilio.» 1. Non censeatur legitime electus in Pontilicem, nisi a duabus tertiis Cardinalium partibus suffragium tulerit. 1 Ordinationes Octaviani, Guidonis et Joannis Antipaparurn , cum eorum actis omnibus, rescissæ sunt ct irrita·. 3. Nemo promoveatur Episcopus ante 30"", aut Parochus vel animarum curator ante 25„n aetatis annum. I. Piwlati subditos in visitatione haud gravent nimio hominum equorumvo winilatu. ;i. Non ordinetur quispiam sine, titulo, aut alatur ab Episcopo, nisi ila ordinatus proprium habeat, quo se sustentet. G. Nisi praevia commonitione canonica non ferantur censurae; a Praelati sui correctione Religiosi non appellent. 7. Non exigatur quidpiam pro Praesulum aliorumve benedictione; item sepulturis et exequiis, vel benedictionibus nuptialibus : consuetudo contraria non obstet. 8. Beneficia, necdum vacantia, ne quidem promittantur : vacantia intra sex menses conferantur. 9. De manu Laici Ecclesias aut decimas nec Clerici nec Religiosi capiant sine Episcopi auctoritate : Interdicti tempore Hospitalarii ct Templarii semel duntaxat in anno Ecclesias aperiant, non tamen mortuos sepelire ibidem praesumant. 10. .Monachi non recipiantur in Monasterium pretio : non possideant proprium: extra Monasterium soli non versentur. 11. Clerici majorum ordinum servent continentiam: sodomia polluti, si Clerici sint, ejiciantur e Clero; si Laici, excommunicentur. 12. Clerici non sint Advocati, nisi forsan suarum Ecclesiarum aut personarum miserabilium ; nec procuratores secularium. 13. Nemo plura beneficia Ecclesiastica possideat ; alias acceptum recipiens amittat, tradens largiendi facultate privetur : Beneficiatus resideat. 14. Excommunicentur Clerici, qui a Laico Ecclesias recipiunt sine Episcopi consensu; Laici, qui Clericos coram suo tribunali stare compellunt; item qui decimas in aUos Laicos transferunt. IS. Reditus bénéficiâtes post mortem Clerici maneant Ecclesiis. 16. Quod a majore et saniore parte in electionibus vel ordinationibus Ecclesiasticis statuitur sit ratum. 17. Ubi Patroni vel electores discrepant suffragiis, præferatur is quem majora merita et plura suffragia commendant : si id fieri nequeat, Episcopus provideat. 18. In qualibet Cathedrali Ecclesia constituatur magister qui gratis doceat. 19. Non imponantur onera Ecclesiis aul Clericis a secularibus. 20. Torncamenta seu gladiatorum pro virium ostentatione certamina rursus sub priore pœna sint prohibita. 21. Servetur treuga. 22. Sine Principum auctoritate non imponantur nova pedagia. 23. Leprosi, si separentur, proprium habeant oratorium ct coemeterium, sintquea decimis immunes. 24. Arma aut qnæcumque Saracenis subsidia ministrare sub anathemate non liceat. 2a. Usurarii manifesti priventur communione et sepultura. 2G. A Christianis non recipiantur domo Judæi et Saraceni, nisi conversi. 27. Waldenses et Albigenses, hærelici et conim defensores anathemati subsint : bellantibus contra eos sint indulgenti®. Phircs ex hoc et superiore Concilio Canones inserti sunt Juri Canonico sub præsidum Paparum nomine.

OECUMENTCUM XII. LATERANENSE IV.

I. Trinum hujus Concilii finem exposuit Innocentius lll habita in ejus exordio oratione, liberandi nempe *TERRAM SANCTAM* a Mahometanorum Ijnnnide; extirpandi Walpensium et Albigensium hæresin, damnandique

Joachdh cl Almarici errores; et reformandi Ecclesiasticam *disciplinam, fk* sacris expeditionibus dicetur infra; de Waldensibus et Albigonsibtis dictum supra : de erroribus reliquorum nunc dicendum. Petrus Parisiensis Episcopus, ob nativitatem Novaitc m Longobardia *Lombardus,* ob libros sententiarum *magister sententiarum* dictus, emendata docendi forma, ex genuinis Theologiæ fontibus concinnarat opus scholasticum, indicato 4 librorum titulo inscriptum. Id quamvis plausu tum acciperetur summo, et plurimorum postea illustraretur commentariis, non caruit tamen nœvis variis, inter quos gravissimi sunt, quæ numerantur a quibusdam, viginli sex opiniones erroneC©. Earum quamdam dum Alexander lll abrogandam litteris praOiperel Archiepiscopo Senonensi, occasio videtur data *Joachimo* Abbati Floriacensi in Calabria, scribendi contra Petrum eumdemlibellum; in quo assertam irt dix inis non trinitatem sed quaternitatem eidem imponens, ipse docebat nullam rem esse, quæ sit Pater et Filius et Spiritus sanctus; el unitatem natura* seu essentiæ in tribus Persanis non esse veram ct propriam, sed quasi collectivam et similitudinariam, ad modum illius qua multi homines unus populus, et plures fideles una Ecclesia dicuntur. Errorem hunc, non animi perversitaSj sed subtilioris Theologiæ ignorantia peperit; cum plura errorum monstra furor et insania *Almarici* ortu Cainotensis, professione clerici et Doetoris Parisiensis prutulit. Eorum e numero sunt, Christi corpus non magis esse in pane, quam in re alia qualibet; nullam esse resiuTeclionem, nullum paradisum, nullum infernum; thurificationem in Ecclesia esse idololatricam; adulteria aliaque flagilia non esse peccata, si ex charitate liant; Deum in Ovidio, sicut in Augustino locutum.

Indixit hoc Concilium Innocentiis III et eidem præsedit. Adfuerunt Episcopi 412; Patriarch© Orientales 2 præsentes, 2 per legatos; Primates et Metropolitani 77; Abbates el Priores 800, et amplius; absentium Praelatorum et Capitulorum procuratores innumeri; denique Imperatorum et Regum Oratores plures. Romæ in Basilica *Lateranensi* celebratum est mense Novembri an. 1215.

II. Inter acta Synodi hujus refertur translatio ditionum Comitis Tolosam ad Simonem comitem Montis fortis, confirmatio Friderici II in Imperio, Stephani Canluariensis Archiepiscopi, ob neglectum de censuris ferendis Pontificium mandatum, suspensio, et de Toletano Primatu disceptatio. Magis authentica el ad fines Concilii perlinentia sunt Decretum quo sacra expeditiones ordinantur, et Canones quibus tum hæreses et errores, intactis Joachimi persona et Monasterio Floriacensi, damnantur, tum mores reformantur. Canones plerique in Gregorh IX decretales relati, sub Concilii generalis sine addito positi nomine laudantur.

Decretum pro sacris expeditionibus: i. Cnice signatis pro tempore calendas Junii, pro loco Brundusium ad conveniendum præstituit: 2. Monet Sacerdotes fungi recte officio suo, omnes abstinere a dissensione, non praesumere de se, sperare in Deo: 3. Clericis huic expeditioni adjunctis perceptionem beneficiorum integram per triennium concedit : 4. Qui votum expeditionis fecerunt, excommunicatione ad implendum illud compelli, alios ut faciant a Praelatis incilari jubet: 5. Prater magnam pecuniae vim a Pontifice sponte in hoc opus collectam, decernit vigesimam proventuum Ecclesiasticorum pariem in triennium conferri : 6. Signatos cnice ab oneribus omnibus liberat,

eorum tona siibS. Petri tutela recipit, de iis usuras exigi votat : 7. Piratas expeditionis turbatores eorumque qualibet ratione adjutores, aut subsidia qyaliacmnque Saracenis ferentes anathemate percellit: 8. Pro trajectione expeditionis facilitanda prohibet navigationem aliam in terras Saracenorum: item torneamcuta per triennium: 9. Treugam Principibus Christianis per quadriennium imperat : 10. Expeditionem vel armis vel subsidio juvantibus, conde contritis et ore confessis, indulgentias plenarias impertit.

Canones *dogmatici.* 1. Contra Hæreticos varios exponit fidem catholicam de Deo, de Trinitate, de creatione, de revelatione, de incarnatione, de Christi vita et morte, de judicio, de resurrectione, de vita altera, de Ecclesia, de Sacerdotio Christi, de Eucharistia, de transsubstantiation#, de potestate Eucharistiam conficiendi, de Baptismi forma et subjecto, de poenitentia, de mediis salutis et salute etiam a conjugatis obtinenda. 2. Damnat libellum Joachimi contra Lombardum : libelli doctrinam et rationem refert primo, dein refutat, et Lombardi sententiam tanquam catholicam exponit ac probat: damnat ut hæreticos cum Joachimo sentientes, Joachimi tamen personam et Monasterium nulla afficiendum pœna excipit : demum Almarici doctrinam, quam non tam hærcticam quam insanam censet, reprobat et condemnat. 3. Excommunicat hæreticos alios omnes cujuscumque nominis, eos post damnationem seculari potestati subjicit, eorumque bona fisco addicit: haereticorum exterminatores privilegiis ornat, toleratores poenis afficit: sine Episcopi licentia praedicantes communione privat. 4. Excommunicat, et si perrexerint, deponit Sacerdotes Graecos, qui execranlur Latinos Sacerdotes, aut lotione pollui ab his altaria sacrificiis declarant, vela Latinis baptizatos rebaptizant. 5. Antiquam controversiam definit, post Romanum Patriarcham, primum Constantinopolitano, secundum Alexandrino, tertium Antiocheno, quartum Hierosolymitano locum tribuendo : præcipit ut Patriarchae a Papa, subjecti a Patriarchis pallium accipiant; appellationem ad eosdem statuit, salva appellatione ad sedem Apostolicam.

Canones *morales.* 6. Concilia provincialia singulis annis celebrentur a Metropolitis. 7. Prælati corrigant excessus subditorum, maxime Clericorum. 8. Centra delinquentes procedatur vel per accusationem, quam legitima inscriptio, vel per denuntiationem, quam charitaliva admonitio, vel per inquisitionem, quam clamosa insinuatio seu infamia publica praeveniat. 9. Iu eadem civitate ne sint duo Episcopi : tolerentur tamen ritus diversi, cuilibet proprii. 10. Episcopi constituant praedicatores et Confessarios idoneos. II. Constituant iidem in Cathedralibus Ecclesiis magistrum, qui sacras paginas el ad curam animarum pertinentia, in aliis, qui grammaticam doceat. 12. Singulis trienniis instituantur Capitula Religiosorum. 13. Non instituantur novi Religiosorum ordines; Abbas unus non praesit Monasteriis pluribus. 14. Clerici incontinentes puniantur secundum Canones : qui pro more regionis non abdicarunt copulam, iis matrimonio uti liceat. 15. Abstineant Clerici a crapulis, ebrietate, venatione. 1G. Iidem abstineant a negotiis «ocularibus statum eorum dedecentibus, alcis et tabernis : tonsuram et coronam gerant : vestiantur modeste el congrue, tum in, tum extra Ecclesiam. 17. Abstineant a comessationibus ct confabulationibus illicitis : intersint diligenter divinis officiis. 18. Non intersint judicio sanguinis, nec exerceant ibirurgiam quæ fit per ustionem vel incisionem. 19. Vasa et supelleclilia

Ecclesiæ sint munda. 20. Eucharistia et chrisma custodiantur sollicite. 21. Omnis utriusque sexus fidelis, post discretionis annos, saltem semel in anno, peccata omnia confiteatur Sacerdoti proprio, poenitentiam injunctam pro viribus impleat, ad minus in Pascha Eucharistiam reverenter suscipiat; aliixjui vivens ingressu Ecclesiæ, mortuus sepultura Christiana careat. Justa ex causa proprio confiteri nolens, ab illo licentiam habeat confitendi Sacerdoti alteri, ab isto alias non absolvendus. 22. Medicus corporis ad ægrum ante omnia curet vocari medicum animæ ; nec suadeat aliquid quod animi obsit. 23. Ecclesia cathedralis aut regularis non vacet ultra tres menses, devolvendo alias jure ad proxime superiorem, qui ipse ultra hoc tempus non differat provisionem. 24. Electio legitima fiat vel per inspirationem, vel per scrutinium, vel per compromissum : qui aliam viam tentaverit, ea vice eligendi jure privetur. 25. Electio per secularem potestatem nulla, eique consentiens inhabilis sit ad dignitatem. 26. Confirmator examinet electionem factam et electi habitudinem : electo extra Italiam fas sit administrare Ecclesiam. nihil tamen alienare. 27. Episcopi promovendos ad Sacerdotium instruant aut instrui curent. 28. Qui postularunt facultatem renuntiandi beneficio, ea obtenta compellantur eidem renuntiare. 29. Possidens jam beneficium curatum, et aliud recipiens, priori sit privatus ipsojure; utrumque retinere volens, privetur etiam altero : in eadem Ecclesia nemo plures dignitates vel personatus, etiam non curatos, simul habeat : fas tamen sit sedi Apostolicæ cum sublimibus et litteratis dispensare. 30. Ad Ecclesias assumantur idonei, rejectis indignis. 31. Canonicorum filii, praesertim spurii, ne fiant Canonici in eadem Ecclesia. 32. Parochus congruam portionem habeat ex proventibus Ecclesiæ : deserviat per se ipsum, nisi Parochia annectatur præbendæ vel dignitati. 33. Procurationes ratione visitationis debitae extra actualem visitationem non exigantur; et sint moderate. 34. Neque exigatur plus quam solvatur in procurationem Legati vel alterius visitantis. 35. Λ judice legitimo ante sententiam latam ne appelletur, nisi justa causa judici exposita. 3G. Sententiam interlocutoriam vel comminatoriam, lite pendente, revocare judici liceat. 37. Per litteras Apostolicas ad judicem, ultra duas diaetas remotum, nemo trahatur, nisi litterae de partium assensu sint impetralæ, aut hujus Canonis specialis fiat mentio : absque speciali autem mandato Domini sui pro illo litteras ne quis impetret. 38. Judex curet omnia judicii acta diligenter conscribi. 39. Si quis a fure rem alienam scienter acceperit, contra possessorem spoliato hujusmodi succurratur per restitutionis beneficium, licet non probetur dominium, ct rigor juris civilis obstet. 40. Actori ob adversæ partis contumaciam detentione adjudicata rei, quam tamen consequi prohibetur a reo, actor post anni lapsum sit venis rei dominus, et omnia possessionis commoda consequatur. 41. Absque bona fide nnlla valeat præstriptio sive canonica sive civilis. 42. Ne Clerici jurisdictionem suam extendant in praejudicium justitiae sccularis. 43. Clerici qui nihil temporale habent a Laicis, ne cogantur ab his fidelitatis Sacramentum præstare. 44. Fetidorum aliorumve bonorum Ecclesiasticorum alienatio, licet probata per Laicorum constitutiones, non valeat sine consensu Ecclesiasticarum personarum. 45. Patroni, advocati, vicedomini Ecclesiarum non plus usurpent quam quod jure concessum : iidem vel bénéficiât! si Clericum occiderint vel mulilarint, amittant munus vel beneficium prorocata pœna

irregularitatis in quartani eorum generationem. 46. Confirmatur Can. 19 Concilii superioris : si sit necessitas, ut sulwidium ferat Ecclesia, id fiat sine coactione, ubi Laicorum facultates Jion sufficiunt, consulto prius Papa, fi. Non feratur excommunicationis sententia, nisi monitione præmissa, praesentibus personis idoneis, et justa manifestaque de causa. 48. Qui judicem recusat ut suspectum, recusationis causam coram eo proponat, et simul cum parte vel judice arbitros eligat : causa ab his non probata, judex pergat; probata, rem ad Superiorem remittat, vel recusature volente committat tertio: ubi manifestum est crimen, appellationis ratio non habeatur. 49. Nemo ex cupiditate vel avaritia ferat aut solvat excommunicationem. 50. Prohibitio matrimonii inter consanguineos ad 4"m gradum sit restricta; in 2° et 3° genere affinitatis sil sublata. 51. Clandestina matrimonia sint prohibita i proles ex his susccptæ censeantur illegitimae. 52. Testes de consanguinitatis gradibus sint de visu, nec sufficiant amplius de auditu; scilicet dum agitur de matrimonio ex hoc capite dissolvendo. 53. Prædia decimalia non tradantur excolenda hominibus, nisi qui decimas integre solvunt. 54. Solvantur prius decimae ex fructibus, quam census et tributa ; quæ si prius soluta fuerint, ex bis decimas solvi oportet. 55. Etiam Regulares propriis manibus terras colentes, sihæ decimis obnoxiæ sint, cx illis has solvant. 56. Non fiant elocalionum aut iufeudationum pacta, queis in praejudicium. Parochiarum decimæ ad locatores divertantur : percepta ex his restituantur Parochiis. 57. Fit declaratio privilegiorum Religiosis concessorum, praesertim circa confraternilates, et Ecclesias tempore interdicti. 58. Indultum Religiosis conceditur etiam Episcopis celebrandi missam cum certis conditionibus, interdicti tempore. 59. Religiosi non fidejubeant sine Abbatis aut Capituli consensu; nec accipiant mutuo pecuniam, ultra summam communi providentia constitutam, Conventu alioquin libero : nisi manifeste constet, negotium redundasse in communitatis bonum. 60. Abbates, nisi specialiter concessum habeant, noiise ingerant iis quæ sunt officii Episcopalis circa causas matrimoniales, poenitentias publicas, indulgentias. 61. Regulares Parochias vel decimas sine Episcoporum consensu de mauu Laicorum non recipiant: cxcommunicalos vel interdictos non admittant ad divina : in Ecclesiis, ad ipsos pleno jure haud spectantibus, instituendos Episcopis non praesentent presbyteros, qui ipsis de temporalibus rationem reddant : institutos non removeant inconsultis Episcopis: praesentent idoneos. 62. Sacrae Reliquiæ non sint venales, nec ostendantur extra capsam : de novo inventæ, nisi a Papa approbate, publicam venerationem non habeant : circa eas vitentur deceptiones, figmenta et falsa documenta. 63. Nihil exigatur pro Episcopi consecratione, Abbatis benedictione, Cleri ordinatione. 64. Non recipiantur .Moniales pro pretio, statuta in recipientem et receptam pœna perpétua? relegationis in locum arctioris rcgulæ : eadem usura Monachis et Regularibus 'it prohibita. 65. Episcopi nihil exigant pro concessione Institutionis beneficialis, Professionis religiosae aut sepulturae. 66. Exequiæ mortuorum, benedictiones nuptiales, adrninistrationes Sacramentorum fiant gratis, servata tamen pia ct laudabili locorum consuetudine. 67. Judæis, qui immoderatas uniras % Christianis sumpserint, cum his non concedatur commercium donec illis satisfecerint : compellantur iidem ad decimas ex bonis huic oneri ante obnoxiis, solvendas. 68. Judæi a Christianis habitu distinguantur ; diebus

lamentationis et Passionis Dominicæ non prodeant in publicum : non sinantur blasphemare Christum crucifixum. l>'J. Officiis publicis non pnvliciantur Judæiaut Pagani. 70. Ne permittantur Judœi aliique ad fidem conversi hanc cum veteribus eorum ritibus permiscere.

CECUMENICUM XIII. LUGDUNENSE 1.

i. Ex quinque Concilii hujus indicti causis, facile princeps et Uberius agitata est actio contra Friderici m II Imperatorem; quæ ut pcrspicialur accuratius, alteram de Expeditione sacra addimus, simulque susceptaram omnium brevem synopsin addimus.

EXPEDITIONES, ob finem *sacrce,* ob crucem prædicatam et militantium vestibus assutam *Cruciate?.* suscipiebantur principaliter contra Mahometans pro recuperanda aut defendenda Terra sancta seu Palaestina; tum etiam contra eosdem, Hispaniam vel aliam orbis christiaui provinciam invadentes; denique contra Hæreticos, pnesertim Albigenses in Gallia, ct postea Hussitas in Bohemia, aliosve Pacis Ecclesiastic® perturbatores. Decem hujusmodi celebriores numerantur. P. cohortante Urbano II suscepta est A. 109G. principe Godefrido Bullionio Duce Lotharingiæ : expugnatis Nicaea in Bithynia, Antiochia in Syria, ac tandem Hierosolyma; Dux victor regnum Hierosolymitanum acquisivit et condidit. 2*. A. 1101. sub Welfonc Bavariæ Duce adornata, tripartito ex Germanis, Gallis et Italis exercitu, cassa est reddita ab Alexio Comneno Imp. Græcorum, Latinorum potentiam in Asia ægrius ferente, accedente etiam immaturo Bullionii obitu. Interea A. 1104. Hospitalarii, Equites primum Hierosolymitani S. Joamiis, post Rhodii, dein Melitenses dicti ; A. 1118 autem Templarii Equites sunt orti : quorum priores ad Christi sepulchrum peregrinos excipere hospitio; posteriores, fixis juxta templi porticum sedibus, peregrinos in Palaestinam deducere ex instituto; utrique eosdem contra grassatores el infideles defendere ex militari zelo susceperunt. 31. prodiit Eugenio III auctore, S. Bemardo prædicatorc, Conrado III Imperatore cl Ludovico VII Rege Galliæ Ducibus A. 1145. concitata : ingentem belli apparatum Manuelis præcipue Imp. Græci invidia et perfidia attenuavit primum; orta subin inter Duces æmulatio et discordia, ne expugnato quidem Damasco, penitus perdidit. Tum vero, quæ ante jam indinarat, ad ruinam properabat Palæstina ; Saladino post victum captumquc Guidonem, Hierosol. Regem,tota regione, unis Tripoli. Tyro ct Antiochia exceptis, polito. P. pro reparando tanto malo, agente Gregorio VIII sub Ducibus Friderico I Barixirossa, Philippo H Galliarum, Richardo I Angliæ Rege et Leopoldo Austriaco, A. 1190. coaluit; majore exspectatione quam fructu, ob Friderici i» Cydno amne balneantis interitum, et discordiam reliquos inter Duces concitatam. Ptolemaide enim capta redienmt: eo in interitu erepta Græcis Cyprus, Guidoni nuper ejecto data , exulis familiæ jacturam aliquantulum sarcivit. Accessit sub hæc tempora, scilicet A. 1192. tertius militum ordo, nempe Teutonicus, proGenuaniœ nobilitate; cum Hospitalariorum et Templariormn potissima pars ex Francis et Belgis conllaretur. 5*. urgente Cœlestino HI, duce Henrico M Barbarossæ filio An. 1193. movit, sed prosperos sub initium successus discordia rursus ct perfidia evertente. 6·. excitatore Jnnocenlio III, An. 1204. suscepta est sub Balduino Flandriæ Comite, qui, dum Dandolo Venetorum duci junctus, facto per Thraciam itinere, Græcos corn-

pulisset, ut Alexium Angelum juniorem reciperent Imperatorem, ob cædcm novi Imperatoris Gonstantinopolirn reversus, hac urbe expugnata, ipse a Latinis constitutus est Imperator Orientis in Europa; Græcis interca Nicææ primum, Ium Trapezuntii, novum Imperium Orientis in Asia erigentibus. Cum tamen expeditio hæc parum prodesset Terræ sanctæ ; 7*. ab Jnnocentio III in Cone. Lateranensi IV est indicta, ct An. 1217. ductoribus Andrea Rege Hungariæet Leopoldo Duce Auslriæ suscepta; cujus fructus fuit Hierosolyma et Damiata expugnata. Ulraquc autem haud multo post in Saracenorum potestatem relapsa. 8'. successit Gregorii IX hortatibus et Friderici II auspiciis, qui An. hujus secali 15, cruce jam signatus, sed voti hactenus negligens, tandem vi anathematis cqjnpulsus, aut etiam desponsa sibi Jolantha ct iUato in dotem Regni Hierosolymitani jure excitatus; An. 1228. in Orientem movit, expugnata cum quibusdam oppidis Hierosolyma, anno allero Rex ejusdem coronatus : sed inita cum Barbaris, quos perdere poterat, pace præpropera redux, omnem brevi post fructum, occupantibus pristina Saracenis, amisit. 9*. in piTPsenli Concilio decreta, S. Ludovicum Galliarum Regem habuit ductorem, ct Damiatam expugnatam fructum , qui tamen capto postea Rege et urbe pro lylro reddita, non fuit diuturnus. 10a. An. 1270. resumpta est eodem S. Ludovico arma sacra transferente in Africam, Eduardo Angliæ Rege movente in Asiam : cum vero Galliarum Rex , expugnata Carthagine, in Tuneti obsidione sanctissime moreretur, Carolus Rogis frater cum Tunclanispacem, Eduardus cum Palæstinæ dominis inducias pactus,in Europam redierant.

Non violati duntaxat voti et ingratitudinis erga sedem Apostolicam, sed ct aliorum criminum, excitata maxime Gibcll inorum Cæsari etGuelforum Pontifici addictorum factione, reum se fecerat Fridcricus II ideo ab Innocenlio III el Gregorio IX ter anathemate innodatus. Proposuerat ei Innocentius IV conditiones pacis: has vero quoniam Princeps cum Ecclesiæ contemptu rejecerat, ille non tutum sibi ratus remanere Romæ, clam cum Cardinalibus quibusdam recepit se in Galliam ; ubi occlusurus tot malis, indixit generale Concilium, evocatis etiam Regibus ac Principibus, spcciatim Friderico ' mparere jusso. Adfuerunt, præter plurimos Abbatum procuratores ct capitulorum deputatos, 104 Episcopi, inter quos Constantinopolitanus, Antiochenus ct Aquileieusis Patriarchæ : ex secularibus Principibus Balduinus Imp. uuslantinopolitanus : Fridcricus autem non nisi per Legatos, quorum præcipuuseral Thaddæus dc Suessa, Camcræ Imperialis Judex. Congregatum est Concilium Lugduni in Gallia, in ædibus monachorum S. Justi, præsidc ipso InnocentioIV Pontifice: sessionibus quinque, si præliminarcm adjicias, aut Iribusduntaxat juxta vulgatam sententiam, fuit circumscriptum, pro initio ii'Junii, pro fine 17' Jul. A. 1245. assignatis.

II. Spoponderat quidem in Congregatione prævia Thaddæus, appellatis 'umRegum Galliæ et Angliæ oratoribus tanquam vadibus, Fridericum satis- ■idûram pro damnis ct injuriis datis, aliaque additurum pro rebus Christianis opera ac merita; ut Synodi examine ct judicio declinatis causam cum fralifice componeret : sed noluit fidere promissis Innocentius; tum quia fallacia illa jam sæpius erat expertus: tum quia ol Principali suo ignorante Hulcrat obsides, el fidejussio imprudenter acceptata Eccelsiam cum duobus «dirae Principibus committere poterat. Itaque *Sessione* P. Pontifex Concilii

causas exponens, dixit de excessu Pradatonim ac Clericorum mores suasa»! Canones non componentium; de subsidio Orientalibus ferendo advenus Saiacenas, capta Hierosolyma, Ecclesiæ ruinam minitantes; de inediis ad impetum Tartarorum, Hungarian! \icmasque regiones infestantium, reprimendum aptis; de Græcomm schismate indies accrescente; de Friderici denique sceleribus: in quo postremo capite cum uberius perorasset, Imperatoris causidicus Thaddæus eloquenter magis quam solide respondit, objecta crimina alia inticiando, excusando alia, quædam in Pontifices ipsos retorquendo. Sess. 2*. Eadem causa agitata est, Episcopis quibusdam contra Imperatorem, Legato ejus pro illo dimicantibus : quo demum postulante datæ sunt duarum hebdomadum induciæ ; ut vel ipse Imperator responsurus adesset, aut Legato ampliorem facultatem daret,circaschismatisct hæreseosobjectionem. Sess.3·. Instituta pro festo Nativitatis Beatissima? Virginis Octava, editi sunt Canonesseu constitutiones, prater Decreta causas Concilii attingentia, judicialem foruiaui regulantes. Sres. P. Perlato ad Concilium contumaci Imperatoris, Synwlc» parere renuentis, nuntio, discesserunt ab ejus partibus plures :auditæ centra eum accusationes: queisrespondendo cum Thaddæus non proficeret, appellavit ad Concilium proxime futurum generalius: appellatione autem rejecta, demum lata est in Fridericum excommunicationis et depositionis sententia, in qua scelera Imperatoris recensente, declaratur is reus violatæ pacis, Ecclesiam inter ct Imperium initæ; sacrilegii in captione ct violenta detentione Cardinalium et Antistitum, ad Concilium a Gregorio IX Romæ indictum proficiscentium; Pontifici® dignitatis læsæ per famosas in eumdem Pontificem epistolas; invasionis patrimonii S. Petri, contemptus censurarum Ecclesiasticanim iteratarum; Ecclesiæ in sacris præsertim electionibus oppressae; tyrannidis in Clericos, ad duella subeunda coactos; Romanæ Ecclesiæ frustratæ censu debito prupter Siciliam jure beneficiario ab Ecclesia Romana acceptam.

Concilii hujus Caxoxes ad judicii formam pertinentes Libro sexto Deeretalium inserti, cum reliquis hæc continent; 1. Dum Papa Rescripto delegat judicem, cum clausula ut quidam alii etiam conveniri coram eo possint; tantum quatuor alii, in citatorio nominandi, possunt conveniri. 2. Delegati sedis Apostolicæ sint in dignitate constituti, et tantum in civitatibus. 3. Vola condilionalia alternativa, dubia et incerta reprobentur, et habeantur pro non adjectis. 4. Delegatus nequeat compellere partes, ut personaliter comparcant. nisi ad hoc speciale mandatum habeat, aut sit causa criminalis. 5. Exceptio peremptoria non impedit litis contestationem, nisi sit rei judicat® aut transact®. 6. Conservatores dati defendant sibi commissos, nec extendant polestalem ad judicialem indaginem. 7. Actor non comparons in termino per citationem præfixo, comparent! reo condemnetur in expensas: ad ejus petitionem non amplius citetur reus, nisi actor caveat de judicio sisti. 8. Volens contra lilium plures movere quæstiones, omnes tractet coram iisdem judicibus: aliter rescripta obtenta non valeant, nec processus ; parti ad diversos judices tract® teneantur ad expensas. 9. Qui litigat de beneficio obtinendo, non mittatur in ejus possessionem, possessore licet contumaci; sed lite non contestata procedatur ad sententiam finalem. 10. Appellans ad Papam appellet in scripto, expressa causa et Apostolis petilis. II. Judex recusatus statuat arbitris terminum ad cognoscendum de recusationis causis; eo elapso judex pro-

cedat in causa principali. 12. Excommunicatio in participantes cmn excommunicatis ntin teneat, nisi præmissa monitione. 13. Ecclesiæ administrator novus faciat inventarium, solvat debita, nihil alienet, debita non contrahat aut oppigneret absque solemnilale et causa legitima, annuam reddat rationem. 14. Pro subsidio Imperii Conslanlinop ilit ini, ex dignitatibus et a residentibus non integre medietas, a reliquis tertia pars proventuum Ecclesiastico-rum per deputatos Ecclesia' Romana· colligenda detur, exceptis tamen cruce signatis, aresidentia legitime excusatis, et apud Cardinales et Praelatos Romanos obsequia obeuntibus : subsidium ferentes gaudeant indulgentiis ct prh ilegiis, queis Terral sanctæ succurrentes gaudent. 15. Moneant dc subsidio ferendo Pnvlali pupillum sibi commissum. IG. Contra Tartarorum incursus muniantur terne; de illorum motibus moneatur sedes Aposlolica, subsidium procuratura, imperatura, destinatura. 17. Decernitur expeditio in Terram sanctam, eodem fere tenore, quo postremum Concilium est usum.

Caxoxts Innoccntio IV. ct huic Concilio inscriptos alios duodecim reperirc est in Libro Decretalium sexto, Titulis de Electione, Exceptione, Homicidio, Officio Ordinarii, Privilegiis, Restitutione spoliatorum, Sententia et Re judicata, Sententia Excommunicationis et Testibus; ab Actis tamen Concilii absunt. Caelorum nec superiores omnes in ipso Concilio factos testatur Mathæus Parisius.

' OECIMEMCU.M XIV. LUGDUNENSE II.

I; Prælcr repetitas jam causas, dc subsidio *TERRÆ, SANCTÆ* et morum *REFORMATIONE* urgendis, præcipua pro hoc Concilio congregando fuerat Γ.v/Ocum *Græcis* resarcienda. Steterat ea utcumque post Photii alteram depositionem perSeculum etiam decimum, quantumvis Ecclesiæ Latina; luctuosum, et amplius ; atque frustratis Patriarcharum Constantinopolilanorum conatibus (præsertim Nicolai mystici in impugnatis tertiis et quartis nuptiis, Theophylacti in obtento Pallii proprio jure, Sisinii ct Sergii in vulgatis rursus litteris ct calumniis Photianis, Eustathii in postulando Patriarchae (ttumcnici titulo) Primatus Romani Pontificis a Græcis adhuc agnoscebatut. Post medium vero Scculi undecimi, bellum ct schisma restauravit Michael Ccrularius. ut Constantinopoleos Patriarchalu, quem contra Canones occuparet, impune frucrctur, et vindicaret negatum quoddam sibi privilegium; usus eam in rem. prælcr vim ct artes, seditioso Niccke Pectorali scripto, quod litteris suis munitum ad Orientis Episcopos et Monachos emiserat. Re causaqueeomperttt, Leo IX. summus Pontifex, tum scriptis ad Ccrulariuni pro stabiliendo Primatu et diluendo schismatis prætcxtu litteris, tum Legatis tribus Conslantinopolim missis, redintegrare pacem studuit : jamque Legatorum PrincepsHumbcrtus Cardinalis edita confutatione effecerat, ut Pectorali libro flammis addicto, Constantinus Monomachus Imperator ne quis Ecclesiæ Roman® Primatum et doctrinam impugnaret, ediceret : sed Imperatore subin mortuo, Ccrularius apud Theodorum rerum potens rupit unionis negotium ; dOriente ol» dominantia vilia non minus quam hæreses grassanlcs in casum jam prono, 1res Patriarchas in schismatis communionem pertraxit. Teutata quidem sub Conincno reunio, spes etiam ejus a Manucle facta, ct flagitatio ab Alcxio Angelo seniore ad Innocentium III. delata est; quin et a Latinis Imperatoribus in Thraciam, Graeciam ct Bulgarian! reducta, aliquandiu

stetit : venira reliquis Greconnu in provinciis, Theodori I.ascaris præsidio tuluni, duravit schisma ; expulsisquc a Joanne Ducact Alexjo Latinis, iisdem ductoribus rediit in sedes pristinas : donec Michael Palæologus, cx politica etiam Imperii recuperati a Cruciatarum periculo liberandi ratione, tractare cum Pontificibus de unione cœpit, Patriarcha quidem contumaci et repugnante, Episcopis autem plerisque cedentibus, maxime Joanne Vecco, Graecorum doctissimo. Ad negotium tantum penitus conficiendum Gregorius X. indixit, ipseque præsens rexit generale Concilium, ad quod coulluxerc Cardinales 15, Patriarchae 2, Archiepiscopi 70, Episcopi 500, Abbates 70. Prelati biferiores 1000 el amplius, una cum Imperatorum el Regum Legalis pluribus, ipsoque Jacobo Aragoniæ Rege, sed post Sess. 2J,n.digresso: vocatus etiam fuerat S. Thomas Aquinas, mortuus tamen in itinere, et S. Bona-\entura, itidem defunctus, sed in ipso Concilio, in quo antea Cardinalis el Episcopus Albanensis creatus fuerat. Celebratum vero est Lugduni Galliarum, in Ecclesia Principe S. Joannis, tenuitque a 7 Maii ad 13 Jul.

IL Sessione i*. Pontifex habita ad Patres oratione exponit triplicem hujusCou. cilii finem. Tempore hanc inter el sequentem Sessionem intercepto, decernuntur in sexennium dccünæonmium redituum Ecclesiasticorum pro subsidio belli Hierosolymitani. Sess. 2*. Promulgantur constitutiones fidei de processione Spiritus sancti el Primatu Romani Pontificis. Abbates cum inferioribus Prælatis dimittuntur a Concilio. Sess. 31. Publice edicuntur Constitutiones duodecim ad electionem Episcoporum el ordinationem Clericorum spectantes. Post cam appellunt Gneci. Sess. P. Admissis ad Concilium Græcorum Legatis, quorum alii Imperatoris, alii Episcoporum oratores erant, Pontifex rursus causas Synodi exponens, in Graecorum adventu declarat ct laudat eorum liberrimam obediendi promplitudinem et a spe ac respectu temporalium exemptam : Legati litteras Imperatoris ct Metropolitanorum publice legendas offerunt; tum suo iliorumque nomine schisma ejurant, acceptant professionem Fidei Ecclesiæ Romanæ. agnoscunt Papæ primatum per universam Ecclesiam, jusque appellationis ad sanctam sedem, et addito juramento dc obcdienlia Romano Pontifici debita perpetuo custodienda, unionem integram restaurant. His actis cantatur Hymnus Ambrosianus, symbolum item Fidei primum latine a Latinis, tum grace a Gnecis, cum additione *Filioque* ler ah ipsis repetita. Sess. 3* Excipiuntur Legati Tartarorum Principis ab eodem missi ad fœdus contra Tureas ineundum. Promulgantur quatuordccim reliquae constitutiones: solemnes cxequiæ mortuo post 4am Sessionem S. Bonaventure persolvuntur. Sess. 6*. Editis constitutionibus duabus, altera de Religiosis ordinibus, altera quæ interiit, el morum emendationibus aliis curff ac vigilantia· Prelatorum commendatis, Pontifex finem Concilio impunit, Gnecosque cum muneribus ct litteris dimittit, adjuncto a se Legato, Abbate Cassinensi.

Legationem el Concilium acceptavit grecum Imperium, el habito Concilio omnia acta habuit rata, inserto rursus dyptichis Pontificis nomine cum elogio summi Ecclesiæ Apostolica Pontificis et Papæ œcunienici; exauctorato. qui unus obstabat, Josepho, el Joanne Vecco substituto Patriarcha Constantinopolilano.

111. Constitutio synodica de processione Spiritus sancti sic habet: *Fideli*

ac devota professione fatemur, quod Spiritus sanctus æternaliler ex Patre et Fi/ii», *non tanquam ex duobus principiis , sed tanquam e.r uno principio, mm duabus spirationibus, sed unica spiratione procédai. Hoc professa esi hactenus, prcedicavil el docuit : hoc firmiter tenet, prædicat, profitetur el docet nicrvsancta Romana Ecclesia, mater omniuni fidelium el magistra : hoc habet, orlhudojcurum Patrum atqui Doctorum Latinorum pariter ac (irmcorum incommutabilis el cera sententia. Sed quia nonnulli, propter irrefragabilis præmissa ignorantiam veritatis, inerrares varios sunt prolapsi; nos hujusmodi moribus viam præcllttdere cupientes, sacro approbante Concilio damnamus ft reprobamus omnes, qui negare præsumpserint, æternaliler Spiritum sanctum ex Patreet Filio procedere; sice etiam temerario ausu asserere, qùo'd Spiritus sanctus ex Patre et Filio, tanquam ex duobus principiis, et non tanquam ex uno procedat.*

Professio Fidei de Primatu, a Clemente IV; præscripta ct a Michaele Imp. in datis ad Concilium litteris expressa, hujus tenoris: *Ipsa quoque sancta Humana Ecclesia summum et plenum Primatum el principatum super universam Ecclesiam Catholicam oblinet; quem se ab ipso Domino, in B. Petro Apostolorum Principe sive vertice, cujus Bomanus Pontifex est successor, cum polesialis plenitudine recepisse, veraciter et humiliter recognoscit : et sicut proc cceteris tenetur fidei veritatem defendere, sic et si quæ de fide subortæ fuerint quffstiones, suo debent judicio definiri : ad quam potest gravatus quilibet super negotiis ad Ecclesiasticum forum pertinentibus appellare; et in omnibus causis ad examen Ecclesiasticum spectantibus, ad ipsius potest judicium recurri; el eidem omnes Ecclesiæ subjeclæ, ipsarum Prælati obedientiam tl reverentiam sibi dant. Ad hanc autem sic plenitudo potestatis consistit, qwlEcclesias exteras ad sollicitudinis partem admittit; quarum multas, et Patriarchales prxeipue, diversis privilegiis eadem Bomana Ecclesia honoravit, sua tamen observata prærogativa, tum in generalibus Conciliis, tum in aliquibus aliis, semper salva.* Et infra: *Primatum quoque ejusdem S. B. Ecclesiæ, prout in prxmissa serie continetur, ad ipsius sanctæ Ecclesiæ obedientiam spontaneam venientes, confitemur et recognoscimus , acceptamus ct sponte suscipimus.*

Cù o m'm editorum in hoc Concilio, et Lib. 6. Decretalium illatorum, epitome est sequens : 1. Fides de processione Spiritus sancti. 2. Obtineat decretum Concilii Latcran. III. de electione summi Pontificis : eo mortuo, Cardinales in uri» exspectent absentes per decem dies : tum praesentes conveniant in palatio Pontificis, eodem in conclavi, nullo pariete aut velamine intermedio, in communi habitantes, servitiis restrictis, et commercio cum externis abscisso. Electione intra triduum post congressum non succedente, electoribus in prandio et cœna unum duntaxat detur ferculum : quinque diebus abhinc sine electione absoluta elapsis, deinceps solo pane, vino et aqua sint contenti, donec fiat provisio Ecclesiæ. 3. hi electionis impugnatione, omnia opponenda exprimantur in appellationis instrumento, addito juramento ab opponente, credi ct probari velle expressa : super iis, quæ non sunt expressa, non audiatur opponens, nisi juraverit, novas probationes pwlca primum detectas. 4. Electus in administralioncm se non ingerat ante «infirmationem ; alias jure quæsito sil privatus ipso facto. 5. Electio slatim intimetur electo : electus intra mensem consentiat, alioqui privandus ipso

"i 5

facto, nisi a sujieriore licentia electo sil petenda : post consensum si intra tus menses non petat confirmationem, irrita sit electio. 6. Scienter dans suffragium indigno, non privatur jure suffragii, si non subsequatur indigni electio. 7. Peracta electione et consensu praestito, impugnare electionem non liceat, nisi quis juret, defectum primo post innotuisse. 8. Contra electum suffragiis duplo majoribus non valeat impugnatio a minore parte, prætcxtu zeli, meriti vel auctoritatis minoris in electore; nisi ostendatur votum fuisse nullum ipso jure. 9. Temeraria appellantium audacia et appellationum frequentia sit prohibita. 10. Eligendo objectus defectus examinetur : si non sit venis, puniatur objiciens. 11. Gravans alios propter negatum in electione suffragium, ipso facto sit excommunicatus. 12. Bonorum vel jurium Ecclesiasticorum usurpator ipso facto subjaceat excommunicationi ; justus possessorjure non abutatur. 13. Parochus non fiat ante 25um aetatis annum, promotione alias irrita : a scientia et moribus sit commendatus. Resideat in Parochia: intra annum fiat Sacerdos; privatus Ecclesia alioquin, nulla etiam monitione praemissa : circa residential!! ad tempus rationabiliter dispensandi facultatem habeat Ordinarius. 14. Parochia non detur in commendaro, nisi ætatem ct Sacerdotium habenti : nec nisi una uni, non alisque rationabili causa, nec ultra sex menses : secus facta sint ipso jure irrita. 15. Scienter ordinans Clericum aliena· Ecclesiæ sit per annum suspensus ab ordinum collatione : hac suspensione notoria, sine illius licentia Clerici a vicino ordinari possint. 16. Bigami careant privilegio Clericali, et foro Laicali sint obnoxii; contraria consuetudine non obstante : sub anathemate non ferant tonsuram aut habitum Clericalem. 17. Canonici non cessent a Divinis, nisi causam cessationis canonicam exprimant instrumento authentico; alterutro deficiente fructus non faciant suos. 18. Dignitates vel beneficia curata plura, aut cum dignitate curatum beneficium possidens compellatur ab ordinario ad exhibendam dispensationem: si dispensatio absit, alteri fiat collatio jiossessi sine dispensatione; si sit dubia, sedes Apostolica consulatur. 10. Advocati ct Procuratores Ecclesiastici annis singulis praestent juramentum de officio rite agendo. 20. Absolutio a censuris, extorta per vim aut metum, est irrita : extorquentes sint excommunicati. 21. Pontifice beneficia in curia Romana vacantia intra mensem non conferente, jus redit ad collatorem ordinarium. 22. Res Ecclesiastic® a Pliciatis ne alienentur sine Capituli consensu, ct sedis Apostolic® licentia speciali : alienatio his carens nequidem præscrilændi conditione polleat. 23. Non instituatur novus Ordo Religiosus: mendicantium ordines post Cone. Lateran. IV. instituti, necdum confirmati, sint abrogati. 24. Servetur renovata Innocenti! V. constitutio circa temperandas expensas in visitatione Ecclesiarum. 25. Omnis profana negotiatio absit ab Ecclesiis. 26. Observetur constitutio Cone. Lateran. III. contra usurarios edita : usurariis habitatio non concedatur. 27. I smarii careant sepultura Ecclesiastica, licet restitutionem in testamento mandarint, nisi hæc jam re sit facta. 28. Pignorationes, quas repressalias vulgus dicit, sint illicit®. si iis unus pro alio gravetur. 29. Excommunicatio in communicantes cum excommunicatis lata non valeat, nisi praecesserit monitio canonica. 3(1. Relaxationis beneficium ad cautelam in generali interdicto non habeat locum. 31. Subjaceant anathemati gravantes bona vel personas eorum, a quibus vel quorum ope aut consilio sunt excommunicati.

•WUENICIM XV. VIENNENSE.

I. Indicium a Clemente V. summo Pontifice hoc Concilium fuit An. 1307, quadruplicem ob causam, quam designavit idem Pontifex in Convocationis diplomate esse negotium Templaiuorum, *FIDEM* variis erroribus lacessilain, subsidium *TEIlli.E SA.\('T.E,* et restaurationem Ecclesiasticæ *DISCIPLINE.* Pro priorum capitum duorum notitia serviunt sequentia.

Templaiuorvm ortum in data Expeditionum sacrarum synopsi Au. 1118. adseripsimus. Initia is sumpserat a nobilibus quibusdam Palaestinis, qui pro Peregrinis llierosolymam confluentibus, a praedonum infestatione per viam tuendis, se devoverant, Rege Hierosolymitano institutum probante, et devotis domicilium prope Salomonis Templum concedente; unde nomenclatio orta est. Crevit brevi illorum numerus et potentia, Fidelibus largiter bona tribuentibus, Ecclesia Religiosæ militiæ honorem addente. Equitum dignitate aucti, magnum sibi magistrum elegerunt, eadem regiminis forma fere constituta. quæ Equitum hodie est Melitensium. Laudabile institutum et optima majorum facta dehonestasse sequentium flagitia ferebantur, quæ fidem superant; cujusmodi referuntur imperata sub ordinis ingressum abnegatio Christi, crucis consputatio, propudiosum osculum et idololatriæ cujusdam species : sub reliquam vero vitam permissa libido aversa, cum aliis nefandis numerum undecimum complentibus. Infamia horum scelerum publica cum Equites jam laborarent, agente praesertim Francorum Rege Philippo IV. seu *pulchro,* et jubente Clemente V. institutæ sunt quæstiones per Galliam, Angliam, Italiam, Hispaniam et Germaniam, examen facientibus judicibus Ecclesiasticis, et Cardinalibus delegatis subin repetentibus : tandemque reos plures, aut confessos aut testium multitudine obrutos, poena capitalis aut perpetua vindicavit; inter quos et ipse Jacobus Mola, supremus Ordinis magister, eum mullis aliis vivus flammis absumptus periit.

Quorum doctrina damnata est in hoc Concilio sunt, Petrus Joannis Olivi, Onl. FI'. Minorum Professus, et Beguardi ac Beguinæ; viri illi, hæ feminæ fuerant. Errores eorum omnes hic referre cum ad Conciliorum notitiam non pertineat, in damnationis sententia notatos duntaxat subjicimus. Ex his Olivo debentur tres : nempe Christi adhuc viventis latus perfossum esse lancea,animam rationalem non esse formam corporis; habitus fidei ct viilutum parvulis in baptismo haud infundi : Beguardorum autem (quod nomen extra Germaniam Fratricellis etiam, ct Segarelli ac Dulcini sectariis commune erat) octo recensentur : 1. Eum ab homine in hac vita comparari posse perfectionis statum, ut impeccabilis evadat, et amplius nequeat proficere; 2. hanc perfectionem assecutum nec jejunare nec orare debere; Icumdem non amplius subjacere humanæ obedientiæ; 4. posse hominem in praesenti vita bcatitudinem consequi ea perfectione, qua eam in futura 'Minebit; 5. naturam intellectualem in seipsa naturaliter esse beatam, nec indigam lumine gloriæ elevante ad visionem Dei; 6. exercitium virtutum convenire tantum hominibus imperfectis; 7. actum carnalem, maxime tenlîli, non esse peccatum, ob naluræ ad illum inclinationem; 8. non decere ut quis elevato Eucliaristiæ Sacramento assurgat aut exhibeat reverentiam : adjectis ubique ferme rationibus, inter Quielislarum deinceps principia numerandis.

Episcopi congregati, præter Piælatus inferiores plurimos, communius numerantur trecenti : adfuere etiam Philippus Pulcher, cum (lamio Valesio fratre, et Ludovico, Philippo ac Carolo liliis, ad Regnum Erancia» per vices evectis : Item Ednardus II. Anglite, et Jacobus II, Aragoniæ Reges : præfuil Clemens V. ipse Concilio, quod habitum est Viennæ Allobrogum, seu iuDelphinatu, in Ecclesia Metropolitana : coepit quadriennio post indictionem, nempe An. 1311. die 16. Octobris : frequentatis, non tam Sessionibus publicis, quam consultationibus privatis, duravit septem menses, absolutum tandem 6. Maii An. 1312.

11. Sess. 1. Pontifex habito sermone Concilii congregati causas exponit. Initio actionum publice facto, deinceps per quinque menses conventibus privatis causa Templariorum discutitur : singularium Equitum quæsliones et examina tum instituuntur, tum instituta retexuntur; *causa ipsius Ordinis discussa, nec defensione impetrata aut concessa;* ideoque nec sententia definitiva pronuntiata. Cum tamen infamarentur Templarii universim, eorumque hinc Ordo factus foret inutilis, decretum fuit per modum provisionis, hunc Ordinem esse abrogandum. Statutum porro de Ordinis quidem bonis, ut HospitalariisS. Joannis Hierosolymitanis, hodie Equilibus Melitensibus ea cederent; exceptis illis, quæ in Castella, Aragonia, Lusitania et Majorica halarentur, ad harum provinciarum tutelam contra Mahometanos impendendis : de personis autem ordinatum ut qui innocentes probarentur, viverent ex bonorum dictorum proventibus; qui crimina confessi forent pernitentes, exciperentur indulgentius; qui impoenitentes, punirentur severe; qui quæstionem subiissent non confessi, servarentur secreti ab aliis, secundum Canones judicandi.

Se». 2*. Promulgatur, confirmata a Concilio, Ordinis *Templariorum* abolitio, el reliqua dc bonis ac personis dispositio. Componitur ct finitur penitus, quod I'ıtıı,ıpημ *pulchrum* interet Bosifaciu m VIII. olim tenuerat, gravissimum dissidium : et Pontifex quidem, contra Philippi accusationem, immunis ab hæresi sernperque catholicus declaratur; Regi vero addicitur, acta contra Bonifacium nec ipsi nec filiis ejus aut haeredibus unquam fraudi aut novæ futura : revocatur denique Bonifacii Bulla: *Clericis Latcos,* dé Immunitate Ecclesiæ cum declarationibus; et omnia ad ordinationem Concilii Lateran. reducuntur. Damnantur errores *Petri Joannis, Beguardurum et Beguinarum* supra recensiti : decernitur ut Haereticus puniendus, qui dixerit usurarum exercitium non esse peccatum. Sequente hanc Sessionem tempore intermedio, expenduntur Durandi Episcopi Mimatensis et alterius anonymi scripta de reformatione disciplina?.

Sets. 3*. Pontifex de ferendo Terral sanctae auxilio perorat : Philippus Rex promittit Expeditionis sacræ, qua· tamen non evenit, susceptionem : ad eam Clerus Gallicanus decimas suorum proventuum in sexennium addicit. Confirmatur, designato celebrationis die, instituta jam ab Urbano VI, Corporis Christi festivitas : ordinatur in Universitatibus institutio Magistrorum lingua.· Hebraicae, Arabica? et Chaldaicae. Eduntur constitutiones circa Regularium praedicationem ct sepulturam hactenuscontroversy·: item de eorumdem privilegiis; quibus alibi turbatio Prodatis, Exemptis abusus alibi prohibetur, et Sacramentorum quorumdam administratio postremis interdicitur. Exponitur Regula bb. Minoium S. brancisci, variis circa eam, praesertim pau-

perlatem strictam, questionibus elucidatis : sancitur vilm ratio Monachorum elCanonicorum Regularium : Hospitalium gubernatio aliaque observanda regulantur etc.

III. Præter constitutiones proxime indicatas referuntur aliæ, quas cum pluribus tam ante, quam post Concilium a Clemente sancitis, Corpori Juris Canonici sub Clementinarum nomine Joannes XXII. inseruit. Canonum horum summaria referre instituti nostri ratio haud sinit: titulos tamen secundum alphabeti ordinem damus. Inscribuntur autem de Ætatc qualitate et ordinepiwticiendorum; Appellationibus; Baptismo et ejus effectu; causa possessionis et proprietatis; Celebratione Missarum et aliis divinis officiis; Censibus, exactionibus et procurationibus; concessione Præbendœ et Ecclesiæ non vacantis; Consanguinitate et affinitate; Decimis, primitiis et oblationibus; Dolo ct contumacia; Electione ct electi potestate; Exceptionibus; ExcessibusPrælatonim; Foro competenti; Haereticis; Homicidio voluntario et casuali; Immunitate Ecclesiarum; Judaeis et Saracenis; Judiciis, Jurejurando; Jure patronatus; Magistris,et ne aliquid exigatur pro licentia docendi; Officio el potestate judicis delegati ; Officio judicis ordinarii ; Officio Vicarii; Pœnis;Pœnitenliis et remissionibus; Praebendis et dignitatibus ; Privilegiis etexcessibusprivilegialorum; Probationibus; Procurationibus; RebusEcclesiæ non alienandis; Regularibus ct transeuntibus ad Religionem; Religiosis domibus, ut Episcopo sint subjcctæ ; Reliquiis ct veneratione Sanctorum ; Renuntiatione; Rerum permutatione; Rescriptis; Restitutione in integrum; Sententia et re judicata; sententia excommunicationis, suspensionis et interdicti; Sepulturis; Sequestratione possessionum et fructuum ; Statu Monachorum vel Canonicorum Regularium ; Summa Trinitate et fide Catholica ; Supplenda nœligentia Praelatorum; Testamentisct ultimis voluntatibus; Testibus; Verborum significatione ; Vita et honestate Clericorum; Usuris; ut lite pendente nihil innovetur.

OECüMENICUM XVI. FLORENTINUM.

I. L'.mo Orientis cum Occidente causam dederat huic Concilio; occasionem autem variandae stationis præbuit primum Conventus Basilecnsis intemperies, locorum deinde incommoditas et sumptuum magnitudo. Orientis nomine non Graecos duntaxat aut cum eorum Ecclesia junctos hic inlelligimus, sed cl Jacobitas seu Cophtos per Syriam cl Ægyptum diffusos, secta Eulychianes; Chaldaeos per Mesopotamiam cis Euphratem, aliasque Orientis provincias el trans Tigrini usque in ludias distentos, factione (si Maronitas excipis) Nestorianos; Armenos demum mediam quamdam inter Eutychianam et Nestorianam bæresim professos.

Sancita olim Lugduni Graecorum unio cum Latinis diuturna haud fuit, sive Martini IV. Pontificis importuna severitate, sive Gitecorum inconstantia aut concepto cx illata Regno noxa odio contra Latinorum Religionem etiam verso : donec tamen vixit Michael Paltpologus, pietate Principis stetit integra. Eo sub A. 128.3 mortuo, Schisma el errores Andronicus senior rursus civilité donavit, Joanne Vecco et Manuele Caleca, doctissimis veritatis vindi(ibus in exilium deportatis. Emendaro Patris peccatum studuit equidem Andronicus Junior quæsila unione : sed negotium hoc Nicephorus Gregoras sua fraude abrupit. Nec amplius quidquam profectum sive sub Joanne Canta'

attend, tutore vel potius usurpature imperii, sive sub Joanne illius cliente, licet catholicam fidem A. I3G9. Romæ professo; Ollomannis scilicet bello omnia turbantibus, et post ereptam Asiam, in Europa magnam Imperii Gntci portionem depretiantibus. Ilis demum ad dandam quietem el agendi otium a Tamerlane ingenti clade coactis, tum Manuel, tum Joannes Palo», logi urgere vehementius unionis negotium cœperiml. Priorem, dum dissensio de celebrandi Concilii loco diutius delinet, mors A. 1118. occupat: posteriorem de Basilea jam consentientem mors Martini V. morata est, et secuta Concilii Basileensis scissio ancipilem aliquandiu distraxit. Cum enim utraque pars legatos Constantinopolim misisset, et prævenienlibus synodi legatis juncti Imperatori oratores Basileæ advenissent, orta rursus de loco dissensione adhæsere Pontificiis: unde Imperator postea a Legatione altera tum Pontificis tum sanioris partis Concilii in Italiam se deduci est passus. Pervulgata Græcorum profectione sequentibus per vices annis exemplum imitati Armeni primum, tum Jacobitæ, demum Cbaldæi et Maronitæ accesserant, unione ubique constituta.

Qui Evgenivm IV. Pontificem, Concilium Basilea avocantem, secuti sunt Latini Patres una cum Græcis Praesulibus, haud computatis Abbatibus ct Ecclesiarum vel ordinum praepositis, superarunt numerum quadragesimum et centesimum. Congregationibus plerisque præsedil Pontifex ipse, subin Juliano Cæsarino Cardin, substituto. Concilii statio triplex erat: P. Ferrarle in Cathedrali Ecclesia aut in templo Palatii : 2*. Florentie in Metropolitana: 31. Rome in Basilica Lateranensi. Coepit autem Conventus Ferrarle quidem die 8 Januarii A. 1438, Florenlke autem 2G Februarii A. 1-439, duravilque post unionem cum Græcis. die G Julii anni ejusdem factam, usque ad 2G Aprilis A. 1442; qua die translatus est Romam, ubi A. 14-44. et 1-445. binis Nationibus adhuc appulsis pax est impertita. A sola tamen Florentia traxit nomen, qm d plenior ibidem conventus ct negotium praecipuum, unionis scilicet cum Græcis, finem habuerit.

11. Quantumvis continuato numero seriem sessionum simus relaturi, stationi tamen cuilibet suas ct proprias distinctis paragraphes reddemus. Huic autem numero non inserimus geminam ante Græcorum adventum diei 8 Februarii annexum, sessionem, ulpoteadhaerentibus tantum Basileæ refragatoribus oppositam : nec conventum etiam Græcorum cum Latinis publicum, pluresque dc purgatorio privatos; quoniam ille initialem duntaxat novi Concilii epoebam ad quatuor menses distulit, hi autem parandæ solum materiæ ct cognoscendis opinionibus serviebant. Damus itaque solemniter acta, et quæ ad præcipua discordiæ capita spectant. Eorum autem erant quinque: processio nempe Spiritus sancti, additio parliculæ *Filioque* facta symbolo, purgatorium ct status animarum ante diem judicii, usus azymorum in Eucharistia et consecrationis formula, auctoritas sanctæ Sedis et primatus Pontificis. Modus de his agendi placuit dialecticus, h. e. adstrictior, propositis ultro cilroquc argumentis et responsis, disputatio. Disputatores delecti sunt ex Græcis quidem Marcus Ephesinus Metropolila, Isidorus Russite et Bessario Aicææ Archiepiscopi. Xanthopulus Siderophas, Michael Balsamon et Georgius Gemislus ; ex Latinis vero Julianus Cicsarinus et Nicolaus Albergalus Cardinales, Andreas Rhodius seu Colossensis Archiepiscopns, Joannes Episcopus Foroliviensis. Joannes de monte nigro Ord. Pracd. Petrus

Perqneiii Ord. Min. cl Joannes de S. Thoma Ord. Erem. S. Augustini. Initium factum dic 8 Octobris A. 1438.

Feriia ri.e Sm/o 1l. Honoris causa Græcis dato sermonis initio, Bessarfo orationem habet pro Concilio panegyricam, pro præsidibns honorificam, i*. Andreas sermonem ejusdem Argumenti recitat : modus in disputando servandus decernitur, Græcis opponentium, Latinis defendentium munere delato.3‘. Inter Marcum et Andream in certas disputationis leges de asperioribus verbis convenitur : pro disputationis materia designatur additio symbolo facta; utrinque dictis de pacis studio Rom. Ecclesiæ, statuitur de proposito audiendas Conciliorum definitiones. 4“. Variis interlocutoribus, quorum rationes primo audiendae essent disputatur: indicitur hodie conventus privatus : datur Græcis proferre rationes. S·. Marcus post symbolum A'icænuin lectum recitari jubet ex Conciliis 111, IV, V, VI, VII, decreta quædam et delinitioncs; tum ex epistolis Cceleslini ad Joan. Antiochenum, Vigilii adEiitychium, Agathonis ad Imperatores, ct acclamatione Joannis Pair..Constanlinopolitani in Cone. V. eas partes, quibus probare contendit particulam *Filioque* esse additamentum, indeque inseri prohibitam : profertur sub finem codex antiquus hanc additionem definitioni VII Synodi habens. Ga. Laudata a Juliano sed mox omissa, quam Graeci œcumenicam negabant, synodo VIII. dicere orsus Andreas ostendit *primo,* nullam explicationem seu declarationem dicendam esse additionem proprie talem, vocem autem *Filioque* esse duntaxat explicationem et declarationem alterius *ex Paire;* adeoque vocem *Filioque* non esse additionem : *secundo* probat, si additamentum esset, fore tantum extrinsecum ct litterae seu declarationis; tale autem non esse prohibitum, sed intrinsecum duntaxat et fidei seu sensus diversi.

Praemissis quarumdam cavillationum solutionibus, idem Andreas respondere Græcorum argumentis aggressus, docet *primo* Concilia el Patres excludere differentiam sensus, non verborum; prohibere mutationem fidei, non declarationem ; jubere hæc non de symbolo tantum, sed de decretis etiam ct definitionibus symbolo æquivalentibus : *secundo* Ecclesiam Romanam, ad additionem faciendam, motam esse a dictis Patrum, urgente necessitate, congrua Ecclesiæ auctoritate, non repugnante nec improbante Græcorum dignitate. 81. Bessario impugnat dicta Andreæ priora, negans *primo,* explicationem esse intrinsecus; *secundo* explicationem addi licere pest Cone. HI. interdictum. 9a. Idem ad posteriora progressus, vindicare Patres a se laudatos, et causas pro facienda additione allatas refutare conatur : asserit nec Concilio nec Ecclesiæ universali fas esse vel explicationem symbolo addere: quærit utrum statuta Conciliorum ct interdicta Patrum, de nullo addendo, specient ad fidei symbolum, an ad aliud quid extraneum? huic quæstioni reposuisse nihil, sed sermone ad processionem Spiritus S. ex Filio probandam Andream dilapsum, notant Acta græca. I0a. Succedens Ândreæ Joannes Ep. Foroliviensis particulam *Filioque* probat *primo* non esse additionem proprie dictam, sed complecti rei evolutionem; *secundo* addi non esse vetitam, com non sit appositum contrarium aut diversum, sed conveniens et ronsoniun; *tertio* interdictum respicere duntaxat apposita priora : posterius intern Ecclesiæ aut légitima! auctoritati prohibere, Patres nec voluisse, nec potuisse. 1P. Julianus ex legis controversæ præambulis, verbis ipsis et sequentibus, ex Symboli Nicæni et Constantinopolilani admissa unitate, ex

Prædatoriæ et Chalcedonensis synodi diversa circa hanc legem sententia, demonstrat prohibitam fidem alteram intelligi de fide opposita, non de congrua declaratione. Hinc petit, omissa hac controversia, illud examinari : verumuesit Spiritum S. a Filio procedere; <μιο negato additionem illicitam, affirmato licitam esse constet. 12*. Loqnentibus Bessarionc et Juliano, disseritur de causa interdicti a Cone. Ephesino dati : postremo objicit Julianus, illud jam ante omnem synodum in Scriptura latum, ad quam conditores legis provocarint. 13*. Burgundiæ Legati Episcopi, ad Concilium recepti,quum nullam salutationis venerationem dedissent Imperatori, is cum Graecis discedens sessionem solvit. 1-1*. Emendata hac offensa, restauratur disputatio, in qua Julianum nimia sermonis prolixitate respondendi locum non concessise Bessarioni, solum memorant Græci. Iu*. Uterque disputator hactenus auditus, geminata oratione longissima, disceptat de tollenda vel retinenda particula memorata. Post sessionem Græci tædio affecti reditum meditantur: Imperatore monente remanent: tandem Latinorum postulatis tribuunt ut examinetur ipsum dogma, sed in conventibus privatis et Ferrari® : demum ob subsidia a Pontifice pendenda coacti, consentiunt sub certis conditionibus synodum transferri Florentiam. 16*. Solemni decreto, pro causa pestem nominante, translatio decernitur.

Florentie *Sessio* 17*. Dissertatio ab Imperatore ct Juliano habita, circa disputationem de Spiritus S. processione instituendam, ct medium unionis inquirendum, versatur. 18*. Joannes de monte nigro exorans de hac materia dicere, praemissis ad significationem verborum quæsitis, arguit : a quo Spiritus S. accipit esse, ab eo procedit : dicitur autem Spiritus S. accipere esse a Filio : ergo. Assumptionem ex Epiphanio in Ancorato, Basilio Serm. a. cont. Eunomium, et Athanasio Lib. 4. cont. Arianos probat, intercedente sæpius Bessariotie. 19*. Idem argumentum versatur a disputatoribus Bessarione et Joanne, qui ex Basilio Lib. 3. cont. Eunom. luculentum testimonium addit. 20*. Disseritur ab iisdem de genuina lectione et sensu textus Basiliani; cujus occasione vindicatur Zosimus a crimine falsi ob laudatum canonem Nicaenum de appellatione ad Born. Pontificem; et additur duplex probatio ex Athanasio. 21*. Confirmatur a Joanne cont. Bcssarionem triplici argumento sensus Basiiii ante agitatus, et nova expositione textus geminus Athanasianus. 22*. In oppugnatione primi ex tribus argumentis, compelluntur Græci a Joanne ad silentium: secundi argumenti examen subjungitur, non tamen absolvitur. 23*. Frustra postulante Joanne ut ad argumenta Patrum prolata detur responsum, Marcus pro Græcorum dogmate fundamenta profert ex Scriptura, tribus primis Conciliis, Patribusque Dionysio. Gregorio Nazianz. et Nysseno, Cyrillo et Basilio: Joannes ad priora responsionem urget; Latinorum dogma edicit, unam causam Filii et Spiritus S. esse Patrem, nec duas Spiritus S. causas admitti. Græci in privato conventu hæc dicta pro unionis medio admittere statuunt, cum idem asseratur in epist. S. Maximi. 24*. Absente Marco ne respondere cogeretur, Joannes fundamenta Græcorum examinaturus, ducto a Scriptura initio, docet Patrem principaliter dici causam Spiritus sancti, quia Filio vim spiratixani communicat; causam Spiritus sancti esse unam, quia una est vis spirativa in Patre et Filio: ostendit ex Leone, Gregorio, Ambrosio, Hieronymo, Augustino et aliis Occidentalibus, Spiritum S. procedere per Filium; Toper autem praepositioni *ex* æquivalere.

V. Eamdcm in rom idem testimonia evidentia profert ex Orientalibus, maxime Basilio, Cyrille», Didymo, Athanasio et Cone. Nicamo; quorum verilascx libris inspectis examinanda in privato conventu addicitur a Græcis.

Abhinc Sessio publica celebrata est nulla, sed Orientalibus seorsim collectis, et interpretibus ultro citroque missis res tractata. Græci autem collata cum libris oratione Joannis, scindebantur duas in partes : altera, quam Bessario copiosissima oratione et Gregorius Scholarius sermone triplici impulerint, ad unionem spectante; altera, quam unus fere Marcus Ephcsinussustinebat, illam respuente. Priore numero et auctoritate praevalente, institutis per decem viros Griecos ct Latinos congressibus, deliberatum est de unionis modo: post ideas varias frustra designatas convenit tandem utraque pars de Spiritus S. Processione in dogmate; ratione additionis autem, eam rite factam a Latinis, a Græcis omitti posse pro libertate : declaratum præterea, hos, dum Patri tribuunt productionem S. Spiritus, ab hac non exclusisse lilium, sed duo tantum negasse principia ; a quibus unquam admittendis alienos se fuisse semper, contestabantur Latini. Concordia itaque 8 Junii An. 1139. est decreta, altero mox die, Simeonis ad instar, in pace dimisso et mortuo Patriarcha Constantinopolitano, sub extremam horam scriptis fidem Ecclesiæ Roraanæ professo, ct pro Patrum Patre ac D. N. J. C. Vicario Papam lenerato. Post haec tractatum de reliquis capitibus supra nominatis, habitisque aliquot congressibus et Latinorum dictionibus, co negotium feliciter est perductum, ut die 6 Julii promulgaretur unionis decretum, et a Latinis ac Graecis, uno Ephesino excepto, omnibus subscriberetur. Tempore ad profectionem usque residuo, quorumdam Disciplinae Græcæ capitum examen est susceptum, satisque factum Latinis, si dissolvendi matrimonia consuetudinem excipias. Voluerat etiam Pontifex contumaciam Ephesini aut flecti aut plecti; aliter visum est Imperatori, negotium ad reditum in Graeciam differenti, sed eventu malign# Marcus enim Clerum ct populum schismati inveteratum ibidem faventem nactus, in idem malum phires antea unitos retraxit; quod exemplum pessimum, accedente seditione, Russia quidem postmodum est secuta, sed ulcisci diu haud distulit divina Justitia, sub Imperatoris fratre et successore Constantino An. 1453. expugnata a Tureis Constantinopoli ct Imperio Græcorum cxtincto.

Continuata per subsequens sexennium Synodus, solemnes Sessiones nonnisi quinque Florentiae, et duas Romae numeravit. Ex Florentinis P. hoc anno die 4*.Septembris habita Basilecnses Eugenium deponere ausos, 3a. autem An. allero ilMartiiAmedeumAntipapam, Felicem V. compellatum, tanquam hæresis ac schismatis reos, anathemate percussit. 54. Concilium Florentia Romani transtulit: duæ reliquae, nec non Romanæ geminae unionem cum diversis Orientis nationibus sanxerant. Inter has Armeni per Oratores quatuor, a Patriarcha Constantino et Paulo Imperiali Caflae Regente litteris munitos? accesserunt primi ; ct Imperatofis Græci Florentiae adhuc praesentis opem in unionis negotio ut expetierant, sic liberaliter addictam, consensnqtic et commendatione probatam senserunt. Quadrimestre disputationibus, instructionibus ct consultationibus cum iisdem per duos Cardinales virosque plures Mtræ doctrinæperitissimos impendit Eugenics; dum de erroribus suis con-'idi, de fidei Romanæ puritate edocti, de Sacramentorum doctrina rebusque disciplinæ informati, decretum Pontificis sacro approbante Concilio

22*Novembr. An. 1139. editum susciperent, et jurata ubedieutia unionem firmarent. Eadem ratione actum cum reliquis, et in solenmi Sessione pax unioque Ecclesia·, cum decreto cuilibet convenientiae proprio, sacro semper probante Concilio data est: Jacebitis quidem ab imperatore .Ethiopial ct Abbate Hierosolyma? missis 5* Febr. An. 1111; Syris et Mesopotamia a Patriarcha suo Legatis 3tP Sept. An. 1LH; Chaldæis ex Cypro insula cl Maronitis a Libano monte venientibus 26* Julii An. 1 LK>.

ill. Ex quinque unionum decretis, monumenta duorum primorum, tanquam celebriorum et usui plus servientium, subjicimus : e.\ priori quidem definitionis verba, ex posteriori statutorum synopsin.

Definitio Concilii seu decretum unionis eum Cnecis in definitionesic babel; *Definimus, ul hæc fidei veritas ab omnibus Christianis credatur et suscipiatur, sicque omnes profiteantur, quod Spiritus sanctus e.r Patre et Filio aternaliter est, et essentiam suam suumque esse subsistens habet ex Patre simul ct Filio, el ex utroque æternaliter tanquam ab uno principio et unica spiratione procedit; declarantes quod id, quod sancti Doclores et Patres dicunt, ex Patre per Filium procedere Spiritum sanctum, ad hanc intelligentiam tendit, ut per hoc significetur, Filium quoque esse secundum Grcecos quidem, causam, secundum Latinos t ero principium subsistentiæ Spiritus sancti, sicut et Patrem. Et quoniam omnia, quæ Patris sunt. Pater ipse unigenito Filio suo gignendo dedit, prœter esse Patrem, hoc ipsum quod Spiritus sanctus procedit ex Filio, ipse Filius a Patre æternaliter habet, a quo etiam æternaliter est genitus. Definimus insuper, explicationem verborum illorum,* Filioque, *veritatis declaranda? gratia et imminente tunc necessitate, licite ac rationabiliter symbolo fuisse appositam. Item in azymo sire fermentato pane triticeo corpus Christi veraciter confici ; Sacerdotesque in altero ipsum Domini corpus conficere debere, unumquemque scilicetjuxta suæ Ecclesiæ sive Occidentalis sive Orientalis consuetudinem. Item, si vere pœnitentes in charitate Dei decesserint, antequam dignis pœnitentiæ fructibus de commissis satisfecerint et omissis, eorum animas pœnis purgatoriis post mortem purgari : et ut a poenis hujusmodi releventur, prodesse eis fidelium vivarum suffragia, missarum scilicet sacrificia, orationes et eleemosynas, et alia pietatis officia , quæ a fidelibus pro aliis fidelibus fieri consueverunt, secundum Ecclesiæ instituta : lllorumque animas qui post baptisma susceptum nullam omnino peccati maculam incurrerunt, illas etiam quæ post contractam peccati maculam , vel in suis corporibus, vel eisdem exuite corporibus, prout superius dictum est, sunt purgalæ, in ccelum mox recipi, et intueri clare ipsum Deum trinum et unum, sicut est, pro meritorum tamen diversitate alium alio perfectius : Illorum autem animas qui in actuali mortali peccato, vel solo originali decedunt, mox in infernum descendere, pœnis tamen disparibus puniendas. Item definimus sanctam Apostolicam sedem et Romanum Pontificem in universum orbem tenere primatum, et ipsum Pontificem Romanum successorem esse beati Petri Principis Apostolorum, et verum Christi vicarium, lotiusque Ecclesiæ caput et omnium Christianorum patrem ac doctorem existere; ct ipsi in beato Petro pascendi, regendi et gubernandi universalem Ecclesiam a Domino nostro Jesu Christo plenam potestatem traditam esse; quemadmodum etiam in gestis acumenicorum Conciliorum et in sacris Canonibus continetur Renovantes insuper ordinem traditum in Canonibus cæterorum venerabilium Pa-*

Irian haram, ul Patriarcha Conslanlinopolilanus secundus sit post sanctissimum llnmamim Pontificem, tertius cero Ale.randrinus , qtfartus autem Anliochimus, cl quintus Hierosolymitanus, sulcis lidelicct privilegiis omnibus el juribus rorum.

Decretum unionis cum Annonis seu instructio pro iisdem hæc conlinet. Pramissa gestorum narratione : 1. datur symbolum Concilii Constantinopolilanilfiiin additione vocis *Filioque,* singulis saltem Dominicis et feslivitalibus majoribus in Ecclesia usurpandum : 2. definitio Concilii ClialCcdonensis in Vel VI Synodo renovata , de duabus naturis in una Christi persona: 3. definitio Concilii sexti de duabus Christi voluntatibus et operationibus. I. Injungitur susceptio Synodi Chalcedonensis cum reliquis omnibus auctoritate Romani Pontificis legitime celebratis. .*). Traditur doctrina de Sacramentis : eorum scilicet esse septem : differre ab antiquis, quod ipsa causent gratiam : priora quinque ad spiritualem cujusque perfectionem, postrema ad Ecclesiæ regimen ct multiplicationem ordinari, explicato cujuslibet clfcctu : omnia perfici rebus tanquam materia, verbis tanquam forma, persona ministri conferentis Sacramentum cum intentione faciendi quod facit Ecclesia; horum trium si aliquod desit, Sacramentum non perfici : b.l/'TASJ/i'J/ esse *primum* et ad salutem necessarium; ejus materiam esse aquam veram ac naturalem ; formam, *Ego te baptizo in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti ;* valere etiam formam Græcorum; ministrum ordinalium Sacerdotem, in casu necessitatis quemlibet, tria ad Sacramentum perficiendum spectantia servantem, effectum remissionem omnis culpæ cl pœnæ. *CONFIRM.ITIONEM* esse *alterum;* ejus materiam chrisma ex oleo cl balsamo confectum, ab Episcopo benedictum ; formam , *Signo te signo crucis et confirmo te chrismate salutis in nomine Patris, etc;* ministrum ordinarium Episcopum, aliquando tamen ex Aposlolicæ sedis dispensatione, simplicem Sacerdotem, sed chrismate per Episcopum benedicto utentem ; effectum, robur Spiritus Sancti ad confitendum Christi nomen. *EUCHARISTIAM* esse *tertium;* ejus materiam panem triticeum, et vinum de vite, cui ante consecrationem modicissima aqua admisceri debet ob rationes plores allatas; formam verba Salvatoris, in cujus persona Sacerdos hoc Sacramentum conficit ; virtute verborum substantiam panis in corpus, et uni in sanguinem Christi converti; Christum totum sub specie panis, ct totum sub specie vini, cl totum sub qualibet parte panis et vini consecrati, separatione facta, esse; clfcclum, unionem cum Christo per augmentum gratiæ, omnemquead vitam spiritualem, quem cibus ct potus materialis ad corporalem præslat. *POENITENTIAM* esse *quartum;* ejus quasi materiam lres actus pœnitentis, cordis contritionem, oris confessionem ct satisfactionem a Sacerdote impositam; formam verba absolutionis, *Ego te absolvo etc;* ministnun sacerdotem auctoritate absolvendi vel ordinaria vel ex commisse superioris pollentem ; effectum, absolutionem a peccatis. *EXTREMAM UNCTIONEM* esse *quintum;* ejus materiam oleum oliva· ab Episcopo benedictum; conferendum lanium infirmo, cui mors timetur, ungendo in oculis, auribus, naribus, ore, manibus, pedibus et renibus ; formam, *per istam sanctam unctionem et suam piisSimam misericordiam, indulgent tibi I)olinus, quidquid per visum etc;* ministrum sacerdotem; effectum, sanationem mentis, et in quantum expedit, etiam corporis, juxta Jacobi cap. 5. pro-

mulgalioncm. *ORDINEM* esse *se.rtum* ; ejus materiam id per cujus traditioneni confertur ordo : ut presbyteratus traditur per calicis cum vino et patena· cum paue porrectionem, Diaconatus per dationem libri Evangeliuruin, Sulxliaeonalus per traditionem calicis vacui cum patena vacua imposita. et sic alii ordines per rerum ad ministeria sua pertinentium assignationem ; formam Sacerdotii, *accipe potestatem offerendi Sacrificium in Ecclesia pro rivis el mortuis, in nomine Patris etc.;* aliorum ordinum juxta Pontifical· Romanum; ministrum ordinarium, Episcopum; effectum, augmentum grati® ad digne exercenda sacra ministeria. *MATRIMONU'.}!* esse *septimum* ct signum conjunctionis Christi cum Ecclesia ; causam efficientem, regulariter mutuum consensum per verba de presenti expressum ; Itonum triplev. nempe prolem suscipiendam et educandam ad Dei cultum, lidem conjugummutuam, indivisibililatem matrimonii; separationem thorilicere ob fornicationem, non autem solutionem vinculi. 6. Traditur compendiosa fidei regula per Athanasium edita, qu® incipit : *Quicumquc vult salvus esse.* 7. Datur Decretum unionis cum Grecis inita·, cujus definitionem supra exscripsimus. 8. Ad conformitatcni habendam decernitur, festa apudArmenos eodem dic, quo apud Latinos et Graecos celebrantur, celebranda. Postremo adnotalur hujus decreti receptio et unio ab Armenis facta.

Ex decreto unionis cum Jacobilis id unum notamus, illi insertum esse canonem librorum sacra Scriptura, qualis postmodum etiam in Tridentino est statutus.

(ECUMENICUM XVII. LATERANENSE V.

1. Orto inter Julium II. Rom. Pontificem et Ludovicum XII. Regem Christianissimum dissidio ac bello, novem Cardinales a Julio secessione facta, quod fidem de Synodo congreganda datam non liberaret. Maximilian! Imper, et Ludovici Regis auctoritate fulti. Cone, œcumenieum , ut aiebant, *Pisis* celebrandum indixerunt, primamque illius Sessionem .*)* Xovcmbr. An. lull, celebrarunt. Pro *Pisano* hoc conciliabulo (quod postea Mediolanum, Taurinum ac Lugdunum est translatum) efficacius destruendo, Synodum œcumenicam Julius indixit, additis in diplomate causis, ad schismatis extinclionem, Ecclesiæ reformationem, Christianorum Principuin concordiam ct pacem, atque expeditionem contra Tureas promovendam. Ex convocatis undique Prosalibus, adfuerunt pauci supra centum, illique fere tantum Itali, Prater Principum oratores ct Abbates multos ac septem Generales ordinum. Prasedit quatuor Sessionibus primis Julius IL; quint® Raphael Cardinalis Ostiensis, reliquis Leo X. Pontifex Julio mortuo suffectus; bello el schismate conventum infrequentem, animorum distractione ct postulatorum insolentia Sessiones raras cl a sc divulsas faciente. Collectum autem est Concilium Roma· in *Lateranensi* Basilica, inchoatum 10 Maii An. 1512, finitum 13 Martii An. 1517.

Proterimus in narratione non tantum Sessionem preambtilam et Concilii praeparatoriam, sed et Legatorem adventus et mandata, orationum habitarum auctores ct materias, Sessionum indictiones ct prorogationes, cum cæiemoniis et solcmnilatibus, quæ magnam quidem Actorum partem Theologo tamen haud necessariam faciunt.

Sees. P. Exponuntur cause Concilii tum jam collecti, tum hactenus dilati: lecto II. Cone. Toletani, canone de observandis in Synodo, nominantur Concilii prœsentis officiales. 2*. Damnatur conciliabuluin *Pisanum,* irritatis illius actis: *Luteranensc* Concilium declaratur legitimum ct confirmatur. 3'. Imperator per Legulum renuntiat Pisano et adhmrct Lateranensi : renovatur sententia contra Pisanos, Gallia illis adhærens interdicto subjicitur. P. Tradatur de sanctione-pragmatica Gallicana: dc ea abroganda, leguntur littera· a Ludovico XL olim ad Pu m 11. script®, et a promotore Concilii affcniiitnr rationes : citantur Galli, si qui velint eam defendere, i?. Innovatur constitutio contra simoniacam Pontificis electionem: accusatur Pragmatic® adliærenliuni contumacia. Juno post hanc Sessionem mortuo, eligitur Pontifex Joannes Mcdicæus, Leo X. dictus. 6°. Pontifex novus cohortatur ad continuandam Synodum, decernit salvum conductum evocatis ad Concilium, exceptis schismaticis. Post Sessionem fit divisio Deputatorum ad diversa negotia. 7'. Cardinales Bernardinus Carvallius et Fridericus de S. Severino, oblato libello, renuntiant Pisano, veniam rogant ct accipiunt. 8a. Galli petunt prorogationem termini; accusantur officiales Provinci® de læsione jurisdictionis Papalis, ct monentur: damnatur positio asserens animam intellectivam esse mortalem, aut unicam in cunctis hominibus, saltem secundum Philosophiam : constituuntur canones, promulgandi in initio studiorum, ct observandi ab Universitatibus : proponitur de pace inter Principes Christianoscomponenda, ct reducendis Bohcmis ad fidem. 9a. Accusatur contumacia Antistitum Gallorum; eorum absentia vicissim excusatur ob negatum transitum, ideoque Pontifex prorogat veniendi terminum. Editur bulla reformationis Cardinalium aliorumque Praelatorum; item Clericorum el Religiosorum, tam intra quam extra Curiam Romanam cui inserta est constitutio contra blasphemes. 10a. Approbantur montes pietatis, eorum inipugnatorcs compescuntur: Exemptorum libertas restringitur, Episcoporum auctoritas profertur, illisquc prima instantia causarum beneficialium datur: libri typis edendi subjiciuntur censur® Ordinarii vel Inquisitoris. 11\ Ordinatur de praedicationis et praedicatorum sacrorum conditionibus: Concordata Pontificis et Regis Galliæ promulgantur: abrogatur Sanctio pragmatica; asseritur Pontificis auctoritas, ct Concilia indicendi, transferendi ac dissolvendi plena potestas: Religiosorum privilegia dignitati Episcoporum attemperantur. 12*. Cardinalium indemnitati consulitur : Dccim® Ecclesiastic® per triennium contra Tureas decernuntur: confirmantur Concilii acta, finisque imponitur.

III. Celebrius hujus Concilii monumentum est *Concordatum,* Sanctioni pragmatic® suffectum. Erat hæc collectio 38 decretorum, qu® Cone. Basileense circa Rom. Pontificis jura ct privilegia, Conciliorum auctoritatem ac tempus, Pralaiorum electiones, beneficiorum collationes et reservaliones, bcneficiatorum qualitates ct officia, judiciorum et appellationum Ecclesiasticarum usum ac modum aliaque disciplin® ac morum capita, vario sub statu ac diversis ili Sessionibus ediderat; Rex autem Franci® Carolus VU in Conventu Biluriccnsi A. 1438. celebrato recepta Sanctione pragmatica firmavit, el in Senatu Parisicnsi promulgavit. Eamdem equidem, lanquain opus tempore seditionis et schismatis ad infringendam sedis Apostolic® auctoritatem confectum, A. 1462. Ludovicus XI. Caroli successor resciderat : Galli tamen eam, tanquam rationibus suis proficuam, subin restaurarunt; donec inter Francisco?! 1. el Leonem X. Bunoni® conveniret, sanctione

abrogata, Concordatum novum substituere. In eo omissa sunt quæ contra Pontificis jura et pro Conciliorum auctoritate faciebant ; retenta quæ nions et disciplinam. judicia et appellationes spectabant ; nonnihil allerata, quæ pro graduâtis ad beneficia promovendis statuebantur ; immutata autem dignitatum Ecclesiasticarum ratio. Sublata enim electione, concessum llegi jus nominandi Episcopos. Abbates, aliosquc Prælatos, exceptis tamen Ecclesiis speciali electionis privilegio a sede Apostolica dato gaudentibus; modusque circa tempus ct conditiones nominandi præseriptus : e contrario rescrxalionibus et exspcclativis sublatis, Pontifici conservata est nominatorum confirmatio, vacantium apud sanctam Sedem provisio, et Annutarum perceptio; cujus Concordati instrumentum integrum 18 titillos, dispositio 19 articulos, vis ralbncm veri contractus continet. Solemnis hæc conventio, utraque potestate stabilita, a Clero et Parlamento Gallicano nonnunquam lacessita, quin nec a successoribus Galliæ Regibus integra semper relicta fuit. Vitra etiam Sanctionis pragmatica? antiquata? limites Lüdovicus XIV. est progressus, ubi cum Innocentio XI. collisus A. 1675. beneficiorum Ecclesiasticorum collationem ac perceptionem fructuum ex beneficiis vacantibus, tanquam jus Regale el majcstaticum usurpare contendit ; ex quo magnæ illæ Regaliaruin controversia* ortum duxerunt : sed his tandem sopitis, restituta in integrum sunt Concordata; agnitum jus nominandi, tanquam concessum a potestate Ecclesiastica privilegium; Annata? Pontifici permissa?.

OECUMENICIM XV11I. TRIDENTINUM.

1. Tres potissimum Concilii causas in convocationis diplomate expressit summus Pontifex : *fidem* scilicet vindicandam adversus Sectariorum tum grassantes errores; firmandam pacem inter Principes partim *religionis* studio, partim *regionis* ambitu distractos, restituendam Cleri populique *disciplinam,* hæresibus el bellis plurimum labefactatam. His omnibus originem dedit ex INDULGENTIARUM solo enata, per omnia dcin fidei capita multiplicatis erroribus diffusa Lit u e r i hæresis; quam cum réfutassent Catholici Doctores. reprobassent Universitates, Pontifices damnassent. Imperator ct Status proscripsissent Imperio, sed eventu propterea frustrato quod Urbes Principesque Germania* plurcs person® Lu t h e r i ac dogmati faventes aut addicti, solum pro judico Concilium generale admittere vellent: de eo tandem habendo cogitatum est.

Igitur de convocando Concilio A. 1533. inter Cl e m e n t e m ATI. Papam el Carol i m V. Imperatorem *Bononiæ* primum convenit in certas conditiones : sed alias postulantibus *bitheranis* et mortuo Pontifice, ultra consilia negotium non est progressum. Easdem curas cum Pontificatu Pa u l u s 111 suscipiens, deputatis interim ad corrigendos abusus quibusdam Cardinalibus, A. 1536. concilium indixit *Mantuam:* objecto autem obice a Mantuano Duce, Uicen*ti(B* demum iclebrandmn A. 1.»38. decrevit; sed nova rursus emergente difficultate prorogata esi Synodus; tandemque A. 151-2. indicta Tr id e n t im. triennium tamen intercessit, donec composita Casarem interci Regem Franche pace t.icspiaca, ct fallaci Lulheranorum tergiversatione perspecta, sub finem A. 1·>1·>. initium licti posset, iioniluxere præter plurcs Doctores et sex Ordinum Generales, primum viginti novem, deiu quinquaginta quinque

l'atrcs, quibus Présides dati sunt a Pontifice Legali *Joannes Maria tie Manie, Marcellus Cerrinus el lleyinaldus I'olus* Cardinales. Tridenti in Ecclesia Calliedrali habille Sessiones octo, principio die 13 Decenibr. A. 1515, translationis decreto obcontagiosum morbum, die 11 Martii Λ. 1547, facto. Migrantibus hinc Bononiam pluribus, aliis· Tridenti perstant ibus, a prioribus quidem eodem anno Sessiones dua· sunt celebrata·, sed qme præter Concilii prorogationem nihil fere decernerent : donec impedimentis novis ex formula *Inierim* unatis, Concilium fere per quadriennium suspenderetur.

Concilii continuationem Tridenti repetendam A. 1550. indixit Joannes Maria de Monte, post Pauli fata Pontifex electus, et Julïus III. dictus; qui Legatus antea Pontificius, pro Concilio Bononiæ retinendo immotus steterat. Ejus vice pra-fiierunt *Marcellus Carcinus* Cardinalis, *Sebaslianus Pighius* Archiepiscopus Sipontinus, et *Aloysius Lippomanus* Episcopus Veronensis, numero Patrum jam ancto. Sessiones ab his sex, decimam sequentes, sunt celebrata·; ita ut prior I Maii A. 1551, posterior 28 Apr. A. 1552. fieret : in quaob bella ct perturbationes in Germania subortas, propiusque Tridentum accedentes, altera Concilii suspensio ad biennium fuit decreta : quæ tamen, iisdem causis urgentibus, et Julii III. addita etiam morte cum successorum gemino fato, decennium prope integrum tenuit.

Post interruptionem alleram, secundo ct felicius instauravit in eodem loco Concilium Pius IV, interea summus Pontifex creatus. Continuationis bullam is quidem À. 1560. promulgavit; nonnisi tamen anno altero ordiri Sessiones licuit : queis novem numero celebratis, finis tandem Concilio est impositus. In postrema hac epocha, Pontificis nomine præsidebant *Hercules de Mantua, Hieronymus Seripandus, Stanislaus Warmiensis et Ludovicus Simonetta,* Cardinales; subscripserunt autem Concilio el decretis Patres 255, Cardinales scilicet 6, Patriarchae 3, Archiepiscopi 25, Episcopi 168, Procuratores Episcopoinm absentium 39, Abbates 7, et Religiosorum Ordinum Generales totidem : epocham hanc 18 Januar. A. 1562, ordiente, *l* Decembris A. 1563 finiente. Coronidem tot annorum negotio imposuit Pius IV. edita 26 Januar. A. 1564. Concilii confirmatione, cui complementum dedit proposita ab eodem ctanno eodem juxta Concilii mentem forma Professionis fidei scripta.

II. Pangenda foret plurimorum negotiorum historia, si vel Actorum per quadriennium, quod Tridentina synodus simul collecta implevit, omnium notitiam dare susciperemus. Quare omissis congregationibus privatis, consultationibus ct disputationibus praparatoriis, sessiones duntaxat publicas referemus,decretis quidem ad doctrinam pertinentibus, una cum canonibus anathematismos continentibus, in sessionum epitome breviter recensitis, decretis autem reformationem spectantibus, utpote alias sub canonum nomine postremo loco referri solitis, ad classem monumentorum Conciliariorum sepositis.

Sessio. 1*. Post solcinnia præmissa legitur Indictionis bulla, convocationis causas exhibens : decernitur inchoatio Concilii : fit cohortatio Patrum. 2". Editor decretum de modo vivendi, cætcrisquc in Concilio servandis, conformiterad statuta synodi Tolctanæ. 3“. Edicitur de symbolo fidei, et Nicaenum proponitur, dilatis inierim fidei ct morum sanctionibus, donec frequentior iteret conventus.

i' Duo Decreta promulgantur, 1"m *de Canonicis Scripturis* admittit

et veneratur sacras Scripturas tum Veleris tum Nu\i Testamenti, nee non Traditiones ad tidem vel moves pertinentes, tanquam a Christo vel Spiritu sancto dictatas, in Ecclesia continua successione conserv alas : statuit ac refert catalogum librorum sacrorum, in vulgata extanlem : anathema fert incus qui hos libros ut sacros non suscipiunt, aut traditiones praedictas contemnunt. 2"" *de editione et usu sacrorum librorum,* versionem vulgatam declarat authenticam : prohibet Scripturae interpretationem contra sensum Ecelesiæ aut unanimem Patrum consensum; impressionem librorum sacrorum, vd de sacris, sine facultate Ordinarii et nomine auctoris; item verborum S. Scriptune abusum ad facetias, jocos, incantationes et similia.

Sess. .*». Publicatur decretum *de peccato originali :* In eo, more anathema·lismi, definitur : 1. Adarnum peccando amisisse sanctitatem et justitiam; in-currisse iram Dei.et hinc mortem; secundum corpus et animam in deterius mutatum : 2. Adarnum non sibi solum, sed suæ etiam propagini secundum corpus et animam nocuisse: 3. Ejusdem peccatum, origine unicum, propaga-tione transfusum omnibus, inesse cuilibet proprium : tolli solum per merita Christi, per baptismum applicata : 4. Parvulos esse baptizandos, ct propter originale peccatum egere l>aplismo : 5. Gratia Baptismi vere tolli quidquid propriam peccati rationem habet; et baptizatos fieri novos secundum Deum homines : in iis tamen manere concupiscentiam ad agonem; quæ, quamvis peccatum vocetur, verum tamen ac proprium non sit. Subjungitur, Concilii intentionem non esse, hoc decreto comprehendere Beatam et Immaculatam Virginem Mariam, sed observandasSk t i IV. ea de re constitutiones. Additur aliud decretum de reformatione duo capita complectens.

Séss. 6*. Proponitur decretum *de Justificatione :* de ea aliter credere, pre-dicate aut docere non liceat, quam sequenti ratione : 1. A servitute peccati ad justificationem perveniri non posse per vires naturae aut litteram legis Alosaicæ, licet liberum arbitrium non sit cxtinctum. sed tantum attenuatum et inclinatum. 2. Ad hanc potentiam vero praestandam, Filium a Patre esse missum. 3. Per hujus merita, renati in Christo justificantur,sicut ex Adamo nati ejus injustitiam contrahunt: non omnes, sed ii quibus Christi meritum communicatur, mortis beneficium percipiunt. *I.* Justificatio est translatio a statu injustitia» in statum gratiæ cl adoptionis filiorum Dei : hæc translatio prima nunc fieri nequit sine Baptismo aut ejus voto. 5. In adultis præparatio ad Justificationem fit per gratiam excitantem et adjuvantem, sine qua ad justificationem movere se homo non possit, cum qua possit sc disponere, eidem libere assentiendo cl cooperando, quatenus ipse agit ct gratiam abji-cere potest. (>. Dispositio autem fit per fidem, timorem divinæ juslitiæ, et spem, fidendo Benin propter Christum fore prppilium, et incipiendo diligere Deum tanquam omnis juslitiæ fontem; excitato propterea odio et detesta-tione contra peccatum, seu pœnilentiâ, et proposito suscipiendi baptismum servandique mandata. Hanc dispositionem sequitur justificatio, quæ non est sola remissio peccatorum, sed sanctificatio per susceptionem gratiæcl domuum. l.jus cause sunt ; finalis, gloria Dei et Christi, ac vita ælerna; efficiens. Deus; meritoria, Christus; inslru men talis, baptismus; formalis, justitia Dei. non qua ipse est justus, sed qua nos vere justos facit, justitiam in nobis recipientes secundum propriam dispositionem. Cum justitia nobis inhæreule simul infunditur fides., spes et chantas, sine quibus fides mortua est.«S. Dicimur tamen justificari per fidem; quia fides est salutis initium, fundiimenlum et radix justificationis; sine qua impossibile est placere Deo : item justificari gratis; quia justificationis gratiam non meremur per nostram praparationem. 9. Xemo potest scire certitudine fidei seu infallibili, sc gra-tiam Dei esse consecutum : neque hoc, ut quis justificetur, delici credere. 10. Augetur gratia justificans per bona opera ct observantiam mandatorum. 11. Ilæc observare justificatus potest ac debet: qui quamvis in levia ct quo-tidiana peccata quandoque cadit, non desinit esse justus, nec in quolibet opere peccat : fides sola non sufficit. 12. Citra specialem revelationem nemo pro certo scit, an sil praedestinatus. 13. Similiter de perseverantiae munere nemo polliceatur sibi aliquid certo absolute; tametsi in Dei auxilio firmissimam spem collocare omnes debeant. 14. Justificatio post baptismum lapsi Iit per distinctum a baptismo Sacramentum pœnitenliæ : hæc præter cessationem a peccato et hujus detestationem continet confessionem, saltem in voto, absolutionem et satisfactionem per pietatis exercitia pro pœna tem-porali, quæ non tola semper, ut in baptismo, statim hic remittitur. 15. Per peccatum mortale quodeumque amittitur gratia justificationis, non tamen fides, nisi sil peccatum infidelitatis. 1G. Justificatus exerceat opera bona : hæc per gratiam Christi facta, sunt meritoria vitæ æternæ, quæ tanquam merces et corona juslitiæ a Deo illis est promissa. Nemo tamen in se ipso confidat aut glocietur, sed in Domino, cujus ea est bonitas, ut nostra velit esse merita, quæ sunt ipsius dona.

Decreto doctrinali adjecti sunt *CANONES,* grassantium tum hæretico-rum erroribus oppositi. In his anathema dicitur illi, qui dixerit: 1. Absque gratia Christi posse justificari hominem : 2. Eum per gratiam tantum facilius posse juste vivere et mereri vitam æternam : 3. Sine gratia hominem posse credere, sperare, diligere aut poenitere, prout oportet ; 4. Liberum hominis arbitrium a Deo motum nihil cooperari assentiendo Deo excitanti, nec posse dissentire, si velit; sed nihil omnino agere, mereque passive se habere : 5. Post Adæ peccatum liberum arbitrium esse cxtinctum, et titulum sfiie re : 6. Deum proprie et per se, non permissive solum, operari malum, ut bouum : 7. Opera urnnia, ante justificationem facta, vere esse peccata : 8. Gehennæ melum, ob quem peccata detestamur aut fugimus, esse peccalaum aut pecca-tores facere pejores : 9. Sola fide, sine alia voluntatis praeparatione, impium justificari : 10. Sine Christi justitia, aut formaliler per eam nos justificari : II. Justificari hominem vel sola imputatione juslitiæ Christi, vel sola pecca-torum remissione, exclusa gratia inhærentc, aut hanc esse tantum favorem Ilei : 12. Fidem justificantem esse fiduciam misericordia? divinæ, aut hanc solum justificare : 13. Ad obtinendam peccatorum remissionem opus esse, ut quis credat ea sibi esse remissa: 14. Justificationem constitui aut perfici per Fidem, qua quis credat se esse justum : 15. Justum teneri ad creden-dum se esse praedestinatum : 1G. Citra revelationem specialem promitti sibi absoluta certitudine posse perseverantiam finalem : 17. Gratiam justifica-tionis nonnisi praedestinatis contingere : 18. Dei praecepta justo sub gratia constituto esse impossibilia : 19. Præter Fidem in Evangelio praeceptam reliqua omnia esse indifierentia, nec Decalogum pertinere ad Christianos: 20. Evan-gelium esse nudam promissionem vitæ æternæ sine conditione observationis mandatorum Dei et Ecelesiæ : 21. Christum non esse legislatorem, cui sit

obedieudum : 22. Justificatum sine speciali gratia perseveraro posse, vclcum ea non posse : 23. Emndem amplius peccato gratiam amittere non posse; et hinc, qui labitur, ante justificatum non fuisse : aut justificatum omnia, etiam venialia, peccata vitare posse sine speciali privilegio, ut de B. Virgine tenet Ecclesia : 21. Non augeri justitiam per bona opera, sed hæc lanium ose signa aul fructus justitia' accepta*, non causas augondte : 25. În quolibet opere bono peccari: peccatum autem tantum non imputari ad damnatiunciu:2G. Non debere exspectari aut sperari æternam retributionem pro bonis operibus, a justo in beo tactis. 27. Nullum esse mortale peccatum nisi infidelitatis,aut nullo alio gratiam amitti : 28. Amissa gratia simul amitti Eidem; vel Fidem remanentem non esse veram; vel cum ea sine charitate hominem imi esse Christianum; 29. Qui post baptismum est lapsus, eum per gratiam non posse resurgere; vel posse quidem, sed absque pœnilenliæ Sacramento,solius vi Fidei : 30. Pœnilcnli accepta justificationis gratia semper remitti omnem reatum, ut nulla pcena aut in hac aul in altera vita sit exsolvenda : 31. Peccare justum dum intuitu æterna* mercedis bene operatur: 32. Bona opera justi sic esse dona Dei, ut non sint etiam ipsius justi merita; aut justum per ea non mereri augmentum gratiæ, vitam æternam, el hujus, si in gratia decesserit, consecutionem et gloriæ augmentum : 33. Per hanc doctrinam de justificatione derogari meritis Christi. Accessit decretum de reformatione quinque capitibus constans.

Scm. 7'. Conduntur Canones tum de Sacramentis universim, tum speciatimde Baptismi el Confirmationis Sacramento : Ilis adjecta sunt quindecim capita in decreto dc reformatione.

CANONES de Sacramentis unirersim anathema dicunt illi qui dixerit: 1.Sacramenta N. L. non fuisse omnia instituta a Christo; aut esse plura vel pauciora quam septem; aut aliquod a Concilio nominatorum uoh esse verum et proprium : 2. Illa non differre a V. L. Sacramentis, nisi quatenus sunt alii ritus aut cæremoniæ : 3. Nullum alio esse dignius : Omnia esse superflua, nulla necessaria ad salutem : 5. Esse instituta solum ad Fidem nutriendam : 6. Nec continere, ncc conferre gratiam ; sed'signa tantum esse gratia? accepta? ct notas Christiana* professionis : 7. Per illa non semper conferri gratiam, licet suscipiantur rite ac sine obice : 8. Ex opere operato per ea non conferri gratiam: ad hanc obtinendam sufficere fidem promissionis dbinæ : 9. In Baptismo, Confirmatione, et Ordine, non imprimi characterem unde illa iterari non possunt : 10. Christianos omnes habere potestatem administrandi Sacramenta : II. In ministris non requiri intentionem saltem faciendi quod facit Ecclesia : 12. Ministrum, pcccalo mortali allectum, non conficere aut conferre Sacramentum, licet omnia huc pertinentia faciat : 13.Ecclesia* ritus in solemni Sacramentorum administrationc posse contemni, omitti, aut a «[uocumque Pastore mutari.

S|>eciales Canones de//(/p/Anio anathematizant eum qui dixerit : 1. Baptismum Joannis habuisse camdem vim cum Baptismo Christi : 2. Aquam veram ct naturalem non essedo necessitate baptismi : 3. In Ecclesia Humana non esse veram dc baptismo doctrinam : i. Baptismum ab Hærelicis sub debita forma ac intentione collatum non esse baptismum verum : 5. Baptismum esse libertini, non necessarium ad salutem. 6. Baptizatum non posse amittere gratiam, nisi peccato infidelitatis: 7. Euindein vi Baptismi fieri debitorem

Fidei solius, non totius legis Christi servnmlre : 8. Baptizalos liberos 0SSC ab omnibus Ecclesia* præceplis, nisi se sponte illis submiserint : 9. Vota post baptismum facta, vi facta· in illo promissionis, esae irrita : 10. Peccata post baptismum commissa, sola recordatione et Fide Baptismi suscepti dimitti aut venialia fieri : II. Ab Apostata ad poenitentiam converso iterandum esse Baptismum antea rite susceptum : 12. Neminem esse baptizandum , nisi sit in ætate Christi baplizali, aul in mortis articulo : 13. Parvulos, actum Fidei non elicientes, suscepto Baptismo inter Fideles non esse computandos, ideoque rebaptizandos, cum ad discretionis annos pervenerint: aul praestare Baptismum omittere, quam baptizare actu non credentes : 14. Baptizatos parvulos, ubi adoleverint, suo arbitrio esse relinquendos, si quod Patrini nomine eorum in Baptismo promiserunt, habere ratum postea nolint.

Similes canones de *Confirmatione* cxecranlur illum qui dixerit : 1. Confirmationem esse otiosam caeremoniam; aut olim nil fuisse aliud quam catechesin quamdam, qua adolescentia? proximi rationem Fidei suæ coram Ecclesia exponebant : 2. Injurios esse Spiritui sancto qui sacro chrismati virtutem aliquam tribuunt : 3. Quemvis Sacerdotem simplicem esse ordinarium Confirmationis ministrum.

&.w. 8*. De qua jam ante actum fuerat, ob contagiosum Tridenti grassantem morbum, translatio Concilii Bononiam decernitur a duabus Patrum tertiis partibus, altera tertia, ex Hispanis et Cæsareanis conflata, contradicente et repugnante. Ne renovaretur tristis scena Basileæ olim orta, prudens moderatio fecit, qua minor pars, quantumvis Tridenti permanens, a Sessionibus celebrandis abstinuit. 9a. Ab advectis Bononiam Patribus instituta, ob Praesulum paucitatem decernit conciliarem conventum ad bimestre differendum. 10a. Ex eadem causa Concilium in trimestre prorogat, designat tamen proxime pertractandam Sacramentorum materiam ; sed trimestris prorogatio, ut supra notatum, in quadricnnalem suspensionem abiit. 11*. Editur decretum dc resumendo concilio. 12a. Editur decretum de proroganda ulterius Sessione, ob Nationis Germanicae, cujus causa praecipue agebatur, absentiam, nec magnam cæterorum Patrum frequentiam.

Sess. 13*. Decretum hic promulgatum exponit Ecclcsiæ doctrinam de *S3; Eucharistia Sacramento:* 1.Post panis et vini consecrationem, Christus vere, realitcr, ac substantialiter, sub illarum rerum sensibilium specie continetur. 2. Christus hoc Sacramentum instituit in sui memoriam, in spiritualem animarum cibum , in antidotum quo liberemur a culpis quotidianis cl a mortalibus præservemur, in pignus futurae gloriæ, et symbolum unitatis. 3. Sacramentum hoc praecellit cælcris, quod ipsum sanctitatis auctorem Christum contineat; qui statim post consecrationem, et ante usum, est præsens: vi quidem verborum ejus corpus sub specie panis, et sanguis sub specie vini ; vi naturalis autem connexionis, qua partes Christi, jam non amplius morituri, inter se copulantur, anima sub specie ulraquc; vi demum unionishyposlalicæ, divinitas. Tantumdem est sub specie una, quantum sub altera et ulraquc; totiis enim ct integer Christus sub qualibet specie ct quavis speciei parte exislit. 4. Per Consecrationem fit conversio lotius substantia? panis in substantiam corporis Christi, ct similiter vini in sanguinem: quam conversionem Catholica Ecclesia Iranssubstanliationem appellat. 15. Cultus lalriæ huic Sacramento est exhibendus, cum Deus ipse sit præsens, alias

pliain adoratus: idcoqiic convenienter institutum est Thcophoriæ festum. 6. Retinenda est antiquissima constiotudo Eucharistiam in sacrario asservandi et deportandi ad ægros. 7. E\ Apostoli præcepto, probandi seipsum, consuetudine Ecclesiastica declarato, nullus sibi conscius peccati mortalis, quantumvis sibi contritus videatur, ad Eucharistiam absque praemissa sacramenlali confessione accedat: quod et de Sacerdotibus iutelligitur, si copia Confessarii adsit : si autem is, necessitate urgente, sine confessione praevia celebrarit, quamprimum confiteatur. 8. Sacramentum hoc tripliciter sumitur: sacramentaliter tantum, a peccatoribus; spiritualité!· tantum, ab habentibus votum vel desiderantibus ; sacramentaliter simul et spiritualiter, a suscipientibus reipsa et cum gratiæ augmento Sacramentum : Laici communionem accipiant a Sacerdotibus; celebrantes ipsi sumant ; Fideles omnes frequenter suscipiant.

Subnectuntur C.IAO.V£S anathematizantes eum qui dixerit: I. In Eucharistia» Sacramento non contineri vere, realiter, et substantialiter, corpus et sanguinem cum anima et divinitate Christi, et bine totum Christum; sed tantum esse in eo ut signo, vel figura,aut virtute: 2. Remanere substantiam panis et vini cum corpore et sanguine Christi, nec fieri transsiibslantiationem, manentibus solum speciebus panis ct vini: 3. In Eucharistia non contineri totum Christum sub unaquaque specie, et sub singulis cujusque speciei partibus, separatione facta: 4. In ipso actuali tantum usu Eucharistiæ esse praesentem Christum, non autem ante et post usum: 5. Præcipuum vel unicum Eucharistiæ fructum esse remissionem peccatorum : fi. Christum hic non esse adorandum cultu latriæ, etiam externo; nec festivitate peculiari venerandum; nec in processionibus solemniter circumgestandum; nec publice adorationi proponendum : ejus adoratoresesseidololatras: 7. Eucharistiam post consecrationem slalim esse distribuendam; non in sacrario asservari, nec ad ægros deferri licere: 8. Christum in Eucharistia spiritualiter tantum, non etiam sacramentaliter ac realiler manducari : 9. Ex Ecclesiæ præcepto non teneri Fideles, ætatem discretionis adeptos, ad communionem paschalem annuam: 10. Non licere Sacerdoti celebranti, seipsum communicare: 11. Solam Fidem esse praeparationem sufficientem ad Eucharistiæ sumptionem: habita etiam Confessarii copia, praemittendam non esse Confessionem sacramentalem, modo quis contritum se existimet.

Præter hæc sancitum est decretum de reformatione octo capita complexum: adjecta prorogatio definitionis dc aliis circa Eucharistiam articulis: data cautio ct Fides publica Protestantibus ad Concilium venturis.

Sw. I il. Decreta duo hic edita doctrinam ct Canones continent de Pœnilentiæ et E.xtremæ Unctionis Sacramentis: tertium de Reformatione additum tredecim capitibus constat.

De PenitentiæSacramento hæc docentur: I Poenitentia peccatoribus quovis tempore fuit necessaria: ad rationem Sacramenti pro baptizatis elevata est a Christo, dum post resurrectionem insufflavit in discipulos dicens: *Accipite Spiritum sanctum, (piorum remiseritis peccata etc.* quod factum sicut Novalianorum errorem refellit, sic verba de potestate praedicandi verbum Dei ct annuntiandi Evangelium explicari non sinit. 2. Differt Pn-nitentia a Baptismo quoad materiam, formam, ministrum, offectum et conditiones: lapsis post Baptismum est necessaria, ut nondum regeneratis Baptismus. 3. Forma, in

qua praecipuo sita vis Sacramenti, posita est in illis ministri verbis: £qo M *ubsultv etc. :* quibus ex more preces addilæ, non tamen ad essentiam spectant, nec sunt necessariæ. Quasi materia sunt actus poenilentis, scii, contritio, confessio ct satisfactio : qui quatenus ad integritatem Sacramenti et plenam peccatorum remissionem ex Dei institutione requiruntur, partes poenitentiae dicuntur. Effectus, quantum ad vim, est reconciliatio cum Deo; quam interdum conscientiæ pax, serenitas et consolatio sequuntur. Incussi conscientiæ terrores et Fides, nec pars nec effectus sunt hujus Sacramenti. 4. Contritio est animi dolor de peccato commisso, cum proposito non peccandi de cætero : fuit omni tempore necessaria ad veniam; in baptizato lapso ad earn praeparat, conjuncta cum Fiducia divinæ misericordiae et voto praestandi reliqua requisita: adeoque non est sola cessatio a peccato, et propositum ac inchoatio vitae none, sed veteris odium et detestatio. Etsi autem ea aliquando charitate perficiatur, adeo ut peccatorem ante justificet quam Sacramentum actu suscipiat; hoc tamen sine Sacramenti voto, contritioni perfcctæ incluso, non lit. Contritio imperfecta, quæ attritio dicitur, quia vel ex consideratione turpitudinis peccati, vel ex gehennæ et poenarum metu communiter concipitur, si voluntatem peccandi excludat cum spe veniæ, non solum non facit hominem hypocritam et magis peccatorem, sed etiam donum Dei est, et impulsus Spiritus sancti, necdum quidem inhabitantis, sed tantum moventis: et quamvis ea sine Sacramento pœnitentiæ per se ad justificationem perducere peccatorem nequeat, tamen eum ad Dei gratiam in Sacramento impetrandam disponit. Hoc timore utiliter concussi Ninivitæ poenitentiam egerunt, et misericordiam a Domino impetrarunt. 5. Confessio a Christo instituta, post Baptismum lapsis jure divino est necessaria; quia ille Sacerdotes sui vicarios ut judices constituit, ad quos omnia mortalia peccata deferantur : judicium enim hoc incognita causa exercere nequeunt, et ne aequitatem quidem in poenis injungendis servare, si in genere duutaxat, et non in specie, peccata declarentur. Hinc omnia, licet occultissima, peccata mortalia, quorum post diligentem discussionem conscientia habetur, a pccnitentibus recenseri debent: venialia autem, licet recte et utiliter exponantur, laceri tamen in confessione possunt, et aliis remediis expiari. Circumstantiae etiam, quæ speciem peccati mutant, sunt explicandae ; quia sine his peccata a pœnilcntibus non integre exponuntur, nec judicibus innotescunt; hi autem nec de gravitate criminum recte censere, nec pœnam debitam imponere possunt. Confessio sic fieri praecepta non est carnificina conscientiæ; quia pœnitens tenetur tantum confiteri ea peccata, quibus se Deum mortaliter offendisse post examen diligens meminerit : quæ vero diligenter cogitanti non occurrunt, in universum eadem confessione inclusa esse intelliguntur. Publica peccatorum confessio non est necessaria, sed satis est secreta; quæ initium non habuit primum a Concilio Lateranensi, ubi jus divinum a Christo jam institutum, singulis annis implendum, duntaxat mandabatur. G. Minister hujus Sacramenti non est Fidelis quilibet, sed Episcopus et Sacerdos, qui etsi malus sil, conficere tamen hoc Sacramentum cum effectu potest. Is vero non tantum vel annuntiat Evangelium, vel declarat peccata esse remissa, sed ut judex adu judiciali sententiam absolutionis pronuntiat : qui* tamen animum serio agendi et absolvendi habere debet. 7. Cum omnis judicii ratio exigat sententiam ferri in subditum, nullius momenti est absolutio, quam Sacerdos pro-

fort in eum. in quem ordinariam aut delegatam jurisdictionem non habet. Obdisciplina'utilitatem, etiam coram Deo locum habet casuum reservalio, qua peccata quædam alrociora et graviora, non quidem quivis, sed summi tantum Sacerdotes suo judicio absolvenda reservant : quæ potestas non Papæ tantum, sed Episcopis omnibus, in sua cuivis diœcesi,competit, in ludificationem tamen, non in destructionem. In articulo autem mortis nulla est reservatio, sed quilibet Sacerdos quoslibet pœnitentes a quibusvis peccatis et censuris absolvere potest. 8. Cum non remittatur cum culpa omnis etiam pcvna, satisfactio autem ad banc tollendam et alios ellectus magnopere faciat, Sacerdos, quantum Spiritus et prudentia suggesserit, pro qualitate criminum et facultate personarum, salutares et convenientes satisfactiones pernitentibus injungere debet: Satisfactio autem sit, non tantum ad vita' novæ custodiam et infirmitatis medicamentum, sed et ad praeteritorum peccatorum vindictam et castigationem ; quæ ratio ex ligandi officio usurpata, nec Sacramentum hoc facit forum iræ aut pœnarum, nec vim meriti ct satisfactionis Christi obscurat. 9. Neque tamen solum poenis aut sponte susceptis, aut a Sacerdote impositis, sed et temporalibus flagellis a Deo inflictis, a nobis patienter toleratis, apud Deum per Christum satisfacere possumus.

C.-I.VO.VES cognati anathemate feriunt eum qui dixerit : 1. Poenitentiam non esse vere ac proprie sacramentum reconciliatonis, a Christo institutum; 2. Eam non esse distinctum a baptism › sacramentum , nec recte appellari secundam post naufragium tabulam : 3. Verba Christi : *Accipite Spiritum Sanctum, quorum remiseritis* etc. non esse iutelligenda de potestate in poenitential sacramento, sed de auctoritate praedicandicvangelium : *l.* Ad integram ct perfectam peccatorum remissionem non requiri in pcenitente 1res actus memoratos, quasi materiam sacramenti, et tres pœnitentiæ partes dictos : Aut duas tantum esse partes, nempe tenures incussos conscientia*, et fidem qua quis credit per Christum remissa sibi peccata : 5. Attritionem non esse verum et ulilern dolorem, nec parare ad gratiam, sed facere hominem hypocritam et magis peccatorem; esse dolorem coactum, non liberum ac voluntarium : 6. Confessionem vel institutam vel necessariam jure divino non esse: aut modum secrete confitendi esse alienum ab institutione et mandato Christi, ac inventum humanum : 7. Non esse necessarium jure divino, confiteri omnia el singula, quorum memoria habetur, peccata mortalia, etiam occulta et duobus ultimis Decalogi praeceptis contraria, et circumstantias peccati speciem mutantes; aut non licere confiteri peccata venialia: 8. Confessionem esse impossibilem et traditionem humanam; aut non esse obligationem semel in anno confitendi : 9. Absolutionem non esse actum judicialem, sed nudum ministerium declarandi peccata esse remissa, modo confiions lanium credat se absolutum, aut sacerdos lanium joco absolvat : aul non requiri confessionem pernitentis, ut sacerdos cum absolvere possit: 10. Sacerdotem, qui est in peccato mortali, non habere potestatem solvendi el ligandi ; aut non solos sacerdotes esse ministros absolutionis: sed omnes fideles exercere posse illud dictum : *Quorum remiseritis* etc. *Quarumque ligaveritis* etc. II. Episcopos non habere jus reservandi sibi peccata, nisi quoad externam politiam : 1-2. Semper totam pu nam simul cum culpa remitti a Deo. Satisfactionem non esse aliam, quam fidem de satisfactione Christi: 13. Quoad pomam temporalem non satisfieri per merita Christi, vel

pænisa Deo inflictis et patienter toleratis, vel a sacerdote impositis, vel sponte susceptis poenalibus, vel aliis pietatis operibus; sed optimam poenitentiam esse tantum vitam novum : 14. Satisfactiones ejusmodi non esse cultum Dei, sed traditiones hominum, obscurantes doctrinam de gratia, verum Dei cultum et beneficium murtis Christi: 15. Claves Ecclesiæ tantum esse datas ad solvendum, non ad ligandum; ct hinc impositionem pcence esse contra Unem clavium et Christi institutionem : item fictionem esse quod virtute clavium solvenda poena temporalis maneat, æterna sublata.

De *Extrema unctione* sequens est doctrina : 1. Sacramentum hoc a Christo t'sse institutum Marci c. (i. insinuatur; per Jacobi verba: *Infirmatur quis in tdis* etc. commendatur el promulgatur: materia illius est oleum ab Episcopo benedictum ; forma, verba illa : *Per istam sanctam unctionem* etc. 2. Effectus hujus sacramenti est gratia ad expiandum peccatum et hujus reliquias abstergendas, atfjiie ad alleviandum et confirmandum ægrum, ut morbum levius ferat, tentationibus dæmonis facilius resistat et sanitatem corporis, si animæ saluti expedit, interdum consequatur. 3. Minister hujus sacramenti est Episcopus vel sacerdos: tempus administrandi, quando infirmus tam periculose decumbit, ut in exitu vitæ constitutus videatur ; duraque convalescens in aliud simile discrimen pervenerit.

Canones *de eadem* subjuncti anathema dicunt illi qui dixerit : 1. Extremam unctionem non esse sacramentum a Christo institutum, a Jacobo promulgatum, sed ritum acceptum a Patribus aut figmentum humanum : 2. Illam non conferre gratiam, nec remittere peccata, nec alienare infirmum; sed jam cessasse, utpote gratiam curationum : 3. Hunc ritum et usum repugnare Jacobo; iJeoquc mutandum, et absque peccato contemni posse : 4. Presbyteros Ecclesiæ, quorum Jacobus meminit, non esse sacerdotes, sed seniores in quavis communitate ; ideoque ministrum hujus unctionis non solum sacerdotem.

13*. Fit sessionis prorogatio : Protestantibus datur salvus conductus formulæ uberioris. 16*. Ingruente Stationi Synodali Saxonico bello, decernitor suspensio Concilii ad biennium, ea lege, ut pace prius reddita etiam ante hoc tempus Concilium vigeret : sed durantibus diutius impedimentis, cessatio decennium explevit. 17?. Collectis rursus Patribus post convocationem a Pio IV. factam, editur decretum de continuando Concilio, et traclauda Legalis proponentibus materia Fidei, morum ac disciplinae; quibusdam frustra novitatem in propositione a Legatis facienda causanlibus. 18*. Saudtur decretum alterum de librorum delectu seu indice librorum prohibi-
' rom a deputatis conficiendo ; alterum de Fide publica Protestanlibus etiam
|«rCongregationem generalem dari concessa. 19*. Ad postulationem Lega-rom Gallicorum iit Sessionis prorogatio. His appulsis, de voce *continua-*
it oritur controversia, Italis et Hispanis pro ea stantibus, Gallis et Germuifc Concilium de novo inchoari volentibus: abstrahendum a voce censet Pontifex, statuens nihilominus, inde tractationis initium faciendum, ubi !-mt Conciliare negotium. 20*. Ob varias difficultates, tum ex litibus Oratorum de prœdria, tum ex sententiarum diversitate de communione sub toque specie Protcstantibus concedenda ortas, iteratur Sessionis prorogatio. Sr«.2P. Declaratur doctrina *de Communione, sub utraque specie et par-*)rum, capitibus quatuor tolidemque Canonibus : de reformatione autem quindecim capitibus agitur.

Declaratio hujus est tenoris : 1. Qui Eucharisliæ Sacramentum non conficiunt. nullo præceplo divino urgentur ad illud sub utraque specie sumendum: nec dubitari potest quin sumptio sub una specie sufficiat ad salutem: 2. Fuit perpetuo in Ecclesia potestas, ut in Sacramentorum dispensatione, salva eorum substantia, statueret vel mutaret, quæ suscipientium utilitati et Sacramentorum venerationi, pro rerum, temporum et locorum varietate, magis expedire judicaret. Hinc licet sub Ecclesiæ initium non înfi*cqucns fuerit usus utriusque speciei, progressu tamen temporis, mutata jam illa consuetudine, gravibus et justis ex causis consuetudinem sub altera specie communicandi approbavit, et pro lege habendam decrevit : hanc reprobare aut mutare sine Ecclesiæ auctoritate non liceat. 3. Quamvis Christus hoc Sacramentum in duabus speciebus instituerit et tradiderit Apostolis; esi tamen fatendum, totum ac integrum Christum sub altera tantum specie, verumque Sacramentum sumi ; ac proin nulla gratia ad salutem necessaria defraudari, qui unam speciem solam accipiunt. 4. Parvuli, usu rationis carentes, nulla obligantur necessitate ad sacramentalem Eucharistiae communionem : non tamen damnanda est antiquitas, si cum morem aliquando alicubi servavit.

Canonum anathema ferit eum, qui dixerit: 1. Ex Dei præcepto vel necessitate salutis, omnes et singulos fideles utramque speciem sumere debere: 2. Ecclesiam non justis de causis panis tantum specie communicare Laicos et Sacerdotes Eucharistiam non conficientes : aut in eo errasse : 3. Totum et integrum Christum sub nna panis specie non sumi ; quia non sumitur secundum Christi constitutionem sub utraque: 4. Parvulis, ante discretionis annos, necessariam esse communionem. Porro an usus calicis aliquando Laicissit permittendus, et quales cause id concedendi sint justæ, Concilium in aliud tempus reservat decidendum.

Sew. 22*. De Missa? sacrificio editur, per doctrinæ capita, Canones consuetos, et præscriptas reverentiæ leges : iit decretum de reformatione per undecim capita diffusum : resumpta quceslione de calicis usu aliquibus Provinciis petentibus permittendo, negotium ad summum Pontificem refertur.

Doctrina *de Sacrificio Missos :* 1. Christus in cœna Apostolis, quos tunc Sacerdotes constituit, dedit potestatem ct praeceptum offerendi corpus et sanguinem suum sub speciebus panis et vini ; id tanquam juge Sacrificium visibile relinquens Ecclesiæ suæ, per quod virtus sacrificii in cruce peracti nobis applicatur in remissionem peccatorum. 2. Quia in hoc Sacrificio Christus incruente immolatur, qui in ara crucis semel selpsum cruente obtulit; vere est propitiatorium pro vivis et defunctis. 3. Memoria Sanctorum fit in Sacrificio ; ipsum tamen soli Deo offertur, non vero Sanctis, quorum duntaxat patrocinia imploramus. 4. Canon Missæ, cum constet ipsis Domini verbis, Apostolorum traditionibus et piis sanctorum Pontificum institutionibus,ab omni errore purus, sanctitatem et pietatem spirat, ʋ. Per ritus mutata voce dicendorum, caeremonias, lumina, vestes et similia, ex Aposfolica antiquitate accepta, meus ad altissima mysteria contemplanda excitatur. G. Optandum ut Missæ présentés sacramentaliter communicarent : in qua tamen solus Sacerdos si communicat, ea adhuc est ct commendanda ct publica;quia populus spiritualité!· communicat, Sacerdos est publicus Ecclesiæ ministeret Missa pro omnibus fidelibus celebratur. 7. Vinum aqua miscendum, qnia

Christus itn fecisse creditur ; sanguinem ct aquam *o* Christi latere exivisse hac mixtione recolitur ; populi per aquam significati cum Christo unio repnsentatin·. 8. Missa non est dicenda lingua vulgari, sed more, ab Ecclesia Romana usitato : ejus tamen mysteria populo frequenter sunt explicanda.

CI.VO.VA'S *de eodem* anathema prommeiant in eum, qui dixerit: 1. in Missa verum et proprium Sacrificium non offerri; aut offerri non esse aliud quam manducandum dari; 2. Verbis illis : *lioc facile in meavi commcmorali* ..r-i/i, Christum Apostolos non instituisse Sacerdotes ; aut non ordinasse ut ipsi et Sacerdotes alii offerrent suum corpus et sanguinem : 3. Missæ Sacrificium non esse propitiatorium, sed laudis tantum et gratiarum actionis, vel nudam commemorationem, vel prodesse soli sumenti ; nec pro peccatis, pronis, satisfactionibus, aut necessitatibus aliis offerri debere : 4.Blasphemiam irrogari, vel derogari Sacrificio crucis per Missæ Sacrificium:"). Imposturam osse Missas celebrare in honorem Sanctorum, ad impetrandam eorum intercessionem, juxta Ecclesiæ mentem : G. Canonem Missa? continere errores et esse abrogandum : 7. Caeremonias, vestes et externa signa in Missis usitata, potius irritabula impietatis esse, quam officia pietatis: 8. Missas, ubi Sacerdos solus communicat, illicitas esse et abrogandas : 9. Ritum, quo submissa voce pars canonis, et consecrationis verba proferuntur, esse damnandum; aut lingua tantum vulgari Missam dicendam; aut aquam non miscendam.

LEGES pro Missæ reverentia : 1. Absint eujusvis generis mercedum pactiones pro celebratione; nec non eleemosynarum exactiones potius quam postulationes ; omnis denique simoniaca labes vel turpis quæstus. 2. Vagi et ignoti ne sinantur celebrare. 3. Notorie criminosi arceantur a celebratione et auditione Missæ. *i.* Non celebretur a quopiam in privatis domibus, aut extra Ecclesiam ac Oratoria, divino cultui tantum dicata. 5. Arceatur ab Ecclesiis musica lasciva, actiones seculares, vana collotpiia, deambulationes, strepitus et clamores. G. Caveatur omnis superstitio in numero candelarum certo aut similibus; et nc aliis horis, ritibus, cæremoniis aut precibus, quam debitis, celebretur. 7. Doceatur populus de qualitate et causa fructus Sacrificii. 8. Moneatur idem, ut frequenter ad suas Parochias, diebus saltem Dominicis et festis majoribus accedat. Quæ omnia Ordinariis proponuntur ita ut ad ca servanda populum etiam poenis Ecclesiasticis compellant.

Sw.231. Diu hæc dilata tum ob controversiam de reformatione Rornanæ rariæ. quam Imperator et Rex Galliæ a Concilio fieri urgebant, Pontifex autem partira decreto a se edito jam faciam, partim adhuc faciendam sibi «umebat,tum ob concertationem de praerogativa Hispanum interet Gallum Oratorem ortam ; tandem post decem ab ultima Sessione menses habita est, wnelæ adjunctis Hosio, Morono et Navagero , qui in locum aliorum tasidum jam defunctorum successerant. Exponitur duplici more consueto ôçmade Sacramento Ordinis; decernitur de reformatione octodecim capitibus.

Dogma *de Sacramento Ordinis :* 1. Christus Apostolis, ct eorum in Sacerdotio successoribus dedit potestatem consecrandi, offerendi et ministrandi risibile Sacrificium, nec non dimittendi et retinendi peccata. 2. Ad veneraikmem tanti Sacrificii, ab ipso Ecclesiæ initio fuerunt in usu septem Ordines; tres majores seu sacri, et quatuor minores. 3. Cum ordinatio sacra

conferat gratiam, ordo est verum ac proprium Sacramentum. 4. Non omnes Christiani sunt Sacerdotes, sed ii soli qui ab Episcopis legitime sunt ordinati: semel ordinati nunquam fieri possunt Laid. Episcopi ad llierarchiam Ecdesiasticam pracipue pertinent; sunt Presbyteris superiores; prater confirmationis collationem et alias functiones sibi solis proprias, ministros Ecclesie ordinant, etiam non requisito nec necessario Laicorum suffragio aut consensu : sine Episcopi ordinatione, ad secularis potestatis vocationem vel institutionem exercentes ministeria sacro, non sunt ministri Ecclesiæ.

CANONES adnexi exerrantur illum qui dixerit : 1. In N. T. non esse sacerdotium visibile, aut potestatem consecrandi et offerendi, vel remittendi et retinendi peccata, sed officium et nudum ministerium pradicandi Evangelium; quique non praedicant, non esse sacerdotes : 2. Prater sacerdotium nullos esse Ordines alios, per quos velut per gradus ad illud ascendatur : 3. Ordinem non esse vere ac proprie Sacramentum; sed figmentum humanum, aut ritum tantum eligendi ministros Verbi Dei : 4. Per eum non dari Spiritum sanctum, nec imprimi characterem ; vel Sacerdotem semel factum, rursus fieri Laicum posse : 3. Sacram Unctionem in ordinatione usitatam non requiri, sed contemnendam esse ac perniciosam; similiter et alias Ordinis cæremonias : G. In Ecclesia non esse hierarchiam divina ordinatione institutam, quæ constat ex Episcopis, Presbyteris, et ministris: 7. Episcopos non esse Presbyteris superiores; vel non habere potestatem confirmandi et ordinandi; vel eam ipsis esse cum Presbyteris communem ; vel ordines,absque populi aut potestatis secularis vocatione vel consensu collates, esse irritos; vel non ordinatos, nec missos ab Ecclesiastica potestate, veros esse verbi divini et Sacramentorum ministros : 8. Episcopos, qui auctoritate Romani Pontificis assumuntur, non esse legitimos et veros Episcopos.

Sejw. 24*. Eduntur *de Sacramento Matrimonii* Canones et reformatio.' additur aliud ad alias materias pertinens decretum de reformatione, viginti capita complexum.

CANONES prait doctrina, quæ matrimonii perpetuum et indissolubilem nexum asserit; hoc vinculo duos duntaxat copulari et conjungi enuntiat; gratiam, quæ naturalem amorem perficiat, indissolubilem unitatem coufirmet, conjuges sanctificet, matrimonio meritis Christi comparatam affirmat; indeque matrimonium Sacramentis annumerandum inferi, el Traditione confirmat.

Ipsi autem *CANONES* pro more reprobant eum qui dixerit: 1. Matrimonium non esse vere ac proprie Sacramentum a Christo institutum nec gratiam conferre : 2. Licere Christianis plures simul habere uxores, nec hoc lege divina prohibitum : 3. Consanguinitatis et affinitatis tantum gradus in Levilico expressos, matrimonium impedire contrahendum, dirimere contractum ; nec posse Ecclesiam dispensare in eorum nonnullis, nec constituere, ut plures impediant et dirimant : 4. Ecclesiam non potuisse constituere impedimenta matrimonium dirimentia, vel in iis constituendis errasse : 5. Propter hæresin, aut molestam cohabitationem, aut conjugis absentiam, dissolvi posse matrimonii vinculum : G. Matrimonium ratum, non consummatum, pei alterius conjugurn solemnem Religionis professionem non dirimi . 7. Enare Ecclesiam, dum docuit et docet non dissolvi vinculum matrimonii per alterius conjugurn adulterium : nec, quamdiu

iIter conjugurn vivit, posse etiam innocentem aliud matrimonium inire; niædiariquc eum qui dimissa adultera aliam duxerit; ct eam qua; dimisso adultero nupserit alii :8. Ecclesiam errare, dum decernit, ob multas causas fieri posse separationem conjugurn quoad thorurn seu cohabitationem, ad certum incerluinve tempus : i). Clericos in sacris ordinibus constitutos, et Higularescastitatem solcmniler professos, posse matrimonium contrahere: conlraetumquc valere, non obstante lege Ecclesiastica vel volo; ornnesqtic posse contrahere matrimonium, qui castitatis, licet eam voverint, donum «habere non sentiunt : 10. Statum conjugalem præponendum virginali vel ctflibi; huneque illo non esse meliorem : II. Prohibitionem solemnilatis nuptiarum certis temporibus esse superstitionem; benedictiones canini iliasque cæremonias Ecclesiasticas damnandas: 12. Causas matrimoniales non spectare ad Judices Ecclesiasticos.

Reformatio complectitur sequentia. I. Matrimonia clandestina, etiam sine consensu parentum, valida fuerunt, quandiu ea non irritavit Ecclesia; quae tamen illa semper prohibuit. Cum vero sola prohibitio non sufficiat ad coercenda scelera, abusus et pericula adulteriorum, fiat posthac a proprio contrahentium Parocho trina denuntiatio, quæ tamen minui vel remitti ex Ordinarii judicio possit. Nullo impedimento opposito, et consensu intellecto, matrimonium celebretur in facie Ecclesiæ, praesentibus testibus, et Parocho sponsos conjungente. Qui aliter quam praesente Parocho, vel, de hujus aut Ordinarii licentia, alio Sacerdote, et duobus vel tribus testibus, matrimonium contrahere attentabunt, ad sic contrahendum sint inhabiles, et contractus hujusmodi irritus ac nullus; qui aliter fecerint, poenis insuper ab Ordinario gravibus mulctcntur. Sponsi ante matrimonium ordinarie in eadem domo non cohabitent. Qui sine Parochi proprii licentia matrimonio jungit sponsos, ipso jure suspensus maneat, dum a Parochi proprii Ordinario absolvatur. Habeat Parochus librum quo conjugurn et testium nomina, dies el locus matrimonii contracti notentur. Moneantur sponsi ut ante matrimonium confiteantur et communicent. Hoc decretum promulgetur sæpius in Parochiis, præsertim primo anno : post triginta autem dies a promulgatione fada, robur suum habeat. 2. I nus tantum vel una, vel ad summum unus et d m munus patrini agant : inter hos et baptizatum baptizatique parentes, nec non inter baptizantem ct baptizatum baptizatique parentes tantum cognatio spiritualis contrahitur : unde horum nomina inscribantur libro baplisnali. Si alii præter designatos infantem levando tangant, cum his cognatio wi oritur. Similis limitatio est cognationis ex Confirmatione. 3. Impedimentum publicæ honestatis ex sponsalibus quacumque ratione invalidis non critur : si valida fuerint, primum gradum non excedat. 4. Impedimentum imitatis, ex fornicatione ortum ad primum, tantum et secundum gradum restringitur. 5. Qui scienter intra gradus prohibitos contraxit, separetur et •pedispensationis careat : idem liat, si neglectis solemnitatibus ignorans cum impedimento contraxit si adhibitis solemnitatibus, ignoratum impedimentum postea cognoscatur; facilius el gratis cum eo dispensari potest. In contrahendis matrimoniis vel nulla dispensatio, vel raro, idque ex causa et gratis detur : in secundo gradu nunquam dispensetur, nisi inter magnos Principes et ob causam publicam. G. Inter raptorem ct raptam, dum hæc est ω raptoris potestate, non stat matrimonium. Raptores et adjutores sint ipso

jureûxcommunicati et perpetuo infames; si Clerici fuerint, de proprio gradu decidant. Si rapta separata, et in loco tuto ac libero posita, consentiat libere, rapior eam ducere possit : tenetur tamen eam dotare, seu duxerit, scuiuhi. 7. Vagabundi non facile admittantur ad matrimonium : Magistratus sccu-larcs eos coerceant : Parochi non adsint eorum matrimoniis, nisi tub inquisitione, et re ad Ordinarium delata, ab eo habuerint licentiam. S. Con-cubinavii post trinam Ordinarii monitionem excommunicentur : nitra annum contumaces puniantur gravius. Concubinæ post trinam monitio-nem puniantur severe, cl extra diœçcsin ejiciantur, invocato, si opus,bra-chio seculari ; aliis pomis in suo lolxue permanentibus. 9. Domini it Magistratus directe vel indirecte cogentes minis vel pœnis subditos ad certa matrimonia cum certis contrahenda, ipso facto sint excommuniait 10. Ab adventu usque ad Epiphaniam, et a feria quarta Cinerum usque ad Octavam Paschalis inclusive, prohibitiones solemnium nuptiarum obser-ventur.

Sr.ss. 2?P. Sanciuntur tria decreta dogmatica : 1um de Purgatorio; î® de Invocatione, Veneratione ac Reliquiis Sanctorum, et sacris Imaginibus; 3™ Je Indulgentiis; cui additio facta de. delectu ciborum , jejuniis» et diebus festis: posterioribus interponebantur decreta, alterum de Regularibus, de Reforma-lionc altcnim : negotium olim commissum de Indice librorum noxiorum, cum perfici et distincte dc omnibus judicari non potuerit, jubetur quodeumque hac in re a Deputatis factum exhiberi summo Pontifici, ut ejus judicio et auctoritate opus terminetur et evulgetur : idem mandatur Deputatis ad Catechismum, Missale et Breviarium : demum post faciam probatamque finienda* Synodi ct confirmationis pelendæ rogationem, succedit acclamati) et subscriptio Patrum, quos inter Procuratores absentium soli subscripserunt non definiendo.

Decernitur *de purgatorio : esse* purgatorium; animas ibi detentas fidelium suffragiis, potissimum sacrificio miss® juvari ; sanam de purgatorio doctri-nam credendam, tenendam, et populo prædicandam ; omissis tamen dif-ficilioribus ct subtilioribus quæslionibus, incertis autem, curiosis, ct supers-titionem vel quæslum sapientibus tractari prohibitis. *De invocatione* cl *veneratione Sanctorum :* Sanctos cum Christo regnantes , orationes suas pro hominibus Deo offerre ; bonum et utile esse, suppliciter cos invocare, el ob beneficia a Deo impetranda per ejus filium, unicum redemptorem el salvato-rem , ad eorum orationes opemque confugere : illos c contra impie sentire, qui negant sanctos esse invocandos, aut pro hominibus orare; qui sancto-rum invocationem dicunt esse idololatriam , vel pugnans cum verbo Dei, vel honori Christi adversum, vel stultum. *De Reliquiis Sanctorum:* Sanctorum Martyrum et aliorum cum Christo viventium sacra corpora a fidelibus este veneranda, per quæa Deo multa beneficia hominibus praestantur; omnino damnandos esse ct damnari eos, qui sanctorum reliquiis venerationem non deberi, vel eas inutiliter honorari, et sanctorum memorias opis eorum impe-tranda? causa frustra frequentari affirmant. *De imaginibus sacris :* Imagines Christi el sancturum, in templis præsertim, habendas ct retinendas; illisquc honorem ct venerationem impertiendam esse, non quod credatur illis inesse aliqua divinitas autrirlus, vel quod ab ipsis imaginibus aliquid petendum aut in iis fiducia sit figenda, ut gentiles olim idolis tribuebant : sed quia honor

illis exhibitus releitur ad prototypa; ita ut per imagines, quibus veneratio-nis signa exhibemus, Christmu adoremus et sancto» veneremur. Insuper per picturas populum erudiri el confirmari in articulis fidei, monerique intucn-tes acceptorum beneficiorum el exemplorum imitandorum: quibus qui con-traria docent, anathemati subjici. Abusus autem, si qui sint, abolendos esse; instruendum populum divinitatem non hinc corpoream quia sensibiliter figuratur; et omneni superstitionem, quteslum ct lasciviam tollendam : unde nec proponendam esse insolitam imaginem, nec nova miracula aut reli-quias recipiendas, nisi ab Episcopo recognitas et approbatas. In gravioribus quaestionibus a Synodo Provinciali esse cognoscendum ; nihil tamen novum elinusitatum decernendum, inconsulto Pontifice. *De Indulgentiis:* Potesta-tem eas concedendi a Christo collalam esse Ecclesiæ; carum usum ab anti-quissimis temporibus fuisse; eumdem, Christianis maxime salutarem et a Conciliis probatum, esse retinendum : damnatis illis qui contraria asserunt ; adhibendam tamen in iis concedendis moderationem, ne disciplina enerve-tur. Ad abusus emendandos, quæslum pravum pro iis consequendis penitus abolendum; alios ex superstitione, ignorantia vel aliunde provenientes, indagandos apud suos ab Episcopis, et a Concilio Provinciali cognitos ad summum Pontificem referendos, ut de illis pro Ecclesia universali statuatur. *De delectu ciborum, jejuniis et diebus festis:* Commendanda ct usurpanda esse, quæ Romana Ecclesia servat ct Concilia statuunt ; maxime ciborum delectum ct jejunia ad carnem mortificandam, dierum festorum celebratio-nem ad pietatem augendam : admonito populo ad obedientiam, ut remune-rationem capiant, ultionem evitent.

IU. Argumentum quod in Conciliis aliis præbebant Canones, in præsenli referunt Decreta de Reformatione. Ordinem in illis non facit doctriuæ me-thodus, nec materiæ ratio; quin ct eadem ros aliquoties, auctario tamen quodam accedente, est repetita: unde quam unam habent ex Sessionibus, inquibus promulgata fuerunt, seriem sectabimur; excepto solo decreto quod de Regularibus inscribitur, cum alia careant quacumque inscriptione : quæ enim de observandis in celebratione Missæ ac reformatione matrimonii edita sunt, tanquam affinia rebus dogmaticis supra adjecimus.

InSessionc Γ. Ordinatur: 1. jam constitutos urgendos, aut recens consti-tuendos esse, in Ecclesiis Episcopalibus quidem ct Collegiatis insignibus Theologum ad sacram Scripturam, in Collegiatis minoribus autem Alagis-Iram ad grammaticam gratis docendam ; iisdem etiam dc congruo stipendio providendum: idem commendatur monasteriis elRegularium conventibus: jiwterca datur docentibus, qui probati sint, et scholaribus Clericis, gaudere reditibus, in absentia legitima a jure concessis. 2. Debere Episcopos per sese, aut si impediantur, per alios idoneos prædicare Evangelium; cohibere noxie pr ofitantes ; arcere ignotos : Regularibus, ut praedicent, necessariam esse Nipcrioris licentiam ct Ordinarii approbationem: Quæstuariis prædicalio-Bcm non permittendam.

lihSfM. VI. hœc habentur : I. Obligati sint Prælali ad Residentium : contra nn residentes valeant Canones aliquando promulgati : Absentes a sua Ecclesia snccausalcgilima, mulctentur quarta fructuum parte unius anni, Ecclesiæ et pauperibus applicanda. 2. Etiam Inferioribus sit obligatio residentiæ, ubi tam beneficium requirit: legitima abscidite causa ab Ordinario probanda:

data ab hujus Ordinario facultate. ipso jure a Pontificalibus sit suspensus per anuum; sic ordinatus ab executione ordinum, quandiu Ordinario libu* rit. 3. Ordinatos abalieno, sine suo examine et dimissorialibus, Episcopus suspendere ab exercitio possit .si minus idoneos repererit. i. Nullus Clericus, Pontificalia, nec Ordines conferant in aliena dioecesi sub poma, sine expressa diœcesani licentia.

In S«w. 17/. I· Ad regimen Ecclesiæ Cathedralis non admittatur, nisi legitime natus,ætate maturus, probus el doctus. 2. Tenens plures Episcopatus, designato tempore dimittat omnes, uno excepto; alias ipso jure vacent omnes, excepto ultimo. 3. Beneficia inferiora, praesertim curata, conferantur dignis, quique ipsi residere et curam exercere possint. 4. Plurium beneficiorum curatorum aut incompatibilium contra Canones detentor, ipso jure illis sil privatus. 5. Idem si dispensatione gaudeat, eam exhibeat Ordinario, qui de idoneo vicario provideat, (i. Uniones beneficiorum certo ante tempore fact® examinentur ab Ordinario: faciendae,aut effectum nondum sortitæ,legitimam causam et Ordinarii judicium habeant; alias irritas declarentur. 7. Beneficia unita visitentur ab Ordinario annis singulis ; curentur per vicarios gaudentes tertia parie fructuum. 8. Ecclesiæ reparandae ; et cura animarum sollicite exercenda. 9. Promoti ad majores Ecclesias, ultra semestre consecrationem suscipere non differant. 10. Sede vacante. Capitulum, infra annum a vacationis die, licentiam ordinandi aut litteras dimissoriales nulli concedant, nisi aliqui occasione beneficii oblinendi aut obtenti arctato : si contraveniat, subjaceat interdicto; ordinatus ipso jure sit suspensus ab executione ordinum. 11. Iu his litteris exprimatur causa, ob quam ab Episcopo proprio ordinari nequeat : ordinationem præeat examen. 12. Facultas de non promovendo annum non excedat. 13. Electi, praesentali, aut nominali ad Iwncficium, sine praevio examine non instituantur, iis exceptis quos Academia praesentat. 1 L Causae civiles exemptorum extra locum exemptum cognoscantur ab Episcopo, ut S. sedis legato. 15. Curent Ordinarii ut hospitalia fideliter administrentur.

InScss. Λ7//. 1. Episcopi resideant ; subditos prudenter, h. e. suaviter et fortiter regant : ab eorum sententia inlerlocutoria ante definitivam, in causis visitationis et correctionis, aut criminalibus, nemo appellet. 2. Appellationis causa in criminalibus ab Episcopi sententia, si cui in partibus delegatur, committatur Metropolitano; si is habeatur suspectus, aut ultra duas diætas distet, viciniori Episcopo aut ejus vicario ; non inferiori judici. 3. Acta primæ instantia» intra triginta dies gratis dentur appellanti; alias judici, ad quem absque illis liceat procedere, t. Episcopo Clericum deponenti aut degradanti, si determinatus a Canonibus numerus Episcoporum adesse nequeat, assistant totidem Abbates ejusdem dioecesis : si nec hi præsto sint, assistant person® aliæ in dignitate constituta?. 5. Gratia remissionis pœnæ obreptilie vel subreplitie impetrata, revocetur a concedente. 6. Episcopus non citetur personaliter, nisi depositionis aut privationis causa. 7. Testes contra EpiscopUin non admittantur, nisi idonei ct graves. 8. Graves Episcoporum causæ a summo Pontifice cognoscantur.

In Sess. A7I. 1. Interdictus ascendere, aut suspensus exercere ordinem, si non praesumat tamen ascenderit vel exercuerit, Accepta ab alio quam suo Pradato licentia, puniatur. 2. Episcopus ordinans-alienum subditum sine

data ab hujus Ordinario facultate, ipso jure a Pontificalibus sit suspensus per annum ; sic mdinalus ab executione ordinum, quandiu Ordinario libuerit. 3. Ordinatos ab alieno, sine suo examine el dimissorialibus, Episcopus suspendere ab exercitio possit ,si minus idoneos repercrit. i. Nullus Clericus, quantumvis exemptus, eximatur a correctione Episcopi residentis, etiam extra usitationem agentis, ut sed. Aposl. delegati. 5. Conservatorum potestas ad certos limites restringatur. G. Clerici in sacris constituti, aut beneficium possidentes, habitum Clericalem gestent ; si ab Episcopo moniti non pareant, suspendantur ab ordinibus; si non emendentur, priventur beneficiis et officiis, i. Homicida voluntarius, licet occultus, careat beneficio et ordine : casualis itui umvi repellens, cognita et probata causa, dispensetur. 8. Ex privilegio potens punire subditos alienos, criminum etiam atrocium reos tamen non puniat,sine interventu eonun Episcopi aut persona? ab eo dcpulatæ. 9. Beneficia uniusdiœcesis nullo prælextu uniantur beneficiis alterius dioecesis. 10. Regularia henelicia conferantur nonnisi Regularibus actu, aut qui esse debeant. II. Regularis translatus ad alium ordinem, in claustro sub obedientia vivat perpetuo, ct sccularium beneficiorum sit incapax. 12. Posthac jus Patronatus obtineat nemo, nisi ex fundatione aut dolatione, Episcopo reservata prasentati institutione. 13. Praesentatio fiat Ordinario; alias institutio sil nulla.

Iu Sess. *XXL* 1. Episcopi dent gratis ordines, tonsuram, dimissorias et testimoniales : nec ipsi, nec eorum ministri, pro illissigillandis vel sponte oblatum accipiant; ubi tamen consuetudo viget, Notarii ultra decimam aurei partem non capiant,ct siquidem aliunde carcant salario. 2. Etiam idoneus non admittitur ad majores ordines, nisi habeat beneficium sufficiens; qui illud resignare nequeat, nisi aliunde vivere possit: Patrimonium vel pensionem etiam sufficientem possidentes ordinari nequeant, nisi quos Episcopus pro neccssilate aut utilitate Ecclesiæ suæ ordinandos judicaverit: quo facto illa alienari sine Episcopi facultate non possint. 3. Ubi nullæ vel tenues sunt distributiones quotidianae, ad eas tertia pars proventuum et fructuum separetur, dividenda inter prasentes divinis officiis; salva consuetudine, qua non residentibus nihil, aut tertia par le minus datur. 4. Ubi Rector unus non sufficit, addantur Sacerdotes competentes: ubi, obloci distantiam vel difficultates et incommoda magna, Parochiam ad matricem Ecclesiam accedere nequeunt, invitis etiam rectoribus constituantur novæ Parochiae, assignata portione ex matrice: hac non sufficiente, adigatur populus ad suppeditanda necessaria. 5. Ob Ecclesiæ paupertatem, ct in casibus a jure expressis, Episcopi faciant imioncm Ecclesiarum Parochialium, vel beneficiorum curatorum aut non curatorum cum curatis. G. Imperitis sed honestæ vitæ Rectoribus, vicarii pro tempore dentur, cum assignanda fructuum parte: scandalosc viventes et sic perseverantes priventur beneficiis, exemptione et appellatione remota, i. Ecclesiæ vetustate vel alias collapsa? restaurentur ex fructibus ad eas perlinentibus; qui si non sufficiant, Patroni, aut fructuum ex illis perceptores, in horum defectuParochiani contribuant : si nullo ex his medio reparari queant, beneficia transferantur ad matrices aut vicinas Ecclesias; diruta in profanos, noo tamen sordidos usus conversa, et cnice ibidem erecta. 8. Monasteria commendata, ubi regularis disciplina non viget, ct beneficia qualitercumque commendata,singulis annis ab Episcopo visitentur. 9. Quicstorum eleemo-

synanini nomine el usu penitus sublato, indulgentias publicci Ordinarius, cl duos de Capituln ordinet, ad recipiendas absrpie merccde eleemosynas.

InSess. *XXII.* 1. Clerici a negotio seculari abstineant, honeste,graviter,cl sancte se gerant, ut aliis sint exemplo. 2. Assumendus ad Cathedralem Ecclesiam, natalibus, aetate, moribus et doctrina sil pneditus, Doctor aut Liccntiatus in Theologia vel jure Canonico, aut Academia» testimonio instructa, aut saltem per sex menses in sacro jam ordine constitutus. 3. Crcenlui distributiones quotidiana?, ut supra: portiones absentium pro Episcopi arbitrio cedant fabrica» aut pio loco, exceptis tum actu curam extra civitatem gerentibus, qui pro praesentibus habentur; tum perdentibus aliquid, quod ad tertiam fructuum partem ascendit. L In Cathedrali vel Collcgiala, etiam Regulari, vocem non habeat, qui non est Subdiaconus: intra annum suscipiantur ordines ad ministerium requisiti : provisio solum fiat habentibus ætatern ct alia requisita. 5. Dispensationes extra Romanam curiam committantur Ordinariis eas impetrantium: Rescripta gratiæ non sortiantur eflectum. nisi ab illis ut delegatis summarie et extrajudicialiter cognita. 6. Eodem modo procedatur in commutationibus ultimarum voluntatum. 7. In appellationibus, Cap. *Romana* de appellat, in seor/oservetur. 8. Episcopi videant omnes dispositiones pias; habeantquejus visitandi hospitalia, collegia, confraternitates Laicorum, iis exceptis quæ immédiat® Regum protectioni substant. 9. Administratores piorum locorum singulis annis reddant rationem Ordinario, nisi aliter in fundatione sit cautum. 10. Notariorum sufficientiam scrutentur Ordinarii: insufficientes aut delinquentes arceant a causis Ecclesiasticis. II. Ecclesiasticorum binorum aut proventuum usurpatores, detentores, aut perceptionis impeditores subjaceant anathemati, absolutione Papæ reservata; si eorum quis Ecelesiæ Patronus sit.jure Patronatus etiam privetur, si Clericus, excidat beneficiis, sil inhabilis ad alia, et suspensus ab ordinibus.

In Sess. *XXIII.* 1. Episcopus aut Praelatus superior nunquam absit a sua dioecesi, nisi ad summum 1res menses continuos vel interruptos : si urgente causa abesse ultra velint, eam Papæ aut Metropolitano in scriptis offerant approbandam, excepto negotio Rcipublicæ aut sui Episcopatus notorio aut repentino; tempore absentiæ caveat Ecelesiæ de damno : alias fructus non faciat suos, sed teneatur fabric® aut pauperibus loci pro rata absentiæ erogare, diam monitione alia non secuta. Idem valeat de Curatis inferioribus, in quorum absentia ponantur vicarii ab Episcopo approbati : discedendi autem licentiam in scriptis et gratis dandam, nisi ex gravi causa, si ultra bimestre, non obtineant. 2. Episcopus, ultra 1res menses consecrationem differens, restituat fructus : qui rursus per totidem differt, ipso jure Ecclesia sit privatus. Consecratio autem in Ecclesia, ad quam est promotus, si commode fieri queat, aut in Provincia agatur. 3. Episcopus ipse Ordines conferat : morbo impeditus, alibi ordinandos non dimittat, quam examinatos et probatos. t. Tonsura tantum detur confirmatis, fidei rudimenta item legere et scribere doctis, et probabiliter verum clericandi animum gerentibus. 5. Promovendi ad minores habeant testimonium a Parocho et Scholæ Magistro: ante ejus ordinationem omnia indagentur circa natales, ætatern, mores etc. G. Tonsura et minoribus etiam initiatus, beneficium non obtineat ante 11“ aetatis annum : Fori privilegio non gaudeat, nisi beneficium habeat, aut Clericalem habitum et tonsuram gestet : inserviat alicui Ecelesiæ aut in Cie-

riconim seminario vel Academia versetur. 7. Episcopus de ordinandorum qualitatibus dispiciat, adseitis viris peritis. 8. Quilibet ordinandus ab Episcope proprio, vel de hujus licentia et testimoniis ab alio : ordinatio publice ac presenti Clero fiat in Cathedrali ; aut si alibi, in digniori Ecclesia.9. Episcopus nequeat ordinarent familiarem, nisi triennio sccum commoratum : tunc autem slatini conferat ei beneficium. 1(1. Abbates non conferant tonsuram aut minores sive seculari sive regulari sibi non subdito : Capitula dimissorias non concedant, etiam vacante sede. II. Etiam minoribus ordinandi servent interstitia : exerceant ordinis suscepti officium; vitæ merito, doctrina», incremento ostendant sc dignos ascensu : a postremo minorum ad primum majorum intercedat annus. 12. Non ordinetur ante annum ætalis 22“ Subdiaconus, 23um Diaconus, 25um Presbyter : idem valet pro Regularibus, qui sine examine Episcopi non ordinentur. -13. Subdiaconi et Diaconi ordinandi sint probati in minoribus, instructi litteris ct scientia ad suum ministerium pertinente, et continentes : ordinati festis solemnibus et Dominicis communicent, per annum interstitia servent. Duo sacri ordines eodem dic conferantur nulli. 14. Ascensuri ad Presbyteratum sint imbuti litteris ad docendum populum omnia ad salutem necessaria, et ad Sacramenta administranda : bono sint exemplo : festis saltem solemnibus et Dominicis celebrent, et quoties munus postulant, si curati sint. Cum promotis per salium Episcopus dispensare possit, si non ministraverint. 15. L't Presbyteri absolvendi potestate per ordinationem accepta uti et secularium confessiones audire possint, omnes qui Parochiale beneficium non habent, etiam Regulares, debent ab Episcopo approbari seu judicari idonei, pi-ævio examine, nisi aliunde constet : Approbatio detur gratis. 1G. Ordinandi inscribantur cerlæ Mesiae, nec vagentur incertis sedibus : qui Episcopo non consulto deseruit hum, ei sacrorum exercitio interdicatur : Peregrinus sine Episcopi sui wmmendatitiis non sinatur celebrare vęl administrare Sacramenta. 17. Funeliones minorum ordinum restituantur, assignato fructu ex beneficiis simplicibus aut fabrica : deficientibus minorislis coelibatum colentibus, sufficiantur conjugati sed monogami, tonsurali ct clericaliter induti in Ecclesia. 18. In cathedra!ibus pro ratione facultatum erigantur seminaria Clericorum, in quæ pauperes præsertim admittendi et ad sacra ministeria præparandi juxta hmarn hic præscriptam : erigantur item scholæ communibus Ecclesiasticoś nim sumptibus,

InSess.*XXIV.* 1. Indictis post Episcopi mortem precibus publicis, electores ituto tempore, sub mortali culpa, promoveant digniorem,legitime natum, liti.alate. doctrina, reliquisque juxta canones requisitis instructum : sokmne de his instrumentum factum, cum electionis forma et electi professe fidei, quamprimum mittatur ad Papam ; quod a quatuor Cardinalibus cuminatum, ab eorum uno referatur in Consistorio, ubi judicium feratur. Similisfierc forma servetur in electione Cardinalium, qui ex omnibus, quantam fieri potest, Christianis nationibus sumantur lectissimi. 2. Quolibet triennio habeantur Synodi Provinciales: ad eas conveniant, qui intéressé detent : Exempti Episcopi ad Synodum vicini cnjusdam Metropolitani accèdent. Singulis annis celebrentur Diœccsanæ. 3. Episcopi, sive per sc sive per alium, quotannis vel saltem intra biennium visitent totam dioecesin: Metro{difani dîœrescs comprovinciales, nonnisi causa cognita et approbata in

Cone. Provincial! : Visitatores nec inutiles nec indebitos sumptus faciant : Patroni nec administration! Sacramentorum, nec visitationi proventuum se immisceant, nisi aliunde id eis competat. I. Episcopi in Ecclesia Callitdrali, Parochi in suis pradicent per se, vel impediti per alios; postremi quidem omnibus Dominicis et festis solemnibiis. Moneantur Parochiani, se ad verbum Dei audiendum, si commode id fieri queat, intéresse Parochia· sin debere; nullus omnino, Episcopo contradicente, praedicare praesumat. Pueri Dominicis saltem et festis doceantur fidei rudimenta. Causa· criminales Episcopi grav iores a solo Papa cognoscantur ct terminentur: ubi extra curiam sunt eommittendæ. solis Metropolitanis aut Episcopis committantur propria Pontificis inann ad solam facti cognitionem, definitiva sententia Papa:reservata : minores causa: tractentur in Gone. Provinciali. G. Dispensare possint Episcopi in irregularitatibus el suspensionibus ex delicio occulto, excepto homicidio voluntario, et reliquis ad forum contentiosum non deductis: possint etiam, per se aut alium specialiter deputandum, in foro couscientiæ gratis absolvere sibi subditos a casibus occultis sedi Apostolicæ reservatis : item a crimine hæresis. 7. Eliam lingua vernacula explicetur populo vis cl doctrina Sacramentorum : singulis festis proponantur salutis monita, omissis quaestionibus inutilibus. 8. Publice peccantibus injungatur poenitentia publica, nisi aliler videatur Episcopo ; Pœnilentiarius in Cathedrali collocandus, sit Theologiæ aut Canonum Doctor vel Liccntiatus, annorum quadraginta, vel qui alias pro loci qualitate aptior. 9. Ecclesia secularis. quæ est dioecesis nullius, visitetur ab Episcopo proximiore. 10. A subditis per appellationem nequii suspendi exeeutio eorum quæ in visitatione circa morum emendationem sunt decreta. 11. Honorarii tituli, quibusdam concessi, nihil derogent juri Episcoporum. 12. Promovendus ad dignitatem curatam habeat ætatein saltem 2o annorum ; in munere clericali sit versatus, doctrina ct moribus conspicuus : ad Archidiaconalum, sit Doctor vd Liccntiatus in Theologia aut Jure l'anonico : ad dignitates vel personatus non curatos, sil saltem 22 annorum. Professionem fidei faciat coram Episcopo vd ejus Vicario; de Canonicatu vel dignitate idem præstet in Capitulo: alias prodicti omnes fructus non faciant suos, ncc cis suffragetur possessio. Canonici sint Presbyteri, vel Diaconi, vel Sulxliaconi ; Presbyteri dimidiam saltem partem faciant : sique commode fieri possit, Canonicaluuin para media conferatur Doctoribus vel Licentialis ejusmodi. Canonici non absint ultra tps menses,alias primo anno dimidia fructuum parte, secundo omnibus fructibus privandi. Obeant omnes per se officia : abstineant ab illicitis venationibus aucupiis, choreis, tabernis, lusibus. 13. Ecclesiis Galhedralibus tenuibus, cl Parochialibus egenis succurratur ; beneficia tenuia non graventur : omnes pertineant ad Parochiam, cujus Hectorem agnoscant ut suum Pastorem. 1 i. In provisione vel admissione ad possessionem beneficii, non detrahantur fructus convertendi in usus uon pios. 13. Tenuitati Ecclesiarum cl beneficiorum subveniatur xel unitione plurium simplicium, vel suppressione aliquorum, de Patronorum tamen consensu. 1G. Sede vacante Capitulum conslilual «econommn, curam rerum habiturum ; item infra octo dies a morte Episcopi, Vk-arium qui Doctor sil vel Liccntiatus, aut alias idoneus : uterque Episcopo electo rationem reddat. 17. I ni non conferantur beneficia duo, etiam personalem residenliam non requirentia, nisi unum non sufficiat:

habens dtus Parochlaies vel unam cum Cathedral! Ecclesiam, retenta ima dimittat alterum intra sex menses; alias utraque vacare censeatur. 18. Vacanti Parochiin Episcopus stalim det \ icarium : concursu dcin publicato, ipse vel Vicarius cum tribus Magistris aut Licenliatis, vel aliis Clericis aut Regularibus, gratis examinet concurrentes : peracto-examine, ex bis qui idonei reperti sunt, eligat quem judlcarit digniorem, illique Ecclesiam conferat. Ubi Ecclesia est juris patronatus Ecclesiastici, si institutio pertinet ad Episcopum, a Patrono pnesentetur is, quern ex approbatis per examinatores digniorem ille judicaverit ; si institutio ad Episcopum non spectet, bic solus digniorem eligat, quem Patronus piiesentet ei, cujus est instituere ; ubi Ecclesia est juris patronatus Laici, præsentatus examinetur a deputatis, nec nisi idoneus instituatur. IO. Gratiis exspectativis, hactenus concessis, uti fas sil nulli : rosèrvaliones mentales vel gratiæ ad vacatura, aut indulta ad alienas Ecclesias, nulli dentur; dalœ abrogata· censeantur. 20. Causæ omnes fori Ecclesiastici coram Ordinario loci in prima instantia cognoscantur: intra biennium a die mota* litis saltem terminentur: lite ulterius protracta, partibus liceat adire judicem superiorem, qui causam statu quo fuerat assumptam quamprimum terminet : ante facta commissio, avocatio, vel appellatio non teneat, nisi hæc sit interposita a definitiva aut definitivæ vim habente, cujus gravamen per appellationem a definitiva reparari nequeat : excipe causas juxta Canones coram sede Apostolica specialiter tractandas, Vel exurgenti et rationabili causa per speciale scriptum propria manu subscriptum a Pontifice commissas aut avocatas. Causæ matrimoniales et criminales Episcopi, non inferioris judicis relinquantur jurisdictioni, nec a Nuntiis Apostolicis impediantur aut turbentur; qui non procedant etiam contra Clericos, nisi Episcopo prius requisito et négligente; alioquin eorum processus sint irriti: Appellans ab Episcopo acta primæ instantiæ suis impensis deferat ad judicem appellationis, admonito prius eodem Episcopo : Actorum copiam intra mensem Notarius extradai appellanti ; alias una cum judice a quo, si is tergiversationis fuerit particeps, puniendus.

InSess. A'A'P. 1. Episcopi omnibus sint bono exemplo: humano carnis affedu deposito,nc ditent consanguineos aut familiares suos ex reditibus Ecclesiasticis: idem servetur pro sua conditione a quibuscumque beneficiatis, etiam Cardinalibus. 2. Professionem fidei emittant Episcopi in prima Synodo Provinciali; itein beneficiati ibidem, ct docentes in universitate, etiam singulis annis. 3. Censura non facile ferantur, præsertim si alias haberi queat execntiorealis aut personalis : dum feruntur, bina monitio præccsserit : Magistratui seculari sil nefas hac in re judici Ecclesiastico intercedere : censuris innexus, si per annum insorduerit, ut suspectus de hæresi tractetur. 4. Episcqi. Abbates et Generales Ordinum possint pro sua conscientia statuere circa nimium Missarum celebrandarum numerum. S. Onera beneficiis bene constitutis annexa diligenter præslentur. G. Episcopo Capitula exempla in criminalibus ex incontinentia aut aliter visitanti, adjungantur duo a Capitulo depilati ; qui ambo si discordent ab Episcopo, addatur tertius et praescripta judicii forma servetur. 7. Accessus aut regressus ad beneficia non toleretur : Coadjutor cum jure successionis PrælatO non detur, nisi causa prius a Pontilia cognita. 8. Beneficiati sint hospitales; Hospitalia regantur, ut fert funhtwel patiuntur proventus : ad hæc advigilet Episcopus, contra fundationem

nihil agat, eam observari curet, adhibitis etiam pœnis. 9. Jus patronatui quomodo ct cui sit probandum. 10. Prater locorum Ordinarios deputentur alii quidam idonei tanquam judices, quibus causa) Ecclesiastica* delegentur, ac breviter terminentur. II. Ecclesiarum bona, item jura non elocentur, 12. Decimæ suhantnr : sohi impedientes excommunicentur : subveniatur Rectoribus tenuium Ecclesiarum. 13. Quarta funeralium solvatur Ecclesiae (Lathedrali aul Parochiali. ubi olim mm is fuit. 11. Concubinarii praescriptis motio et poena puniantur. 13. Filius Clerici non habeat beneficium in Ecclesia, in qua pater aliquod habet vel habuit. 16. Beneficium curatum non convertatur in simplex : Vicarius cum cura datus habeat portionem congruam. 17. Episcopi secundum statum suum vivant ut Patres el Pastoresr nec indecore se demittant coram secnlaribus. 18. Canones serventur ah omnibus: siquando in iis dispensandum, id liat valide, mature el gratis; alias dispensatio sit subreplitia. 19. Duellantes, eorum patri ni, illisquc locum concedentes. sint excommunieali ; item suadentes et spectatores : in ipso conflictu mortuus perpetuo earcat sepultura Ecclesiastica. 2Ü. Principes seculam custodiant ipsi el violari prohibeant Ecclesiasticarum personarum immunitalem, Dei ordinatione et sanctionibus Ecclesiasticis constitutam. 21. Omnia de reformatione decreta sic sint facta, ut sit el inlelligatur esse salva semper auctoritas Sedis Apostolicæ.

De Regularibus et Monialibus. 1. Regulares vivant secundum regulam, servantes exactam disciplinam. 2. Iidem nulla re tanquam propria utantur: acquisita statim tradantur superiori el incorporentur conventui : proprietarius, præter pœnas ab ordine statutas, per biennium privatus sit voce activa et passiva. 3. Monasteria quævis, prater Minorum de observantia et Capucci-

norinn, possidere possint bona immobilia : in ea non recipiantur plures quam honeste sustentari ex reditibus vel eleemosynis consuetis queant: monasteria non erigantur deinceps sine licentia Ordinarii. 4. Regulam prætextu pii operis, alterius servitio se non addicat absque licentia sui superioris: nec a monasterio recedat, prætextu accedendi ad superiorem, nid ab eo missus vel vocatus: qui sine ejusmodi mandato, in scriptis obtento, reperitur. ab Episcopo puniatur tanquam desertor; huic etiam Regularis studens in universitate subjaceat, nisi habitet in Conventu, o. Episcopus curet servari clausuram, monialibus nec ad breve tempus sine causa ab illo approbanda egredi permissis : sine ejusdem aut superioris licentia scripto expressa, sub excommunicatione ipso facto incurrenda, ingredi intra septa liceat nemini. 6. Superiores Regularium virorum ac feminarum eligantur suffragiis secretis, nunquam publicandis: absentium vota non suppleantur. 7.r\bbatissa et Praposita quælibet eligenda, annos ætatis numeret 40, Professionis liene obilæ 8; alioqui eligatur ex monasterio alio ejusdem Ordinis: si ex hoc oriatur incommodum. eligenda quæ 30 ætatis el 5 Professionis annos saltem habeat : nulla tamen praficiatur duobus monasteriis. Episcopus vel Prases alius ante cancellorum fenestellam, non autem monasterii claustra ingressus, suffragia excipiat, servatis cætcroquin constitutionibus Ordinis et monasterii. 8. Monasteria immediate Sedi Apostolicæ subdita, congregationem ex uua vel pluribus provinciis faciant, quæ singulis trienniis convocetur : si deputati inde non visitent, Episcopus ut Sedis \postolicæ Legatus id prastet. 9. Monialimn monasteria, immediate subjecta Sedi Aps-

lolicæ, gubernentur ab Episcopis. IO, Sanctimoniales confiteantur et communicent singulis mensibus : bis vel ter in anno accipiant Confessarium extraordiiiarium ; Eucharistiam tantum in publica Ecclesia asservent. 11. Regulares quoad curam animarum in scculares exercendam ct Sacramentorum administrationem subsint visitationi et correctioni Episcopali. Excipe curam ineas, qui sunt de familia monasterii, exercendam; item loca, in queis Abbates aut Generales vel capita Ordinum sedem principalem habent, aut Regulares jurisdictionem Episcopalem el temporalem in Parochos et Parochianos exercent. 12. Censura Episcopales et festa Diœcesana etiam a Regularibus serventur. 13. Controversias de proedria componat illico Episcopus : etiam exempti compareant in supplicationibus publicis; iis tamen exceptis qui in strictiori clausura semper vivunt. 14. Regularis extra monasterium dans scandalum puniatur a suo Superiore; alias puniendus ab Episcopo. 15. Professio non fiat ante ætatis annum l(>u,n completum, et annum a suscepto habitu in probatione absolutum : antea facta Professio sit nulla. 16. Jurata etiam et in favorem causæ piæ renuntiatio ante duos ultimos Aovitiatus menses facta est nulla : Professione non secuta, est inefficax. Novitii finita Probatione admittantur, aut ejiciantur: per quæ tamen nihil derogatur pio instituto Clericorum Societatis Jesu. 17. Virgines habitum Religiosum non assumant ante annum ætatis -12uin : Professionem non emittant, nisi peracta prius ab Episcopo voluntatis exploratione. -18. Sint excommunicari, qui feminam vel cogunt ad ingressum in monasterium, vel injuste impediunt ab ingressu. 19. Post quinquennium a Professione emissa, non amplius audiatur volens agere de nullitate Professionis; ad laxiorem Religionem nullus transferatur : qui ante obtentam licentiam dimittit habitum , puniatur ut Apostata. 20. Superiores subjecta sibi monasteria visitent. 21. Monasteria, quæ vitæ religiosa» disciplinam amiserunt, reformentur : iis nonnisi regulares ct ejusdem Ordinis praeficiantur : Monasteria principalia in commendam obtinentes, post semestre vel Ordinem eumdem profiteantur, vel commendiscedant. 22. Hæc decreta accurate el statim observentur.

Receptum est hoc Concilium tanquam oecumenicurn a Provinciis Catholicis omnibus, etiam Galliæ; uti ex Synodis Provincialibus Rhemensi, Rothomagensi, Burdegalensi, Turoncnsi, Bituricensi, Aquensi et Tolosana, seculo Ili.jam inclinante celebratis, et ex Comitiis Cleri Gallicani generalibus A. 1613. collectis manifeste liquet. Edicto praeterea Regio A. 1579. promulgato vim legis publicæ Regni accepit idem quoad dogmata fidei: fatemur tamen eadem auctoritate necdum esse munitum quoad Reformationis decreta, quibusdam scilicet Politicis contendentibus, ea universim non convenire cum privilegiis aut moribus Galliæ. Discrepantia» hujus capita designantur hodie er morum decretis duarum Sessionum ultimarum, queis: 1. Magistratui Ecclesiastico datur potestas utendi reali et personali exeeutione contra secutores el ferendi in eos censuras; 2. Dicitur anathema in concedentes locum (Incilantibus: 3. Disponitur de Patronatu laico; 4. Mendicantibus relinquitur jus possidendi immobilia; 5. Pontifici statuitur facultas evocandi lites coram Ordinario pendentes, et causas Episcoporum criminales terminandi; G. Idem videtur anteponi Conciliis generalibus, Synodo sub finem declarante omnia ew decreta,salva Sedis Apostolicæ auctoritate, caque ejus judicio subjiciente. Præterquam vero, quod hanc collisionem et pugnam diserte inficiati sint

summi Politicos magistri, Ossatus, Perronius et Riehelius Cardinales, tacite reprobaverint synodorum sulliagia et repetita aliquoties ad Regem public® declarationis postulata; certe vel disciplina' ratio ostendit, locum hic esse privilegio aut dispensationi: vel legis Ecclesiastico* notio probat, illius vima ratihabitione non pendere: vel observantia' potestas declarat, acceptationem non scripto quidem, sed moribus satis esse contestatam.

CONCILIA GENERALIA NuN TAMEN uLCUMENICA.

138. Concilia generalia quidem. sed non œcumenica, numeramus quatuor, scilicet : I. *Sardieense,* 2. *Pisanum,* 3. *Constantiense,* 4. *Rasileense.* Prius constat tum ipsa celebrationis notitia, tum consensu omnium; inter quos nonnulli sunt, qui illa œcunienicis annumerent. Posterius de 1. liquet e\ eo quod Constantinopolitamim ab Ecclesia utraque semper habitum sit pro secundoœcumenico: quod tamen foret tertium, si œçumenici praerogativam Sardieense obtineret. Cur autem illa denegetur, id ortum exinde volunt plures.qnod ob eamdem mentem et sententiam Sardieenseconfunderetur cum Nicmno, aut hujus appendix et complementum æstimaretur, praesertim cum fidei symbolum nullum condidisset : alii autem id cautum putant, ne errori praeberetur auctoritatis noriæ occasio; dum Eusebiani, secessione ab hoc Concilio facta, Philippopoli congregati, hærelieam fidei formulam sub Concilii Sardicensis nomine disseminabant. De II. ideo convenit quia vel non repra·sentabatur universa Ecclesia, duabus Pontificum obedientiis repugnantibus; vel deficiebat approbatio Pontificis, saltem indubii nec controversi, cum Conciliari actione auctum potius, quam sublatum fuerit schisma. De III. ita statuitur : quia sub extremis primum Sessionibus in œcumenicum coalescere poterat, a Pontifice approbatum fuit, solum quoad fidem et conciliante!· acta ; quoad aliquam etiam partem a Lateranensi posteriori est reprobatum. Demum de IV. constat quodex Concilio primum legitimo degeneraverit postea in Conciliabuhim, bis avocatum alio, sæpius etiam reprobatum.

CONCILIUM GENERALE SARD1CENSE.

I. Implorato Constantii el Constantis Imperatorum auxilio Synodum indixit Julius Pontifex, tum ut præter alios Athanasium ab Arianis in Cone. Tyrio damnatum, a se postea communione receptum, Conciliari etiam sententia vindicaret; tum ut disciplinam ab iisdem hæreticis labefactatam restauraret. Præter 80 Eusebianos. maximam partem Asiaticos, ex triginta quinque Imperii provinciis confluxere Patres fere trecenti. Pontificis nomine præsidium tenebat Osivs Ep. Cordubensis cum Archidamo et Philoxeuo Presbyteris. Conventus celebrabatur *Sardicæ,* urbe Daciæ,in Illyrico, exorsus22' Maii A. 347.

II. Initium faciuntqucrelæ quas contra Arianonnn fraudes, vexationes ct injurias duce Eusebio perpetratas, detulere S. Athanasius, Marcellus Ancyranus et Asclepas Gazensis cum plurium Ecclesiarum deputatis, postulantes utcausæ ipsorum retractarentur, Eusebianis ad rationem reddendam compulsis. Judicii Ecclesiastici rectitudinem, quam Pati es querulantibus addixerant, veriti Eusebiani, retardare primo suum in urbem adventum; tum abstinere se suosque ab accessu ad Concilium cum reis a se damnatis communicans; demum negare passuros se retractari procedentium Synodo-

nim judicia : Sardiconses contra propositis Imperio Pontificis, concessione Imperatorum, et judiciorum usu, urgere illos, ad actionum suarum justitiam Concilio probandam. Quod cum isti desperabant fieri a se posse, causati gratulationem de reportata in Persas victoria Constanti faciendam, profugiunt noctu Pliilippopolim in Thracia, ibidem novas artes securius lentaturi. Frustrata igitur exspectatione, ad res agendas acceditur. Et quidem contra factas interea Ariana! hæresis scissiones statuitur Nicœnam formulam sufficere; nec aliam condendam, ne reformandorum symbolorum Arianus usus praetextum haberet. Dein audiuntur Athanasu et Asc.lep.e defensiones, cum testibus et documentis authenticis prolatis : examinatur Marcelli liber pro criminis causa objectus: deteguntur vari® Eusebianorum artes. His perpensis. Athanasius ab Arsenii caede, confracti calicis sacrilegio, aliisque criminibus imputatis immunis ac innocens, cum quatuor Presbyteris Alexandrinis, declaratur : Marcelli tides ex contextu libri ct sententiis, quærendo duntaxat propositis, non autem assertis ! sana innoxiaque enuntiatur : AscixPAS de altaris eversione objecta, sed luculenter refutata, absoh itur. Iisdem suum in honorem restitutis, intrusi in illarum sedes usurpatores, *Gregarius* et *Rasilius,* rescissis ordinationibus expelluntur; unaque Eusebianorum praeripui deponuntur. Canones demum ad Osn postulationem sanciuntur·, additis sub finem, præter illas ad Pontificem et Imperatores, litteris encyclicis, queis universi orbis Episcopi ad subscribendum invitantur. Dolorem inde rouccptum.ulturi Eusebiani in Philippopolitano *Conciliabulo,* formulae semiarianœrecens conditæ addunt anathemata in Osium et Protogenem, quin in ipsum Julium Pontificem, sibique Concilii Sardicensis nomen usurpant. Quæ gesta, cum suppressis veræ Sardicensis Synodi actis, Donatislæ in Africa spargerent, factum est, ut S. Augustinus L. 3. contra Cresconium et alibi, non aliud, quam Sardieense Arianorum Concilium cognosceret.

III. CANONES editionis latinæ, utpote originariae, Graecis unitate superiores subjicimus. Eorum auctoritas semper maxima fuit;adeo ut sub Nicæuoruin nomine cos laudatos a Romana Ecclesia, communis sit opinio : de qua tamen Joannis Vecci in Sess. 20. Concilii Florent, oratio notari meretur. Est autem hæc sumina: 1. Episcopus commutans Episcopatum laicaetiam communione privetur. 2 Eidem pœnæ subsit Episcopus a provincia ad provinciam transiens, non invitatus. 3. Inter Episcopos litigantes judicent Comprovinciales: damnato ad Romanum Episcopum appellante, illius sententiae obtemperetur. 4. Appellantis sedem nullus usurpet ante Papae sententiam. 5. Propriæ provinciæ Episcopo monito et renuente, vicini Episcopi novum Antistitem ordinent. G. Non ordinetur Episcopus pro vico aut modica civitate. 7. Eliam Provincialis Synodi judicium retractetur per vicarios Papæ, si huic ita videbitur. 8. et quatuor seqq. prohibetur Episcopis ne, nisi vocati aut invitati ab Imperatore, accedant ad comitatum, eorum loco deputatis Diaconis,et causis eundi designatis, cum cautela posita, ne hæc statuta facile violentur. O.DeLaicis non fiat temere, aut sine ordinum interstitiis Episcopus. 14. Utra 1res hebdomadas Episcopus ne absit a sua Ecclesia. 15. Qui justa ex causa in aliena Ecclesia inoratur, exceptis Dominicis, non sit in civitate alterius Episcopi. 1G. Excominunicalus ab Episcopo suo communionem non accipiat ab altero. 17. Ihijus tamen causam ab Episcopis finitimis tractari liceat. 18. Nulli Episcopo fas sit Clericum alienum sollicitare aut ordinare. 49. Ordi-

nalio alieni Clerici, sino proprii Episcopi consensu facia, non sil ratai ordinans ejusniotli corrigatur. 20. Ne Clericus quieumque Thessalonica; inoretur ultra 1res hebdomadas. 21.'Persecutionem passus tamen alibi morari possit dum opportunitas reditus adveniat.

CONCILIUM GENERALE PISANUM.

1. Schismatis tollendi causa hoc Concilium coaluit. Illius origo altius est repetenda, Sedem Aposlulicam A. 1305. transtulerat Clemens V. dwnoncm, ibique tum ipse, tum ejus successores, septuaginta annorum spatio permansere, donec tandem Gregorivs XI, etsi Gallus, Gallias tamen relinquens, Sedem Romæ restituit, inductus praecipue a Sanctis Brigitta et Catu.uunx Senensi, quæ hanc esse Dei voluntatem revelatam sibi divinitus asserebant. Mortuo illo Rom e 26* Maii 1376. mox Cardinales sexdecim in Urbe tunc présentes conclave ingressi sunt, successorem electuri. Romanus populus metuens ne, electo forsan a Cardinalibus maximam partem Gallis Pontifice Gallo, sedes Pontificia in Galliam rursus abiret, tumultu concitato clamat, Italurn se velle, minitatus Conclavi ignem, Electoribus mortem, ni postulata fierent. Ea in conturbatione electus est Bartholom.eus Prignano, Archiepiscopus Barensis absens; qui ab Ecclesia acceptatus, et a Cardinalibus per piares menses ut verus Pontifex agnitus, assumpto Urbani VI. nomine, ubi Romam veniens severiorem se quam tempora ferebant Cardinalium reformatorem profiteretur ; duodecim ex illis hoc rigore offensi Anagniam primo, tum Fundos secesserunt. Hic protestati de violentia sibi illata, ideoque electione Urbani VI. nulla, dicunt eidem diem ad jussuum tuendum: non comparentem, lata sententia declarant intrusum: tandem 10® Septembr. A. 1378. RobertumGehennensemCardinalem eligunt in summum Pontificem, Clementem VII. dictum, et cum sede Avenionem traductum. Ab hoc tempore schisma tristissimum, et armis etiam exasperatum, Ecclesiam in partes scidit; Pontificem Avenionensem Gallis, Neapolitanis et Hispanis; Romanum Italis, Germanis et Anglis sequentibus. Atque id per successores, Urbano quidem Bomfacicm IX. Innocentivm VI. et Gregorivm XII. suffectos, Clementi autem Benedictum XIII. substitutum jam triginta annis propagatum tenuerat; cum utriusque obedientiæ Cardinales, necquicquam tentatis inter Gregorivm ct Benedictum viis aliis, ad scissionem vel alterutrius abdicatione vel utriusqne depositione tollendam, indixerunt Concilium.

Coufiatum id fuit ex 22 Cardinalibus. 4 Patriarchis, 12 Archiepiscopis et 14 eorum Procuratoribus, 80 Episcopis et 102 ipsorum vices gerentibus. 87 Abbatibus et 200 eorum loco substitutis, 4 Ordinum mendicantium Generalibus , 19 Ordinum Equestrium Officialibus vel Commendatoribus, 1.j Academiarum deputatis, 200 missis Ecclesiarum praecipuarum, 300 et amplius Doctorum Tbeologiœ vel Canonum, 7 Regum ct pluribus Principnm ac Civitatum Legatis : Præsidem habuit Cardinalem Pictaviensem, utriusque Collegii sacri Decanum : Celebratum est Pisis in Hetruria, inchoatum 25* Martii, absolutum 7' Augusti A. 1400.

II. I . 2 . *ft* .l . Sedendi ordine stabilito, legibus Conciliaris disciplinć praelectis, Officialibus constitutis, et convocationis litteris recitatis. Petri» *de Luna et Angelus Corriarius,* ille Benedictis XIII. hic Gregorius XII. compellati, trina citatione evocantur : nee in postrema sessione comparent».

decernunturct declarantur in causa schismatis et fidei contumaces, contra quos ad ulteriora sit procedendum. 4®. Rouerti Imperatoris Legati, ad partes Gregoiui propugnandas missi, ubi auditi fuerunt in Concilio, protestatione contra illud publicata, insalutatis Patribus discedunt. 5*. Gemini Pontifices accusantur rursus de contumacia : proferuntur contra eosdem articuli triginta septem, schismatis ct accusationis capita complectentes. (P. Proponitur subtractionem generalem esse faciendam. 7® Refutantur faefæ a Legatis Imperatoris protestationis omnia ex ordine capita. 8®. Agitur rursus de obedieiitia utrique Pontifici subtrahenda : declaratur unio Cardinalium et convocatio Concilii rite facta. 9®. Renuntiatur Pontificibus, et obedientia subtrahitur decreto promulgato. 10®. 11®. 12®. lidern citantur ad testesaudiendos: hi audiuntur, et veridici comprobantur. 13®. Benedictus arguitur schismatis et hæresis. 14®. Declaratur Concilium repraesentare universam Ecclesiam, haberequpjus cognoscgndi causam praesentem. 15®. Pronuntiatur sententia definiens Gregorivm et Benedictum excidisse Pontificatu separatosque esse ab Ecclesia ipso facto; inhibens ne quis eorum pro Papa se gerat; declarans Ecclesiam Romanam vacare, et Christianos omnes ab illorum obedientia absolutos esse. 16®. Cardinales Deo, Ecclesiæ Romanæ, ac Synodo promittunt quod, si quis in Pontificem summum foret eligendus, continuaturus sit praesens Concilium, donec facta sil reformatio Ecclesiæ in capite et membris. 17'. 18®. 19'. Cardinales utriusque olim obedientiæ, electionem hac vice, et sine præjudicio, sub protectione Concilii auspicantur : post decem dies concordibus suffragiis Pontificem nominant *Petrum Philargi* Mediolanensem Archicpiscopmn, Professione Minoritam, Patria Cretensem : cumque Alexandri V.nomineassumpto, Conciliijam Præsidem, lecto Electionisdecreto,soleuiniter coronant. 20®. *et* 21®. Decretis editis confirmantur tum dispensationes ad matrimonium et pœnitentiariam spectantes, tum collationes, provisiones, translationes beneficiorum, et ordinationes a geminis olim Pontificibus factæ, exceptis iis quæ in praejudicium unionis fuerant tentatæ. 22®. Praecipiuntur Concilia Provincialia ab Episcopis, Capitula generalia a Regularibus sub Pontificiis præsjdibus habenda : Confirmantur acta Cardinalium ad schisma tollendum : reformatio Ecclesiæ in capite ct membris suspenditur usque ad Concilium proximum, triennio post celebrandum, ob plurium jam Prælatorum discessum : dimittitur Concilium, plenariis indulgentiis concessis pro iis qui Concilio huic interfuerint, vel adhæserint.

concilium generale constantiense.

1. Schisma penitus extinguendum, reformatio Ecclesiæ tandem facienda, et fides confirmanda adversus translatos ex Anglia in Bohemiam errores, 1res erant causae Synodi cogendæ. Cum enim Pisani Concilii sententiae non acquiescerent Benedictus Xlll. et Gregorius XII. illeque Aragoniam, Castellani et Scotiam, hic vero Siciliam cum Italiæ portione aliqua sequacem traheret ; praeterea Alexandro V. die 4 Maii A. 1410. falis defuncto *Balthasar Cossa* .Neapolitanus, suIiJoannis XXIII. appellatione, sufficeretur : aucto Pontificum numero schisma etiam increvit. Hoc ipsum vero reformationem Ecclesiæ lanto minus permittebat, quanto plura et inter se discrepantia reformatorum capita erant ; quibus repugnare pro lubitu et parte suscepta licebat. Sicut autem sub schismatis exordia et Urbani VI. tempora hæresis in Anglia

initium sumpserat; sic in scissionis progressu et tripartito Ecclesiæ statu eadem in Bohemia invaluit. Do illius auctoribus, scilicet Joonne HïcM/|ct *Joanne /iitss,* nec non postremi adjutoribus *Hieronymo Pragensi, Petro Près-densi el JacubeHo Misnensi,* dictum est alibi : errores eorum universim pro-sequi non vacat, sed damnatos duntaxat in hoc Concilio, eosquc non ex ordinis serie, sed pro materiarum delectu juvat recensere.

II*ïclefji* quidem errores erant : omnia ex necessitate absoluta fieri : Deum obedire debere diabolo : Ecclesiam Romanam esse Synagogam Satanre: non esse de necessitate salutis credendum, illam esse supremam inter alias Ecclesias: Papam non esse proximum et immediatum Vicarium Christi; Ejus electionem a Cardinalibus esse introductam a diabolo : Post Urb.\-nvm VI. non esse aliquem recipiendum in Papam, sed more Græcorum legibus propriis visendum : si Papa sit mere pnescitus, eum non habere potestatem in fideles ab aliquo datam , nisi forte a Cæsare. Decretales epis-tolas esse exsufflandas: Nullum esse Dominum civilem, aut Praelatum, vel Episcopum, dum est in peccato mortali : Populares posse suum ad arbitrium corrigere dominos delinquentes: Parochianos ad libitum suum posse propter Praelatorum peccata auferre decimas : Sylvestrum Papam et Constantinum Imperatorem errasse dolando Ecclesiam : Dominos seculares a diabolo esse seductos, ut Ecclesiam dotarent bonis temporalibus : Ditare Clerum esse con-tra regulam Christi : Contra Scripturam esse, quod Ecclesiastici habeant pos-sessiones : Clericos qui possessiones habent, et Laieos illis consentientes, omnes esse hæreticos : Religiosos, in privatis religionibus viventes, non esse de religione Christiana : Sanctos instituendo religiones privatas peccavisse: Augustinum, Benedictum, Bemardum esse damnatos, nisi pœnituerint, quod habuerint possessiones, et religiones intraverint ac instituerint; et sic omnes Religiosos esse hæreticos : Peccare fundantes claustra, et ingredientes esse viros diabolicos : Omnes religiones introductas esse a diabolo : Omnes de Mendicantium ordine esse hæreticos, et dantes eis eleemosynam esse excom-municatos: Episcopum aut Sacerdotem, si in peccato mortali sit, nec ordinare, nec consecrare, nec conticere, ncc baptizare : Substantiam panis materialis et substantiam vini materialis remanere, in Sacramento Altaris: Accidentia panis non remanere sine subjecto in eodem Sacramento; Chris-tum in hoc Sacramento non esse identice ac realiter in propria praesentia corporali : Non esse fundatum in Evangelio. quod Christus Missam ordinarit : Confessionem exteriorem esse superfluam et inutilem, si homo fuerit debite contritus: Fatuum esse, credere indulgentiis Papæet Episcoporum : Excom-municationem esse censuram Antichristi: Illicita esse juramenta, quæ fiunt ad firmandos contractus : Universitates, studia, gradus ct magisteria tantum prodesse quantum diabolus.

Hussi errores prrecipui : Condemnationem articulorum Wiclcffianorum a Doctoribus factam esse irrationabilem et iniquam : Duas naturas, divinam et humanam, esse unum Christum : Ecclesiam constare ex solis prædestinatis : Prœscitos nunquam esse partem Ecclesiæ : Paulum nunquam fuisse mem-brum diaboli : Nec scintillam esse apparentiae, quod oporteat esse unum visibile caput Ecclesiæ : Petrum non fuisse ejusmodi caput : Papæ dignita-tem esse a Cæsare : Romanum Pontificem non esse caput Ecclesiæ universa-lis ; imo nequidem particularis Romanæ, saltem si malus sit aut reprobatus :

neque lune esse verum successorem Petri : Papam malum et præscitum esse diabolum, nee. membrum Ecclesia· : Eiirndcm non debere vel ratione officii dici sanctissimum; alioqui et diabolum, ntpote officiarium Dei, dicendum sanctum: Cardinales, nisi inore Apostolorum et sancio vixerint, non esse veros Apostolorum Christi successores : Obedientiain Ecclesiasticam esse inventum Sacerdotum : Licitum esse Sacerdoti cuivis prædicare, non obstante quacumque prohibitione. Tradentes Clericum seculari potestati esse Similes Pharisœis tradentibus Christum Pilato : Nullum esse Dominum, Praelatum aut Episcopum, dum est in peccato mortali : Vitiosum omnia agere vitiose; virtuosum omnia virtuose.

Triplex memorata causa sollicitum maxime habuit Sigismundvm imperatorem, Bohcmiæ et llungariæ Regem, qui Joannem Pontificem non tantum permovit ad indicendum generale Concilium; sed et præter litteras ac legatos in onmem partem missos, ipse Galliam, Hispaniam el Angliam percurrit, ut unitatem Ecclcsiæ el effectum Concilio compararet. Convenerant ad illud Patres fere mille, ex quibus præter Patriarchas quatuor ct Cardinales plures numerabantur Episcopi trecenti. Sessionibus duabus prioribus Joannes XXIII, quatuor postremis Martinus V. Pontifices: intermediis, scilicet 3ae Petrus dc Alliacd, 4,e Jordanus de Ursinis, reliquis Joannes Vivariensis, Cardinales prafuerunt. Habitum est Constantia? in Germania prope Helvetos : initio dato 16 novembris A. 1414. fine imposito 22 Aprilis A. 1418.

II. *Sessio* P. Post initialem Joannis XXIII orationem, ct Bullam Convocationis recitatam, nominantur Concilii officiales, et ex Synodi Toletanae praescripto actionum gravitas Patribus commendatur. Tempore hanc inter ct sequentem sessionem intercedente, *Joannes Huss,* fide quidem publica, non tamen contra legi limum Concilii judicium munitus, custodiæ traditur, facto ejus causie initio : decernitur negotiorum tractatio per quatuor Nationes, Italam scilicet, Gallicam, Germanam clAnglicam; cui postmodum accessit quinta Hispanica, ea forma ut in congregationibus primum singulæ statuerent, dein omnes collecta? convenirent, demum in sessione publica omnibus placita sancirent : Joannes ob personales defectus de Pontificatu abdicando interpellatus, id se facturum, obscurius tamen et vacillando addicit.

2*. Idem jam apertius ct cum juramento promittit, si tamen Gregorius et Benedictus cessuri sint,ct abdicatione hac exlinguendum schisma videatur; pro quo promisso Imperator, pedes Joannis deosculatus, solcmnes gratias egit. Verum in privatis congregationibus de novo Ecclesiæ capite eligendo agi intelligens Joannes, mutatis vestibus, clam elabitur Constantia Sdiailhusam : quæ fuga agitandis de auctoritate Concilii congregationibus recasioncm dedit.

Sw. 3'. Promulgatur Conciliare decretum, qiiostatuiturSynodum hanc rite lomocalani el legitime inchoatam, per Papæ discessum ncc dissolutam, nec ab eodem dissolvi posse aut transferri ante exlinclioncm schismatis ct reformationem Ecclesiæ ; ncc licitum prælatis discedere, a synodo, sine justa causa a deputatis Nationum examinanda; translationes Prælaloruro, privationes beneficiorum,ct alia ejusmodi post discessum Joannis facta, nullius esse valoris.

Sess. 4*. Edito decreto declaratur Concilium generale immediate a Christo habere potestatem, cui quilibet cujuscumque status vel dignitatis, tliamsi l'apalis existât, obedire teneatur in his quæ pertinent ad fidem et

extirpalioncm schismatis el ad generalem Ecclesiæ Dei reformationem in rapite et membris: leguntur lilteræ, queis aeris intemperiem causatu?, suum discessum Joannes excusat, seque promissis staturum significat,

8>ax 5*. Decretum prioris Sessionis relegitur et confirmatur : declaratur fllga illegitima, obligatio standi promissis el cedendi Pontilicalü.

◊'. Approbatur formula Procuratoria super renuntiatione Papalusa Joanne facienda, et ad ipsum honorifica legatio reditum suasura decernitur.

Sess. 7'. Illo Schatlhusa Lauilcnburgum. inde Eriburgum, dein Brisaeum, tandem Neoburgum fugiente, publicatur ad novem dies citatio ad refutandam hreresin, schisma. simoniam et alia crimina sibi objecta : probatur item *Hieronymi Pragensis* citati el non comparentis contumacia, qui intellecta //«.«» captivitate, el promissa per schedam publice affixam *W'icleffi HUSÜque* defensione, aufugerat;

Sess. 8*. Damnatur *Joannis Micleff* doctrina et memoria : 45 articuli seu propositiones recitate censurantur in globo; damnatio 260 articulorum ab I niversilate Oxoniensi facta rata habetur; libri omnes ct tractatus addicuntur igni; ossa exhumafa comburi jubentur.

N>s.«. H*. Eriburgi interea detentus Joannes XXIII. citatur ad personaliter comparendum. 10*. Non comparens post iteratam citationem, per auditos testes convictus dc pluribus criminibus, lata sententia suspenditur ab omni admiuistralione Ecclesiastica. II*. Cellam Constan lia haud dissitam perductus, nec objectis refragatus, judicio Concilii se submittit : 12*. Pronuntiate in sc depositionis sententiæ acquiescit; traditus dein Electori Palatino custodiendus : decernitur nullum c Iribus Pontificibus dubiis in Papam eligendum.

&·$$. 13*. Contra doctrinam et usum Petri *Dresdensis et Jacobelli Misnensis* decernitur, sententiam, quæ communionem sub utraque specie omnibus esse necessariam docet, erroneam esse ac hæreticam : sub excommunicatione prohibetur sacerdotibus communionem sub utraque specie poptib» distribuere : declaratur, consuetudinem distribuendi sub una tantum specie panis Eucharistiam non fuisse quidem semper in Ecclesia usitatam ; ad evitanda tamen inulta scandala et pericula rationabiliter introductam.

Sew. IP. Acceptatur abdicatio Papatns, nomine Gregorii NII. per Caroluni Malatestam facta : admittuntur et uniuntur tum hujus tum Joannis olim Pontificis Cardinales : velantur tamen electionem novi Pontificis moliri citra consensum Concilii : Benedictus XIII. monetur idem facere.

Sess. 15*. Examine diuturno absoluto, productus in Concilium *Joannes Hues* accusatur et convincitur de hærcsi : 30 articulis condemnatis et libris igni addictis, ipse pertinax degradatus relinquitur scculari judicio, nolensqUe resipiscere comburitur.

Sws. 16*. Constituuntur Procuratores acturi cum Benedicto dc Pontificatu cedendo. 17*. Precibus commendatur Sigismundcs Imperator eadem de causa in Aragoniam profecturus. 18'. Deputantur ad discutiendas varias causas ad Concilium pertinentes, reservata Concilio sententia definitiva.

Sws. 19*. E sua in Bohemiam fuga retractus *Hieronymus Pragensis,* accusatus in Concilio ct convictus de hærcsi. eam ejurat fidei professione edita: declaratur non obligari Patres, per fidem publicam hæreticis a scculari potestate datam, cos in hærcsi contumaces non punire , cum hoc ad scculare m

jurisdictionem non spectet; Concilium autem in data a sc fide addiderat : *saliajustitia et quantum fides orthodoxa exigit.* 20*. Datur monitorium ad Archidiicein Auslriæ de causa cum Episcopo Tridcntino : approbantur capita cimi Hispanis pro extirpalione schismatis acta. 21*. *Hieronymus Pragensis* in ejuratam hreresin relapsus eadem qua *Jo. Hus* sententia ac pmna afficitur.

22*. el *seqq.* usque ad 38*m. Introducuntur in Concilium Comes Fuxeusis el Legali Begum Aragoniæ, Navarræ et Caslellæ, qui Nationem quintam seu Hispanicam conficiunt : proceditur interca in causa Anstriaci ac Tridentini : magna solemnitate excipitur Sigismundus redux : Benedictis XIII. seu Petrus de Luna citatur; declaratur contumax : induitis novis dilationibus, auditis relationibus, ct deliberationibus praemissis, citatur ad sententiam audiendam; demum sententia lata a Papatu deponitur; fideles ah ejus obedientia solvuntur; ct quos ille excommunicaverat, absoluti, vel potius absolutione haud indigentes declarantur.

5eis. 39*. Ad schismata deinceps vitanda, statuitur ut poli* quinquennium rursus celebretur Concilium generale; septennio post, alterum ; ac deinceps singulis decenniis sequentibus : Formula professionis fidei a Pontifice electo edenda describitur : de translatione Episcoporum ct reservationibus Pontificiis ordinatur. 40*. Designantur 18 capita, circa quæ Pontifex proxime eligendus, cum Concilio vel deputandis per Nationes, debeat reformare Ecclesiam ante Synodi dissolutionem. 41*. Post lectam constitutionem Clementis VI, circa electionem Papæ, et pactum sine praejudicio hac tantum vice observandum, præter Cardinales 20 praesentes, delecti sex e singulis Nationibus, adeoque 30 Electores ultra Ordinarios ingressi conclave, tertio post die, nempe 11 Novembris A. 1417. eligunt in Pontificem Othonem Columnam, dictum Martinum V, decemque post dies coronant.

Sess. 42*. Martino V. jam praeside, liberantur Imperator et Palatinus ab onere custodiendi *Cossam,* quem Pontifex ad se adduci jubet. 43*. Promulgantur quædam reformationis decreta; per quæ ct alia cum Nationibus concordata, uti per posita in Cancellariæ regulis, satis esse factum articulis, de reformalioiîë facienda nuper promulgatis, declarat Concilium. 44*. Pro futuro post quinquennium celebrando Concilio designatur Papia urbs llaliæ a Pontifice. 45*. Post onmia Concilii decreta, in materia fidei conciliante!· facia, a Martino confirmata, solutum est Concilium, cuilibet qui interfuerat data semel in vita et demum in morte plenaria indulgentia, concessaquc abeundi licentia.

Keddita est hoc Concilio pax ct unitas Ecclesiæ. Nam Gregorius XII. quidem constitutus ab ipso Concilio perpetuus Legatus in Marchia Anconifana ante Synodi finem obiit : Joannes XNIII. c custodia elapsus confugiensque Florentiam ad Martinuni, ab hoc clementissime exceptus, permissa sibi Cardinalis dignitate, concessoque Episcopatu Tusculano cum sacri Collegii Dccanalu, post semestre vivere desiit : Benedictus XIII. autem quantumvis septem îlhucpost Concilium annis superstes Pontificia Insignia pertinax retinuerit, duoque illi adhærcnlcs Cardinales successorem sub Clementis VIII. nomine elegerint; ille tamen a picrisque omnibus desertus non potuit, hic vero post aliquot ab electione annos, sponte so Martino subjiciens, noluit continuare schisma per 50 annos protractum. Poloni alia ex causa, quod nempe Pontifex libellum quemdam Joannis Falkenbergii suo Principi suisque injurio-

sum non aperte damnasset, nonnisi cum protestatione el provocatione ad futurum Concilium discesserunt : nec satis acquiescebant Petrus de Alliato ct Joannes Gerson, eoquod condemnationem libri Joannis Parvi dc Tyrannicidio oblinere nequiverint; causis hujusmodi necdum examinatis penitus vel sententia conciliaris tractationis non indigente.

Hi. Praetermittimus huc ex monumentis Conciliaribus referre tum decreta Sessionis 43** certa de Exemptionibus, Unionibus, 1'nictibus percipiendis. Simonia, Dispensationibus. Decimis aliisque oneribus Ecclesiasticis, vita ct honestate Clericorum; tum Concordata cum Natione Germanica: quia priora in Conciliis aliis praesertim Tridentino, uberius tractata et certius definita habentur : posteriora autem ad quinquennium duntaxat statuta fuerant. Damus autem quæ in Decreto Episcopis ac Inquisitoribus adscripto ad lentandam suspectorum fidem quærenda proponuntur, et Summariam actorum Concilii ct confirmatorum notitiam praebent. Praecipua eorum et magis universalia sUr.t sequentia :

Utrum credat, teneat et asserat, quod Concilium generale quodlibet, ct etiam Constantiae, universam Ecclesiam repraesentet? quod illud, quodCouc. Constantiense, universam Ecclesiam repraesentans, approbavit in favorem fidei et salutem animarum, sil ab universis fidelibus tenendum? et quod condemnavit, esse fidei vel bonis moribus contrarium, ab eisdem sit tenendum pro condemnato? quud *Joannes tUicleff, Joannes Huss et Hieronymus* de *Praga* fuerint hæretici et pro haereticis reputandi ; et libri et doctrinæ eorum fuerint et sint perversi, propter quos et eorum pertinacias per Concilium pro haereticis sunt condemnati? quod sententia Cone. Constanlicnsis super 45 *Wiclefti et* 30 *Hussi* articulis lata, sit vera ct catholica : scilicet, quod supradicti articuli non sint catholici, sed quidam ex iis sint notorie hæretici, quidam erronei, alii temerarii et seditiosi, alii piarum aurinmolîeusivi? quod non in nullo casu sit licitum jurare? quod ad mandatum judicis, juramentum de veritate dicenda, vel quodlibet aliud ad causam opportunum, etiam pro purificatione infarniæ faciendum, sit licitum? quod perjurium scienter commissum, ex quacumque causa vel occasione, pro conservatione vite corporalis propriæ vel alterius, etiam in favorem fidei, sit mortale peccatum? quod deliberato animo contemnens ritum Ecclesiæ, caeremonias Exorcismi et Catechismi, aquæ baptismatis consecrat®, peccet mortaliter? quod post consecrationem Sacerdotis, in Sacramento altaris, sub velamento panis el vini non sil panis materialis et vinum materiale, sed idem per omnia Christus, qui fuil in cruce passus, el sedet ad dexteram Patris? quod facta consecratione, sub sola specie panis tantum, el praeter speciem vini, sii vera caro Christi el sanguis ct anima et Deitas et totus Christus, ac idem corpus absolute et sub una qualibet illarum spccierum singulariter? quod consuetudo communicandi personas laicales sub specie panis tantum ab universa Ecclesia observata,ct per Cone.Constantiense approbata, sit servanda sic quod non liceat eam reprobare aut sine Ecclesia; auctoritate immutare: et quod dicentes pertinaciter oppositum, lanquam hæretici vel sapientes bæresin, sint arcendi et puniendi? quod Christianus contemnens susceptionem Sacramentorum confirmationis vel extrema; unctionis, aut solemnizations matr imonii, peccet mortaliter ! quod Christianus ultra contritionem cordis, habita copia Sacerdotis, soli Sacerdoti de necessitate salutis confiteri tenca-

hir, elnonLaico quantumvis bono ct devolo? quod Sacerdos in caSibus sibi permissis possit peccatorem confessum ct contritum a peccatis absolvere, ct illi pœnitentiam injungere? quod malus Sacerdos cum debita materia ct forma, ct cnm intentione faciendi quod facit Ecclesia, vere conficiat, verd absolvat, vere Iwplizct, et vere conferat alia Sacramenta? quod B. Petrus fuerit Vicarius Christi habens potestatem ligandi ct solvendi super terram? quod Papa canonice electus sil successor B. Petri, habens supremam auctoritatem in Ecclesia Dei? quod auctoritas jurisdictionis Papæ ct Episcoporum in solvendo et ligando sil major auctoritate simplicis sacerdotis, etiamsi curam animarum habeat? quod Papa omnibus Christianis vere contritis ct confessis, ex causa pia et justa, possit concedere indulgentias in remissionem peccatorum, maxime pia loca visitantibus, ct ipsis manus suas porrigentibus adjutrices? quod ex tali concessione visitantes Ecclesias ipsas, ct manus adjutrices eis porrigentes, hujusmodi indulgentias consequi possint? qtiod singuli Episcopi suis subditis, secundum limitationem canonum, indulgentias hujusmodi concedere possint? quod licitum sit Sanctorum reliquias et imagines venerari? quod religiones ab Ecclesia approbatæ, a sanctis Patribus rite et rationabiliter sint introductæ? quod Papa vel alius Prælatus, vel ipsorum vicarii, possint suum subditum Ecclesiasticum sive scculare m, propter inobedientiam sive contumaciam, excommunicare ita quod talis pro excommunicato sit habendus? quod inobedientia sive contumacia excommunicatorum crescente, Praelati vel eorum vicarii habeant potestatem aggravandi; interdictum ponendi, et brachium scculare invocandi; ct quod illis censuris per inferiores sit obediendum? quod iidem habeant potestatem Sacerdotes et Laicos inobedientes et contumaces excommunicandi, ab officio, beneficio, ingressu Ecclesiæ, el administratione Sacramentorum suspendendi? quod liceat personis Ecclesiasticis absque peccato habere possessiones hujus mundi et bona temporalia? quod Laicis ipsa ab cis auferre potestate propria non liceat; imo quod sic auferentes, tollentes ct invadentes bona ipsa Ecclesiastica, sint tanquam sacrilegi puniendi, etiamsi male viverent Ecclesiastici bmia hujusmodi possidentes? quod hujusmodi ablatio ct invasio cuicumque Sacerdoti, etiam male viventi, temere ct violenter facta vel illata, inducat sacrilegium? quod liceat Laicis utriusque sexus, viris scilicet ct mulieribus, libereprædicare verbum Dei? quod singulis Sacerdotibus libere liceat praedicare verbum Dei, ubicumque, quandocumque ct quibuscumque placuerit, etiamsi non sint missi ? quod omnia peccata mortalia, et specialiter manifesta, sint publice corrigenda ct extirpanda?

or

CONCILIUM GENERALE BASILEENSE.

I. Quod in Cone. Constanticnsi *Papiam* indictum erat Concilium, statuto diam tempore, A. scilicet 1423. Martinls V. celebrare studuerat, missis illuc Legatis; sed pestifera lue ibidem grassanle, Senas transferri oportuit. Habita hic Sessione, cum Wiclcffitanim et Hussitarum hæresis iterato damnata, atque de restauranda Græcorum unione coeptum esset, obPatrum paucitatem. bellorum et schismatis ab Alphonso Aragonio intentati melum, resque Gratorum adhuc impeditas, in septennium prorogata est Synodus, ac Basik-am indicta. Sex in bulla Convocationis dcin a Martino edita numerantur

causæ;extirpationompe hærcsum, Græcorum unio, declaratio veritatum fidei, compositio pacis inter Christianos Principes belligerantes, reformatio Ecdcsiaj in capite et membris, ct restauratio antique disciplina'. Curam tamen ipsius Concilii Marlinus V. eodem Congregationis anno mortuus, gerere non potuit, sed Evgemls IV. successor; qui datam a Prædecessorc legationem et pnesidii provinciam Juliano Cæsarino Cardinali confirmavit. Pro duplici hunc Pontificem inter ac Concilium orto dissidio, et interposita utriusqueconciliatione, triplev cpocha, non gestorum tantum,sed et adjimelorum differentia numeranda venit.

In cpocha 1*. ubi dissolutio Concilii lentabatur a Pontifice, Patres confinxerunt numero non admodum magno, adeo ut Episcopi, ex aliquorum calculo octavum, ex aliorum autem quartum ct decimum non superarent; quibus Julianus memoratus pnesedit, et ipse ultra primam Sessionem præsidium non tuitus : in 2*. qua Concilio socialxilur Pontifex, inter Patres aderant Prælati centum, non tamen Episcopi omnes: Præsidum autem, Eugenii Ioçq, munus gerentibus .Nicolao Cardinali, Juliano jam dicto, Joanne Archiepiscopo Tarentino ct Ludovico Abbate S. Juslinæ: in 3·. ubi jam decreta citil translatio Concilii, et subin etiam *Ferrariam* facta, numerum faciebant Presbyteri, non autem Prælati; ex quibus unus duntaxat Cardinalis, pauci erant Episcopi; Præsidem ipso Concilio sibi creante Ludovicum Alemannuni Cardinalem Arelatensem. Ha sit sub triplici hac vicissitudine Concilium semper Basileæ in Germania ad Rhenum superiorem : ct initium quidem habuit 14* Dccembr, A. 1431 ; finem autem cpocha prima, dic 3· Februar. A. 1431; secunda, die 7* Mali A. 1137; tertia, dic 16* Maii A. 1-443.

II. Sew. 1*. Lectis Constantiensi statuto el Senensi dccroto, ncc non Marum convocaloria, Eugenii autem conliriualoriabulla, declaratur legitima Concilii congregatio : proponitur multiplex ejusdem finis; commendantur observanda; deputantur officia. 2*. Cum jam innotuisset Eugemum Pontificem de Svnodo dissolvenda statuisse. declaratur Basilecnse Concilium legitime inchoatum: innovantur decreta Sessionis *l* et 5 Concilii Constantiensis, lanquam auctoritatem Synodi generalis supra Pontificem universim statuentia; decernitur *Baxileense* esse Concilium ejusmodi, quod repræsentet universalem Ecclesiam, ct immediate a Christo potestatem habeat, ncc a Papa dissolu aut transferri possit; cujus etiam sine consensu e Synodo evocari nemo, nemo ab illius accessu prohiberi queat a quocumque. 3*. Audito Eigemi decreto, quo præsertim ob unionem Bononiae, in urbe a Græcis delecta faciendam, dissolvebatur Concilium, el illam in urbem indicebatur, declaratur attentata hæc dissolutio nulla et irrita: repetitur prioris Sessionis decretum de auctoritate Concilii : monetur Eugenius revocare suam bullam, ct intra trimestre cum Cardinalibus adesse ipse, vel per Legatos. 4*. Bohemis aliisque ad Concilium venire volentibus, conceditur commeatus liber amplissimus: prohibetur, pro casu electionis Papalis forsan faciendae, ea alibi fieri quam in loco Concilii: decernitur obligationes quascumque aut censuras, accessum ad Concilium impedientes, nullatenus tenere : Imperatur Pontifici, durante hoc Concilio, abstinere a creatione Cardinalium. 5*. Constituuntur judices in causa fidei aliisque negotiis: decernitur nullum ex Patribus aut Concilio assistentibus, invitum Basilea evocari ad qualemcumque judicem Ecclesiasticum posse : audiuntur Oratores Pontificii ; et disceptatur de Qm-

cilii auctoritate. 6*. Accusatur Pontificis ct Cardinalium absentium contumacia. 7*. Repetitur decretum de non eligendo Pontifice extra locum Concilii; pro quo casu electionis tempus ampliatur : beneficia Cardinalium umlumaciinii permittuntur Ordinariis. 8*. Prorogatur veniendi terminus Pontifici citato; Pimsules.aulfm siib poma privationis beneficiorum sine nmni adesse jubentur : decernitur unicum tantum esse posse Concilium genende: statuitur excommunicationem incurrere eos qui Bononia· congregare se lentarent. 9*. Sigismundi Imperatoris et Wii.hei.mi Bavaria· Ducis protectio acceptatur; qui contra censuras muniuntur, iis autem adversantes excommunicatione terrentur. J0a. Accusatur iterato Eugenii contumacia; et instituendae in eum actionis judices deputantur. 11*. Proponitur explicatio intentioni Patrum accommoda decreti Sess. 4. a Co>c. Constantiensi editi. 12*. Repetitur decretum de auctoritate Concilii suprema: dantur Eugenio altère veniendi induciæ : jus sacrarum electionum confirmatur; reservationes Ponlificiæ restringuntur; simoniaeæ electiones irritantur. 13*. Eugenius tertio postulatur contumaciæ: datur nihilominus eidem prorogabo termini. 14*. Interventu Imperatoris cl Caroli VII. Francorum Regis, Pontifice ad cedendum inclinato, præscribitur formula qua conciliatio fieri possit ac debeat. 15*. Decernitur Synodum Diœcesanam quidem quotannis, Provincialem singulis bienniis esse celebrandam. 16a. Eugenius, litteris per Oratores oblatis, revocat decretum de Concilio dissolvendo ; abolet censuras, suspensiones el privationes tribus bidlis hactenus latas; declarat Concilium ab initio legitime continuatum et porro continuandum, ac si nullum unquam dissolutionis decretum cmanasset : Synodus e coutra suæ postulationi satisfactum declarat; ipsas litteras approbat, et in acta refert.

17*. Legati Pontificii, nomine, vice ac loco Eugenii, admittuntur in Concilii præsides. 18a. Quasi ex Concilii Constantiensis decretis renovantur srpiusjani statuta de superioritalc Concilii et subjectione papa; sed absentibus Legatis Pontificiis et præsidibus Concilii. 19*. Agitur de loco Concilii proGracorum unione celebrandi : vetatur communicatio cum Judæis: decreta decorum compulsione ad verbum Dei audiendum, ct de docendis ac discendis linguis Orientalibus renovantur: monentur Ordinarii ad curam Neophytorum habendam ; fideles omnes ad subsidia iisdem ferenda. 20*. Statuuntur [KL'uæ in Clericos concubinarios, concubinas, et proles ex illis natas: nominatim vel notorie cxcommunicatos tantum vitandos esse decernitur : vetatur locum subjicere interdicto ob culpam privatae person®, nisi hæc nominatini cxcommunicata a loci domino vel magistratu fuerit retenta : rejicitur appellatio secmida ab interlocutoria vol super gravamine eodem. 21a. Annatæpro beneficiorum collatione, electionum confirmatione, postulationum admissionc, aut pro praesentatione datæ reprehenduntur ut simoniaeæ et abrogantur: statuitur pacifico beneficii per triennium possessori litem moveri non prisse ; eduntur decreta de modestia in divinis officiis ct reverentia temflisdcbita. 22*. Damnatur libellus Augustini de Roma ord. Erern. S. Aug. de Christo et Ecclesia; in quo præter alia dicebat Christum quotidie peccare, intclligcndo tamen id de ejus membris seu fidelibus, quos cum capite unum Christum facere dicebat. 23*. Decreta circa electionem Pontificis lata, uriæqiic eidem leges praescriptae innovantur: numerus Cardinalium ad 24 restringitur; qui de omnibus nationibus assumendi et Thcologiæ vel Cano-

num Doctores esse decernuntur. 21*. Pacta conventa eum Græcis de celebrando in Occidente pro unione Concilio confirmantur: publica iisdem fides datur: plenissimæ indulgentia' conceduntur iis qui pro Graecorum subsidio darent tantum quantum ipsi una hebdomada consumerent. 25*. Oritur dissidium inter Patres de loco futuri cum Græcis Concilii. Pontificiis Legatis et praesulibus plerisque decretum ferentibus pro Florentia vel Utino, aliis plcrisquc secundi ordinis Sacerdotibus, duce Ludovico Arelatensi Cardinali. Basilcam aut Avcnionem deligentibus. Dissidio ad Pontificem delators postea parti priori et saniori accessit.

Ses«.26*.Pars numero quidem major sed auctoritate minor, ubi certior facta fuit de Pontificia approbatione sibi contraria, multorum criminum immerito accusat Evgenii m. et in jus vocat pix» arrogata Concilii superioritate, intercedente incassum parte contraria. 27*. Ab eadem interdicitur Eugenio nova Cardinalium creatio: decretum nomine Synodi a parte saniore, pro designanda Florentia aut Utino in Concilii eum Graecis celebrandi locum, editum declaratur falsum: prohibetur venditio aut oppignoratio urbis Avenionis, quam pro Graecorum subsidio lentari a Pontifice erat suspicio. 28*. Accusatur et declaratur Eusrenius contumax. Is eadem die 31* Julii A. 1437. edito diplomate Concilium Basilea Ferrariam transfert; dierum tamen 30 spatium adhuc concedit pro causa Bohemorum Basitem terminanda. 29*. Translatio Concilii a Pontifice facta declaratur irrita; quam revocare Eugenius jubetur sub pomis intentatis : vetatur ne quis Engenium audiat vel sequatur. 30*. Declaratur fidei dogma de praesentia Christi in qualibet specie Eucharistica, neque praecepto ullo divino adstringi non sacrificantes ad communionem sub utraque specie. 31*. Eduntur decreta quibus rejiciuntur frivolæad Romanam Curiam appellationes, revocantur et prohibentur gratiæ éxspcclativæ ac reservationes Pontificiæ, imperatur praebenda Theologica in Ecclesia Cathedra!i, ordinatur dc tertia parte beneficiorum graduatis conferenda: Eugenius declaratur contumax, et suspenditur ab omni jurisdictione. Ab hoc tempore seu initio anni 1438, profecto Ferrariam Juliano Cardinali, Ludovicos Arelatentis Concilii præsidem agit.

Sess. 32*. Damnatur Concilium Fcrrariensc cum Eugenio; omnia ejus aciact agenda irritantur; qui ei intersunt, excommunicantur. 33*. Tanquam veritates fidei statuuntur: Concilium generale habere potestatem supra Papam; nec hunc posse prorogare, transferre aut dissolvere Concilium hujusmodi legitime congregatum; qui contrarium senserint hæretici declarantur. 34*. Pronuntiatur depositionis sententia contra Evgenivm, cum gravissimis calumniis. 33*. Agitur de Concilii stabilitate, ct electione novi Pontificis. 36*. Doctrina de Immaculata Conceptione Deiparae Virginis tanquam pia, consona cultui Ecclesiastico, fidei Catholicæ, rectæ rationi el sacræ Scripturæ declaratur; contrarium praedicare seu docere prohibetur; ejus solemnitas secundum Romanæ Ecclesiæ aliarumque morem edebrari praecipitur : indulgcnliæ hanc celebrantibus erogantur. 37*. Designatur locus, dies, et electores pro novo Pontifice eligendo. 38*. Nominantur Officiales pro Conclavi, et 17. Novembr. A. 1439. a Cardinali Arelatensi Praeside ac 32 viris ex diverts Nationibus ad id deputatis eligitur in Papam .l medetu Sabaudiæ Dux, ante quinquennium Ripalliie Eremita factus. 39*. Confirmatur electio Amcdei. 40*. Promulgatur obtentus tandem ab Amedeo consensus, illoquc sub Felicis V. nomine tan*

quam Papa omnibus honorandus proponitur, excommunicatione renuentibus intenta. 41*. Sententia Eugenii contra Felicem cjiisqiiesectariosdamnalur.FEi.ix altera post hanc Sessionem die in Concilio consecratur ab Arelatensi Episcopo et coronatur. 42*. Pro habenda Felicis sustentatione in quinquennium desiignatur quinta para proventuum Ecclesiasticorum. 43*. Festum Visitationis Beatissimæ Virginis, jam a Bonifacio IX. tempore schismatis institutum, decernitur celebrandum. 44*. Deliberatur de actorum el personarum Concilii securitate: decernitur ab Eugenio beneficiis prix alos esse resti tuendos. 45*. Decernitur Concilium post triennium Lugduni continuandum : ne tamen dissolutum jam penitus censeretur, Lausanam nunc translatum declaratur.

Nec Lugdunense Concilium eflectum habuit, nec Lausanense quidpiam memorabile gessit, nisi quod Felix hortatu Friderici Cæsaris ad pacem Ecclesiæ dandam Antipapatu suo A. 1449. consentientibus etiam olim Basileensibus, se abdicavit, el Nicolaiμ V. Eugenio ante biennium mortuo substitutum agnoverit Papam legitimum. Hic contra triplici constitutione, et *Amedeum* renuntiavit Sabinenscm Episcopum, Cardinalem primum et in Sabaudia alibique Legatum perpetuum , additis aliis honorum testificationibus, et omnia ab eodem acta tam justitiam quam gratiam spectantia confirmavit; et adhærentcs eidem in integrum restituit ; ct omnia contra illos dicta vel scripta, nulla et irrita declaravit.

111. Λ documentis hujus Concilii referendis tanto facilius abstinemus, quanto minus illa auctoritatis habent ; cura decretorum nulla approbatio Pontificia extet, Germania post Concilium divisum partes neutras sit secuta, Gallia vero sanctionem pragmaticam ex illis compilatam commutari in Concordata aut voluerit aut sustinuerit. Pro notitia tamen Theologica breviter annotare juvat quæ a Concilii Legatis in Bohemorum reducendorum causa fuerant gesta.

Damnatione per Cone. Constantiense in *Wicleffi* ac *Ilussi* errores lata, sumplaque dc postremo ac *Hieronymo Pragensi* poena, adeo Bohemiæ pax non est reddita, ut potius Religionis dissidium in bellum tristissimum eruperit. In eo cum sub antesignano *Joanne Zisca* primum, dein sub *Procopio Raso* hæretici plerumque victores, non jam frangendi armis, sed pacis artibus expugnandi viderentur; tum litteris tum legationibus honore el charitate plenissimis ad Concilium tentandamque in eo unionem invitabantur. Accepta fide publica,suffragio Nobilitatis vincente vota populi, ineuule A. 1433, advenerunt a Bohemis missi Oratores, pacem ac unionem polliciti, siquidem de quatuor articulis sibi satisfieret : nempe : 1. in concedendo calicis usu; 2. in asserenda homini privato facultate plectendi publica scelera; 3. in permittenda cuilibet libertate praedicandi; 4. in prohibenda Clericis bonorum temporalium possessione. Actum est de singulis in Congregationibus Basileensibus; pro illis articulis, et quidem pro primo, Joanne Rokisana Legationis Uussitirae Principe el Pscudo-Archiepiscopo Pragensi ; pro secundo, Wcuceslao Taboritarumoratore; pro tertio, WidaricoOrphanorum presbytero; proquarto, Petro Payne Anglo perorantibus : contrarias ex ordine orationes per plures dies eloquentibus Joanne de Ragusio FF. l'rædic. Procuratore generali, Ægidio Carlerio Decano Cameracensi, Henrico Kalteisen FF. Praed. Doctore Coloniensi. Joanne de Polemar Archidiacono Barcinonensi. Disputationibus nihil prolicientibus, cum Bohemi reditum ad suos urgerent, Concilium Legatos

suos adjqnxit, qui tractatus cœptos continuarent, eventu haud feliciori forsan potituros, nisi eroso ad Pihnam Procopio, et Nobilitate praevalente, Taboritannn et Orphanorum audacia cecidisset. Abhinc enim mollius jam auditis Legatis, prope finem A. 1133. scribi Pragœ cœperunt Compactata : quibus dum plura addi aliaque concedi, per litteras subin ac missos Basileam rursus Legatos, frustra esset postulatum, ea tandem A. 1-436; Iglaviæ consummata sunt et firmata. In his Legati quidem Concilii usum calicis, adjecta tamen cautela, indulserunt; et de capitibus reliquis Catholicam doctrinam a postulatorum mente alienam exposuerunt: Bohemi autem declarationem doctrinæ datam se recepturos, et dispensatione ad præscriptam normam usuros pollicebantur. Ex his compactatum de Eucharistia integrum hic damus, simulque adjicimus de eadem decretum fidei, juxta communiorem opinionem sessioni 36* insertum, ab Aueuslino tamen Patricio ad 28*“ relatum, et hinc communi Patrum consensu conditum. Compactatum de Eucharistia sic habet: *Ut Bohemis ac Muraris suscipientibus Ecclesiasticam unitatem ac pacem realiler et cum effectu, et in omnibus aliis, quam in usu communionis utriusque speciei, fidei et ritui universalis Ecclesiæ conformibus, illi et ilice, qui talem usum haberent, communicarent sub duplici specie, cum auctoritate Domini nostri Jesu Christi et Ecclesiæ sponsæ ejus. Et hunc articulum in sacro Concilio discussum iri quoad quæstionem de præcepto, et constituendum quid circa illum articulum pro catholica veritate sit tenendum et agendum ad utilitatem et salutem populi christiani. Et omnibus mature pertractatis, si nihilominus in desiderio communionis sub duplici specie perseveraverint, sacrum Concilium Sacerdotibus dictorum Regni et Marchionatus, communicandi sub utraque specie populum, eas videlicet personas, quæ in annis discretionis constitute? reverenter et devote postularent, facultatem in Domino pro eorum utilitate et salute concessurum. Huc semper observato, quod Sacerdotes sic communicantibus semper dicerent : ipsos firmiter credere debere, quod non sub specie panis caro tantum, nec sub specie vini sanguis tantum, sed sub qualibet specie est integer et totus Christus.* Concilii decretum ita definit ac disponit : *Decernit et declarat eadem sancta Synodus, quod fideles Laid sive Clerici communicantes, et non conficientes, non adstringantur ex præcepto Domini ad suscipiendum sub utraque specie, panis scilicet et vini, sacrum Eucharisties Sacramentum. Sed Ecclesia, quæ regitur Spiritu veritatis secum manente in aeternum, et cum qua Christus manet usque ad consummationem seculi, ordinare habet, quomodo ipsis non conficientibus ministretur, prout pro reverentia ipsius Sacramenti et salute fidelium viderit expedire. Sive autem sub una specie sive sub duplici quis communicet, secundum ordinationem seu observationem Ecclesiæ, proficit digne communicantibus ad salutem. Nec ullatenus ambigendum est, quod non sub specie panis caro tantum, nec sub specie vini sanguis lanium, sed sub qualibet specie est integre totus Christus. Laudabilis quoque consuetudo communicandi laicuni populum sub una specie, ab Ecclesia et sanctis Patribus rationabiliter introducta, et hactenus diutissime observata, et a Doctoribus didiuv legis sacrarum Scripturarum et (anonum multam peritiam habentibus, jam a longævo tempore commendata, pro lege habenda est; nec alicui licitum est reprobare, aut sine auctoritate Ecclesiæ ipsam immutare.* Quid purro superiore indulgentiae promissione efTedum fuerit, narrat Jacobus Card. Papicnsis. dum L. G. Com-

mentarioiTini scribit, Bohemos ex illo tempore non petiisse Calicem, non induisisse Synodum ultro, a Romano etiam Præsiile tale qnidquam nec postulatum esse, nec comprobatum : ipsos etiam, qui Compactât!» sc defendero solebant, illa eadem contempsisse verius qnam non servasse : siquidem pueris passim et dementibus, non de pane tantum, sed et de Calice ministrasse; invitos quoque et non postulantes ad Calicem adegisse; Sacramenta Ecclesiæ et sepulchra publicosque honores iis qui illum non vellent, per injuriam ademisse; de mysterio etiam tam panis quam vini nihil plebibus juxta condictum annuntiasse : postremo nec Romanæ Sedis institutis, a qua longe errabant, in caderis assensisse, compertum habetur.

ARTICULUS Π,

Penes quem jus sit convocandi Concilium generale, et convocato praesidendi?

139. *Nota.* Convocare non tantum dicitur is, qui voce aut litteris indicit locum dieinque Concilii, atque ad id invitat aut evocat; sed qui jure hæc agendi pollens, consentit aut petit indici ab alio, vel indictionem saltem ratam habet. Similiter præsidenlis quidem munus est, praeter honorem sessionis et suffragii praecipuum, dirigere conventum, proponendo tractanda, concludendo determinata,et pronuntiando ac promulgando conclusa : neque tamen aut per seipsum, aut hæc omnia simul necessario praestat; sed satis est vel per Legatos ea facere, vel quædam tantum praestare, aliis aliorum industriae permissis. De gemino hoc munere una agimus: quia sicut utriusque eadem sunt fundamenta ; sic diverse licet sentientium eadem est responsio. Et Catholici quidem plerique Pontifici Romano ulrumque officium tribuunt; posteriorum autem temporum sectarii secular! Magistratui, praesertim Imperatori delatum volunt; quibus se jungunt nonnulli politici, qui religionis negotia supremae Reipublicæ potestati non tantum protegenda, sed et judicanda subjiciunt.

Agitur autem hic unice de Concilio generali : quia utraque pars facile convenit, Synodi Diœcesanæ Episcopum, Provincialis Archiepiscopum, Nationals Patriarcham vel Primatem esse auctorem ac præsidem; altera autem potestatem in generale Concilium ex illa in minores coelus, vel vicissim, deducit.

140. *Dico I.* Jus convocandi generale Concilium ordinarie spectat ad summum Pontificem. *Prob.* Qui ex auctoritate Christi habet curam et providentiam universæ Ecclesiæ, præpositus est pascere oves ct agnos, h. e. jurisdictionem exercere in fideles et pastores, omnes denique Ecclesiastica potestate cogere valet; ad enmdem spectat jus convocandi Concilium generale: tum quia hoc est juxta Matth. 18. *In nomine Christi congregare* universam Ecclesiam,quam Concilium generale repræsenfat; tum quia sicut politica potestas convocandi comitia Regni aut Reipublicæ perlinet ad supremum inter omnes aut primum; sic Ecclesiastica potestas congregandi fidelium Concilium ad Ecclesiæ Primatem aut Principem spectat. Sed solus Pontifex Romanus, nullus autem politicus magistratus, ex auctoritate Christi hanc curam, prefecturam ac potestatem tenet; ut ex Cap. seq. constat : ergo et solus Pontifex Romanus jus possidet convocandi Concilium generale.

Co#/. L Ex Conciliorum actis. Chalcodoneuse Act. 1*. prohibet Dioscorum sedere inter Episcopos, pro ratione afferens : (Juin *Synodum ausus m! facere sine auctoritate Sedis Apostolicæ, quod nunquam licuit, nunquam fixturn est.* Constantinopolitanum 111. Act. Ga. irritum declarat Iconoclastartun Concilium,quod sine consensu Pontificis indixerat Constantinus Copronymiii, Lateranense ⧹. Sess. 11*. in Decreto *Pastor æternus,* declarat ex monumentis Ecclesiasticis *manifeste constare, quod solus Romanus Pontifex, tanquam auctoritatem super omnia Concilia habens, tam Conciliorum indicendorum, quam transferendorum ac dissolvendorum, plenum jus et potestatem habeat.*

%. Ex Ecclesiasticis documentis. Julius 1. in epist. ad Orientales apud Cassiodor. in Hist. Tripart. scribit : *Canon Ecclesiasticus est non debere absque sententia Romani Pontificis Concilia celebrari.* Hunc Canonem .l/ws*tolicum* vocat Marcellus in epist. ad Episcopos Antiochenos; *Renovatum in Cone. Nicæno* scribit Synodus Alexandrina in epist. ad Felicem Papam; Socrates L. 2. hist. c. 13. et Sozomenus L. 3. Hist. c. 9. referunt. Pelagius ll. in epist. ad Joannem Constantinopolitanum et ejus Synodum scribit : *Generalium Synodorum convocandi auctoritas Apostolicæ Sedi B. Petri singulari privilegio est tradita ; et nulla unquam Synodus rata legitur, quw Apostolica auctoritate non fuerit fulta.*

3. Ex Imperatorum confessis. Valentinianus apud Sozom. L. G. c. 7. inquit: *Mihi, qui sum in sorte plebis, fas non est talia curiosus perscrutari : Sacerdotes vero, quibus ista curre sunt, quocumque voluerint loco conveniant.* Theodoricus Rex convocans Romanam Synodum contra Symmachum, ut Episcopos audientes haberet, ostendere debuit litteras, queis Papa ipse voluntate sua Svnodum convocatam testabatur. Idem circa Symmachi cansam consultus a Patribus, respondit in Synodi esse arbritrio, in tanto negotio sequenda praescribere; nec aliquid ad se, prater reverentiam, de Ecclesiasticis negotiis pertinere.

4. Ex factis frequentibus. OEcumenica enim Concilia occidentalia omnia a Pontifice sunt indicia : Orientalium autem indictio vel consensu vel ratihabitione Pontificum fuit firmata; ob alterutrius defectum Ephesinum Eutychianomm, Constantinopolitana sub Leone et Copronymo Iconoclastarum. Pisanum Schismaticorum, et alia sunt reprobata.

141. *Objc.* Concilia œcumenica Orientalia omnia convocata sunt ab Imperatoribus, ut in C. VIII. Vicarii Sedium Orientalium asserunt : *Scitis quia in preeteritis temporibus Imperatores erant qui congregabant Synodos, et ex toto terrarum orbe ad dispositionem hujusmodi causarum colligebant* : Singillatim vero convocatum esse Nicænum 1. a Constantino Magno, testatur Euseb. in vita L. 3. c. G, Socrat. L. 1. c. G, Rutin. !.. 10. c. 15. Constantinopolilanum I. a Theodosio Seniore, Theodoret. L. 5. c. 9. ct Socrat. L. 5. c. 8. Ephesinum a Theodosio Juniore, Evagr. L. 6. c. 3. Chalcedonense a Marciano, Leo epist. 43. et Act. 1". Constantinopolitanum IL a Justiniano, Evagr. L. 4. c. 37. el Nicephor. L. 17. c. 27. Constantinopolitanum III. a Constantino Pogonato, epist. Imperatoris, altera ad Donum Papam, altera ad Georgium Constantinopolitanum, et Patres in Act. 1*. Nicænum IL a Constantino iv. ejusque malie Irene, episl. Augustorum ad Adrianum. Constan-

linopolitamim IV. a Basilio, Act. 1*. Ergo jure aliquo convocatio Conciliomm debetur Imperatoribus.

A. *ad Ary.* 1. *T. A. J). Conf.* Ergo jure aliquo majestatis, aut jurisdictionis in Concilia el Ecclesiastica negotia Imperatoribus debetur convocatio, N. jure aliquo advocatiœ et protectionis Ecclesiæ, aut superiorilatis in loca conventus, aliaqucad illum necessaria, T. quia hi tituli jam sunt antiquati: aut si qui restant, non visi sunt sufficere, pro Occidentalium convocatione Imperatoribus permittenda. *R.* 2. *D. A.* Concilia œcumenica Orientalia Convocata sunt ab Imperatoribus summo juro el auctoritate propria, N. ex dispensatione Pontificum, per assensum vel ratihabitionem concessa, C. Equidem non assensus quilibet vel ratihabitio dici potest dispensatio ; si tamen qui solus auctoritatem rei faciendæ habet, idem fieri ab alio consentit, aut factum probat, recte dicitur ejus dispensatione vel auctoritate fieri. Atqui penos Pontificem solum auctoritatem esse convocandi generales Synodos, ostendimus supra; et eorum interventu aliquo omnes Orientales congregatas esse, non tantum ex missis eo Legatis, sed et ex aliis monumentis demonstrabimus.

DeNiCÆNO I. Rufin. L. 1. Hist. c. 1. ait, illud a Constantino *ex Sacerdotum sententia* esse convocatum; et in Cone. VI. Act. 18*. in Serm. acclamatorio dicitur : *Arius insurgebat, et continuo Constantinus semper Augustus ac Sylvester laudabilis magnam atque insignem in Niccea Synodum congregabant.*

Constantinopolitanum I. Actione non fuisse oecumenicum constat tum ex dictis, tum ex ipsa convocatione, qua, Theodoreto L. 5. c. 7. teste, Orientales tantum Episcopi jussi fuerunt convenire. Nihilominus Patres iidem Gmstanlinopolilani anno altero Romam evocati a Damaso, quamvis profectionem excusarinl, 1res tamen obedientiæ Legatos illuc miserunt.

De Ephesino constat tum ex Evagr. L. 1. c. 4. illud a Cyrillo Coelestini Aicario ad sententiam contra Nestorium exequendam fuisse postulatum : turn ex Cœlestini ad Concilium epistola, illius convocationem a Pontifice esse approbatam.

De Chalcedonensi res patet ex epist. Marciani ad Leonem : *Superest ut, si placuerit tuar beatitudini in has partes advenire et Synodum celebrare, hoc (acere religionis affectu dignetur : ex* epist. Leonis ad Marcianum : *Litteras Mimus ad Coepiscopos nostros, iisque Concilium generale indiximus :* ex epist. Episcoporum secundæ Mœsiæ : *In Chalccdonensium civitate multi Episcopi convenerunt per jussionem Leonis Romani Pontificis.*

Pro Constantinopolitano II. cogendo, consensum Vigilii Pontificis petitum fuisse constat tum ex Eutychii libello fidei· ad Vigilium dato, tum ex hujus ad illum litteris et constituto.

Ad Constantinopolitanum III. invitatum esse Pontificem, prater allatas in objectione epistolas, Epiphanius ab Imperatore missus, et Agathonis Synodica Conslantinopolin scripta, et Act. 4* perlecta confirmant.

Dc Nic.unoIL idem docent tum Tarasii et Augustorum ad Adrianum liltc-ræ, tum hujus ad Augustos responsoriæ, Act. 2* recitalæ.

Constantinopolitanum IV. non tantum consensu, sed Imperio Pontificis coactum, ostendit Adriani ad Basilium epistola actioni 1ac. inserta his verbis: roltimw *autem per veslrce pietatis industriam Constantmopoli numero-*

sum celebrari Concilium. Item Anaslasii praefatio Synodi hujus ad Adrianuni directa : *Missisque cum auctoritate Apostolica Vicariis et Epistolis decretalibus, jussisti fieri Constantinopoli Synodum.*

fast. i. Euseb. invita Constantini L. 1. c. 37. scribit: *Constantinum magnum, velut communem Episcopum, ut pacem Ecclesiis'redderet ac disciplinam Ecclesiasticam sanciret, Synodos convocasse.2°.* Theodoret. L.2.C. 16. narrat Liberium concessisse , ut in Imperatoris potestate sit convocare Concilia. 3°. Ilieron. L. 2. Apolog. adv. llulin. de quadam Synodo loqucns ait : *Dic quis Imperator hanc Synodum jusserit evocari.* Ergo asserunt ct tribuunt hoc jus Imperatori.

R. ad 1. *D.* Constantinus vehit communis Episcopus eorum quæ intra Ecclesiam geruntur. N. quæ geruntur extra Ecclesiam, *subd.* convocavit Synodos jure proprio, N. analogico tantum, et protectionis ergo, C. qua ratione Co.\staxtixls se dixerit Episcopum, declaravit ipse ap. Euseb. iu vita L. 4. c. 24. *Cum Episcopos aliquando convivio exciperet, se quoque Episcopum esse dixit, his fere verbis usus* : Eos *quidem in iis quæ intra Ecclesiam, ego vero in iis quæ extra geruntur, Episcopus a Deo sum constitutus.* Reliqua constant ex dictis.

Ad 2. Λ. Libeiuim apud Theodoretiun nec concessisse, nec agnovisse potestatem Synodos convocandi Imperatoribus propriam; sed a Constantio postulasse ut fieret Synodus : quod prudentiae et necessitatis orat ; cum invito knpeiatore, rerum potente, Synodus congregari non posset : ct infensi alias Ariani voluntas precibus facilius, quam jussioni cessura videretur.

Ad 3. *R.* Hieroxvmcs sine sententiæ nostræ praejudicio sic quærere poterat ; cum quæstio esset de facto, tum solito; nullatenus dc jure.

fast, 2. Ante Imperatores Christianos nullum Concilium generale fuit celebratum : *Ex quo tempore Imperatores Christiani esse cteperunt,*.Socrates in præfat. L, 5. inquit, *maxima Concilia de eorum sententia convocata sunt:* Pontifices ipsi, ut Leo epist. 24. ad Theodosium scribens fecit, apud Imperatores pro cogendo concilio supplicarunt : ergo.

R. ad L Verum est assertum; non tamen quod deficeret auctoritas,sed quia defuit opportunitas; assiduis scilicet persecutionibus Episcopales cx multis provinciis unum in locum conventus prohibentibus, ut patet cx historia.

R. ad 2. Ratio multiplex prioribus seculis interventum Imperatorum in conciliorum coactione necessarium reddebat : nempe imprimis Lex Imperialis, L. 1. *ff.* de *Colleg. illicitis et* L. 15. C. *de Episcopis et Clericis* relata, prohibens frequentes hominum conventus sine auctoritate Imperatoria; deinde necessitas celebrandi Synodum in urbe Imperiali, utique ab Imperatore designanda; tum sumptus ex publico in vecturam itinerantium, et in victum commorantium in Synodo Patrum expendendi : defensio denique contra Paganos ac haereticos prostanda; tandem Pontificis æque ac Episcoporum res omnis dominio Imperatoris obnoxia.

R. ad 3. Ex iisdem rationibus postulavit Leo ab Imperatore Synodum convocari : et captanda etiam erat gratia Marciani; ne, quod in latrocinio Ephesino evenerat, Imperatoris aut Comitis missi adversa studia spem eventus perderent. Cœtcrum adversariorum rationem jam ante excluserat Atuan. in

eplst. ad Solilar. flùœrens : *Quando unguam judicium Ecclesiæ ab Jmperatore auctoritatem habuit ?*

II?. *PicoII.* Jus præsidundi Concilio generali regulariter ad Pontificem Romanum perlinet. *Prob.* Qui in Concilio generali habet præcellcntiarn respectu congregationis, superioritalem respectu congregatoroirn, auctoritatem respectu repraesentati, potestatem respectu causæ; ad eum jus præsidendi Concilio generali pertinet : cum his comprehendantur, quæ in Præside Conventus desiderari queunt. Sed Pontifex omnia ista complectitur; quia ut Primaset Pater ab ipsis Constantinopolitano et Chalcedonensi Conciliis appelons, procellit in congregatione : ut Successor Petri et pastor supremus, est superior Congregatis : ut Vicarius Christi et Caput visibile, auctoritatem obtinet Ecclesiæ per Concilium ropræsentatæ : ut Doctor, Judex et Papa œcumenicus, ciusanim omnium in Synodo tractandarum potestatem habet, quemadmor? duminseqq. declarabitur: præter ipsum autem nec ulli potestati seculari, nec personæ Ecclesiastic® saltem singulari, hæc competunt : ergo.

Conf. Conciliis œcumenicis, actione talibus, hactenus præsedit semper Romanus Pontifex, vel per se, vel per Legatos : ergo præsidendi jus illi competit; cum constans adeo facium sine jure obtineri haud potuisset. *Ante-(ultns,* exceptis Constantinopolitanis 1. et II. quæ scilicet actione non erant œcumenica, quoad 1ω" patet in Lateranensibus, Lugdunensibus, Viennensi et Florentino; quibus ipsos Pontifices præsedisse,nemoin dubium vocat. Quoad ?" patet similiter ex Actis reliquorum Conciliorum per ordinem sedendi, loquendi et subscribendi. De his (abstinemus a Tridenlino, quod vel ideo respuebant Protestantes quia Pontificium ex omni parte dicebant) ulterius adhuc ex monumentis aliis demonstratur.

DeNic.E>oI. Gelasius Ep. Cyzicenus L. 2. Conc.Nicæni, ait : *Osius Sylvestri Episcopi maximee Romce locum obtinuit una cum Romanis Presbyteris Victoreet Vincentio.* Adrianos Papa, in epitome Canonum ad CarolumM. missa, *sciendum est,* inquit, *Osium inter Patres Concilii Xicceni honorabilem [nine, atque ab Apostolica Sede cum Victore et Vincentio Presbyteris clesti-*wlum. Gregorius VII. in Apolog. c. 3. scribit: *Osius Cordubensis, Victor (I Vincendus Presbyteri Romance Ecclesiæ, ex parte Sylvestri Concilio Xicæno pnfuerunt.* Idem de Episcopo testatur Athanasius in epist. ad Solitarios; dt Presbyteris, Socr. L. 1. Hist. c. 3. Theodoretus L. 1. Hist. c. 7. ct Photios Lib. de septem Synodis.

DeEphesino. Actio 3·. hujus Concilii dicitur habita, *Considentibus Cyrillo .tkxandrino, qui Cœlestini quoque Romance Ecclesiæ Archiepiscopi locum Ritubal, et Arcadio Episcopo Romance Sedis Legato , et Projecto Episcopo, piet ipse quoque Romance Ecclesiæ Legatus erat, et Philippo Presbytero et bjpb), el Juvenale Hierosolymitano etc.* Mennas in professione fidei, consti-Mj Vigilii inserta, de hac Synodo loquens ait : *In qua in Legatis suis atque Vicariis, id est, Cyrillo Alexandria; Episcopo, Arcadio et Projecto Episcopis, tl Philippo presbytero, Cæleslinus Papa Senioris Romæ præseclit.* Idem Evaniiis L. 1. Hist. c. i. Liberatus in Breviar. c. 3. Nicolaus 1. in epist. ad Michaelem lmp. el alii testantur. De Cyrillo speciatim dicitur in Act. 1*. *Considentibus Episcopis, Cyrillo Alexandrial, qui et Cœlestini locum oblineta;*el in Relatione ad Imperatorem missa : .Ve *sancta nostra Synodus suo*

destituatur capite : de reliquis scribit Cœleslinus in epist. ad Synodum: *Direximus pro nostra sollicitudine sanctus fratres Consacerdotes nostros Arcadium, Projectum et Philippum , qui iis quæ aguntur intersint, et qua a nobis antea statuta sunt, exequatur* ; quibus similia ait in epistolis ad Imper, et Cyrillum.

De Chalcedoxensl Leo Papa in epist. ad hanc Synodum : *In his fratribus, Paschasino et Lucentio Episcopis, Bonifacio et Basilio presbyteris, qui ah Apostolica Sede directi sunt, me Synodo Fraternitas vestra æstimet prasidere* : hujus tenoris plura habentur in epp. ad Imper, et Julianum. Paschasinus suo ct aliorum Legatorum nomine Act. 3*. inquit : *Nostram parvitatem huic Concilio pro se præsidere Papa Leo præcepit.* Concilium in episl. ad Leonem : *Quibus quidem* (Episcopis congregatis) *sicut membris caput promt in his qui tuum tenebant ordinem.* ,t

De Constantinopolitano 111. Act. 1*. dicitur : *Conveniente sacra Synodo, id est, Theodoro et Gregorio presbyteris et Joannc diacono, vicem agentibus Agathonis Archiepiscopi antiqua Romæ, Georgio Archiepiscopo magnæ Constantinopuleos etc.* Idem habetur in reliquis, præsertim Act. 18*. in Synodic! autem ad Papam Concilium ait : *Perlectis vestrae confessionis litteris a vestra paterna beatitudine ad Imperatorem missis, quas ut a summo Apostolorum vertice divine praescriptas agnoscimus.* In diurno Romanæ Ecelesiæ scribitur: *Sextum Concilium generale, cui Agatho Papa per Legatos suos et responsalts [ircefuit :* Similia refert Zonaras in vita Constantini IV.

De Nic.eno II. Act. P. o*. et 7*. Petrus Archipreshyter Romanus, et Petrus Abbas S. Sabæ dicuntur tenere locum Sedis Apostolicæ : unde et ante Tarasium et omnes Episcopos sic subscripserunt : *Petrus vices agens Adrian» Papce veteris Roinee, definiens subscripsi;* et Nicolaus Papa ad Michaelem Imper, scribens inquit : *Quasi non et ipsi in Nicæa collecta; Synodo nostra fides præsederit.*

De Constantinopolitano IV. Adrianus in epist. ad Basilium Imp. scribit: *Colurnus per vestra; pietatis industriam illic numerosum celebrari Concilium, cui nostri quoque missi præsidentes, nempe Donatus et Stephanus Episcopi et Marinus diaconus etc.;* qui Act. P. rogati exhibere mandatum Papæ pro præsidentia,has litteras legi jusserunt : uude Act. 10*. prior sic subscripsit : *Ego Donatus, Dei gratia Episcopus Ostiensis, locum obtinens Adrian universalis Papæ, huic sanctæ et universali Synodo præsidens, omnia, quee superius leguntur promulgavi et manu propria subscripsi.*

Quamvis vero Constantinopolitana I. et IL quæ sine interventu Romani Pontificis celebrata diximus, exceperimus; tamen de *primo* testatur Photius L. de septem Synodis: *Haud mullo post et Damasus Episcopus Roince eadem confirmans et sentiens accessit;* qui accessus, cum altero mox anno factus videatur in Concilio Romano, ad hoc autem missi fuerint 1res orientales Episcopi, saltern in coufirmatoria œcumenici II. Synodo præsidium Pontificis habemus: de *secundo* autem scu œcumenico V. docet Synodi epistola, ad Vigilium a Patribus missa, Concilii præsidium ad Pontificem pertinere, his verbis exarata : *et ideo petimus, ut præsidente nobis vestra beatitudine, communi tractatu eadem capitula m medio proponenda et queeri et consummari, et finem quæstiuni imponi,*

113. *Objic.* Imperatores in plûrisqnc CC. cccnmenicis Orientalibus præsedeniiil:et quidem Constantinum in .\ica*no *l.prwsi^ntem* Cans. 11 . Q. 1. Can.8. ctCaus. 12. Q. I. Can. 15. enuntiant ; Chalccdonensi *Imperatores fideles ad i-rJinandum decentissime præsedissc,* hujus Concilii epistola ad Leonetti significat; Constantinum Pogonatum Constantinopolitano III. *pro Dei minis-(ftioprirfuisse,* edicunt act. P.el episl. Leonis; Generali G. VII. Irenem cum lilio,C.V11I. Basilium *præfuisse,* illud ex octava, hoc ex septima actione collidilur. In reliquis Conciliis per missos ad ea ('omîtes et Magistratus idem ab iisdem praestabatur.

R. ad Arg. D. Imperatores plcrisquc Orientis Conciliis præsederunt loco ct honore, C. auctoritate ct potestate N. vel *subd.* ad Concilium protegendum, servandum ordinem, impediendam vim ct turbas, C. ad definiendum vel statuendum in rebus fidei et Ecelesiæ, N. audiendus est hac de re ConciliiVIII. œcumenici Canon 17. *Illud autem tanquam perosum quiddam ab ambus nostris repulimus, quod a quibusdam imperitis dicitilr, non posse Synodum absque Principali præsentia celebrari ; cum nusquam sacri Canones* wnrenirc *seculares Principes in Conciliis sanxerint, sed solos Antistites.* Protcreaquid sua aut suorum missorum praesentia intenderint Imperatores, ipsi declarant. Et quidem Constantinus, ut nuper dictum, Episcopum se lanium eorum, quæ extra Ecclesiam geruntur, agnovit; et teste Rufin. L. 10.c,2. acAmbros. epist. 32. fassus est judicari se ab Episcopis debere.

Theodosius Jun. et Valentinianus dum ad Ephcsinam Synodum Candidiinum Comitem præfuturum mitterent, id significarunt fieri *ea lege et auditione, ut cum quaestionibus et controversiis quæ circa fidei Dogmata in-(ilmt nihil quidquam commune habeat ; verum ut eos submoveat qui alifid obstaculum afferre possunt : ut diligenter prospiciat, ne qua gravior discoveritatis indagationem obturbet ; tum denique quo operam det sedulam, domnibus et singulis quæ dicuntur rite perceptis, singuli inoffense quod wm fuerit in medium proponere, vel ab aliis propositum, si opus fuerit, ufdare queant.*

Marcianis Act. 6a. Concilium alloquens : *Nos enim,* inquit, *ad fidem conrwidain, non ad potentiam ostendendam, exemplo religiosi Principis Cons-'mtini, Synodo interesse voluimus* : in cujus etiam Synodi act. 3*. Cecropius edixit, *quando quadam regularia, h. e. Ecclesiastica negotia examinantur, 'vimlum canones neque judices alios vel Laicos interesse oportet.*

Gwstantlnls Pogon. in epist. ad Grcgorium Papam inquit: *Neque enim «m illis* (Episcopis) *tanquam Imperator sedebo aut imperiose loquar, sed tahpomunus ex illis: et prout· statuerint Pontifices, ego exequar.*

Bmivs demum in VIII Synodo longa oratione testatur, *non esse suum, nec ή Laici, misceri Ecclesiasticis judiciis;* subscribit post omnes Patriarchy, non definiens, sed *suscipiens et consentiens ;* præfatus antea sc debuisse 'scribere post omnes Episcopos, ut olim Constantinus, Theodosius et Marianus fecerant; hoc tamen ordine se usum, quia tali cum honore Episcopi afficere voluerint.

W.I.Nec minus honorem ac munus præsidentiæ luebantur Imperatores. Xam. 1. Constantinus in Nicæno sedebat *medio et primo* loco ; Marcianus inChalcedonensi cl Pogonatus in Constantinopolitano eminebant *altiore et* wwrioco.2. Joannes Palæologus in Florentino contendit sedere ante ipsum

Eugenium; eo quod Imperatores olim ante Patriarchas omnes cl Legatos Pontificios locum in Conciliis semper obtinuerint. 3. Senatores a .Marciano missi in Chalcedoncnsi, Act. 1*. tlilerunt primi depositionis in Dioscorum sententiam; Act. à*, petierunt examinari Leonis epistolam etc.

Λ. *I)*. .1. Tuiti etiam sunt Imperatores honorem et munus præsideutiæ cuni prejudicio Ecclesiastica'potestatis, N. sine prejudicio, C.

Ad 1. Pc Constantino Euseb. in x ita L. 3. c. 10. rem ita narrat: «Postquam « Imperator ad caput subselliorum venit, primus medius stetit, posilaqoc « auto eum humili sella ex auro fabrefacta, non prius assedit quam Episcopi « ei annuissent. » Sedes altior el summa Marciani et Pogonati dignitatem Imperatoriam designabat, minime autem jurisdictionis Ecclesiasticae prorogativam, fatentibus contrarium, ut audivimus, iisdem.

Ad 2. Acta greca hoc factum ita exponunt : « Interea lis etconlrçversia orta « est de sedibus occidentalis et orientalis Ecclesiæ. Postulabat enim Papa ut α ad unum latus Ecclesiæ sui omnes Ecclesiastici considerent, ad alterum « vero Imperator et Patriarcha cum suis omnibus, in medio porro atque ad « caput Pontifex ipse. Contra Imperator id potius Imperatoris esse quam « Papa: aiebat. Qua de re magna quæstio habita est, et lecta sunt acta Syno- « dorum. Tandem hoc inter eos convenit, ut Papæ quidem ac Pontificiis ea « pars templi daretur, quæ læva esset ingredient! ; altera vero, dextera sci- « licet, Imperatori et suis. Atque ita sedes in hunc modum collocate sunt ; « Pontificis quidem sedes ad partem illi assignatam, distans a sacro altari « passus fere quatuor: infra illam uno fere passu sedes Imperatoris Alcma- « niæ..... similiter e regione sedes Imperatori (Græco) parata fuit, deinde « Patriarchæ etc. »

Ad 3. Senatores non tulisse sententiam juridicam, sed mentis tantum sum declaratoriam, nec postulasse examen cpistolæ Lconiuæ ut judices, sed ut pacificatores, et pro Egyptiis facilius reducendis, patet quoad prius ex eorum verbis, queis *justum sibi videri* declarant, el ex conditione *si Imperatori placeret* adjecta rem suspendunt: quoad posterius autem ex indulgentia Concilii erga .EgypLios iis etiam argumentis hic contestata.

Insl. 2. Saltem Patriarchis debuerant in Conciliis Orientis cedere Legati Pontificii. Nam 1°. in Nicæno L Eustathium Antiochenum fuisse primum vel *praesidentem* scribunt Facund. Hermiaucns. L. 11. c. 1. ct Felix in epist. 5. ad Zonaratn: sedisse *primum in dextro ordine,* Euseb. in vita Constantin. L. 3. c. 2. ct Thcodoret. L. 1. c. 7. testantur. 2°. Alexandrum Patriarcham Alexandrinum *rebus in Nicaeno decisis praefuisse,* scribunt ipsi Nicæni Patres inSynodicaadEccles. Alexandrinam. 3°. AnatoliusConstanlinopolitanus,Concilii Chalccdonensis compars, aPhotioL. de septeni Synod, numeratur primo loco inter presides; aTarasio in Synod. VIL dicitur *primus Concilii jExarcha;* Actione 12'. sententiam dicit ante Legatos Pontificis. 4°. Tarasius Patriarcha Constantinopolitanus in Nicæno IL initiali oratione, agendorum propositione, decretorum confectione, cl actorum relatione, omnia præsidis munia obivit. Ergo.

Λ. .V. Ass. l.Quod Ecstathivm attinet, dicitur is primus doctrina et eloquentia, non vero auctoritate : dicitur prœsidens, non quasi primus foret ordine, sed quia inter primos, scilicet Patriarchas, qui omnes juxta Cedremuu in Cumpend. hist, et Nilum Rhoditum in libello dc Synodis dicebantur

præsso, sedebat. Ordinem et partem dextram non fuisse honoratiorem patet tum cx nupera narratione de Florentina Sessione, tum ex actione t*. Concilii Chalccdonensis. Quod vero in Sessionibus Conciliaribus pars sinistra haberetur magis honorifica , inter alias videtur hæc esse ratio prat-ipua,quia in medio consessus Episcopalis sancta Evangclia, quæ Christi Ijpuin gererent, sublimi loco collocabantur; adeoque parte sinistra sedentes ad Christi dexteram videbantur.

2. De Alexandro, originalis seu græca cpistolæ Synodicæ lectio non dicit eum rebus decisis praefuisse, sed fuisse *gestorum auctorem et participem* :qiiin d profuisse dici poterit, tum ex nuper dictis, quia Patriarcha Alexandrinus erat, tum ex *multo ejus labore,* ut eadem epist. asserit, ad tranquillitatem perArianos el Mclctianos turbatam Ecclesiæ Alexandrinae reddendam impenso; quarum turbarum, utpotc domesticarum, optime gnarus, proponere pericula et media suggerere ipse præ cæteris poterat.

3. Anatolio locum primum tribuit Photius, sive ordini non admodum attentus, sive Conslanlmopolitanæ sedis proedriæ maligne studiosus et Romana? injuriosus, ubique monumentorum fidei contrarius. Item à Tarasio vocatur primus Exarcha, non quidem respectu Romani Pontificis, sed alionimPatriarcharum respectu; cum Actio ipsa Pontificios Legatos praeponat. Denique is Act. 121. dixit primus sententiam, permittentibus id facile Legatis Pontificiis, quia spectabat causam particularem Episcoponim Constautinopolilano subjectorum; non tamen jure ad alias etiam causas extenso : unde diversitas etiam apparet in actionibus aliis.

i. Tarasio memorata fuere permissa a Legatis praecidentibus, ob eloquen- lirgreca? copiam, agendorum peritiam el prudentiam, apud Augustos gratiam,apud Orienlalcsonmcsauclorilatem; ob quas postremas rationes, etiam volentibus Legatis, omissa inter legendum fuit pars Pontificiarum litterarum, TiiASii irregularem ordinationem ac tituli usurpati arrogantiam reprehendens.

111. *Observa.* Assertio utraque his vocibus *ordinarie* vel *regulariter* restrict est ob casus quosdam singulares, quibus convocatio et præsidium Conlilionun aliis permittenda videntur : cujusinodi sunt : 1. Si sedes Romana iiccl vd morte, vel renuntiatione, vel amentia aut captivitate perpetua Pontificis,: 2. Si dubius sit Pontifex legitimus : 3. Si Papa nolorie sit hærelicus: 1. Si idem esset suspectus de hæresi, aut gravi scelere infamatus : •i.Aulsi etiam maxime Catholicus et bonus, rogatus tamen congregare Concilium, pertinaciter id facere recusaret. Circa hos casus, supposita Ecclesiæ necessitate aperta et urgente, maloque aliud quam conciliare remedium non admittente, communior sententia est, non tantum in quatuor prioribus, sed in postremo etiam Concilium convocari a Cardinalibus, aut ad horum repugnantiam a Primatibus, imo ab Episcopis mutuo hortatu in unum locum ntlucntibus constitui posse; cum Pontifex hujusmodi, ut Bellarminus L. 1. de Cone. c. 11. ex Turrccrcmala ail, de hæresi suspectum se redderet, juxta Dist. 83. Can. 3. et sequentes.

Cœlerum, eodem Cardinali monente, Concilium hoc: 1. Non foret nisi imperfectum, utpotc capite destitutum : 2. Posset in casu altero deponere, in sequentibus jam depositum declarare Pontificem, ubique autem sibi pro-

videro de certo aut novo Ecclesiæ capite : 3. Ante tamen capitis hujus constitutionem non posset auctoritate summa ac infallibili alia decernere : 4. Pontifex de crimine accusatus a jure praesidendi non excideret ; cum nec Princeps supremus desinat esse judex, licet cum ipso litigetur. Pro jure hoc exempla extant non tantum in causa Marcellini, quæ a Criticis repudiatur, sed el in Sixli III. et Symmachi judicio : quin et in Cone. Nicrno, Ephesino. Chalccdoncnsi et Constaulinopolitano Alexander, Cyrilhis, Leo cl Ignatius, Arii, Ncstorii, Dioscori et Pholii fuerunt judices legitimi, quantumvis ab his accusati et damnati.

ARTICULUS III.

Quinam sint convocandi ad Concilium Generale?

145. *Xôta.* Concilia) maxime Generalia, habere formam judicii, adeoqüe standum esse Conciliari sententiæ, non autem facere meram inquisitionem, nec decreta eorum esse æquiparanda Doctorum decisionibus, quæ tantum valent quantum ratio probat, unanimis est Catholicorum assertio : patetque ex obedientia decretis Conciliorum necessario praestanda, quam imposuit Christus, Matth. 18. v. 17. Ecclesiam audiendam praecipiens ; exegerunt Apostoli, A. 15. ct 16. decreta Hierosolymitani Concilii observari imperantes; postularunt Patres plurimorum Conciliorum, definitiones aut canones sub anathematis poena custodiri jubentes. Sicut autem in aliis, ita et in Conciliaribus judiciis, possunt intervenire alii ut judices, qui gerunt suffragium decisivunr, alii ut consultores, qui votum doctrinale seu consultalivum habent; alii ut ministri vel adjutores, qui quamvis officia quædam vel in Concilio vel circa illud praestent, suffragium tamen pro decisione causæ non edunt. Ex his; munus arcendi vim, impediendi turbas, servandi ordinem et exequendi decreta Conciliorum, Laicis æque ac Clericis facile tribuunt omnes : concedunt similiter Notariorum, Custodum aut Procuratorum aliaque officia hujusmodi iisdem posse conferri : denique nemo contradicit, quin eruditi quieumque ad discutiendas, antequam decidantur, controversias atque ad doctrinale votum ferendum tanquam consultores admitti, adcopie pro ejusmodi praestandis ad Concilium evocari, invitari aut rogari queant.

Quod itaque quaeritur, ad id tantum spectat : Quinam ad Concilium generale vocandi sint ut judices, seu ita ut in Concilio suffragium dedsivnm ferant? Ut hic Brentii aliorumque errorem Cap. jam superiore refutatum praeteream, quo ad Concilium Electi duntaxat admittuntur; Protestantes cum Luthero L. de Concil. plerique praeter Principes evocari ad Concilium postulant etiam populum, aut saltem viros doctos, quantumvis Laicos: Catholici c contra excludunt Laicos omnes; inter Clericos autem distinguunt, voluntque Episcopos solos intéresse Conciliis jure ordinario sive ex officio proprio; quosdam vero non Episcopos, scilicet Cardinales, Abbates exempt», et Religiosorum Ordinum Praepositos generales ex privilegio ct consuetudine.

116. *Dico.* Ad Concilium generale vocandi sunt Episcopi jure ordinario; quidam Clericorum ex privilegio et consuetudine ; Laiconim etiam doctorum nemo ullo titulo.

Iη>l). I4. p. Jure vocandi sunt ad Concilium gbnerale, qui Ecclesiam tum regunt, tum repraesentant, et tractandarum causarum potestatem ac jurisdictionem competentem habent : sed Praelati majores sive Episcopi jure proprio Ecclesiam tum regunt; tum rite repraesentant, et potestatem ac jurisdictionem competentem possident : ergo. *Major* palet ex paritate cum generalibus Comitiis Regni ac Rcipublicæ cujuslibet; ubi legitima rdglmintë forma liget; et ex ipsa sive Concilii sive judicii natura osldndilur, quandoquidem hic definiuntur dogmata, condemnantur hiereses, statuuntur canones. disciplina reformatur pro universa Ecclesia; praeterea autem non lanium Ecclesiarum jura ct Episcoporum controversia? deciduntur j sed et damnantur et absolvuntur rei, infliguntur pœnæ et contumaces compelluntur: quorum priora sine regimine ac repraesentatione Ecclesia?, posteriora sine jurisdictione in Ecclesiastico foro etiam externo concipi non possunt.

Minor constat similiter : quia ex Act. 20. v. 28. *Episcopi a Spiritu sancio positi sunt regere Ecclesiam Dei* : juxta Cypr. episl. 69. *Ecclesia est in Episcopo,* scilicet secundum repraesentationem et jurisdictionem : ex Matth. 18. v, 18-.*Apostoli*Apostolorumque successores *alligandi solvendique* facultatem oblinent.'

Conf. 1. Quod usus fuerit solos convenire Episcopos in Conciliis, docet Euseb. L. 5. c. 23. ubi, loquens de Conciliis supraquæslionemPaschalis temple Victoris, inquit: *Ob quam causam conventus Episcoporum ct concilia per cingulas quasque provincias convocantur.* Consentiunt reliquorum Conciliorum Acta. 2. Quod accessus ad Concilia solis Episcopis patuerit, probat tum Iil cheri.e iu ep. ad Strategum edictum, de repellendis etiam per vim a Gmcilio omnibus non Episcopis, tum Patrum Chalcedoncnsium Act. 4. contra Monachos et Laicos Concilium ingressos exclamatio : *Mitte foras superfwat Concilium Episcoporum est.* 3. Quod ad Episcopos pertineat judicare in Conciliis, ostenderunt facto Episcopi, hac subscribendi formula in Conciliis plerisquc usi : *Ego Episcopus definiens* vel *statuens subscripsi :* item ad jus provocantes declararunt Osins in ep. ad Constantium ap. Athan. in ep. d solitarios : *Tibi Deus commisit Imperium ; nobis Episcopis, qua· sunt Etdtdcrconcredidit ;* ct Ambr. ep. 32. ad Valentinianum : Si *conferendum '·fele, sacerdotum debet ista esse collatio, sicut factum est sub Constantino, pijudicium dedit sacerdotibus* etc. 4. Quod praesentibus in Concilio' solis Episcopis Ecclesia congregata inte.lligatur, testantur Euseb. L. 3. de vita Gnjtantini, qui conc. Nicænum vocat *conventum orbis terrarum ;* et Aut;. LI. dc baptismo, consensum eorumdeni Patrum *Ecclesia· totius consensum* dicit.

M. 2'. *p.* Qui nec per se qualitatem convocandis necessariam habent, necsemper vocati sunt, nunc tamen ut judices admittuntur in Concilio, ri id vocandi sunt ex privilegio et consuetudine: sed Cardinales, Abbates «empti ct Generales Ordinum per sc non habent qualitatem necessariam, rilicet jurisdictionem spiritualem pro foro externo, quia jure proprio vel nullos subditos habent, vel. *aliquas tantum,* ut I). Thomas loquitur, *submir.ierationessub Episcopis exercent :* nec semper vocali sunt, ut historia anliquonim Conciliorum docet, ct testatur Murtinus Archimandrite, actione P. Cone. Chalcedoncnsis ad subscribendum invitatus, sed respondens, *id Ep porum tantum ‹ .$♦. non suum :* Nunc tamen ut judices admittuntur in

Concilio, quia in Florentino, Lateranensi et Tridentino subscripserunt **M** mentes: ergo. *Conf.* Ex privilegio et consuetudine habent Cardinales jurisdictionem Episcopalem in Ecclesiis sui tituli : Abbates exempli ct Generale Ordinum, quasi Episcopalem in suos Religiosus : ergo supposito hoc privilegio, accedente etiam consuetudine, ad Concilium sunt vocandi: ut totius Ecclesiæ repraesentatio, suorum etiam fidelium subditorum ratione ac respectu, obtineatur.

Prob. 3·. *p.* Laicorum nullus, cujuscumque sit conditionis aul dignitatis, pastor aut rector est Ecclcsiæ, sed ovis ac subditus ; nullus gerit vicemEcclcsiæ docentis aut praecipientis, sed discentis pars est ct obsequentis; nullus habet jurisdictionem in foro Ecclesiastico, utpote spiritualem: ergo nullus conditionem ullam habet ad judicem in Conciliis generalibus agendum: ergo non est vocandus. *Conf.* Jus hoc non competere Laieis, Imperatores confessi sunt verbis (num. 113) in resp. ad arg. allatis, confessi sunt (actis, dnm post Episcopos subscripserunt, non ut definientes, sed tantum ut suscipientes aut *consentientes :* confessi sunt silentio, dum locis nuper laudatis objectari sibi permiserunt, Constantinus quidem ab Oslo : Ac *tc immisceat rebus Ecclesiasticis, neque nobis in hoc genere priceipe: sed potius ea a nobis disce;* ct Valentinianus ab Ambrosio : *Quis est, qui abnuat, m causa fidei Episcopos solere de Imperatoribus Christianis, non Imperatores de Episcopis judicare ?* Ergo.

147. *Objic.* In Concilio Hierosolymitano in causa legalium congregato, Aci. 13. v. 6. dicitur : *Convenerunt Apostoli el seniores videre de eerbo hoc;* ct v. 22. *Tunc placuit Apostolis et senioribus cum omni Ecclesia.* In decretis autem Conciliorum posteriorum sæpe legitur: *Sacro approbante Concilio,* vel *de Fratrum nostrarum consilio :* ergo vel Laici etiam vocandi sunt, vel nec Episcopi sunt judices in Concilio.

Λ. *ad Arg.* 1. .V. *Cons.* In utroque versu per *seniores* intelligi possunt Episcopi, acceptione etiam alibi in nov. Test, usurpata; in postremo autem interventus Ecclcsiæ seu populi non spectabat definitionem aut decretum Concilii, sed electionem tantum nuntiorum, cum Paulo ct Barnaba Antiochiam mittendorum.

/1.2. *D.* .t. Convenerunt videre dc verbo, el placitum sibi ostenderunt diversimode, scilicet Apostoli tanquam judices ad ct per definitionem, seniores seu sacerdotes tanquam consultores ad ct per discussionem ac consultationem, Ecclesia seu populus tanquam auditores ad ct per acclamationemct acceptationem, C. æqualiler, ita ut omnes tanquam judices controversiam definiverint et dederint legem,.N. Palet resex ipso contextu. 1. Enim Apostolos ac seniores tantum vocatos esse ad Concilium constat ex priore versu, nullam populi mentionem faciente: 2. Apostolos tantum egisse judices inde liquet quod Pelius, postea Paulus ct Barnabas, tandem Jacobus soli dixerint sententiam, tacentibus reliquis : 3. Seniores discussioni duntaxat adhibitos fuisse, colligitur ex v. 7 : *Cum* aident *magna conquisitio fieret, surgens Petrus (liait ad cos;* et post interpositam Petri orationem ex subjuncto v. 12: *Tacuit autem omnis multitudo* : demum k Pupulum ad neutrum sulhagii genib admissum esse deducilui tum ex solo ejus concursu ad electionem nuntiorum memoiatam, tum quia in litteris mox subjectis ct decretum proponen*

lilnis mentio nulla lit populi, sed Apostolorum; ubi licet addantur etiam seniores, id tamen de interventu consultative secundum dicta exponendum est.

Quod *formulam* in Conciliorum Occidentalium decretis posterioribus usurpatam allinet, ea consuetudo imprimis coepit primum in Cone. Lateranensi III : dein ob praesentiam Papie ad demonstrandam ejus in judicando eminentiam inducta est: demum non excludit judicandi in Episcopis facultatem el usum, sed subordinalum Pontifici exercitium indicat.

lust. 1. Cap. 19. de H. J. in G. *Quod tangit* (qualis est res fidei ac disciplinæ) *omnes, ab omnibus debet approbari :* Ex ep. .Nicolai I. ad Michaclem Imp. *Cbinam legistis Imperatores synodalibus interfuisse, nisi forte in quibusdam, ubi de fuie tractatum est, quæ ad omnes pertinet Christianos?* Ex Ambros. cp. 32. *Causam fulci in Ecclesia agendam quis abnuat ? Si quis confidit, huc reniai..... Iste populus judicat, cujus in corde lex divina est.* Ergosummi infimique laici jus ad Concilium habent.

/L Quoad I. *D.* Quod tangit æqualiler omnes, C. quod inæqualiter tangit, suW. debet approbari a singulis, vel singulis eadem ratione agentibus, N. a singulis, vel qua omnibus seu a repræsentantibus communitatem, vel singulis propria cuilibet ratione agentibus, C. paritas cum exercitu vel republics datam illustrat distinctionem, secundum quam, ex dictis, Episcoporum tanquam repræsentantium Ecclesiam solorum negotium est concilium ; id porro geritur quidem a pluribus, sed ab Episcopis ut judicibus definientibus; a viris doctis ac rerum Ecclesiasticarum peritis ut inquirentibus, disputantibus et consulentibus; a reliquis ut audientibus, acquiescentibus et exequentibus.

d(/2. *R.* Similiter, a Nicolao assertum esse interventum Imperatoris, non ut judicis, sed ut adjutoris, defensoris et execuloris.

.id 3. *D.* Ad fidei causam in Concilio, maxime generali, agendam convenire potest quilibet, ethic populus judicat simpliciter, aut judicio definitionis, N. Ad fidei causam in concertatione quadam agendam convenire potest quilibet, ct populus hic judicat judicio electionis, T. Agit hic Ambrosio» dc Disputatione cnm Auxentio Ariano, quam Imperator itidem Arianus volebat institui in palatio, ille vero suscipiendam contendit in Ecclesia, pro more majorum, et a sacerdotibus ; quandoquidem certamen penitus declinare circumstantia; non sinerent. Coctorum non aliud quam assignatis a nobis judicium permitti ab Ambrosio probant verba mox subjecta : Aon *ut quisquain judex resideat, sed unusquisque de suo affectu habeat examen, digal quem sequatur;* alludendo ad L. 3. Rcg. 18. v. 24. Eliæ dictum.

fast. 2. Nisi laici etiam vocentur, Concilium generale non repræsentat Ecclesiam universam : quin ex Gratiano Cans. 3G. Q. 2. Can. 11. unius Hieronjmi auctoritas, sacris litteris munita, præjudicavil Concilio generali: denique privatum resistere posse toti Concilio, et illius sententiam melius fundatam esse proponendam, docent Gerson dc Doclrin. examin. p. 1*. et Panorm. in Gap. *Significasti* de Electionibus.

H. Ad 1. *X.seq.* Sicut enim Princeps suum populum, sic pastor suas oves d Episcopus Ecclesiam suam repræsentat : quia ergo aliqua multitudo Episcoporum représentât universitatem pastorum, eadem etiam représentai universitatem ovium, et sic Ecclesiam universam.

dii 2. .V. .ls$, Gratianus non loquitur comparative ad Concilium generale,

sed ad particulare, nempe Aquisgranense; et adducit textum, qui vel noti ëxtat in Hieronymi operibus, vel antiquatam legem referi, atque hincoppositionem non facit.

Jd 3. /?. Panormitanum et Gersoncm vel hæc enuntiare tantum condilionale, ad morem Pauli ad Galat. I. v. 8. loquentis, quin ex hypothesi liceat transire ad statum absolutum, illum asserendo : vel loqui dc resistentia, quæ aut ante decisionem et tempore discussionis, aut post decisionem in casti Concilii illegitimi fieri potest.

I 18. *Observa.* Quod numerum Episcoporum pro Concilio generali attinet, requiritur quidem ul convocatio facta innotescat omnibus, saltem Provinciis majoribus, reipsa conveniant absolute multi, et nullus ex toto orbe Episcopus. jurisdictione propria gaudens, non excommunicatus, excludatur :Non requiritur tamen 1. ut omnes omnino totius orbis Episcopi adsint, etiam per Procuratores; cum hoc fere impossibile sit, nec unquam factum : nec numerus eorum certus aut definitus requiritur; cum illum neque Scriptura, neque Traditio, neque lex aut usus determinaverit : nec 3. ut insigniter aut eminenter multi sint Episcopi; cum retate eadem Nationale pra? Generati, ut tempore Arr.rsTi.xi Carthaginense præ Constantinopolitano 1. inveniatur numerosius : nec i. ut aequali aut proportionate numero ex Oriente et Occidente Episcopi confluant; cum Conciliis Orientalibus pauci tantum Occidentalium Legati, Occidentalibus pauci Orientales adfuerint : nec 5. ul Palriarchæ vel Primates comparcant; cum Ephesinum sine Patriarcha Antiocheno Nestorium, Chalccdoncnse sino Alexandrino Eutychem damnarint : nunc autem Orientales omnes schisma aut hærcsis ab Ecclesia Catholica. abstraxerit.

ap.tic vi.vs iv.

Quando, el quantam Auctoritatem habeat Concilium Generale?

119. *Nota.* Proposita qirestio versatur non tam de Concilii causa seu Patribus quam dc ejus effectu seu Actis. Neque tamen sermo est dc Actis quibuscumqué, quales sunt sive collationes, disputationes aut deliberationes Patrum incommuni; sive allegationes, probationes, dicta aut facta Patris alicujus in singulari : sed dc conclusis, statutis ac decisionibus, quocumque nomine,seu symboli, scu definitionis, seu sententiæ, seu decreti, seu canonis, seu termini, scu analhcmatismi propositis. Neque rursus de his omnibus.ad quamcumque materiam diffusis, agitur; sed quemadmodum in Cap. de Ecclesia feceramus, prout restringuntur ad materiam fidei, morum ct factorum dogmaticorum.

Tandem ne omnes quidem decisiones etiam hujus generis ac materi® huc referuntur, scâ illæ duntaxat quæ sunt pcrspicuæ, positivæ el ccrtæ, h. c. rem pro certa enuntiantes : quandoquidem si aut ambiguus sit sensus, aut res ipsa esse vel non esse haud affirmetur, aut intra opinionis vel probabilitatis limites sententia sc contineat, auctoritate summa, dc qua hic quæritur, hujusmodi decisiones pollere non posse, per sc est manifestum. Atque hinc lauta cum auctoritate definitas a Tp.id ext ix o non esse quæstiones sive de immediata Epis· >p.du> institutione Sess. 23. Can. fi., sive dc Matrimonii per adulterium indissohibilitate Sess. 21. Can. 7. statuunt plures :

neque a Viennensi Deer. 1. quaestionem de efficacia Baptismi parvulorum terminatam fuisse, concedunt omnes.

Porro quantitatem auctoritatis ad mensuram certitudinis comparamus, ut adeo summa auctoritas sit certitudo tatis, qua Concilium infallibile, decisiones ejus irrefragabiles el irreformabiles sint ac audiant. Tὺ *quando* non lain ad temporis duralionem quam factum confirmationis refertur, sic nempe ut quaestionis per hanc particulam formalæ sensus sit, an ad auctoritatem Concilio generali propriam tribuendam requiratur Conciliares decisiones a Pontifice confirmari? Potest autem confirmationis nomine intelligi 1. vel mera accessio ad Patrum judicium, qua Pontifex ut pars Concilii consentit decisioni ; 2. vel declaratio legitimi Patrum judicii, qua idem ut prases aut judex Patrum exponit decisionem esse legitime factam; 3. vel corroboratio seu impertita Patrum judicio auctoritas, qua Pontifex ut caput supremum cl Ecclesiæ Princeps decisioni tribuit vim obligandi.

De postrema confirmationis specie hic necdum agitur, sed de alterutra ex praecedentibus, an una saltem ad auctoritatem Conciliis generalibus conciliandam requiratur ; cum *confirmatio auctoritativa* ad superioritatem sive Concilii sive Pontificis spectet, quæ Cap. seq. examinabitur.

150. *Dico 1.* Ut auctoritatem sibi propriam habeat, Concilium generale debet esse a Pontifice confirmatum. *Prob.* Concilium generale propriam sibi auctoritatem non habet, nisi quatenus rcpiwsental Ecclesiam universam : sed nisi aliquo ex prædictis modo Concilium a Pontifice confirmetur, id Ecclesiam universam non repraesentat : cum corpus Ecclesiæ hic esset sine rapite, utpote nec per accessionem nec per declarationem, nec per corroborationem præsente aut concurrente : ergo.

Conf. I. ex Jure. Necessarium esse auctoritatis Pontificiae interventum, ut Conciliis firmitas ac vis concilietur, declarant Julius I. apud Socral. Lib. 2. c. 13. dicens : *Canon Ecclesiasticus vetat ne decreta absque Romani Episcopi alentia Ecclesiis sanciantur ;* Gelasiusl. L. dc anathem. *Quod firmavit in 'ynodo sedes Apostolica, hoc robur obtinuit : quod refutavit, habere non potuit firmitatem;* Sixtus III. in ep. ad Epp. lllyr. *Nec his constitutis, quæ præter preeeeptanostra Orientalis synodus decernere voluit, credatis vos teneripræter iJ quidem quod de fide nobis consentientibus judicavit;* Pelagius Π. in ep. 4. ad Epp. cum Joanne Constantinopolitano non congregatos: *Multis Apostolitis et Ecclesiasticis instruimur regulis, non debere absque sententia Roani Pontificis Concilia celebrari ;* Nicolaus 1. in ep. 8. *Non ergo dicatis non eguisse vos in causa pietatis sedis Romance, (pice collecta Concilia sua auctoritate finnat, sua moderatione custodit ; unde quædam eurum quæ consensum Romani Pontificis non habuerunt, valetudinem perdiderunt.* Testatur idem ferrandus in ep. ad Anatolium : *Sed quo iret, aut ubi majores in Ecclesia judices reperiret, ante se habens in Legatis suis sedem Apostolicam, qua contendente quidquid illa definivit synodus, accepit robur invictum* ? Hincmarus L. dedivor. Lothar, et Theut. *Apostolica sedes et comprovincialium et generationi synodorum retractat ct confirmat judicia, sicut epislolæ Leonis atque Gelasii, calerorumque Romanorum Pontificum et Sardicensis synodus evidenter ostendunt.* Balramnus L. 4. adv. opposita Græcorum : *Quæcumque Concilia Sedis Aposlqlicæ sententia roborata sunt, rata manserunt : quæ vero*

damnavit, -pro nihilo reputata fuerunt, nec auctoritatem ullam habere potue. runt. Similia reperies apud alios. | H

Conf. II. ex factis. Ecclesia non admisit tanquam generale legitimum, nisi quod Romanus Pontifex contlrmarit; ul patet cx historia Conciliorum œcuinenicorumMvpiOkivit tanquam illegitimum, quod Pontifex reprobavit; ut liquet in Ariminensia Damaso, et Ephesino latrocinio a Leone, indeque ab Ecclesia reprobatis: partim approbavit, partim improbavit, pro diversa ratione Pontificis ad Concilii canones se gerentis ; ut constat ex Greg. M. L. G. ep. 31. de Cone. Constantinopolitano loquentis : *Romana autem Ecclesia eosdem canones vel gesta synodi illius hactenus non habet nec accipit tin hoc autem synodum eam accepit, quod est per eam contra Macedonium definitum etc.* Ergo.

Conf. HI. ex Conciliis de jure et facto testantibus. De Concilio I. testatur epistola Syn. Rornanæ an. 18L sub Felice HI. scripta: *Trecenti octodecim Patres apud Nicceam congregati, sequentes dominicam vocem, confirmationem rerum in ea gestarum atque auctoritatem sanctæ Rornanæ Ecclesiæ detulerunt*

De C. II. Photius supra laudatus : *Quibus haud multo post et Damasus Episcopus eadem confirmans atque sentiens accessit.*

De C. III. Relatio Concilii actioni 5ie adjecta sic loquitur : *Quia autem neces» est, ut omnia, quæ consecuta sunt, sanctitati tuæ significentur, non potuimus non scribere.*

De C. IV. Epistola Patrum ad Leonem missa : *Rogamus, et tuis decretis honora nostrum judicium. Omnium gestorum vim vobis insinuavimus ad probationem nostræ sinceritatis, et ad eorum, quæ a nobis gesta sunt, firmitatem et consonantiam.*

De C. V. lægatio synodi missa ad Vigilium, et præfatio sententiæ contra tria capitula, ad consensum Vigilii provocans : *Quia contingit Vigilium religiosissimum, in hac Regia urbe degentem, omnibus intéressé, quæ his tribus capitulis annotata sunt, et tam sine scriptis, quam in scripturis, ea setpius damnasse etc.*

De C. VI. Epistola ad Agathoncm data : *Orthodoxe? fidei splendidam lucem vobiscum clare prædicavimus, quam ut iterum per honorabilia vestra rescripta confirmetis, vestram oramus paternam sanctitatem.*

De C. VII. Epistola Tarasii ad Adrianum I. qua, præter gesta Concilii, narratur Pontificem ad petitionem Imperatorum misisse legatos ad faciendam Synodum universalem, Patres per suas litteras tanquam spiritualia edulia in regalibus comis refecisse, et ad rectitudinis el veritatis semitam ostendisse.

DeC. VIII. Epistola synodica ad Adrianum II. *Omnium nostrum conventum et universalis hujus synodi consensum ad consonantiam recipiendum prædica: eum magis ac magis veluti proprium solidius confirma evangelicis prtreeptionibus et admonitionibus vestris.*

De Occidentalibus Conciliis res aperta est; cum iis omnibus ipsi Pontifices praesederint, excepto Tridentino, sed cujus Patres in sessione ultima confirmationem a Papa petendam disertis verbis edixerunt.

151. *Objic.* Concilium generale, <fuani habet, auctoritatem 1. derivat Immediate a Chri*to, ul ip>a Concilia asserunt : 2. pro more aliorum coetuum

oamdem nanciscitur ex majore parte suffragiorum : 3. earndem statim exercet definiendo sub anathemate doctrinam, et excqiiitur etiam, deponendo, nui aliis poenis alliciendo discrepantes : ergo confirmatio Pontificis, quocumque modo considerata, non est necessaria.

IL ad Arg. quoad 1. *I).* Concilium generale completum et perfectum, quale est illud quod unitur el consentit cum Pontifice, habet et derivat auctoritatem immediate a Christo, C. incompletum et imperfectum, quale est Concilium vel diversum aut dissentiens a Pontifice, vel necdum confirmatum, N. ejusmodi enim Concilium vel moraliter vel physice est acephahim; in quorum'casu priore nunquam, in posteriore autem raro duntaxat et in eventibus num. 144. expressis auctoritatem Christi et Spiritus sancti assislentiam promissam habet.

/Id 2. *D.* Nanciscitur auctoritatem cx majore parte suffragiorum cum Pontifice conjuncta, C. disjuncta a Pontifice, N. quamvis Concilii Patres sint vere judices, subordinati tamen sunt Pontifici ; atque hic non ut primus inter pares, sed ut Princeps et lanquam caput et pars præcipua ad constituendum generale Concilium concurrit : unde sine eo constitui nihil pro summa auctoritate potest; atque vel discrimen a communibus coetibus elucet, vel translata ad Procerum cum Rege conventum paritas rem nostram declarat.

Ad 3. *D.* Exercet et exequilur auctoritatem tum independenter tum infallibiliter, N. vel dependenter vel fallibiliter, C. nisi praecesserit jam sententia aut definitio Pontificis, decreta Concilii, quoad vim et efficaciam errare nesciam, pendula sunt ab auctoritate Pontificis, et ad ejusdem confirmationem referuntur, sicut judicis inferioris sententia in reum mortis dicta ad superioris judicis provocati sententiam confirmatoriam. Hoc tamen non impedit quominus in rebus disciplinae, aut aliis assensum fidei haud exigentibus causis, jam ante confirmationem Pontificiam debeat Concilio praestari obedientia ; cum etiam judicis sententiæ et magistratus legitimi mandato, quantumvis fallibili, teneantur parere paries ac cives, et refractarii possint puniri.

Inst. 1. Concilium generale, saltem cum Legatis Apostolicis, vices Pontificis gerentibus, celebratum repraesentat universam Ecclesiam : ergo hoc ipso juxta promissum Christi, quod portae inferi non praevalebunt adversus Ecclesiam, decreta ejusdem rata sunt et firma, nec indigent confirmatione Pontificia.

Λ. *D.* Cone, generale saltem cum Legatis Apostolicis et vices Pontificis gerentibus,instructione etiam ejus munitis et secundum illam judicantibus, celebratum repraesentat universam Ecclesiam, T. cum Legalis vel instructione Pontificia carentibus, vel eam non sequentibus celebratum, N. Legatos Apostolicos ad Concilium aliquando missos sine instructione plena et ad omnium definitionem sufficienti, maxime ubi plura decidenda erant, aliquando autem cum illa singulis quaestionibus correspondente, ubi scilicet pauciora decernenda fuerant, eosdem etiam subinde praevaricatos esse, el contraria suæ instructioni judicasse, ex historia et Conciliorum actis manifeslnm est.

In primo et tertio casu,cum ut Legali vel auctoritate ac nomine sui Principalis non agerent, nec unire Concilium cum Pontifice, nec repraesentare

universam Ecclesiam poterant : in secundo autem, quamvis Pontificem expresse Concilio consentientem habeamus, et sic requisito a nobis modo confirmatum sit Concilium, ideoque videatur repraesentare universam Ecclesiam, sunt tamen non pauci qui ratihabitionem Pontificis adhuc exigant: vel ut Ecclesiæ innotescat rite omnia et juxta Pontificis mentem fuisse acta; vel ut definitio infallibilis habeatur; cum Pontifex Legatis conferre nequeat infalfibilitatis privilegium, quod dignitati supremi Ecclesiæ pastorisct Pontificatui summo est annexum: unde primum distinctionis membrum datum duntaxat fuit. Atque eodem sensu iulelligenda est promissio Christi, quæ etiam Ecclesiam non qualemcumque, sed in Petra ædiücatam et junctam cum suo capite afficit.

Inst.i. Concilium Constanlinopolitanum I. in cpist. Synodali Theodosium Seniorem, Ephcsinum Aci. ull. Theodosium Juniorem, Constantinopolitanum 111. Act. 17. Constantinum Pogonalum rogarunt confirmationem actorum; praeterea Constantinus Magnus, Marcianus, Justinianus et Basilitis confirmationem Conciliorum ediderunt; quin tamen inde inferri possit necessitas confirmationis Imperatoriae : ergo ex factis similibus statui nil potest pro confirmatione Pontificia.

Λ. .V. *Cuiis.* Eadem disparilas est, quam supra dedimus de convocatione ab Imperatoribus facta. Consensum enim illi ac confirmationem cum rogali sunt, tum dederunt, ad firmitatem canonum externam procurandam, exeeulionem urgendam, violationem prohibendam aut plectendam; minime autem ad valorem, vim jusque obligandi illis tribuendum.

132. *Dico II.* Concilium generale a Pontifice confirmatum habet auctoritatem summam, qua ipsiun est infallibile, ejus autem decisiones irrefragabiles. *Drob.* Congregatio multorum auctoritate Christi collecta, corpus Pastorum ac Rectorum Ecclesiæ, cœtus constitutorum a Christo Doctorum, ipsaque Christi Ecclesia habet auctoritatem summam, infallibilis est secundum se,, et irrefragabilis secundum suas decisiones.

L Etenim patet ex Matth. 18. v. 20. *Ubi sunt duo vel 1res congregati in nomine meo, ibi sum in medio eurum ;* quæ verba secundum contextum afferuntur pro ratione cur audienda sit Ecclesia in correctione peccantium, nec contemnenda sententia Praelatorum Ecclesiæ condemnaloria, vel absolutoria, nempe propter assistentium divinam; ideoque pro auctoritate Conciliorum generalium usurpata sunt a Cone. Chalcedonensi in ep. ad Leonem, a Constantinopolitano 111. Act. 17. et Toletano 111, item a Cyrille Alex, in expositione symboli, a Coelestino 1. in cp. ad Cone. Ephcsinum, et Dist. 20. Can. 3, qui tribuitur Innocentio I. Pontifici : sive facto argumento a minori ad majus, pro obtinenda ad congregatorum preces sapientia negotiis commensurataet necessaria: sive usurpato nomine Christi non pro line ct animo bono, sed pro auctoritate ac potestate.

2. Colligitur ex Luc. 10. v. 1G. *Qui vos audit me audit : et qui vos spernit me spernit;* elad Hebr. 13. v. 7. *Mementotepræpositorum vestrorum, qui i obis locuti sunt verbum Dei;* ac v. 17. *Obedite preepositis vestris et subjacete eis; ipsi enim pervigilant, quasi rationem pro animabas vestris reddituri ;* quouun docti inam ac fidem dum sequi sub salutis periculo jubemur, certam ac infallibilem illam esse oportet,

3. Constat ex Mallh. 28. v. 19. ct 20. *Docete omnes gentes... docentes eos servari omnia quacumque mandavi vobis : et ecce ego vobiscum sum omnibus Mus usque ad consummationem secuti ;* Item Joan. 14. v. 16. *Paraclitum dabit vobis, maneat vobiscum in alternum ;* ct 16. v. 13, *Spiritus veritatis docebit cos omnem veritatem :* rursus ad Ephes. 4. v. 11. *Ipse dedit quosdam quidem Apostolos... alios autem pastores ct doctores;* el v. 14. *ut jam non simus parvuli fluctuantes ct circumferamur omni vento doctrinæ in nequitia hominum, in astutia ad circumventionem erroris.*

4. Ex nuru. 107. demonstratum patet.

Atqui Concilium generale, a Pontifice confirmatum, est imprimis congregatio mullorum auctoritate Christi collecta; quia Pontifex ut Christi vicarius banc auctoritatem, si non per convocationem aut præsidium, saltem per confirmationem communicat, adeo ut Concilium ejusmodi etiam usurpare possit illud Act. 15. v. 28. *Visum est Spiritui sancto et nobis :* Tum est corpus Rectorum ct Pastorum Ecclesiæ juxta Act. 20. v. 28. *Attendite vobis et universo gregi, in (pio vos Spiritus sanctus posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei;* et 1. Petr. 5. v. 2. *Pascite qui in vobis est gregem Dei :* Tandem est coetus constitutorum aCbrislo Doctorum quia Episcopis ex epist. 1. ad Timolh. 6. v. 20. et epist. 2. cap. 1. v. 13. *Custodia depositi boni, forma sanorum verborum, devilatio vanarum novitatum et oppositionum falsi nominis scientiæ* a Paulo est demandata; a Christo autem positi illi sunt Pastores et Doctores ad Ephes. 4. v. 12. et 13. *Ad consummationem sanctorum in cedificationem corporis Christi, donec occurramus omnes in unitatem fidei et agnitionis Filii Dei* : Demum est ipsa Christi Ecclesia, sicut congregati cuin Salomone Principes Tribuum et Duces familiarum Israel 3. Reg. 8. v. 14. dicuntur *omnis Ecclesia Israel,* et Status Imperii cum Imperatore collecti repræsentant Imperium : unde et Marimus V. in decreto Episcopis et Inquisitoribus inscripto, et sub finem Concilii Constantiensis inter alia ad lentandam suspectorum fidem quaerenda dato, hanc interrogationem proposuit : *Utrum credat, teneat et asserat quod Concilium generale quodlibet universalem Ecclesiam repræsentet.* Ne quid repetam de Patribus, qui sicut Ecclesiam in Episcopis, ita Concilium generale conventum orbis terrarum, et consensionem totius Ecclesiæ dixerunt. Ergo.

Cmif l. Ex Patribus. Concilium generale 1. est *judicium irretractabile,* ev Leonis epist. 50. 01. 62. 65. ex Cone. Ephesino circa finem, ct Chalcedon. Ad. 5. Can, ultimo: *Omnem dubitationem removet* ex Augustino L. 1. de Bapt. contra Donat, c. 7. et 11. ac L. 2. c. 7. : J6eo *appellari non potest* ex Albauasio in epist. ad Epictct. ct Marciano L. 4. Cod. de summa Trinitate : *Abeo damnati aut diversi habentur lucretici* ex omnium Conciliorum actis, Nazianzeno epist. ad Clidonium, Leone epist. 17. et 78, Basilio epist. 28. etc.

2. Concilium generale est *congregatum a Spiritu sancto* ex Nazianzeno Orat, in Alhan. Leone ep. 37. et ipsorum Conciliorum effatis : edit decreta *a Spiritu sancto inspirata* ex Leone epist. 53. et Nicolao 1. in epist. ad Imper. Michaelem : habet *auctoritatem divinam et Evangeliis parem* ex Athanasio inepist. ad African. Cyrill. L. 1. deTrinil. Gregor. M. L. 1. epist. 24. ; *pro ru moriendum potius quam ab eo discedendum* ex Ambrosio epist. 32. Ilieron. L. contr. Lucifer, et Victore Afric. in Libris de Vandal, persecutione.

Conf.H. Ex Ratione. Si Concilia generalia non pollerent summa auctori-

tate, deficeret providentia Christi in gubernanda sua Ecclesia; nullum esset firmum Ecclesiæ judicium ; tolleretur medium decidendi controversias fidei, componendi schismata, tradendi doctrinam necessariam ; abesset certitudo de Scriptura libris pluribus et traditionum auctoritate; plures fulci articuli jam non constarent ; damnatæ hærescs redirent ad suum dubium prius; omuiaque Concilia hactenus errassent, usurpando auctoritatem sibi minime competentem : hæc autem omnia aut absurda sunt aut incredibilia, ergo.

153. *Ot>jic.* Dicta Patrum detrahunt auctoritati Conciliorum. GiOgor.Nazianzenus enim in epist. ad Procop. scribit, se *nullius Concilii vidisse kelwn faustumque exitum:* Augustinus L. 3. contr. Maximin, c. 14. ait: .Yecepo *Nicænum, nec lu debes Ariminense, tanquam præjudicaturus, proferre Concilium: nec ego hujus auctoritate, nec tu illius detineris.* Idem L. 2. de Bapl. c. 3. asserit *Concilia plenaria priora a posterioribus emendari:* Isidorus contra L. 3. Prolegom. c. 13. statuit, *in discordia Conciliorum, illius Concilii magis tenendam sententiam, cujus aut antiquior, aut potior extat auctoritas:* demum Leo in epist. 35. ad Pulcher. *Ambitionis ac superbire* notat Chalcedonense, quantumvis illud pro legitimo agnoscat.

Λ. *ad Arg.* .V. Jw. Ad textus Patrum R. Greg. Naz. Orat. 21. ct 49. in laud. S. Athanas. magni facere Cone. Nicænum, interfuisse etiam lubentem Constantinnpolitano l. ut ex oratione 321 ibidem dicta apparet: unde manifestum fit allata verba non pertinere ad Concilia generalia, sed ad particularia et illegitima ac Arianorum, quæ plurima omne illud tempus memoratis duobus generalibus interjectum turbarunt.

Priora Ave„ verba prateritionem argumenti in disputatione elformant, assertum non negant. Cum enim is Nicænum ibidem laudasset, Maximinus autem Ariminense opponeret, ne in veritate illius et falsitate hujus ostendenda tempus tereretur, Augustinus per compendium acturus, hac disputatione, omissis Conciliis, ad argumenta ex Scripturis proferenda transivit.

Posteriora Avg. dicta vel pertinent ad Concilia tantum nationalia, quibus nomen plenarii alias etiam tribuitur; xel in Conciliis quidem generalibus ad judicia solum in factis particularibus et rebus meræ disciplinae, non autem in quaestionibus fidei et morum. Additur enim emendationem priorum a posterioribus fieri, *cum aliquo experimento aperitur quod clausum erat.d cognoscitur quod latebat:* conferunt autem experimenta ad declarandas res facti aut discipline, non item ad fidei ct morum dogmata.

Isidores etiam dc Conciliis particularibus, quorum unum Ancyranum nempe affert, ac de rebus discipline pœnitentialis loquitur. Neque tamen antiquiora præferens omnino repugnat Augustino posteriora anteponenti: quia non ad solam temporis differentiam Concilia confert, sed ct ad confirmationem, vel usu, vel illatione in codicem canonum faciam, quæ antiquis plerisque, signate autem Ancyrano hic in controversiam adducto, convenit.

Quod Leo improbaverat in Cone. Chalcedonensi, erat canon de proedria Patriarchæ Constantinopolitani, nec consciis Legatis Pontificiis factus, neca sede Apostolica tunc confirmatus; cujusmodi error infallibililali a nobis assertæ non adversatur.

Inst. 1.Facta plures Conciliorum errores demonstrant. Nam Concilium Judæorum Maic. 14. cl Joann, 9, memoratum circa Christi divinitatem ac

in re ad fidem pertinente erravit : Nicænum L Can. 11. male damnavit eos, qui ad militiam redibant; In Constantinopolitano L decernitur secundus locus (Jonstantlnopolitano Patriarcha· contra canonem Gqm Nicæni procedentis: Canones Concilii sexti plures vitiosi sunt ct ab omnibus improbantur: Meremini II. circa definitum sanctorum cultum prædamnatum est a priore Constanlinopolitano sub Copronymo, el reprobatum a posteriore Francofvrdiensi.

Λ. .Y. *Ass.* quod illata exempla haud probant : nam Concilium hoc *Judaicum,* tametsi libcraliler permittatur fuisse generale et Synagogæ etiam tribuatur inlallibilitas, errasse, tamen haud mirum videri debet; cum desineret tum Synagoga, et Christi Ecclesia coepisset ; praeterea vero Christus se esse Messiam, non infallibili Synagogæ testimonio, sed apertis miraculis demonstratum venerat.

Xictenum non damnat absolute militiam aut hanc sequentes, sed vel cos tantum qui signo militke deposito signum conversionis ad fidem dedissent, resumpto autem ad idololatriam se reverti indicabant : vel eos poenitentiae novre laboribus subjiciebat, qui cingulo, quod in aditu pœnitentiæ posuerant, rursus accepto ad militiam redibant, ut molestiis pœnitentiæ inchoatæ eximerentur.

Constantinopolitanum non minus, ac alia in similibus circumstantiis, sine detrimento theseos nostra errare posse, ad Leonis textum respondentes, jam declaravimus. Canones *Quini-sexti* seu Trullani vel confecti sunt sine ullo interventu Pontificio, adeoque ad œcumenicum Concilium non pertinent: vel illorum editioni interfuerunt Legati Pontificii, tum in Oriente versantes, utAnastasius Bibliolhecarius innuit; aut saltem Basilius Gortyrensis tanquam locum tenens Synodi sanctæ Romanæ Ecclesiæ reipsa subscripsit, ut aliquaacta ostendunt; sed tunc factum id fuit sine mandato Pontificis, quin contra ejus voluntatem, quam teste Beda L. de sex Ætat. et Platina in Vit. Pontif. Sergius I.statim, Joannes Vili, postea contrariam declararunt; ideoque nireusœcumenica auctoritate hi canones carent. Cæterum canones hos addici Concilio sexto, cum sint proprii Trullano duodecim annis posteriori, error est ex historicis aliunde patens.

Nicæni II. dogma circa imaginum cultum verum est et sacrum, Constantinopolitaniautem sub Copronymo doctrina est hæresis,Francofordiensis discrepantia error ex sinistra interpretatione ortus est : unde nec posteriorum oppositio cum priori, nec horum tanquam nalionalium aberratio infallibililati œcumenicorum Conciliorum obest.

Inst.i. Ratio auctoritatem Conciliorum fluxam ostendit. Sic enim arguitur: Ut Concilium generale auctoritatem habeat legitimam, debet esse cœtus Episcoporum fidelium : congregatis adesse oportet Spiritum Sanctum; decreta legitime fieri est necesse: sed Inm plane incertum est: cum constare nequeat &oratione,baptismo, el fide interna Episcoporum: 2um valde dubium est; tum congregati magnam pariem sæpius fuerint impii aut vani, quibus Spiritus Sanctus adesse haud solet: 3“m controversum est, cum ex sola historia, eque inultis crisibus obnoxia, habeatur; ergo.

Λ. .Y. .1. Ad prob. quoad 1. *D.* J/. Ct Concilium generale legitimam auctoritatem habeat, debet esse cœtus Episcoporum fidelium, vel reipsa, vel apparenter talium, C, necessario reipsa talium, N. M. et similiter distincta

minore, consequentiam. Equidem ob curam, quam Ecclesiæ Deus habet, H providentiam, qua suaviter omnia disponit, credimus nunquam permittendum, ut generale Concilium confletur vel omnino, vel pro majori parle, « illegitimis aut infidelibus Episcopis, edat ve contra propriam sententiam decreta omnino catholica: facto tamen hujusmodi supposito, certi sumus et eadem Dei cura, providentia et pollicitatione assistentium Spiritus saucii, principaliter in Ecclesiæ commodum promissam, nec isti fictorum Antistitum congregationi defuluram , quo minus, velit nolit, verissimam fidem fideli populo proponat. I nde ut legitimæ auctoritatis Concilium liahcatur, id solum requiritur, ut Episcopi conveniant, qui ordinarie præsideut, et palam ab omnibus pro veris et catholicis Præsulibus habentur : hoc autem incertum esse nequit, quantumvis de ordinatione, baptismo et fide interna nihil coiiskt.

Quoad 2. *D. M.* Congregatis adesse oportet Spiritum Sanctum, quantum ad gratiam gratos facientem, N. quantum ad gratiam gratis datam, C. Transmissa temeritate asserti de impietate ct vanitate congregatorum, subsimili distinctione nego minorem; cum hanc recte docendi gratiam injustis etiam Episcopis impetret justorum Ecclesia, et ut Augustinus loquitur, *gemitw columba;* id præterea exigat publica Ecclesiæ necessitas, et certum faciat divina pollicitatio.

Quoad 3. -V. *M.* Decreta enim non minus legitime facta, quam Concilium esse legitimum, habemus certum. Certitudo hæc tametsi fundetur in tide historica, leque tamen excludere potest omne dubium prudens, ut aliis de factis, CiCEfiOMS scilicet consulatu, dictatura CLesaris et pugna Actiaca prostant similia historiæ monumenta. Criticorum dubia vel rei substantiam non attingunt, vel fidei possessionem non elidunt.

lai. *Observa.* Sunt qui pro obtinenda Conciliis generalibus auctoritate propria requirunt acceptationem Episcoporum qui illis non adfuerunt, adeo necessariam ut ante hanc negent sive decreta fidei et morum esse infallibilia, sive canones disciplina! habere vim legis. *Primum* quidem quia sine absentium acceptatione Ecclesia universa per Concilium non repræsentaliir perfecte: *alterum* quia leges non obligant, si ob discrepantiam amoribus populorum perniciosæ potius sunt quam utiles; adeoque canones hanc semper conditionem includunt, si Episcopi, (pii convenientiam ejusmodi norunt, acceptent : utrumque, quia id ipsum praxis circa Concilia generalia videtur declarare.

Nam Toletan. XIV. Can. 2 de Leone Acta Conslantinopolitani III. mittente sic loquitur : *In cujus etiam gratioso epistola; tractu ad huc omnes Pra'sultt Hispanice invitati sunt, ut pnvdicta synodalig instituta quæ miserat, nostri etiam vigoris auctoritate manerent suffulta, omnibusque per nos sub regnv Hispanice consistentibus patescerent divulganda.*

Nicæni il. acta sunt translata ad Cone. Erancofordiense, et ab eodem hujus inscriptione dicuntur confirmata :

Constantinopolitanum IV. epistolam ad ornnes Episcopos circularem misit, in qua relatis contra Photiurn actis et definitione cum canonibus rodantur Præsules ut recipiant utraque :

Basileense nuntios ad Carolum VIL Galli® Regem legavit nro suorum decretorum acceptatione in Galliis ;

Tiidenlinuin Sess. 25. monet Principes ut sua décréta devote recipi et ab omnibus observari curent : deniqnc plui es Conciliorum generalium canones suul qui, quoniam acceptati non fuerant, certas provincias nunquam obligarunt.

Sed refutantur isti facile ex monumentis pro assertione nostra allatis, ipsique non leviter cedunt, dum daturi discrimen synodos particulares inter ct imivcraalcs, acceptationem posteriorum necessariam, priorum liberam Episcopis extraneis denuntiant. Nequicquam autem argumentis productis se tuentur.

1*“. enim,prælcrquam quod num. 110. postremis paragraphes sit confutatum, ultra essentialem, etiam intégraient perfectionem et conspirationem jingulonun exigit, quam divina ordinatio adeo non imperat, ut prudens qiiælibel institutio respuat humana.

2“ si valet, populi etiam acceptationem ad quamlibet legem postulat, (temate satis reprobato : præterea firmitatem cum valore confundit, leges [drum distinguit a consiliis, inferiorum arbitrio superiorum potestatem subjicit, ordinem perturbat, palulamquc inobedientiæ aperit portam.

3“. a primo omnium Conciliorum, Actor. 15. nempe celebrato, falsilatis convincitur ; cujus decreta, scripto missa Antiochiam, et Pauli prædicatione divulgata per Orientem, ab omnibus Ecclesiarum Præsidibus exigebant obtinebanlque, non inquisitionis judicium, sed observantiæ obsequium.

Nec discesserunt a suo prototype Concilia sequentia : Leoms enim invitatio comitatem Pontificis prodidit, Conslantinopolitani 111. majestatem non diminuit: postulata vigoris auctoritas accessionem exlrinsecam præstilil, intrinsecam firmitatem non fecit i divulgatio possibilitatem observantiæ præbuit, non primum constituit decreta. Nicæni II. acta (quantumvis leve sit ex inscriptione ductum argumentum) confirmari poterant a Francofordiensibus Patribus, quibus generale illud esse haud constabat.

Cœterum viguisse Nic .em auctoritatem , Francofordicnsi ob errorem facti diam dissentiente, ex historia Conciliorum patet. Coxstaxtixopolitam IV. epistolaencyclica imperium potius quam preces ferebat. En illius verba: *Nequeaudeat quisquam eorum qui Christiano nomine censentur, sive præsint va subsint, contra ea quæ magna hæc et cccumenica synodus decrevit, aliquid efficere vel conari ; quicumque voluerit januam quam sancta hæc acumewa synodus clausit aperire, aut claudere lentaverit quam illa aperuit, in Ifeum ipsum impius pugnabit.*

Bisileexses Patres assentaloria supplicatione petiisse sibi suffragatores,Ut factionem suam oppido diminutam augerent, vitio Conciliis generalibus dari nequit, cum Basileense inter œcumenica non numeremus, atque an. 1138, legatio missa est, juxta plerosque legitimum esso desierit.

TmœmSi monitio pro Principibus adhortatio officii fuerat, ut qua Ecclew subditi obsequium, qua fidelium præposili tutelam et vigorem decretis u berent : aliter intellecta non Episcoporum sed Laicorum jus idtra limites exaggerat. Demum non observantia Canonum Concilii generalis quibusdam in Provinciis, benignius dispensationi, vel privilegio Pontificis, aut consuetodinilegitima· tribuitur, quam imrnorïgcræ recusationi.

CAPUT III.

DE SEDE APOSTOLICA SEC SUMMO PONTIFICE.

Equidem *aliud,* ut Leo ep. 53. ad Anatolium inquit, *sunt sedes, aliud dentes,* si vim vocis el significationem grammaticalemattendamus; cum *sifa* nomen sit auctoritatis, dignitatis et officii, sedens autem nomen personæ; auctoritatem, dignitatem ct Officium obtinentis : si tamen cx auctoritate et cilicio agat sedens, theologicum discrimen nullum inter sedentem ac sedem intercedere, vel ipsa in politicis loquendi ratio declarat. Contrarium ea in re quorumdam Gallorum sensum reprobarunt non tantum celebres in Gallia Theologi, Thomassinus, Turnclius, Sorry, aliique permulti; sed Praesules ctiani amplissimi tum in comitiis Cleri Gallicani nostra ætate congregatis, tum in documentis Pastoralibus quibus monuerunt « non immorandum in distinctione ejusmodi abstracta et ab haereticis ad illudendam ipsorum damnationem inventa, quam Cyprianus nunquam agnovit, cum pronuntiant *quamlibet Ecclesiam in suo esse Episcopo,* quamque S. Petrus Damiani proscripserit, qui Romano Pontifici olim scribebat : *Tu ipse es sancta sedes, tu es Ecclesia Romana : non recurro ad Petri fabricam, sed ad eos in qmbus illius Ecclesiæ residet auctoritas.* » Explosa igitur hujusmodi differentia, de Romana Ecclesia seu sede Apostolica æque ac de Romano seu summo Pontifice praesens caput inscripsimus ; in quo de Primatu, Superioritate ct Infallibilitale Romani Pontificis agere proposuimus,

ARTICULUS 1.

Jn S. *Petrus habuerit Primatum Ecclesiæ?*

155. *Notu.* Auctorem el caput Ecclesiæ veræ fuisse Christum diximus sub hujus disputationis initium: non abdicasse eumdern ad cœlos ascendentem suam in Ecclesia potestatem, adeoque non habere verum in terris successorem, ex ep. ad Hebr. c. 7. aliisque Scripturæ locis supponimus : subtrahendo fidelibus corporalem suam praesentiam, cum tamen non sic retinuisse hanc potestatem, ut illam cum ueminc communicarit, nec vicarium sui visibilem in lenis reliquerit pro Ecclesiæ regimine, rursus lura ex dictis ad Disputationis ingressum, tum ex sacris litteris patet. Gum pono potestatis a Christo reliclæ participes facti sint oinnes Apostoli, an omnes ex æquo fuerint, aut intercos a Christo constitutus sil unus qui emineret cœtcris, haberet primatum. essetque visibile lotius Ecclesiæ caput hic quæritur.

Γ”l communius asserunt Novatores . ut primatu Petri sublato, successorum Pontificum auctoritatem facilius evertant : prodierunt circa secnli praeteriti medium duo libelli, coæquantes Paulum Petro in Ecclesiæ regimine, duoque capita, qua· in unum coalescerent, constituentes: nostris etiam temporibus edilte sunt theses, quæ qualicumque praerogativa Petro concessa.

| T

jurisdictionem iijùversæ Ecclesiæ in solidum ab Apostolis possessam, unumque omnium ac indivisum Episcopatum affirmabant.

28B ct contrarium his omnibus statuit dogma catholicum, unum nempe et solum Petrum a Christo constitutum esse caput visibile Ecclesiæ, et accepisse primatum inter Apostolos. Est autem Primatus duplex, honoris et dignitatis alter, alter potestatis et jurisdictionis : prior est praeeminentia præcisa auctoritate, quæ procellentia tituli, prioritate ordinis, proedria conventus,et principatu actionis definitur: posterior est praeeminentia cum auctoritate, quæ jus sumini imperii complectitur, ideoque per generalem episcopiam et juperinlendentiain, supremam leges ferendi, tuendi, vindicandique potestatem, praeipuam administros et magistratus constituendi, cogendi et dirigendi facultatem, ultimato judicandi personas, decidendi causas, ct defiuieudi controversias auctoritatem, omnemque necessariam ad regimen tum internum tum externum bene constituendum potentiam explicatui*.

136. *Dico 1.* Concessus est S. Petro Primatus, non tantum honoris et dignitatis inter Apostolos^ sed et potestatis ct jurisdictionis in universam Ecclesiam.

Prob. 1*. *p.* S. Petrus præcclluit inter Apostolos titulo, mutato nomine a Christo compellatus Cephas, quod syriace Petram significat ; quam compellationem postremam cum Christo 1*. ad Corinth. 4. v. 10. communem habuit : primo loco nominatui· in Apostolorum catalogo Matth. 10. t. 2, et Act. 1. v. 13.; solus item, reliquis tantum collectim indicatis, singillatim exprimitur Luc. 8. v. 45. et c. 9. v. 32. : proedriam tenuit Act. 1. v.15. in conventu ad electionem Matthiæ coacto, ct Act. 15. v. 7. in Concilio de Legalium observantia celebrato : principatum actionis exercuit Act. 2. v. IL in annuntiando Judæis Evangelic, Act. 3. v. G. in primo miraculo edendo, Act. 4. v. 8. in defendenda Evangclii causa, Act. 10. v. 34. in aperienda gentibus janua fidei, Act. 8. v. 14. in conferendo baptizatis Spiritu sancio, Act. 12. v. 5. in accipiendis Ecclesiæ pro se suffragiis. Ergo omnes o.odilioncs ad honoris el dignitatis primatum requisitas habuit et implevit.

Conf. Idem Apostolus a Cyrillo Alcxandr. L. 2. in Joann, c. 64. Cyprian, epist. 57. Micron. L. 1. adv. Pclag. Chrysost. Homil. 3. in Act. Aposl. Augustin. L. 1. conlr. Julian. c. 4. et Serin. 76. e. 31. Gregor. L. 4. epist. 32. et aliis Patribus plerisque vocatur vel *primus* vel *princeps* vel *caput* vel *Iniens primatum Apostolorum* : ergo cum principatus hic ct primatus nec fuérit ætatis aut vocationis, nec favoris aut gratiæ, utpotc quorum prioribus Andreas, posterioribus Joannes Petrum vincebant, saltem debuit esse primatus honoris ct dignitatis.

Prob. 2'. p. Duplex habetur Scripturæ locus, cujus allero primatus jurisdidiouis in Ecclesiam Petro promittitur, allero confertur. Prior legitur Jlallh. 16. v. 18. *El ego dico libi quia Iu es Petrus, ct super hanc petram •ulijirabo Ecclesiam meam, el porkc inferi non praevalebunt adversus eam;* elv. 19. ; *Et libi dabo claves regni cadorum : el quodeunupte ligaveris super terram, erit ligatum el in cadis : et quodeunupte solveris super terram, erit* ' *Iulum et in cœlis : posterior* Joann. 21. v. 15. *Dicit Simoni Pclro Jesus:* "" '*n Joannif. diligis me plus his? dicit ei: etiam, Domine, tu scis, quia* v de.*Dicit d : ftasce agnos meos ;* et v. 17. *Dicit ei tertio: Simon Joannts*

amas me ? contristatus est Petrus, quia dixit tertio, amas me?el dixit d-Domine, tu omnia nosti : tu scis, quia amo te. Dixit ei : pasce oves meas.

Inde sic argumentor : Primatus jurisdictionis in universam Ecclesiam metaphorice significatur et recte intelligitur per fundamentum ædilicii spiritualis, elavem regni cœlorum, et munus pastorale gregis cx agnis et ovibus conflati; tum quia Ecclesia priore loco Matth. citato ædilicii nomine, pluribus in parabolis Evangdicis nomine Regni coelorum, Joannis autem 10. v. 1G. et 1*. Petr. S. v. 2. et 3. nomine ovilis ac gregis indigilatur : tum quia primatus jurisdictionis Ecclesiasticae sub principio stabilitatis ex Luc0. v. 4. et Il, ad Corinth. 3. v. II. in fundamento, sub Pontificia el Regia auctoritate ex Isa. 22. v. 22. ct Apocal. 3. v. 7. in clavibus, sub potestate pascendi et regendi cx Isa. 44. v.28. et Act. 20. v.28. in cura pastoritia adumbratur.

Atqui Petro imprimis tribuitur ratio fundamenti, quia datur compellatio Petre, super quam sil ædiiicium : cum proprietas nominis, plana verborum series, et antecedentia juxta et sequentia singularem Petri personam indigitent; idque expositio Patrum, Origen. apud Euseb. L. 6. c. 19. Tertii. L, de Prescript. c. 21. Cyprian, epist. 40. 37. el 71. Hilar, can. 26. in Matth. Epιγηαv. hæres. <39. Αλζιλvζ. Orat. 2G. Basilu ad c. 2. isai. Chrysosl Homil. 2. de Pœnit. Hieron. L. l adv. Pelag. c. 4. Aug. in Psal. 69. el Serm. 29. de Sanctis, Cyrill. Alexandr. L. 2. in Joann, c. 12. Leon. Serm.2. in annivers. Ponlif. manifeste declarat.

Deinde promittitur eidem clavium potestas ; quia substantia personæ per nomen proprium nativitatis, relativum Patris, et a Christo recens adjectum, (Simon *Barjona Cepjias},* addito etiam pronomine, designatur; idenditas ejusdem personae,prius Christum conii tentis, et postea a passione avocare coiiantis, cum eadem persona, promissum recipientis ct paulo post reprehensi, cx contextu demonstratur; singularitas et proprietas personæ cx defectu commissionis aut mandati ad dandam responsionem et recipiendam nomine aliorum potcstalcm colligitur; ut Hilar. Hieron. Ciirysost. Tiieopiul. in hunc locum. Aug. L. 2. contr. epp. Gaudentii c. 23. Andros. L. de Isaac, c. 3. ct alii testantur.

Denique huic ipsi tribuitur cura pastoritia in oves seu Apostolos, in agnos seu fideles, ad Christum spectantes, adeoque in omnes seu universum gregem, appellatione scilicet et interrogatione etiam comparativa amore non minus, quam commendatione depascendo grege ad Petrum 1er directa; quod tum Petri tristitia, sors futura el curiositas in contextu expressa, tum Patrum Chrysostomi, Augustini ct Cyrilli in hunc locum, Ambrosii in Luc. c. 21. Leonis in epist. 89. Maximi aliorumquc testimonia confirmant. Ergo.

Conf. Petrus exercuit episcopiam generalem peragrando Act. 9. et 10. Syriam et Palæstinam, atque epistolam catholicam geminam ad conversos ex Gentilibus et Judicis exarando ; supremam potestatem legislativam Act. II. commiuiicationcm fidei cum gentibus faciendam tuendo, ct Act. IS. observationem Legalium tollendo; praecipuam magistratuum constitutionem. Act. I. electionem Apostoli ordinando, Sedes Patriarchales tres fundando, similem eorum coactionem ct directionem in conventibus Apostolorum celebratis ostendendo; jurisdictionem summam Act. .3. examinando et puniendo Anani.ecl Sapphire delicia, ad Galal. I. vocationem Pauli ad Ap».«-lulalum cognoscendo et probando, Act. 15. controversiam de legalibus detidentio : ergo preeminentiam cum auctoritate seu primatum potestatis secundum omnes suas partes habuit et usurpavit.

137. *Objic.* iXullus Scripturae locus ex allatis demonstrat Pelii primatum : erço juro divino collatum saltem probari non potest. *Prob. Ant.* Per *petram* vel 1". non intelligitur Petrus, sed Christus; tum quia non tantum P. ad Cor. 10. v. L dicitur : *Petra autem erat Christus;* sed etiam ibid. 3. v. II. scribitur : *Eundamenlum aliud nemo potest ponere præter id quod positum est, quod est Christus Jésus :* tum quia Aug. hoc sensu petram explicat, Tr. ult. in Joan, inducens Christum sic loquentem : *Super hanc petram, quam confessus es, (edificabo Ecclesiam;* etserm. 13. do V. I). *Super me ædificabote, non me super te :* vel 2°. non intelligitur Petrus tantum, sed et alii Apostoli ; lumquia interrogatio Christi, *vos autem, quem me esse, dicitis ?* ad omnes Apostolos perlinebat : tum quia Apostoli etiam vocantur fundamenta Ecclesiæ ad Ephes. 2. v. 20. *Supercedificati super fundamentum Apostolorum d Prophetarum :* unde Hieron. L. 1. contra Jovin. ait : *Super omnes Apostolos ex æquo Ecclesiæ fortitudo solidatur* : vel 3°. non intelligitur persona Petri, sed fides ejus et confessio ; dicente Hilar. L. 6. de Trinit. *Super hanc confessionis petram Ecclesiæ ædificalio est : hæc fides est Ecclesiæ fundamentum :* idem affirmantibus Cyrill. Alexandr. L» 4. de Trinit. et Chrysosl. Horn. 55. in Matthæum.

R. ad Arg. N. .1. Ad Antecedentis prob. *memb.* 1. A'. Ad Scripturam *R. D.* Per petram et fundamentum intelligitur Christus alibi, C. hic et in textu controverso. N. vel *subd.* per petram et fundamentum principale ac primarium, G. ministrale ac secundarium, N. Praeterquam quod in laudatis textibus Christo signate tribuatur nomen petræ ac fundamenti, etiam ipsa significatio id exigit; cum in primo per petram indigitetur causa meritoria gratiarum omnium, in secundo auctor el objectum fidei; quæ significata uni Christo congruunt: e contra in textu nostro ct nomen petræ aul fundamenti disertis verbis et sensu plano adseribitur Petro, ct significatio id patitur; cum illa voce visibile caput, rector ac princeps Ecclesiæ designetur.

3d AUG. *B. D.* Explicat is petram hoc sensu, quem ipse judicet unicum, quique reapse sit genuinus aclitleralis, N. quem ipse existimet probabiliorem, qui tamen revera sit improprius, C. Sensum hunc non tanquam unicum aut necessarium haberi ab Augustino, ipse declarat L. 1. Retract, c. 21. ubi expendens Librum suum contra Donati epistolam, sic notat : *Jn hoc libro dilide Petro quod in eo tanquam in petra fundata sit Ecclesia, qui sensus diam cantatur ore multorum in versibus Ji. Ambrosii : sed scio me postea wepissime sic exposuisse, ut petra intelligeretur quam confessus est Petrus: petra autem erat Christus, quam confessus Simon dictus est Petrus. Harum cutem duarum sententiarum quæ sit probabilior, eligat lector.* Eumdem non esse litteralem el genuinum liquet cx argumentatione ad hunc textum superius producta. Cur tamen Aug. sensum suum præhabucrit nostro, rationem aliqui petunt ex linguæ Hebraicas seu Syriacæ ignorantia, qua factum sit ulS. Doctor exislimarit xoccnrCephas el Petrus non significasse saxum et petram, sed derivatum duntaxat ab his, saxeum scilicet vel petrinum ; ideoque, cum Ecclesia super petram, non petrinum duntaxat aliquod, fundanda esset, nun Petrum, sed Christum intelligi oportere. Alii volunt eum-

dem eo tanlmn spectasse ne putaretur Petrus propria virtute ac seorsim a Christo ædificasse Ecclesiam, neve Donatislis, contra quos hic agebat, relinqueretur præsidium, Ecclesiam stabiliendi supra sanctitatem ministrorum; ut ex verbis objectionem e Senii. 13. desumptam sequentibus colligere est: *Nam t'oientes homines ædi/icari supra homines, dicebant : ego quidem* s«w *Pauli, ego autem Apollo, ego cero Cephæ, ipse est Petrus ; et alii, qui nolebant (edi/icari super Petrum, sed super petram : ego autem sum Christi etc.*

Quoad *memb.* 2. .V. d. .Id *Bat.* t. *B.* Interrogatio quidem directa erat ad omnes Apostolos; nulla tamen illis hic facta est promissio, sicut nullaabiis data est responsio. Nec enim respondcmul verbis suis, utpote quorum nihil extat, nec verbis Petri, quia hæc non erant imposita ab Apostolis, sed revelata a Patie cœlesti. Dicit quidem Comment, in Joanncm Cyril lus: *per unum gui præerat, omnes respondent ;* sed de Petri responso Matth. 19, et Joann. l), dato loquitur non autem de praesenti.

Ad 2. *I).* Apostoli etiam vocantur fundamenta ratione doetrinæ et pnedicationis, C. ratione auctoritatis et gubernationis, *subd.* æqualiter aut eodem jure, N. diversimode ac minori, C. Notio fundamenti tribuitur; I. Christo, ut auctori ac institutori Ecclesiæ, et ejusdem Capiti ac Rectori perpetuo, sed invisibili; 2. Petro, ut Ecclesiæ Capiti visibili et gubernatori vicario Christi; 3. Prophetis et Apostolis, ut fidei praeconibus, et Ecclesiam vel prænuutiantibus vel sua praedicatione formantibus; in qua postrema acceptione enuntiatur textus ad Ephes, laudatus, cum ibid, hæc praemittantur de Christo *:El veniens evangelizacit pacem cubis, qui longe fuistis, et pacem iis, qui prope: quoniam per ipsum habemus accessum ambo in uno Spiritu ad Patrem.* Convenit quidem Apostolis ct altera fundamenti notio ex auctoritate et gubernatione. non tamen æque ac Petro : huic enim promissa est singulariter ct collata praecipue, illis autem praedicta communiter et data simpliciter ; huic ut potestas ordinaria ct ex pastoris officio, illis extraordinaria et ex legationis seu Aposlolatus privilegio ; huic incircumscripta et nulli obnoxia< illis definita et subordiuata, ut ex comparatione utriusque facti historici facile elucet.

Ad Hieron. B. Difficultatem evanescere textus integri recitatione, qui esi hujusmodi : *Licet super omnes .lpostolos ex cequo Ecclesiæ fortitudo solidetur, tamen propterea inter duodecim unus eligitur, ut capite constituto schismatis tolleretur occasio.*

Quoad *memb.* 3. *B. N.* I. *p.* Ad 2. *p. D.* Per petram intelligitur fides el confessio seorsim a Petro, seu in abstracto, N. prout edita ab ipso Petro, seu in concreto, C. sicut, dum Hieron. epist. 61. dicit *super aquam ambulasse Petri /idem,* his verbis designando meritum miraculi, non negat subjectum; sic Patres laudati volunt confessionem fuisse causam meritoriam promissionis, non negando Petrum esse personam cui illa promissio facta est;adeoque Petrum fidelem ac confessum, seu ob fidem ct confessionem petram fuisse constitutum insinuant. Ibi adverte explicationem hanc, sicut de prima ostensum etiam est, editam fuisse data tantum occasions et usurpatam contra *Arianos,* ut doceretur fidem dc divinitate Christi C"C capitalem aiticuhnn, hujusque impugnatores evertere fundamentum Ecclesiæ.

Inst. 1. Claves regni cœlonnn nec solus Petris accepit, cum reliquis

qiKquoApostolis Matlh. 18. fuerit promissa solvendi ligandique potestas, et eadem Joann. 20. tradita : nec singulari acceptione praecellentiam est consutus, cum eam numine Ecclesiæ sil adeptus, leslanlibus id Augustino Tr.511. ct ult. in Joann, alibiquc, nec non Origen. Tr. 1. in Matlh. Hilar. L. 6. dcTriuit. Ambrus. in Psalm. 38. et aliis.

It. 1..V. 1./).Quia dc clavibus regni cadorum nec Matlh. 18. necJoann. 20. mentio fit ulla, sed lanium dc solvendi ligandique potestate; quæ sane minor esse potest, ct ultimo etiam loco explicite determinatur ac restringitur id facultatem peccata remittendi ac retinendi : cum potestas per claves φi çœlurum indicata universalem, principalem ct ordinariam facultatem significet.

R.2.1). 1. *p.* Claves regni coelorum non solus Petrus accepit simpliciter, C. non solus accepit curn praerogativa, N. Praerogativam ac praecipuum aliquid præ Apostolis cælcris datum fuisse Petro ipsæ facti circumslantiæ denotant. Nam Matlh. 16. potestas promittitur diserte Petro soli, post et ob confessionem ; Matth. 18. autem non promittitur, sed praedicitur tantum, non solis Apostolis, sed praepositis Ecclesiæ omnibus, neque post vel ob aliquod meritum : Joann. 21. potestas confertur rursus Petro soli, ac praerequisila charitatis præcelleiitis contestatione j ct quidem talis quæ tum includat auctoritatem supra ipsos fidelium patres ac principes, tum tanquam superaddita distinguatur ab illa Joann. 20; rursus non confertur solis Apostolis, sed discipulis omnibus, idque absque præambulo actu meritorio; neque ista collatio omnium postrema, neque suprema fuit, ut ex tempore facti et sensu verborum apparet.

.V.2. *p. Ad* Rat. *D.* Petrus claves accepit nomine Ecclesiæ, h. c. non ut persona privata, sed ut caput Ecclesiæ, non ut personale privilegium, sed ut commune successoribus in Ecclesiæ Pontificatu officium, non ut proficuum tantum sibi aut classi hominum singulari, sed ad commodum totius Ecclesiii publicum, C.alio sensu, N. Patrum autem sensum a praedictis non esse diversum ex ipsis eorum verbis manifestum alibi fecimus.

/ns/. 2. Cura pastorilia reliquis Apostolis æque demandatur tum in epist. 1. Pelr.5. v. 2. ct Act. 20. v. 28.; tum apud Aug. L. G. de Agon. Christian, dicentem : *Cum ei dicitur, ad omnes dicitur : amas me? pasce oves meas ;* et Cbmsost. qui L. 2. de Sacerd. eadem verba Basilio Episcopo particulari applicat.

R. .V. .·!. Iloc neuter *Scriplurœ* textus probat, cum de grege particulari ct determinato agat : Dicitur enim: «Pascite, *qui in vobis est,* gregem; ct 'Attenditeuniverso gregi, *in quo* vos Spiritus sanctus posuit Episcopos. » Quamvis autem Apostolos etiam pastores universales dici permittamus, Petro tamen præeminentiam esse tribuendam ex probatis hactenus et responsis 'blinde constat. Nec plus aliquid textus *Patrum* probant. Aug. enim sermone directo vel ad solos Petri successores, vel ad omnes quidem Episcopos, ad proprium tamen gregem relatos, loquitur : Ciirys. autem dicta ad Petrum applicat pastoribus minoribus, servata nihilominus proportione, atque hinc significatione magis restricta.

Iui. 3. In Ecclesia nullus est primatus constitutus; ergo : *Prob.* Luc. 22. :rta inter Apostolos contentione, quis eorum videretur esse major, Christus increpans dixit v. 2o. *Beges gentium dominantur eorum; et qui potestatem*

habent super eos, benefici vocantur : ros *autem nôn sic.* Sed nec nata foret Il k contentio, si Petrus fuisset primas : nec reprehensio data, si primatus esset constitutus: ergo. 2. In epist. ad Ephes, t. *Christus est caput Ecclesia; a* Ecclesia est corpus Christi, non autem Petri aut alterius Apostoli : ergo præter Christum nemo in Ecclesia principatum oblinet. 3. Christus æquaîiter dicit omnibus Apostolis Joann. 20. *Sicut misit me Paler, el ego* niti/ eos; et Matth. 28. *Data est mihi omnis potestas ; Euntes ergo docete* o h ih o *gentes etc.* Ergo unus cæteris non est præposilus.

/?. aiL\r<). quoad 1. .V. .1. Non equidem Petrus tum jam fuerat primas.aut primatus constitutus : sed ille duntaxat designatus; et hic promissus: nihilominus oriri potuit contentio, el justa fuit reprehensio. 1un' quidem quia h<x loco nou negatur inter Apostolos futura inæqualitas et alicujus præcellentia; scd potius supponitur his verbis : *Qui major est in vobis, fiat sicut minor;* d *qui processor est* (græce ηγούμενο , h. e. dux et princeps), *sicut qui ministrat;* quin et exemplo Christi confirmatur, dum additur: Aam *quis major est, qui recumbit, an qui ministrat? nonne qui recumbit ? Ego autem in medio reslri sum, sicut qui ministrat.* 2am vero quia de potestate temporali ac mundana et secundum modum vitiosum erat contentio; quod ulruinquc Christus corrigit his verbis : los *autem non sic.* Excludens scilicet dominatum politicum, non spirituale præsidium ; reprehendens ambitionem in postulatibnc, fastum et acrimoniam in exercitio, vanam gloriam ct lucrum sordidum in intentione ; commendans ex opposito aequabilitatem humilem in aditu, paternam moderationem in usu , laboriosum communis utilitatis studium in fine.

Quoad 2. *R.* V. *Cons.* Sicut prædicata fundamenti, pastoris, ministri, Docturis, lucis, imo Dei, in Scriptura communicantur Apostolis, quamvis sint Christo propria ; sic et capitis Ecelesiæ nomen convenire potest : præsertim quia Petrus caput duntaxat risibile, vicarium ct subordinatum Christo agnoscitur. Ex hoc ipso autem apparet cur Ecclesia non dicatur corpus Petri, sed Christi ; quia ncinpc a capite principali et perpetuo sumitur compellatio, sicut regnum a Dege, non a prorege, et domus a Domino, non ab oeconomo compellatur: vel quia Ecclesia corpus Christi dicitur, non tam attendendo ad caput «piam ad hypostasin; unde et Christus ipse corpus mysticum dicitur, constans ex mullis et variis membris.

Quoad 3. *ll. [).* *Cons.* Ergo hic el vi istorum verborum unus cæteris non est præposilus, C. alibi et vi verborum aliorum, N. Potestas hic collate ed Aposlolica, non pastoralis.

Inst. 4. Etenim : 1°. Apostoli Aci. 6. sine Petri mandato eligunt Diacones; cl Act. 8. ipsum Petrum mittunt Samariam: ergo Petrus non fuit Apostolis superior, scd potius inferior. 2" Hier , ubi in Matlh. 18. dixerat Apostolosob solutum didrachma esse suspicatos principatum Petro destinatum, subjungit: *Dominus causam erroris intelligent, glariie desiderium humilitatis contention, sanavit; ergo.* 3°. Juxta Ct pr . L. de unit. Eccl. *Hoc erani utique cætcri* dpof- *toli, quod fmt Petrus, pari consortio pricditi ct honoris ct potestatis;* erg" Petrus primatum honoris et potestatis non habuit.

Quoad I - θ. A. *(.mis.* I enim factum non esse Petro inv ito ac nolente, sed saltem consentiente, textus ipse demonstrat: fuisse etiam factum eo auctore, non vane colligitur ex factis alus supra relatis; quorum multitudo facit nc

prejudicel auctoritati Petri, tametsi hoc iinuin communi omnium consilio foret susceptum. Neque 2""' obesi, cum Pelius ab Apostolis milii potuerit consulendo, non jubendo; uti .ludie. 22. Phinees ab Israelilis ad Tribus Ruben etGad; Matth. 2. Magi ab Herode in Bethlehem missi fuerant, el subin Præposili a Capitulis, ac Principes a Consiliariis ad negotia tractanda mittuntur.

Quoad 2. *D.* .1. El error Apostolorum slabal in eo quod Petrum suspicarentur futurum se majorem, N. quod temporalem ac mundanum principatum somniarent, C. habebant nempe Apostoli communem cum Judæis errorem de terreno Messiae regno, correctum a Christo saepius el reprehensum.

Quoad3. *II. 1).* Apostoli fuerunt prædili pari consortio honoris et potestatis. ratione Aposlolalus, T. ratione Episcopatus, N. Ratione *Apostulatus* cum dono miraculorum acceperant Apostoli auctoritatem promulgandi Evangelii in universo mundo, docendi verbis et scriptis canonicis omnes gentes, baptizandi credentes, baptizatis Sacramenta conferendi, omniaque præstandi, qireex parte sive ordinis sive jurisdictionis ad formandam Ecclesiam pertinebant : ratione *Episcopatus* acceperant potestatem, congregatis secum fidelibus Episcopos et pastores præficiendi, ritus ac disciplinam, leges aepoenas statuendi, omniaque faciendi quæ ad gubernandam hanc Ecclesiam spectabant.

Utraque a Christo, ut plerique conveniunt, immediate omnibus est coHala Apostolis. Prior potestas erat *aqualis,* quia ad promptiorem lidci propagationem accommodatior, ac tum quodammodo necessaria ; sed tamen *incequaliter* collata, quia a Petro tanquam ordinario pastore ad successores transferenda, ab Apostolis autem ut delegatis sine novo mandato non transitura. Posterior erat *incequalis,* quia gubernatrix Petri facultas ad omnes uumino Ecclesias, Apostolorum aliorum autem duntaxat ad eas quas fundaverant protendebatur : *inaqualiter* etiam collata, quia eadem Petri proferebatur supra Apostolos, non item Apostolorum supra Petrum.

Inæqualilateni hanc ad schisma prohibendum necessariam el in primatu ac imperii unitate fundatam satis demonstrat Cypii. verbis objectionem prolime sequentibus, dum ait: *Sed exordium ab unitate proficiscitur, et primatui Petro datur, ut Ecclesia una monstretur.* Idem confirmat turn ibidem similitudine solis, radicis et fontis superius allata: tum in epist. ad Jubaian. dicens : *Dominus primum Petro, super quem ædificavit Ecclesiam, et unde unitatis uriginem instituit ac ostendit, potestatem istam dedit.... Ecclesia quæ unaest, super unum qui claves accepit, voce Domini /undata est.*

hid.o. Nam 1°. Hesyciiius in orat, de Jacobo Fratre Domini, cinndem vocat *Apoilolorum caput et in capitibus verticem; in* Concilio autem Hierosolymitano concedit Petro disputationis tantum laborem, Jacobo judicii sententiam. 2°. Clem. Alex. apud Enseb. L. 2. Hist. c. 1. ait: *Petrus, Jacobus et Joannes post assumptionem Salvatoris, quamiis ab ipso fuerint omnibus pene prælali, tawnwmsibi vindicabant primatus gloriam, sed Jacubum, qui dicebatur justus, Apostolorum Episcopum statuunt.* 3°. Hierosolyma est mater omnium Ecclesiarum. quia secundum Isa. 2. *De Sion exibit lex, et verbum Domini de Jeru-"ileni;* Jacobus autem erat Episcopus Hierosolyma*; ergo et is pater est omnium Ecclesiarum, non Petrus.

P. quoad 1. Hesyciiii periodum, Rhetoricam potius hyperbolen, quam Theologicam e.vcgesin esse probat turn similis exaggeratio, quam S. Andreæ

in Alia de ipso oratione adsrribil, tum adjecta ibidem confessio qua Mro primatum gratulatur, tum ipsa maximo historia Evangelica qn® Mr> prærogativam tribuit, de Jacobo penitus silet.

Quoad 2. Λ. Lectionem illam *Apostolorum Episcopum,* in Basihvnsi Clementis editione esse corruptam, et his verbis *Hierosolymorum Ephtapw*,* sive heterodox! editoris fraude, sive exemplaris vitio suppositam : posterior enim lectio Codicibus pluribus et Nicephori L. 2. c. 3. sententia? congruit, Quod de *primatu* additur, et simile quid de *solio* a Chrysostomo Hom. 3. io Acta Apost. dicitur, intelligendum est de Sede Hierosolymitana, omnium primo erecta et in urlie tum nobilissima, quam nominali Apostoli reliquerunt Jacobo minori.

Quoad 3. *R. D.* Hierosolyma mater erat omnium Ecclesiarum antiquitate et gestorum initio, C. auctoritate et præsidis Imperio, N. Equidem post peracta redemptionis mysteria, præeunte Petro et reliquis adjuvantibus, Hierosolyma» promulgari lex nova et formari prima Ecclesia coepit; ea tamen iu urbe adeo auctoritas non resedit, ut illa Metropoli Cæsareæ subjiceretur primo, postmodum quidem Patriarchalu aucta, dignitate tamen et ordine postrema ‘‘aneret. Quam vero tribuerat illi Petrus, primum ibidem commorans, eamdem, interim dilatata amplius Ecclesia, idem Antiochiam ad tempus, demum perpetuo Romam transtulit supremam potestatem: quod Bernard. L. 2. deConsid. notans scripsit : *Jacobus una Hierosolyma contentus unialsitalem Petro cedit.*

138. *Dico II.* Primatus S. Petro concessus est ita ut divisus non fuerit ant communis cum Pallo, multo autem minus unus omnium Apostolorum et indivisus Episcopatus. ' i&n·*

Prob. P. *p.* l. Communicatio primatus a Patribus negatur Pallo, ulpote «piem illi inferiorem Petro enuntiant : sic enim Aug. L. 2. de Bapt. c. l. ait : *Commemorat Cyprianus Apostolum Petrum, in quo primatus Aposlolorum tam excellenti gratia præeminet, aliter quam veritas postulabat ik circumcisione agere solitum, a posteriore Apostolo Paulo esse correctum.* Similiter in expositione epist. ad Galat. Paulum vocat *posteriorem Pastorem:* in epist. 82. ad Ilieron. autem hæc addit : *Petrus, quod a Paulo fiebat libertate charitalis, pietate humilitatis accepit ; atque ita posteris præbuit exemplum, etiam a posterioribus, quam Paulus, corrigi : quo confidenter auderent eliim minores majoribus pro defendenda Evangelica auctoritate, salva fraterna charitate,resistere.* Greg. L.2. super Ezech. Homil. 18. decadem reprehendonc loquens scribit; *Ecce a minori suo reprehendi non dedignatur : non ad menioriam revocat quod (tares regni caelorum acceperit : minori fratri se ad (onsensum dedit, et factus est sequens, ut jam et in hoc præiret; quatenus qui primus erat in Apostolatus culmine, esset et primus in humilitate.* Tiifodorct. <lc Paulo Petrum invisente in epist. ad Galat. sic commentatur : ***Elm nm*** />««/,« tawio „„„ *ut qui ab univenmvm Dm* ***m*** *, ApoMonm Driueipi,* 9u«n *pur est. honorem tribuit :* Him V,c-TOIUS. Serm. e». ita disserit : /W™., *arlm; emi,mutior meltentiu «fa. t„l,s. Puutus* cc« ln.t,;,,,ru., „.,,lm„i<,.;Wr„s *per collatums,l„ dn;«,tuspotent,am, Paulus l„„„ p,,r Collui,,,,, .ibi sapientiam etc.*

II. Eadem communio primatus I. caret figura ot exemplo, cum Synagoga· Primas unicus semper fuerit Pontifex summus : 2, caret institutione et initio, cum ncc Petro promissus aut datus sit sua* potestatis socius, nec Paulo ullibi concredita aqualis aut socia potestas : 3. caret successione et progressu , cum duplex supremum Ecclesia; caput post utri usque Apostolorum Principis mortem hactenus numeratum non fuerit, nec ullus Pauli successor aquam aut eamdem cum successoribus Petri potestatem usurparit : 4. caret necessitate et commodo, cum prioris nullum sit vestigium, posterioris autem, si quod est, nulla videatur habenda ratio.

III. Hæc potestatis participatio imprimis incongrua est S. Paulo, utpote qui destinatus ad disseminandam Christi fidem per universum orbem, et ad parturiendas Ecclesiæ oves, occupari minus apte poterat in gubernandis fidelibus et ovibus pascendis. Dein injuriosa estS. Petro; cujus scilicet auctoritas a Christo data sine exceptione el consortio, et administrata sine abusu ac' demerito, foret revocata et translata in Paulum ex dimidio, objus prævenlionis et æqualitatem. Demum est perniciosa Ecclesiæ; cujus unitatem divisio capitum tollit, et schismati, discordite ac perturbationi proximam occasionem præbet : Tandem est lidei contraria; cum Innocent. X. in Bulla 24 Januar. A. 1617. « hanc propositionem : S. Petrus et S. Paulus sunt duo « Ecclesiæ Principes, (pii unum efficiunt, vel sunt duo Ecclesiæ Catholicae « coryphaei summa inter se unitate conjuncti, vel sunt geminus Ecclesiæ a vertex, qui in unuin divinissime coaluerunt, vel sunt duo Ecclesiæ summi ‹ pastores ac praesides, qui unicum caput constituunt; ita explicatam, ut « ponat omnimodam æqualitatem inter S. Petrum et S. Paulum, sine subor« dinatione et subjectione S. Pauli ad S. Petrum in potestate suprema et « regimine universalis Ecclesiæ, hæreticam censuit et declaravit. »

Prob. 21. *p.* l. S. Petrus in potestate Ecclesiastica fuit aliis Apostolis prælatus. Ha Nazianz. Orat. 2G. *Vides, quemadmodum ex discipulis Christi, magnis utique omnibus et excelsis, hic* (Petrus) *petra vocetur et Ecclesiæ fundamenta in fidem accipiat, ille* (Joannes) *impensius ametur et supra pectus Jesu requiescat ; ac reliqui discipuli eos sibi præferri æquo animo ferant.* CnnvsosT. L. 2. de Sacerd. c. I. *Ea agis, quæ cum Petrus ageret, illum Christus auctoritate præditum esse voluit, ac reliquos item Apostolos longe praecellere.* Maximus Constanlinopolitanus in epist. ad Orient. *Petrum ex cæteris mortalibus de toto orbe conditor orbis elegit, cui cathedram magisterii principaliterpossidendam tenere perpetuo privilegii jure concessit.*

II. S. Petrus etiam supra Apostolos potestatem accepit. Eucher. enim in Serm. de SS. Petro et Paulo inquit : Aon *solum pastorem, sed pastorum pastorem constituit : pascit igitur Petrus agnos, pascit ct oves , pascit filios , pistil et matres, regit subditos, regit et prælalos : omnium pastor est; quia prater agnos el oves in Ecclesia nihil esi.* Chrysost. Homil. 3. in Aci. Apostol. agens de Petro electionem Mallhiæ ordinante ait : *Merito primus omnium usurpat auctoritutem in negotio, ut qui omnes habeat in manu.* Leo Serm. 3. de Assunipt. sua : *De loto mundo unus Petrus eligitur, (pii universarum gentium vocationi el omnibus Apostolis cunclisquc Ecclesiæ Patribus præponatur: ut, quamvis in populo Dei muli i Sacerdotes sint mullique pastores, omnes tamen proprie regat Petrus, quos principaliter regit cl Christus.* Cvrjll.

Alexandr. L. Thosaur. Petro *munes jure divino caput inclinant, el Primal,! mundi tanquam ipsi Domino Jesu obediunt.*

III. A Petro profluxit potestas in reliquos. Optat. Milevit. L. 1. contr. Parmen. *Petrus pre?ferri omnibus Apostolis meruit, el claves regni celwu» communicandas caderis solus accepit.* Patres Milevit. in epist. ad Innocent. *Quoties fidei ratio ventilatur, arbitror omnes Coepiscopos nostros nonnisi ad Petrum, id est, sui nominis et honoris auctorem deferre debere.* Innocent.I. in epist. ad Cone. Carthag.. l *Petro ipse Episcopatus et auctoritas nominis hujus emersit.* Leo Serm. cit. Si *quid cum Petro commune cceteris Christus voluit esse principibus, nunquam nisi per ipsum dedit, quidquid aliis non negaml,*

IV. Soli Petro datus est Ecclesiæ primatus. Chrysost. Hom il. in c. 21. Joann. *Aliis omissis, Petrum duntaxat affatur, fratrum ei curam commit-tit.* Cvrili.. Alex, in Thesaur. *Petro plenissimum commisit ; et nulli alii Christus, quod suum est plenum, sed ipsi soli dedit.* Theophyl. in C. uU- Joann. *Prafecturam ovium totius mundi Petro commendabat ;* non *autem alii, sed huic tradidit.* Bernard. L. 2. de Consid. *Cui, non dico, Episcoporum, sed etiam Apostolorum, sic absolute et indiscrete totæ commissa sunt* ot«? Si *me amas, Petre, pasce oves meas: quas? illius vel istius populi, civitati* aul regionis, aut certi regni ? oves meas inquit : cui non planum non desi-gnasse aliquas, sed designasse omnes? nihil excipitur, ubi distinguitur nihil.*

Cons, utraque p. Regimen Ecclesiæ a Christo institutum est *perfecte monar-chicum* : ergo unus et solus supremam in Ecclesia potestatem ex Christi insti-tutione habuit : ergo cum Petram obtinuisse hanc potestatem ex dictis constet, ille unus ct solus illam habuit : ergo nec cum Paulo, ncc cum Apos-tolis omnibus primatus fuit communis aut indivisus.

Antecedens *Prob. I.* Monarchicum regimen distinguit unitas Imperii inca-pite, universalitas subjectionis in membris, facilitas pacis in corpore, et feli-citas perfectionis in toto : sed Christus instituit regimen Ecclesiæ his nolis distinctum; siquidem

De 1*. testantur Optat. Milev. L. 2. contr. Parmen. *Cathedra una est, et negare non audes scire te, Petro primum in urbe Borna cathedram esse collocatam, ubi sederit omnium Apostolorum caput Petrus, inde Cephas appel-latus;* et Cypr ian. L. de unit. Eccles. *Quami is Apostolis omnibus post resur-rectionem suam parem potestatem tribuat..., tamen ut unitatem manifestaret, unitatis ejusdem uriginem ab uno incipientem sua auctoritate disposuit. Hoc erant utique coeteri Apostoli quod fuit Petrus, pari consortio praediti honoris et potestatis: sed exurdium ab unitate proficiscitur, et primatus Petro datur, ut Ecclesia una monstretur.*

De 2*. profitetur Leo epist. 84. *Magna dispositione provisum est ne omnes sibi omnia vindicarent, sed essent in provinciis singulis singuli, quorum inter fratres haberetur prima sententia : et rursus quidam in majoribus cons-tituti sollicitudinem susciperent ampliorem, per quos ad unam Petri Sedem unii ersalis Ecclesiis cura conflueret, et nihil unquam a suo capite dissentiret;* el Greg. L. 4. epist. 32. *Cunctis Evangelium scientibus liquet quod Beatis-simo et omnium Apostolorum principi Petro Dominica voce totius Ecclesia cura commissa est.... Ecce claves regni cækslis accepit, potestas ei ligandi atque solvendi tribuitur, cura ei totius Ecclesia? et principatus tribuitur.*

De 31. asserit Optat. Mii.evit. Ioc. supra cit. porgens : *In quo uno cathedra unilw ab omnibus servaretur, nec exteri Apostoli singulas sibi quisque defenderit; ut jam schismaticus et peccator esset, qui contra singularem cathedram collocaret alteram : ergo cathedra una est;* et Hieron. L. 1. contr. Joxin. *Inter duodecim unus eligitur, ut capite constituto schismatis tolleretur occasio :* Item Cyprmn. epist. Lio. *Neque enim aliunde luereses obortæ supt aul nata schismata, (piam inde, quod Sacerdoti Dei non obtemperatur, nec unus in Ecclesia ad tempus Sacerdos et ad tempus judex vice Christi cogitatur.*

De 4'. enuntiat Cyprian. L. de unit. Eccles. *Ecclesia una est, quæ in multitudinem latius incremento facunditatis extenditur, quomodo solis radii mulli, sed lumen unum; et rami arboris multi, sed robur unum tenaci radice fundatum; et cum de fonte uno rivi plurimi diffluunt, numerositas licet diffusa videatur exundantis copia? largitate, unitas tamen servatur in origine. Avelle radium solis a corpore; divisionem lucis unitas non capit : ab arbore frange ramum; fractus germinare non poterit : a fonte provide rivum ; pracisus arescit. Sic et Ecclesia Domini luce perfusa per orbem totum radios porrigit; unum tamen lumen est, quod ubique diffunditur, nec unitas corporis separatur : ramos in universam terram extendit, profluentes rivos latius expandit; unum tamen caput est, origo una, et una mater facunditatis;* et Bernard. L. 2. de Consid. c. 8. *Praesentes exteri condiscipuli erant, cum committens uni unitatem omnibus commendaret in uno grege et in uno pastore, secundum illud : una est columba mea, una perfecta; ubi unitas, ibi perfectio : reliqui numeri perfectionem non habent, sed divisionem, recedentes ab unitate.* Ergo.

Prob. II. Figura, exemplar, comparatio, similitudo, usus et notio propl ia Ecclesiæ ostendunt Ecclesiasticum regimen esse perfecte monarchicum. 5am 1°. Synagogam fuisse figuram Ecclesiæ Christi docet Apostolus P. ad Cor. 10. v. G. scribens, antiqua omnia contigisse nobis in figuram; eam autem monarchice constitutam ex Deuter. 17. testatur Joseph. L. 2. contr. Appion. docens : *Lex Sacerdotibus in communi quidem res præcipuas dispensare permittit; summo autem Pontifici aliorum Sacerdotum primatum competenter injungit.* 2°. Hierarchia Angelorum seu Ecclesia triumphans ex Greg. L. 4. epist. 12. et Bernard. L. 2. de consid. est idea et exemplar llieranhiæ fidelium seu Ecclesiæ militantis : sed illam monarchicam primum in Lucifero, nunc in .Michacle censeri, Greg. L. 32. Mor. c. 24 el 25. ac llicron. in Job. 40. aliique docent: ergo. 3°. Ecclesia Christi comparatur Canl.G. exercitui ordinato, ?. Petri 3. navi, P. ad Timoth.3. domui : sed juxta Hier. epist. 4. *In quamvis grandi exercitu unius signum exportatur;* ex eodem in epist. ad Bustic. *In navi unus est gubernator;* domus etiam omnis secundum Luc. 12. unus *esi fidelis dispensator et prudens.* Domus autem Dei, juxta Ambr. in ioc. Timoth. *hodie rector est Damasus.* 4°. Eadem est ac dicitur Joann. 10. *unum ovile;* sed additur, *et unus pastor;* Eadem ad Rom. 12. *corpus unum in Christo;* sed corpori unum caput convenire, et mystici corporis caput fuisse Petrum aliunde constat. 5°. Præesse unum Episcopum hrochis in diœcesi, unum Archiepiscopum Episcopis in provincia, Patriarcham unum Archiepiscopis in Natione, jus sacrum exigit, ct consuetudo inveterata probat : ergo et unum Pontificem sufficere omnibus in universa

M.
1«

Ecclesia convincit. 6°. Notio demum Ecclesiæ qnaliscumqno, fliode Mlhdi.·. sit, præter Christum vel unius capitis visibilis duntaxat meminit. vZi alios etiam pastores exprimit, eos tamen supremo nui subjicit.

Prob. HI. Præter Ecclesiæ regimen perfecte monarcliicum cogitari potet vel democraticum, vel arislocraticum. vel democratia aut aristocratia lem-peratum; idque vel eum diminutione auctoritatis monarchicæ, vol ahsqœ ejusmodi diminutione. Sed regimen Ecclesiæ a Christo ordinatum imprims non est democraticum, ut in Tr. de Legibus contra Ric iie r ic m probatur, el hactenus est ostensum : deinde non est simpliciter aristocraticum, ut ruras ibidem, et tum in hoc, tum in superiore Capite est declaratum : prælerea non est democratia aut aristocratia temperatum cum diminutione auctoritatis nk›-narchicæ. quatenus supremi capitis Imperium aut a populi optimatumvesuf-fragiis sit pendulum, aut sine horum adstipulatione inefficax vel invalidum; quia neutrum congruit sive cum notis et documentis monarchicis proxime assertis, sive cum primatu jurisdictionis uni solitarie stabilito; muliopw minus cum superioritate Pontificis inferius stabilienda conciliari potest : tandem temperatum sine diminutione, stans in eo quod OptimatesEccleii eligi queant ex fidelium aut Clericorum coetu, electi autem, non vicario tantum nomine, sed auctoritate propria principatum gerant in designati sibi Ecclesia, neque ut consiliarii duntaxat, sed ut judices ferant sententiam in Conciliis, utrubique tamen cum inferioritate ac dependentia a suprema capite, principe ac judice; hoc, inquam, temperamentum perfectae monar-chia· non officit, nec plenitudinem potestatis, sed solitudinem duntaxat excludit. Ergo regimen Ecclesiæ est perfecte monarchicum.

159. *Objic.* Sei'iptura, testimonia, ct facta docent unum ac indivisum esse Episcopatum, eumque primo ab Apostolis, dein ab eorum successoribus Epis-copis in solidum esse possessum : ergo. *Prob.* .Ini. 1°. Christus unus in se habuit totam ac integram Episcopatus potestatem : sed idem eamdem totam et indi-visam Apostolis suis indivisibiliter contulit ; tum quia Joann. 20. ait: *Sini! misit me Paler, et ego mitto ros ;* tum quia Matth. 28. dicit: *Euntes* in mun-dum *unirersum,* etc. non assignando partes in orbe nec in Episcopatu: ergo. 2°. Potestas Apostolis et Episcopis collata in epist. 1*. ad Tini. G. v.®). et 2*. ad eumd. I. v. 14. est *depositum;* iidemque dicuntur et sunt Tutores Ecclesiæ: sed deposito pluribus commendato, juxta L. I. §. 43. ÎT. *Depositi,* singuli tenentur in solidum ; et secundum L. 51. ac 54. ff. *de admin, et peric. Tutor,* tutela una et indivisa manet, quamvis tutores rem dividant: ftsp licet jure humano facta! sint Episcopatus divisiones, potestas tamen una est ac indivisa. 3°. Sicut Ecclesia est una, sic unus est Episcopatus, cum illa in hoc speciali quadam ratione consistat : et quilibet Apostolus generalem Eccle-siæ curam gessit; ut Paulus labores suos recensens 23. ad Cor. 11. v. 28. *Sollicitudinem omnium Ecclesiarum* intercos refert : ergo.

Λ. I. *ad Arg.* .V. *Cons.* Eadem argumentandi forma sequitur etiam Sa-cerdotium esse unum ac indivisum , a presbyteris singulis ac Episcopis in solidum possessum. Quamvis enrm, qui tamen ipso hoc argumento evertitur, statuatur ordohierarchicus, is nihilominus cum sacerdotio uno ac indivisi componeretur eatenus, si. ut de Episcopis respectu summi Pontificis adver-sarii loquuntur, diccretui . Sacerdotes certis duntaxat stringi vinculis, ne a

centro ad perlpheriam excurrant, ooriimque jurisdictionem, cæteroquin parem omnino et æqualein, obnoxiam tantum esse Episcopis, indequc arctioribus limitibus teneri. Quod quam dictu est absonum, tam accommodum est ad instantiam praesenti objectioni ubique faciendam,

Λ. Î. .V. Λ. Non unitatem hujusmodi, sed inrequalitatem ac in diversos gradus sectionem regiminis hierarchici Scriptura et antiquitas novit, ut supra ostensum est. Quod ad vim faciendam Episcopi hic dicantur Apostolorum successores, admitti potest, quantum in Apostolis spectatur dignitas Episcopalis el ordinaria potestas pastoralis in Ecclesiam particularem sibi subjectam; negatur autem, si transferatur ad dignitatem Apostolatus et amplissimam hujus muneris jurisdictionem personalem, de quo superius.

Ad *Prob.* quoad 1. .Y. *m.* secundum id, quod *indivisibiliter* traditam potestatem enuntiat. Eam haud probat textus prioi\ qui similitudinem duntaxat missionis, non aequalitatem indicat : facturus alias Apostolos etiam auctores Sacramentorum : neque textus posterior; utpote qui in Apostolatum, non in Episcopatum cadit: quo etiam si pertineret, facto legitimo evenisset divisio Episcopatus, ut per praedicationem distributio orbis. Episcopatuum enim discretionem, saltem generatim, ex jure divino ipsius Christi descendere, Pallat. L. 6. Hist. Trid. c. 3. autumat; propterea quod Christus eam utique reipublicæ formam videatur præscripsisse, quæ infirmitati humanae sit accommodatior, et a dissidiis ex præventione concurrentis jurisdictionis facile oriluris remotior.

Quoad 2. *T. M. D. m.* Tenentur in solidum singuli, depositarii quidem, si deponens omnium in solidum fidem sit secutus; tutores autem, si tutelam susceperint pro indiviso, C. si neutrum fuerit factum, N. Ut in casu, tum hic concesso, tum in lege de utriusque depositarii fraude expresso, justa est singulorum in solidum obligatio ; sic aequitati naturali et sanae rationi maxime convenit, ne diviso inter plures deposito, nullhque singulorum in solidum postulata fide, teneantur omnes : praesertim cum hæc ipsa lex comparationem cum tutoribus faciat, qui ex L. 3. § ult. *daAdmin. etperic. Tutor.* audiendi sunt, si dividi inter se tutelam velint; et ex L. 4. ac 47. § 2. *ibid.* unusquisque exceptione submovebitur pro ea parte vel regione quam non administrat; si nempe res divisa fuerit. Probari autem nullatenus potest Christum, demandando Apostolis depositum Ecclesiæ, singulorum in solidum fidem esse secutum, aut tutelam illis pro indiviso commisisse.

Quoad 3. Λ. Imprimis Ecclesia una est tWulate doctrinæ ct capitis, non indivisionis; cum constet aliam dici ac esse Ecclesiam Gallicanam, Germanam et aliarum Nationum : unde quamvis Ecclesia in Episcopatu specialiter consistat, hunc esse individuum non sequitur. Deinde Apostolus quilibet gessit Ecclesiæ universe curam vi forsan Apostolatus, vi Episcopatus minime. Textus littera, non curam a Paulo Ecclesiis impensam, sed ipsarum Ecclesiarum vel jactationem ab hostibus, vel hostilem coitionem declarat ; communiore tamen acceptione permissa, indicat vel spontaneo zelo vel necessitate urgento susceptam curam, non item auctoritatis propriœ officium; qua ■ciliccl ratione Tribunum subinde totius exercitus curam gessisse legimus.

Jnst. 1. Etenim : 1°. Auctor opusc. de Dign. Sacerd. L. 2. c. 3· scribit : *Quas* 0··*et et f/tiem gregem tunc B. Petrus suscepit, nobiscum suscepit, et cum eo illas* noj *suscepimus omnes.* 2° Hqrmisd.e dictum est : *Thronos omnes Apostolicos*

sedesque Episcopales unam esse sedem Apostalicam ; el Symmachus Papaepet J. ad Eoninm inquit : *Dum ad Trinitatis instar, cujus una est atqueindicito potestas, unum est per diversos Antistites sacerdotium; quomodo priurun instituta a sequentibus convenit violari?* 3° Cypr. L. de unii. Eales, aperte enuntiat : *Episcopatus unus est, cujus a singulis in solidum pars tenetur;* Item: *Quam ecclesiæ unitatem tenere et vindicare debemus, maxime Epiuo^ qui in Ecclesia præsidenius ; ut Episcopatum quoque ipsum unum aîψι-indivisum probemus.* Ergo.

R. quoad 1. Nec To *omnes* ad oves seu obliquum refertur, sed ad nosseu rectum : nec. si aliter accipiatur, oves omnes cuilibet subsunt Episcopo; cura singuli quidem sint vocati in partem sollicitudinis, non 'in plenitudinem potestatis.

Quoad 2. *R.* Uterque verum enuntiat : Hormlsdas quidem, Apostolorum et Episcoporum thronos unam dicendo sedem Apostolicam, et Symmachus doceudo in Pontificibus sibi ex ordine succedentibus idem sacerdotium haberi el manere; sicut nempe plures cathedra unam constituunt Academiam,et successores in eodem regno eadem qua antecessores pollent auctoritate :teque parum autem ex illis probatur una ac indivisa pro Apostolis et Episcopis omnibus potestas; ac parum ex his sequitur, Academiam in solidum possideri a singulis Doctoribus, aut potestatem regiam, quam Regni possessore habent, etiam a Proceribus teneri, qui cum illis curiam conflant.

Quoad 3. *D.* A singulis in solidum pax's tenetur, servata proportione potestatis cuilibet propriæ, C. æqualiter ac omnimode, N. Quamvis permittatur hic agi non tantum de potestate ordinis, sed et jurisdictionis, constat tamen ex relatis num. 157. Cypriam verbis et scopo, in ipso uno Episcopatu haberi æqualitatem partium et graduum diversitatem : adeoque Episcopo quolibet suam partem et gradum possidente, una tota et in ratione etiam totius indivisa possessio constitui potest, quin Pontifici tamen detrahatur primatus et suprema potestas, aut quilibet totam possessionem habeat; præsertim cum non dicatur Episcopatus unus totus, sed pars tantum a singulis in solidum teneri : præterea etiam *radii, rami et rivi* singuli lumen solis, robur arboris, ac fontis ubertatem neutiquam in solidum obtineant; qua tamen comparatione ibidem S. Doctor utitur.

Inst. 2. Non Apostoli tantum, sed et Episcopi alienis provinciis succurrerunt,proque tota Ecclesia laborarunt. Sic Chrys. de Eustathio scribens inquit: *Edoctus prope fuerat a SpirituFgratia, Ecclesiæ antistitem non de illa solum quæ ipsi a Spiritu sancto sit commissa curam debere gerere, verum etiam de universa quæ per orbem terrarum degit :* Theodoret. autem L. 4. Hist, c. 12. de Eusebio tempore Constantii sub militari veste Ecclesias perlustrante notat : *Tum presbyteros et diaconos creabat, tum alia obibat officii Ecclesiastica; ac si quando in Episcopos secum doctrina consentientes incidebat, eos Ecclesiis, quæ carebant Pastoribus, præfecit :* eigo.

R. quoad. l *I).* Etiam Episcopi alienis provinciis, suo scilicet Episcopo destitutis aut aliter periclitantibus, succurrerunt, ex charitatis tum erga Ecclesiam, turn erga proximum officio, C. cx auctoritatis ac jurisdictionis titulo. N. vel *subd.* titulo auctoritatis propriæ etjurisdictionis ordinarim, N. delegata' et extraordinariae, C. Urgente etiam necessitate et periculis postulantibus. Episcopi tamen propriam et ordinariam auctoritatem in alienas provincias

nec habent cx vi sua; ordinationis, qua scilicet certis duntaxat Ecclesiis regendis praeficiuntur; nec exjuro, cujus quidem canon nullus laudari potest, sed oppositum potius cap. I. de *prescript.* docetur; nec ab usu, qui aliasetiam titulum universalis Pastoris his auxiliatoribus, idemque jus Sacerdotibus el Laicis simile sæpius feliciter ausis tribuisset; nec immediate a Christo, utpolodc cujus commissione nullum adest vestigium. Unde si quid in his auctoritate factum est, id contigit auctoritate lanturn delegata, et calenus extraordinaria, quam scilicet Romanus Pontifex dedit, vel dedisse optime etiam juxta L. 46. § 7. IT. *de Furtis* præsumebatur.

.Xecaliud evincunt exempla. Dictum enim Chrysosti de Eustathio rem factam ex charitate indicat, cum *edoctum* a *Spiritus gtatia* asserat : factum Eusebii vel camdem originem habet, vel profectam a Pontifice auctoritatem declarat ; cum alias jure proprio, non autem Eusebii subdelegatione, Episcopi alii ad viduas Ecclesias regendas accedere potuissent.

Inst. 3. Saltem S. Paulum æqualèm et socium fuisse S. Petro probant Scripturæ monumenta; ergo. *Prob. Ant.* Nam 1°. Paulus per Antonomasiam vocatur Apostolus, h. e. Princeps Apostolorum. 2°. Ipse se æquiparat Petro, Ad Gal. 2. v. 7. ct 8. scribens : *Creditum est mihi Evangelium præputii, sicut el Petro circumcisionis ; qui enim operatus est Petro in Apostolatum circumcisionis, operatus est et mihi inter gentes.* 3°. Idem dicit ibid. v. 5. *Seneque ad horam cessisse subjectione;* et v. -11. *Ceplue in faciem restitisse;* quod juxta Cans. 2. Q. 7. Can. 28. non licuisset Paulo, si Petro inferior fuisset.

R- ad Arg. D.A. Faciunt hæcS. Paulum aequalem et socium Petro in eo quod est proprium Apostoli, C. in eo quod est Episcopi et prasidis Ecclesiæ, .N. ulriusquc dignitatis officia num. 159. in resp. ad prob. 2. breviter recensuimus, atque ad illa Apostolatus munera pertinere pleraque hic objecta, constabit ex dicendis.

Itaque ad *prob.* quoad 1. *D.* Paulus vocatur per Antonomasiam Apostolus •eu Apostolorum princeps præccllenlia potestatis, N. præcellentia operis ; C. Antonomasiam ceric hoc sensu accipit Aug. L. 3. ad Bonif. c. 3. ita scribens : *Apostolus cum dicitur, si non exprimatur quis Apostolus, non intellifjitur nisi Paulus; quia pluribus epistolis est notior, et plus omnibus laboravit.*

Quoad 2. *R. D.* Æquiparat se Petro quoad destinationem primariam prædicationis,confirmatæ miraculis et coronatæ fructibus, adeoque quoad Apostolatus munus ct effectum, C. quoad auctoritatem ct pastoralis officii primatum. N. Hi enim Apostoli *partiti sunt non potestatem sed opera, ut* ad hunc locum scribit Hier. Cæterum ex Apost. Actis patet Judæis etiam Paulum, Gentibus Petrum pradicasse.

Quoad. 3. *R.* Textus prior non de Petro, sed de falsis fratribus agit; ut versus praecedens docet : similiter nec posterior; quia Cephas hic reprehensus secundum probabiliorem sententiam alius est a Petro Apostolo : permissa vero Cephæhujusac Petri identitate, non tamen probatur Pauli æqualitas; tum quia Patres, num. 157. in prob. Iae part, relati, reprehensorem aperte pronuntiant inferiorem : tum quia citatus Canon de Seniore, non de Majore loquitur.

Inst. 4. Nam 1°. Petrus ct Paulus ab Irex.eo L. 3. adv. hier. c.3. *Ecclesiæ fl'mnnæ Institutores et fundatores,* a Chrys. hom. 32. in epist. ad Rom. *Romce* ■■*'di.* a Leone serm. I. de nat. Apost. *Rornanæ urbis patres ac pastores* compilantur. 2°. fidem dicuntur ab Epiphax. hær. 17. *primi omnium Apostoli*

pariter, et Episcopi Romæ, a C\kill. Hier. Catech. 6. lllunün. *Capita Ecclesia.* a Gbrts. l. c. *Chori sanctorum corijphcei,* Maximo Tauris. Scnu. v. *Princip, Ecclesiarum et fideichristianœ.* 3° Paulus specialim asseritur a Grec. L. I. Dialog, c. 12. *Petri in principatu Apostolico frater,* ab Ambrosiaslro *primatui gratiam,sicut Petrus consecutus,* a Petro Dam. Opusc. 3o. c. 4. *Omnibus prasidere, et in omnibus jus prœsidcntis tenere* : ergo.

R. Quoad 1. Pavum dici posse fundasse docendo, illustrasse agendo cl patiendo, genuisse instruendo et tingendo, pavisse verbo et exempla edendo Ecclesiam Romanam, quin plus aliquid quam Apostoli, operarii aut praemii ageret : præsertiin cum Leo ibid, dicat /xt solam *Petri Sedem Romam caput orbis effectam.* Præterea aliud est memorata omnia agere cum Petro, aliud eadem cum illo auctoritate prœslare ct principaliter; quia illud coadjulori. hoc proprio pastori congruit.

Quoad 2. *R.* Petrus et Paulus ab Epiphamo dicuntur primi Apostoli cl Episcopi Romæ, D. spectando maxime doctrinam, C. potestatem, *subd.* uterque æquo jure, N. diverso, C. Scopus S. Patris erat ostendere, doctrinam illilvatam Romæ perstitisse, usque ad Marccllinæ feminæ cujusdam pestilentis ætatem; quod ut præstaret, initium hic a doctrinæ fonte el institutione fidei ab utroque Apostolo profecta facit. Ratione communis hujus operæ uterque dicitur Episcopus Romanus; Petrus quidem ordinarius ac vi gubernationis et respectu Ecclesiæ Romanæ, ut hæc quoque origo et centrum est universalis et Catholicæ : Paulus autem extraordinarius, et vi lautum fundationis, ac respectu Ecclesiæ Romanæ, ut hæc particularis estel muris urbis comprehensa. A Cyrjllo iidem non *Capita,* sed *Prostata* seu praesides compellantur, Petro etiam nomine *Protostatœ* seu primi puesidis Catech. 21. concesso. Titulus Coryphæi a Chrvsost. datus superiorem sanctitate, auctoritate non item exprimit; ulex conjuncto substantivo apparet. A Maximo commune elogium cum discrimine tamen tribui, verba hæc adjecta declarant: ζιηιὐο *igitur claves a Domino perceperunt, scientiæ iste, ille potentia.*

Quoad 3. *R.* Paulus a Gregorio Petri appellatur frater, 1). natu et auctoritate minor. C. par, N. Christus ipse Apostolos vocavit fratres, et Reges sæpe fratres numerant, ubique tamen sine potestatis æqualitatc. Ab Ambrosiaslro seu auctore Commentarii in Pauli epistolas sub Ambrosii nomine laudari solito, qui juxta criticos vel Luciferi vel Pelagii erat sectarius, tribuitur Paulo primatus pnedicalionis, non auctoritatis, ipso auctore sic loquente: *II dignus esset haltere primatum in prcedicatione gentium, sicut habebat Petrus in praedicatione circumcisionis.* Demum Petris Dam. rursus de præsidenlia per doctrinam et prœdicationem duntaxat loquitur, ideoque Paulo in ouines Ecclesias, quas edocuit, tribuit præsidium, sed cum hac modificatione: Fl- *detur aliquatenus præsidere.* Cæterum ibidem asserit primum Ecclesiæ Romanæ locum ex Petri privilegio, nulla Pauli facta mentione.

Inst.'y. Nam: 1°. In Officio legitur : *Petrus Apostolus et Paulus Doctor gentium ipsi docuerunt nos legem* : in precibus autem dicitur *Ecclesia per ipsos sumpsisse religionis exordium;* in Sacramentario Gregorii tandem recitatur: *Deus, qui tuis Apostolis ligandi solvendique licentiam contulisti etc.* 2°. Pontifices scribunt se *successores Petri et Pauli ;* imperant *auctoritate Apostolorum Petri et Pauli;* minantur *indignationem beatorum Petri et Pauli.* 3°. In diplomatum Pontificiorum sigillis exprimuntur imagines utriusque Apostoli : in

iisdem Paulus etiam obiinet plerumque dextram, ad significandam scilicet auctoritatem ; quandoque mutato tamen apparet latere, ad designandam forte perfeclam utriusque æqualitalom.

R. Quoad I. Ecclesia in Officio el Precibus recte veneratur duos Apostolos, ut fundatores, paires el magistros, non tamen tanquam primatus æquo sillemjure participes. Ligandi solvendique *licentia,* in Sacramentario Apostolis tributa, vel extraordinariam lanium potestatem vel minorem significat præ ilia, quam per ligandi ac solvendi *Pontificium* Petro cum clavibus traditum oratio propria eidem vindicat.

Quoad 2. /i. Pontifices se dicunt successores etiam Pauli, D. quoad succcssiuuein localem, quatenus Paulus Romæ prædicavit; item quoad realcm etiam, quatenus Pontifices omnia tum Pauli, tum Apostolorum reliquorum jurasibi vindicare possunt, C. quoad successionem personalem, obeundo ejus officium, gradumque tenendo, N. Sic enim vero successores majores sunt Julius Petri. Auctoritas Apostolorum sub qua imperatur, et indignatio quæ minando proponitur, non tam est officii potestas quam potentia patrocinii, quætum pro negotiis, tum contra hostes Ecclesiæ his formulis imploratur; iindcel Sanctorum omnium auctoritatem et indignationem in similibus Ponlilicum scriptis usurpatam legimus.

Quoad 3. Λ.Effigies utriusque Apostoli exprimitur in sigillis diplomatum, quia Paulus in fundanda et regenda Ecclesia juvit : cumque cathedra et potesfasCoadjuloris distinctael alia non sit ac qnæ est Ordinarii et Pastoris; bine ulerque in sigillo exprimitur, et utriusque successores se scribunt Pontilia»: in annula tamen Piscatoris, quo Brevia signantur Aposlolica, unius Petri imago apparet. Dextera Paulo data auctoritatem haud indicat ; ex Petro Dam. enim 1. c. c. 1. D. Thoma Lcct. 2. ad c. 1. epist. ad Gal. cl Conciliorum Adis supra notatis sinistra honoratior est præ dextra. Nec variatio subinde txvurrens æqualitàtem auctoritatis prodit, sed potius vel imperitiam sculploris, vel nullam situs hujusmodi habitam aut habendam rationem.

160. *Observa.* Monarchia secundum triplicem sensum accipi polest. : 1. In k:05u alieno, pro regimine quo unus omnia polest vel exercet pro lubitu ac libidine ; *hæc Anomarchia* seu exlex imperium dicitur, ct tyrannidem sonat: 2. In sensu stricto sed minus communi, pro regimine quo unus habet omnem potestatem, et exercet per se ipsum vel per meros vicarios; hæc *Autarchia* «u imperium proprium et autocraticum vocatur, el Exod. 18. in Moyse ‘pparuit: 3. In sensu proprio et communi, pro regimine quo unus impend habet supremam potestatem, præscindendo an subjecta alia potestas proprio vel vicario nomine ab inferioribus exerceatur; hæc *Monarchia* simpler audit, vigetque in multis hodie regnis.

Simili sensuum numero Aristocratia usurpari potest: 1. In sensu alieno, ubi •pimatespotestatem quidem propriam, sed nec supremam, nec independenmhabent; hæc *Elacharchia* seu Principatus obnoxius aut inferior potestas ippdlatur: 2. In sensu et minus proprio el minus communi, ubi Optimates ^•rsimetprosua quilibet portione potestatem supremam ac liberam obtinent ; -. *Pohjarchia* potius, ct multorum singulares monarchiæ, quam unius reiJflbiieæ regimen in pluribus residens vocari meretur: 3. In sensu proprio et mmuni. ubi optimates conjunctim, seu aliqua eorum collectio et cœtus,

supremam potestatem indiv isam possident, quantumvis unus aut aliqui pns sint, prorogativa meri ordinis mit dignitatis; hæc *Aristocratia!* simplicibi dictæ nomine intelligitur. Porro ex geminis politice formis, Puharahiui Aristocratia, cum nullo Monarchia» genere, neque Elacharchia cum Autard·, conciliari, integræque una in imperio stare possunt; quia utrubique unitas vel solitudo pluralitatem aut consortium imperantium excludit. Quo minus tamen Elacharchia cum Monarchia simpliciter dicta in unum regimen con-fluere possint, nulla obest contradictio ; cum suprema potestas in uno iuu prohibeat minorem ct obnoxiam reperiri in multis propriam.

Demum quæ ex speciebus hujusmodi conjungi una nequeunt, ainillei aliquid proprii debent, ut miscelam ac temperamentum faciant, el prodeat aliquod tertium: quæ vero conciliari non repugnat; in conjunctione quidem detrimentum haud patiuntur, sed nec attemperari proprie dicenda sunt. Quodnam ex tam variis sive simplicibus sive mixtis formis regimenEivk-siæa Christo fundata» conveniat, quantumvis ex hactenus dictis facile alli-gatur ; breviter tamen omnes classes percurrendo annotare hic juvat.

161. Et 1°, quidem :nefas est cogitare conditam in Christi Ecclesia Aiwmar-chiam. Disposuit enim hic Deus omnia in mensura et numero ct pondere: Christus edidit leges fundamentales suæ Ecclesiæ; atqueabejusgubemaloribu< tyrannidem, dominatum ct arbitrarium regimen, mandatis Matth. 20.ll. Petr. 5. alibique datis, dimovit. 2°. Autarchiam quidem in Ecclesia obser-vare licet, si ad regiminis Ecclesiastici auctorem ct caput invisibile, Christum scilicet, illam referamus. Christus enim omnem a Patre potestatem traditam obtinet : Christus dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam vero Prophetas aut Evangelistas, alios autem Pastores et Doctorcs: Christus imperat,regnat. Iwptizat et omnia agit per Ecclesiæ præpositos, tanquam Legatos^ ministres et dispensatores suos. Si vero ad subjecta potestatis visibilia tradi Unique minibus regiminis formam attendatur; hæc monarchiæ species nec presto est. ut manifeste patet; nec exigi etiam potest : quia Ecclesia regnum Christi est, non autem hominis imperantis;et quicumquepræsidel, Christi nomine imperat, ejusqueest Vicarius. 3°. Superest Monarchia simpliciter dicta; quam in Ecclesia a Christo esse institutam probat tum Primatus Petri hactenus assertus, tum rationes num. 158. in Confirm, utr. part, deductæ.

162. Hanc vero Monarchiam suo in genere esse perfectam, nec admixtione *regiminis Aristocrat ici* diminutam aut alteratam, patet,: 1°.quia stante Ecde-siæ unitate alibi probata. nequit admitti *Polyarchia;* cum ipse prascus Articulus satis ostendat, potestatem cujuscumque ecclesiasticam Primatui Petri subditam esse et obnoxiam : 2°. quia nec Aristocratia simpliciter dicU locum in Ecdcsia habet, cum præter proxime opposita pateat, nullum Opti-matum coetum aut a Christo fuisse institutum, aut collectum hactenus durasse, a quo suprema Ecclesiæ potestas administretur ; omnis etiam cele-bratus adhuc in Ecdcsia conventus jure et facto pendulus fuerit a Petro aut ejus Primatum tenente, ut ct supra dictum est. ct infra uberius demonstra· bitui. .1°. Quia, quæ est in Ecclesia Elacharchia, nihil proprietatis aut perfec-tionis detiahit ex Monardiia. Quantumvis enim Episcopatus sit ab ipso Christo institutus, Episcopi etiam Principes sint Ecclesiæ suæ proprio et non

sicario nomine, veri itidem judices nec consiliarii tantum; hæc tamen præ-nigalisa sicut eos non eximii a subordinelione ct dependentia , qua Capiti Ecclesiæ el Christi sicario sunt obnoxii, sic nec hujus potestatem ab eorum auctoritate,sententia, aut concursu facit aut supponit suspensam : adeoque istud Arislocralite genus formam regiminis haud afficit, nec Monarchiam attemperat.

Quare qui ob hanc qualcmcumque conjunctionem regimen Ecclesiæ mere inonarchicuin negant, vel monarehicum Aristocratiatemperatum appellant, minus accurate mimisque proprie loqui convincuntur; cum aut Monarchiam aulArisiocraliam alieno vel improprio sensu intelligi oporteat, temperamentum autem suo elljeclu spoliare sit ncccsse.

Qüæres : yln *et quamdiu Sanctus Petrus sederit Bomæ?*

163. .Vota. Quæstio de Petri commoratione et Episcopatu Romano non tam appendix est prioris, quam prologus galeatus posterioris Articuli, quo summos Pontifices in Primatu successores Petri statuemus. Hanc ut iis praerogativam prodroma inficiatione eripiant Heterodoxi, post Guillelmum quemdam Wideffi praeceptorem, Udalricum Velenum Lutheranum, et Calvinum L. I. Jnst. c. 6. § 15, pro varia sua eruditione, negant alii quidem Petrum unquam venisse Romam; alii, quamvis venisse Romam eum concedant, necant tamen Romae eumdem vel fuisse Episcopum, vel ibidem obiisse, vel ad mortem usque Episcopatum Romanum retinuisse. Licet autem ad assertionis futuræ defensionem, ut necessarium, sic sufficiens sit ostendere quod Petris Romanum Episcopatum semel susceptum nunquam dimiserit; quoniam tamen singuko negationes falsæ sunt, ad uberiorem rei satis utilis mgnitionem, oppositam veritatem distinctis assertionibus demonstrabimus. Pro faciliori porro dicendorum intelligentia præmittere juvat brevem gestorum a Petro huc spectantium chronotaxin , in qua eflbrmanda ad aliquot capita tanquam vel supposita vel postulata nobis attendendum putamus.

Eorum 1. est Salvatorem nostrum passum esse anno æræ communis 29. sub consulatu duorum Geminorum; ut docent Tertull. adv. Judaeos, Lactant. L. L de vera sap., Chronicum Liberianum in Proœrn., Aug. L. 18. de Civ. Dei c. 54. et alii.

2. Apostolos, antequam dividerentur in universum orbem, duodecim annis perstitisse in Palæstina; ut Clem. Alex. L. 6. strom. et Apollonius apudEuseh. L. 5. hist. c. 28. indicant.

3. Facta Apostolorum divisione, Petrum Antiochi® fundasse Ecclesiam; ut Chronicon Eusehii ct Alexandrinum docent : quibus accedens Greg. L. 6. epist. 37. solus pro mansione Antiochena assignat septennium. Verum , si alvum ac integrum velis caput praecedens, legi oportet triennium , emendando scilicet mendum, quod hic numero 111. in V11. facile mutato exortum videtur.

4. Diversimode assignari Petro 23. annos ; a Lactantio quidem L. de mort. persecui, c. 2. et a Chronico Libcriano a Tiberii tempore usque ad initia Aeronis, quos scilicet numerari oportet pro Vicariatu Christi Petrino : ab Eusebio autem in Chronico ct llicron. de Script. Ecclesiasticis usque ad mortem, quos sumere decet pro Petri cathedra seu Episcopatu Romano.

5. Petrum et Paulum, elapsis post passionem Domini annis 37, fuisse martyrio coronatos; ut llieron., Chrysost., Pontificale Romanum, Isidem et alii apud Henschenium ct Pagium testantur.

Habita harum epocharum ratione sequitur hæc Chrouologia.

Æra» Christi communis Anno 27. initium duodecim annorum ab Apostolis praedicationi in Palaestina impensorum. — An. 29. Salvatore in cœlum assumpto. Petris suscipit vicariatum Christi, et annos 25. a 1.actant.et Chronico Liber, numeratos inchoat. — An. 30. conversio S. Pauli. — An. 33. Paulus Hierosolymam primo veniens videt Petrum et Jacobum. — An. 37. Tiberio succedit Caius Caligula. — Au. 39. divisio Apostolorum : Petrus Antiochiam delatus, ibidem sedem erigit. — An. 41. Occiso Caio, Claudius ad Imperium vocatur. An. 42. Jacobo jussu Herodis Agrippa' interempto, affligitur Ecclesia, accurrens Antiochia Petrus etiam ipse occidendus carvcri datur: sed liberatus ab Angelo discedit Romam.

Inde initium Episcopatus Romani et 25. annorum a Scriptoribus Ecclesiasticis magis celebratorum. — An. 44. Patrius secundo appellit Hierosolymam; qui adventus in ep. ad Calat, relatus congruit cum illo Actor. II. descripto. — An. 49. Judæis, sub quibus et Christiani veniebant, Roma expulsis. Petrus primo discedens ex urbe Hierosolymam abit. — An. 50. Concilio ibidem de Legalibus celebrato praeest. — An. 54. Defuncto Claudio, sub Neronis initia, eodem et sequenti Judaei Romam redeunt, et cum Christianis Petnis. Clauditur hic *prima* 25 annorum epocha. —An. 56. S. Lino constituto Rornæ vicario seu coadjutore, Petrus seu primis seu repetitis vicibus excurrit in Pontum, Galatiam, Cappadociam, Asiam et Bithyniam. Subin redux. An. 67. Marty rium sub Nerone patitur, socium passionis naclos Paulum, finiente hic et *secunda* 25 annorum epocha, ct 37 post Christi mortem jam ante completis.

164. *Bespondeo* /. S. Petucs fuit Rornæ, quorsum primo venit anno 2. Claudii.

Prob. 1·. p. Petnis in epist. I. c. 5. v. 13. hæc scribit : *Salutat vas Ecclesia, quæ est in Babylone collecta, et Marcus filius meus.* Ex. his certum est P Petrum fuisse Babylone : 2°. Hanc Babvloncm non fuisse urbem sub hoc nomine historicis alias notam; cum juxta Josephum L. 18. Antiq. c. 12. tempore Caii in Babylone Assyriorum Judæi omnes vel occisi vel expulsi fuerint; Babylon autem .Egyptiorum juxta Strabon. L. 17. castellum duntaxat et locus obscurus fuerit : adeoque neutro in loco potuerit Ecclesia esse electa et collecta : 3°. Hinc nomen hoc urbis non fuisse proprium et historicum, sed alienum et symboliemn; atque a Petro ad tegendam suam commorationem aliaquc incommoda evitanda usurpatum.

Sed sub hoc *Babylonis* schemate designatam fuisse urbem Romani, probat 1". similitudo hujus urbis tum idololatra·, tum dominantis, cum priore, quam lertull. L. 3. contra Marc., Aug. L. 18. de Civ. c.22. et Leo Serui. I. de Natal. Aposlol. exponunt : 2°. I surpatio similis a Joanne c. 17. Apocalypsis, quam Tcrtull. L. contra Judæos c. 9. declarat : 3°. Aperta antiquorum inteiqirctatio; sic enim Eiiseb. L. 2. Hist. c. 15. testatur: *Papias rt hoc dicit, quoti Petrus in* I* *epistola sua, quam de Urbe scripsit, meminerit Marci, in qua tropice Hornam Babylona nominavit, cum dicit : salutat iwetc.*

lliERt». de Script. Eccl. in Marco ail : *Petrus in episl *. sub nomine Rabylo-iiis figuraliter Romain significans, salutat, inquit, vos Ecclesia etc.* Ergo.

Cm/. S. Petrim baptizasse Romæ, testatur Tertull. L. de Baptismo : ibidem obvium habuisse Christum, narrat Ambre®, in. orat, contra Aiixeutiurn ; edidisse miracula plura universim Cains in disp. cum Proclo, ct Oros. L. 7. Hist, enuntiant : vicisse speciatim Simonem magum, Arnob. L. 2. adv. Gent., Euseb. L. 2. Hist. c. 14., Cyrill. Hieros. Catech. 6. § 1.3., Epiphan. hær.21, Aug. hær. 1, Micron, de Script. Eccl. in Petro, aliique memorant : Mikcvm denique Romæ Evangelium scripsisse, prout ibidem a Pelro prædieatuuiaudierat, Clem. Alex. L. 3.Hypoth., Euseb. L. 2. hist. c. 13, Micron, de Script. Eccl. in .Marco annotant.

Prd>. 2*. *p.* Fidem faciunt Euseb. L. 2. hist. c. 13. scribens : *Sub ipso Claudii Imperio, benigna et propitia Dei erga humanum genus providentia rdiquoruin omnium Apostolorum principem Romam versus quasi manu Muxit : Orosius* L. 7. hist. c. 6. *Exordio regni Claudii Petrus Apostolus Romam venit, et salutarem cunctis fidem populum docuit :* Hier, de Script. Eccl. in Philone: *Aiunt Philonem, cum secunda vice venisset ad Claudium> in tadem urbe locutum esse cum Petro, ejusque habuisse amicitias;* ibidem autem in Petro ait : *Simon Petrus post Episcopatum Antiochensem secundo Claudii anno ad expugnandum Simonem magum Romam pergit.* Ergo.

Conf. Annus, completos a passione Domini 37 annos excipiens, est annus .E. C. 67; quia anni 37 additi anno 29 in æra communi vitam Christi finienti reddunt 6G annos cum aliquot mensibus : sed ab hoc 67 anno retrograde 25 annos, queis Petrus Romæ sedit, decerpendo, initium capke sessionis incidit in æræ com. annum 42, qui est annus Claudii 2 : ergo adventus Petri Romanus, cum initio hoc congruens, in cumdcm annum incidit.

163. *Respondeo II.* S. Petrus martyrium subiit Romæ sub Nerone, anno hujus 13.

Pnb. P.p. Patres tum Græci, tum Latini, in hoc facto conspirant; ex quibus a Bcllarm. de Rom. Pontif. c. 3. relatis, aliquot duntaxat laudasse afficiat. DioxYs. Corinth, ap. Euseb. L. 2. Hist. c. 23. sic de Petro ct Paulo loquitur: ,Ιηὼο *in hac urbe simul docentes, etiam martyrio pariter uno eodemγκtempore coronati sunt;* ipse autem Eusebius in chron. ad an. 17. inquit: *Primus Nero super omnia scelera sua etiam persecutionem in Christianos fecit, inquaPetrus ct Paulus gloriose Romæ occubuerunt.* Tertul. L. de Pnescripl. c. 36. *Habes Romam, unde nobis quoque auctoritas præsto est : ista 'jwm [dix Ecclesia, cui totam doctrinam Apostoli cum sanguine suo profuerunt', ubi Petrus passioni Dominicæ adæquatur, ubi Paulus Joannis exitu v/ronatur.* Atuanas. in Apolog. pro fuga de Petro et Paulo scribit : *Cum wti'vmtoportere se Romæ martyrium subire; non abjecerunt eam profectio* vm,$ed potius cum gaudio abierunt,* etc.

..... un hisone; ex imnium : unde *estimo-*

nium querere extrinsecus super/luutn puto; cum rem (jvslam insignia iumu in hodiernum el splendidissima eorum monumenta testenlur.

Гıı b. 2*. /». Similiter hoc Patres nonnulli indicant. Nani Orosius L. 7. Hist, cil. de Nerone ait : *Primus Romæ Christianos suppliciis et mortibus afficit · ipsunupie nomen extirpare conatus. beatissimos Apostolos, Petrum* crue-' *Paulum gladio occidit.* Hierox. de Script. Eccl. in Petro de eodem scribit: *Ibique* (Romæ) 25 *annis cathedram sacerdotalem tenuit usque ad ultimum Neronis, id est,* 11 *annum , a quo et affixus cruci martyrio coronatus est, capite ad terram verso.* Hoc in textu, cum Nero ultimum suum annum ad nonani tantum Junii perduxerit. To *usque,* sumitur exclusive; vel indicatur annus .E. C. 67. qui usque ad Octobrem 13, ab hoc mense I i Neronis annus fuerat. Isidor. in vita Petri ait: *Septimo et tricesimo anno post passionem Domini a Nerone Cœsare in urbe Roma crucifixus est.* Vid. reliquos num. 163. laudatos.

Conf. Præter argumentum ex suppositis chronologicis manifestum, accedit aliud ex Chronologia Lini. Huic Chronicon Damasi sedis annos tribuit undecim, cum mensibus aliquot; Epiphan. hær. 27. annos duodecim, ultimo scilicet tantum inchoato; Chronicon Lilierianum Pontificatus initium sub Saturnino et Scipione, finem sub Capitone et Rufo consulibus; unde sequitur annum Lini I. cum 2 Neronis et 56. .E. C.; annum postremum cum 13 Neronis et 67. Æ. C. concurrere. Atqui Baronins cum aliis Petrum fuisse passum sub Capitone ct Rufo docet, Kerkhcrdcre aliique Linum aliquot duulaxal mensibus solum gessisse Pontificatum volunt : ergo Petrus fuit mortuus anno Neronis 13. .E. C. 67.

166. *Respondeo III.* S. Petrus fuit Romæ Episcopus, ad mortem usque.

Prob. Ia. *p.* Petrus Romæ prædïcassc fidem, scribitur ab Euseb. L. 2. Hist, c. 13. et 14., ab Orosio L. 7. hist, cit., a Clem. Alex. L. 4. Inst. c. 21., a Theodos. Imp. L. *cunctos* C. *desum. Trinit.* fundasse Ecclesiam Romanam asseritur ab IrenæoL. 3. adv. Hær. c. 3. et Thcodoreto in epist. ad Leonem: Primus Romæ Episcopus nominatur ab Epiphanio hær. 27., a Sulpit. L. 2. Hist. sac. el ab Ambros. L. 3. de Sacram, c. I. tenuisse sedem vel cathedram Romæ legitur apud Optatum Milev. L. 2. contra Parmen., Hieron.de Script. Eccles., Aug. L. 2. coot. Iit. Pelii, c. 51. et Prudent, in Hvmn. de S. Laurentio. Ergo.

Conf. Ex Aut. c. ult. et epist. ad Rom. c. 1. v. 8. et H. constatante Pauli adventum floruisse Romæ Ecclesiam fidelium : hæc autem fundata ab alio non fuit quam a Petro, cum Judaeorum conversorum nullus prædicare gentibus sit ausus, antequam Act. 10. Petrus ad hoc munus cœlesti visione est excitatus: Barnabas autem, quem præcursorem Petri quidam temere lingunt, ab h<>c tempore diu comes Paulo individuus adlueserit : ergo.

Prob. 2*. *p.* Qui in Episcoporum l i bis serie constanter laudatur ut primus, cathedra; urbis suum tribuit nomen, Episcopo ac sedi ejusdem hæreditariam communicat auctoritatum sibi soli propriam, is non institutor tantum, sed ct absque mutatione constans Episcopatus possessor, atque hinc ad mortem usque detentor censeri delici : sed Petro hæc omnia respectu Episcopatu? Romani ad amussim conveniunt. Nam I". Is in Romanorum Episcoporum catalogo a Terlul. L. de Prescript, c. 32., Optat. MilCv. L. 2. confia Par-

men., Aug. epist. 261. ad Generosum, ab Epiphan. hær. 27., a Dorothco in synopsi aliisque nominatur primus : Idem 2°. tribuit Rornanæ cathedra suum Petri nomen, quo illa apud Cyprian, epist. 55. ad ConieL, Hieron. epist.57. ad Damas., Aug. L. 2. contra lit. Petii, c Prosp. in carni, do ingratis, alibique tum in Conciliis tum in historicis compellatur: Is idem 3°. principalem auctoritatem ac primatum Romana in sede successoribus comniunicaliuM reliquit, ut Iren. L. 3. adv. hær. c. 3.,Cypr. L. 4. epist. 2. aliique Art. seq. referendi testantur : ergo.

Conf. Petrus ex dictis Romæ fuit Episcopus, ibique est mortuus : ergo Romanus Episcopus fuit ad mortem usque, nisi vel Episcopale munus penitus dimiserit, vel sedem alio transtulerit, vel particularem curam in universalem episcopiam mutaverit. Atqui nec Episcopale munus abjecit penitus; cum nulla rei hujus extet ullibi memoria : nec sedem alio transtulit; cum nulla Ecclesia præter Romanam et Antiochenam Petrum pro Episcopo suo proprio laudet; Antiocheni autem Petrum perpetuo Antiochiae peratitisse ipsi negent; *Onuphrius* etiam *Patavinus ,* Antiochenam cathedram post Romanam tandem a Petro fuisse erectam docere ausus, refutetur ab oppositio antiquorum omnium consensu, et ab universali recentiorum negatione repudietur : nec dimissa particulari universalem curam assumpsit; cum adversarii, qui hic sunt heterodoxi, universalem Episcopatum Petro denegent, ejusque munus, ut Joannis ad Ephcsinam, Jacobi ad Hierosolymitanam, sic Petri ad particularem Ecclesiam restringant : ergo.

167. *Objic.* Historia de Petro asserta non congruit cum gestis S. Pauli, sive ante, sive sub, sive post hujus Romam adventum : ergo.

Prob.Ant. Γ. Paulus ante adventum scribens ad Romanos, mullos nomine proprio compellatos salutat, nulla Petro impertita salute : ad Galatas autem scribens datum vult Petro Apostolatum circumcisionis, sibi autem praeputii seu gentium : 2°. Romam veniens Act. 28. habuit sibi obvios fratres, Petro intereôsflou viso: ahiis etiam, utpolc rerum Christianarum adhuc ignaris, rogaluropinionem suam de Christianorum secta aperire : 3°. Romæ de incolis scribens ad Philippenses, dicit omnes, quæ sua sunt, quaerere; ad Timotheum 2*. seaboinnibus desertum in prima sua defensione; ad Colossenses, sibi adjutores in regno Dei solos tres osse, non nominato Petro. Sed prima sunt incongraa, altera incredibilia, postrema etiam Petro injuriosa : ergo.

Λ. *ad Arg. N. A.* Ad ejus *probationes* nnivcrairn *R.* eas vel ut negativas nihil positivis nostris obesse, vel ut loquenles de tempore absentiæ Petri ab (rbe ad rem non perlinere.

Speciatim *ad* 1. *R.* Prius accidit, dum Petrus primo Roma abesset; nihil prolût, si distinctas ad Petrum, ut poterat, Paulus litferasdedil; probat nimium, cum simile argumentum evincat, nec Timotheum Ephesiis, nec Jacobmn Hebræispræfuisse. Posterius partitionem hanc Apostolalus nec ut perpetuam, nec ut inviolabilem statuit, contrariis factis a Luca in Act. passim relatis; quin suppositis gratis his conditionibus, abundabant Romæ Judæi, e quibus initia Ecclesiæ a Petro colligi poterant.

.t</2. *R.* Vel absentia Petri altera, vel prudenter restrictus ad paucitatem numerus occurrentium fecerat ne Petrus inter obvios Paulo factos reperiretor. Qui de Christianorum secta sententiam Pauli rogabant, vel Judæi erant

necdum conversi, vel cupidi disserentem de Religione audire Paulum Legis perilissimum : omnes certe Romani Christiano» rei ignari diei nequeunt- quorum nempe Iidem annuntiari ubique, ipse Paulus in epist. ad Itonia», asserit.

Ad 3. Λ. Apostolus in epist. 1*. loquitur de iis duntaxat qui mitti a se poterant; ad quorum numerum Petrus utique non pertinebat : in 2*. agit de charis Cœsari et auxiliari valentibus; in quorum classe Petrus, si tamen tempore prima* Pauli defensionis erat Romæ, certe non fuerat : in 3'. ser- monem haliet de concaptivis sibique ministrantibus, ideoque a Petro dis· tinctis.

Inst. 1. Haud melius convenit cum scriptis et factis historicis aliis. Patet primum ex eo quod 1°. Lucas in Actis Apost. de Romana Petri profectione non meminerit: 2°. Josephus Judæus, quantumvis Christianorum amicus et Romae suam historiam sub Nerone concinnans, neque mentionem de Petri martyrio faciat : 3°. Clemens in ep. ad Corinthios de martyrio Petri et Pauli agens. Roma* tamen eos passos hand dicat. *Secundum,* quia 1°. Augustin, ep. 8i>. certamen Petri cum Simone Mago fabulis accenset. 2°. Occursus Christi Petro Roma fugere paranti factus, a solo Ambrosio relatus, ad som- nia videtur referendus: 3°. Acta Lini Petrum et Paulum diverso tempore el loco passos narrant : 4°. Hieron. !.. L in Matth. c. 23. Apostolos hos iu Judæa passos insinuat. Ergo.

/L V. .1. Ad ejus Proh. 1. generatim dico flaccidum esse illud argumen- tum : non est scriptum, ergo non est factum ; ut ex innumeris apud omnes liquet. Singillatim *II.* Licas non Petri, sed Pauli potissimum, cujus comes fuerat, acta referenda suscepit, quin tamen et hujus gesta omnia recensue- rit. (pia* Paulus in suis epistolis plura adjicit. Josephus licet non admodum Christianis adversus accusetur, eorum tamen ac rerum ad ipsorum laudem spectantium adeo studiosus haberi nequit : praeterea ipse L. 2. de bello Jud. c. ii. declarat, silentio a se praeteriri Neronis scelera, ne scilicet displiceret Imperatoribus. Clemens martyrii locum notare nec ratione historiæ,qu® notissima erat Christianis, nec ratione scopi debuerat; cum ageret de Corin- thiorum invidia, quæ quanta mala crearet, ex martyrio Petri et Pauli, ubi- cumque demum facto probabat.

Ad 2. *II.* Are., negat duntaxat jejunii sabbatini originem haberi exeo quod Petrus certamini cimi Simone præmisisset. Ambrosius minime solus est hujus visionis auctor; sed eam attingunt etiam Athan. in Apol. pro fuga. Origen. Tr. 21. in Joan.,Hegesip. L. 3. de exciri. [Heros, c. 2.. Ether, ct Beat, emit. Elipand., Innoc. 111. in Cap. 13. *Qui filii sint legitimi.* Acta Lini apo- crypha sunt et nullius fidei ; neque recusant benignam interpretationem, si necesse foret. Hier .Petrum Romæ passum L. de Script. Eccl. aperte enuntiat: hic vero non insinuat Petrum ct Paulum passos esse in Judæa; sed horum duntaxat mortem conjungit cum aliorum Apostolorum nece, non ratione loci aut temporis, sed ratione mentionis de donis discipulorum Christi.

Insl. 2. Chronologia historia- adjuncta nititur suppositis quinque, quorum aliqua sunt falsa. Contra *secundum* enim pugnat 1°. quod Tilleiuontius de hac traditione nihilreperire potuerit in Clemente citato; Apollonius autem mansionem Apostolorum intra nm-nia Hierosolymæ constringat : 2°. quod ex Actis Apost. constet. Apostolos iu Samariam, Lyddain, Joppen et Cæsaream

primis post Christi mortem annis excurrisse; ex aliorurn autem calculo, l'eliuin post i vel 5 annos Antiochenam cathedram erexisse, reliquos Apostolus autem in orbem sparsos : 3". quod cum tot annorum mora conciliari nequeant Pauli itinera ct Ecclesiarum fundamenta jacta ; neque, illius prudens ratio assignari. Contra *tertium* obstat 1". quod Euseb. in Chronico mansioni Antiochena' tribuat annos 25 , Gregorius an. 7, nos vero 3 duntaxat : & quod non sit potior ratio decerpendi cx annis sessionis Antiochena^ quam de commoratione Apostolorum in Pakuslina.

H.adArg. N. .bs. Supposita omnibus sunt communia et a plerisque admittuntur, licet in iis ad suum systema conformandis variai sint variorum sentential. I l planiorem, sic el verosimiliorem esse nostram, non tantum ex testimoniis sup. allatis, sedet ex responsionibus mox dandis constabit.

Quæenim contra *secundum* objiciuntur, ad eorum i. *Jt.* Quod Tillemonlius non repertum a se scribit, Sollerius Toni. 4. Jul. Exercitat. 3. de Apost. legit iu Iribus editionibus, el recitavit : Apollonii verba quidem ad metropolim, sensum vero ad Palæslinæ regionem referendum esse, tum facta, tum sana ratio, tum Scriptorum consensus docent.

Adi. 71,Quæ hic recensentur urbes, intra Pal.eslinam omnes sunt : quod de profectione Petri Antiochena post quinquennium statuitur, extensio non lautum esi extra metropolim, sed et regionem; eum Syria nunquam Palæstinæpars audierit : quod additur de dispersione Apostolorum, aperta est violatio suppositi historici, auctoritate et traditione firmati.

Ii/ 3. *It.* Aeque debent cum annorum 12 mora conciliari praedicationes Pauli et Ecclesiarum fundationes; quia nec ille prædicaveral sub Christo, nec .id Judaeorum, sed Gentium conversionem principaliter vocatus erat Apostolus. nude nec ipse pnecepto hoc tenebatur : neque tamen deest ratio dati Apostolis aliis mandati; ut nempe sicut Christus primario missus erat ad oves Israel, ita Apostoli durarent apud eosdem, dum spes erat earum salutis; postea, cum Evangelium ab iis rejiceretur, converterentur ad gentes ct alias orbis partes.

. Quæ contra *tertium* opponuntur, ad eorum 1. *II.* In editione Eusebii Basileensi hic esse mendum advertunt omnes, nonnullis arbitrantibus annos 5 ponendos, ut cum 7 Gregorianis, quoad initium et tinem haud integris, omcilienlur : alii melius quemcumque annorum numerum errore typography insertum volunt; cum in inanuscriplis et aliis editionibus absit numerus ct annus omnis : Gregoru numerus septenarius qua ratione mendosus evadere potuerit, num. IGO. est dictum.

Id 2. Λ. Ratio potior decerpendi aliquid ex hoc septennio quam illa umorum duodecade, stat in eo quod unus cl posterior Gregorius, nec laudato testimonio, suum annorum numerum addal : duo autem, el antiquiores, Had traditionem provocantes, el laudati ab Eusebio, suos annos edicant.

*Iμ I.Ä.*Eadem chronologia difficultates patitur in Epocha primi Romam adventus, Proh. I". QuiaTniERii tempore Christianos jam Romae fuisse, testantur Clemens I,. I.Recognil. Barnabam primumfidei ibidemprædicalorcmfaciens, et Orosius L. 7 hist. c. *i.* referens Senatus Consultum de exterminandis urbe Christianis : 2°. Quia Petrus modo circa an. E. C. *ii.* e carcore lliero-johmitano liberatus videtur ; cum Herodes Agrippa sub finem anni primi Claudii Horna primum discesserit; an. 2. llierosohmam veniens regni initia

persecutione Christianorum turbare certe noluerit; mox autem a persecutione, nl Aci. 1*2. innuitur, obierit, secundum Josephmn aliosque an. Regni 3, completo : 3°. Quia secundum epistolam ad Gidat. an. Conversionis 14. Æ. C. 14. Paulus Petrum Hierosolymæ convenit : 4°. Quia teste Lactantio. L. de Morte Persecut. c. 2. cum jam Nero imperaret, Petrus Romam advenit.

Λ. Nulla hic chronologia ailerlnr quæ careat difficultatibus : quod si noceret historiæ, nihil, ut alia praeteream, certum de ortu ct morte Christi haberemus. Cæterum diflicullates objecta? facilem solutionem habent.

Ad 1. Λ. Argumentum hoc sup. Probationibus jam est confutatum : nec accipit pondus sive ex libris Recognitionum, utpote apocryphis ct Clementi falso adscripts, sive ex Orosio, qui ibid, testatur, nullam sub Tiberio adhuc Roma· fuisse Christi Ecclesiam : unde decretum istud Christianos tantum, Romæ negotiorum causa adventantes, spectabat.

di/2. .V. d. Chronologia Agrippe rem nostram potius juvat. Is enim a Caio jam donatus Tetrarchia Galilææ, a Claudio etiam, mense, Januario ad Imperium assumpto, principatu Judææ et Samaria? auctus, atque Præsidibiis Provinciarum commendatus, non inulto post Claudii initia deferebatur in Judæam. Hic ras Judæornm Ecclesiasticas primum aggressus, ut ex mutatione Pontificum Synagogæ facta liquet, nihil pronius habuit quam ut ad novellam Christi religionem exscindendam ferretur, indeque, ut captaret Judaeorum animos. Jacobo occiso, Petrum etiam morti destinaret. Quod de morte- Agrippe in Actis Apost. subjicitur, sicut cum persecutione Christianorum, tanquam causa, non erat conjunctum, sic nec tempore : unde narratio continuata liberati Petri discessum ad Claudii an. 4. non retrahit,- cujus adventam Romæ tot sup. allata testimonia an. 2. adseribunt.

.Id 3. Λ. An. Æ. C. 44. Paulum Hierosolymis fuisse ipsi in Chronologia asserimus : sed Cepham, quem junctis dextris sibi conciliavit, postea autem Antiochiæ reprehendit, eumdern esse cum Petro negamus.

Ad 4. /?. Venit quidem Petrus, cum Nero jam imperaret, Romam secundo non autem primo; cum ipse Lactantius ibid. praemittat., Apostolos per 2j annos usque ad principium Neroniani imperii per omnes Provincias et civitates (qnas inter Roma certe fuerit) Ecclesiæ fundamenta misisse.

Inst. 4. Eadem est difficultas in Epiæha mortis a Petro obitæ. Prob. 1°. Quia an. 13. Nero juxta Xiphilinum in epilom. Dionis, Roma absens agebat in Gracia : 2°. Quia teste Orosio L. 7. hist. c. 3. post persecutionem, qua Petrus et Paulus etiam perierunt, clades et pestis oppresserunt ; quæ notante Tacito L. 16. Annal, et Sueton. c. 39. Nerva et Vestino Cous. h. e. an. Neronis 11, .E. C. 63. evenerunt : 3e. Quia Chronicon Liberianum de Petro sic habet : « Passus die 3. Calend. Julias, consulibus Nerva et Vestino, imperante Nerone. »

Ad 1. *n.* Quem Philostr. in vit. Apollon. L. 4, in Achaiam sub consulatu Telesini seu an. Ner. 12. abiisse dicit, eumdem sub Capitone ct Rufo seu an. 13. triumphantem Neronem Suetonius c. 23. reducit; unde Xiphilinus facile explicatur: qui si expositionem non admitteret, poterant Petrus et Paulus septem jam mensibus carcero detenti, etiam absente Nerone, subire martvrium.

Ad 2. 71. Ex Suetonii et Taciti calculo coeptam mox Christianorum perserutionAi excepeiunt plagæ; ab Orosio non item mors Apostolorum inter

persecutionis initia refertur; unde inchoatam an. .-E. C. 05.principio cnidelitatemsubsequens autumnus poterat ad terrorem inferre illa mala; nec tarnen territa, sed sicut in Provincias diffusa, sic per gradus ascendens sanities, alien) post anno, ad exlirpandum ipsum Christi nomen, Apostolis manus injecisset; quævidetur esse sententia periodi Orosianæ.

.Id 3. Λ. Appellatio consulum infidelis est et mendosa. En fragmentum huc pertinens: «Petrus annis 25 fuit, temporibus Tiberii Cæsaris,et Caii, et Tiberii Claudii, et Neronis, a consulatu Vinicii ct Longini usque ad consulatum Nerv. et Ves. Passus autem cum Paulo die 3. calendas Julias Consulibus supradictis, imperante Nerone, Linus fuit temporibus Neronis, a Consulatu Saturnini et Scipionis usque Capitone et Rufo. » Ea in lectione mendum nonunuin cubare, ipsa computatio ostendit. Si enim per sigla *Nerv. et \ves.* accipiatur Non a et Vestino; a Cons. Vinicio ct Longino, qui an. Æ. C. 30. prasidebadi, usque ad Ncrvæ et Vestini consulatum, an Æ. C. 65. congruentem, non 25 sed 35 anni numerandi sunt : si vero sub siglis sic restitutis .*Ver. et Vet.* intelligatur Nerone et Vetere, Consulibus an. Æ. C.55. signantibus; retinebitur quidem numerus 25 annorum notatus, sed mors Petri subjecta ad *Consules supradictos* h. e. Neronem et Veterem referri tunc nequii.

Postremum errorem corrigendi modus tanquam facillimus nobis probatur iste: ut solum sensus de morte Petri, loco suo amotus, subjiciatur post sententiam de Lino. Hac enim transpositione facta, anni 25 Consulatum Vinicii et Longini inter ac Consulatum Neronis et Veteris positi sibi constabunt; *Consules* autem *supradicti* ad Capitonem ct Rufum relati annum martyrio Petri hactenus assertum rite designabunt.

168. *Observa.* Ex dictis probabilius apparet, Petrum non voluntario consilioet facto mero, sed voluntate Dei et mandato, et sic aliquo Jure Divino, venisse Romam ac ibidem ad mortem usque mansisse. Huc enim spectare udetur, dum Euseb. L. 2. hist. cit. dicit, benignam et propitiam Dei erga humanum genus providentiam Petrum Romam *quasi manu deduxisse ;* Clemens Alex. L. G. Hypoth. Petrum *Spiritu sancto afflatum* Romæ Evangelium prædicasse asserit ; Leo Senn, dc Pet. ct Paul, *divinis præordinationibus* id factum ail : dum *impulsum* aut *mandatum Dei* memorant, qui Petri cum Simone Mago certamen referunt : dum denique Athan. 1. c. scribit audivisse Petrum, quod *mortem Romæ subire oporteret;* dumque alii sup. laudati, Petrum *occurrente et monente Christo* Romam ad martyrium rediisse, narrant. *Voluit autem Christus,* ut Gelasius m Decr. de Scriptor. apocryphis inquit. *Petrum Ronue pati, ut morte Petri Primatus in Romana sede firmaretur;* de quo nunc agendum venit.

ARTICULUS H.

yln *Romanus Pontifex obtineat Primatum Ecclesiæ?*

169. *Nota* 1. Quem Ecclesiæ Primatum frustra hactenus Petro negare conati sont,eumdem majori etiam contentione, nec meliori fortuna, Romanis Pontificibus eripere laborarunt Schismatici æque ac Haeretici ; inter primos

præsertim Nu.cs, Archiep, Thessalonicensis et See. 14, scriptor, libro jmga· lari; inter postremos, Novatores posteriorum temporum plerique : quita postrema ætate jungere se non erubuerunt Scriptores Janseniani, etlutientn, Pontificem esse duntaxat inter pares primum ; sicque ordinis, uon poltelal», primatum illi tribuendum. Contra, Catholicorum dogma lidei est, hn›. auctoritatem Romano Episcopo convenire. Eamdem quidam secupduiu potentiam primigeniam et adventitiam dividunt in primaria el secundarii reservata: illis,quæ officia summi imperii (num. 135.)diximus, ferepleraqix assignantes; His autem, quæ causa* majores vocantur, adseribentes.

170. *Nota II.* Nobis hive distinctio non admodum necessaria videtur; ad enarratas num. cil. potestatis partes cœpto semel tenore attendimus, nli reliqua, quæ reservata secundaria appellantur, non tam ad potestatem adventitiam, quam ad potestatis primigenia* usum et exercitium pertinere. Porro ad dogma Catholicum stabiliendum facilius, pra*ter dicta hactenus de Petro tanquam supposita, præmittimus propositiones aliquas, velat dicendorum bases ac prærequisita.

I. Admittendus est *aliquis* in primatu Petri successor. Hoc enim exigit 1°. perpetuitas Ecelesiæ; quæ sicut Matth. 10. v. 18. fundata est in Petra,sic sine hac stare et contra portas inferi praevalere nequit, ut ideo Ambr. in Psal. 10. scripserit : *Ubi Petrus, ibi Ecclesia :* 2°. Gubernatio Ecelesiæ, in pastore Joan. 21. v. 17. ovibus Christi omnibus præfecto iusliluta; qui pastor unus ex Joan. 10. v. 1G. durare debet, quamdiu oves Christi sunt ct extatuuuni ovile; indicante id Aug. dum Serm. 24. de Sanet, c. 2. diceret : *In unoPehv figurabatur unitas omnium pastorum :* 3°. Unitas Ecelesiæ; quæ sive juxta I. ad Cor. 12. v. 21. ab uno capite corporis mystici, sive ab eadem regiminis forma derivetur; cessante illo, aut hac mutata, eamdem quoque desinere ac tolli neccsse est; Cypr. Ep. 53. contestante, *hinc oriri hæreses et schismata, quod unus in Ecclesia ad tempus sacerdos et ad tempus judex vice Christi non cogitatur.* Idipsum illustratur ex figura Synagogæ; cujus summum Sacerdotium per successionem continuatum idem ad Ecclesiam Christi usque perseveravit : item ex comparatione Petri cum Apostolis; quorum potestas Episcopalis etiamnum successionis beneficio constat, Apostolalus dignitate sic etiam duratura, nisi extraordinaria fuisset et pro fidei Ecclesiæque principiis duntaxat requisita, sed ad ordinarium regimen, ut primatus, necessaria : denique ex Patrum suffragio, quos inter Chrys. L. 2. de Sacerd. inquit : *Quanam de causa Christus sanguinem suum effudit? certe ut permit* eas acquireret, quarum curam tum Petro, tum Petri successoribus committebat:* et Leo Serm. 2. deanniv. assump. *Manet dispositio veritatis, el Petrus in accepta fortitudine perseverans, suscepta Ecclesiæ gubernacula non reliquit : perseverat videlicet Petrus, ct vivit in successoribus suis.*

II. Successor iste quovis tempore potest tantum esse *unus,* seu unica persona. Primatus enim per successionem co modo consonari debet, quo est institutus; alias vel succederetur contra Christi institutionem, et illegitime: \el nova institutio, probari nescia, requireretur : fuit autem primatus penes unum Petrum et monarchicum regimen in Ecclesia eta Christo constitutum ut posteriori art. est ostensum : ergo. Accedit quod, si plures Episcopi simul Petro succederent m primatu, id fieri deberet a pluribus, vel divisim eta

singulis in parles, vol indivisim et a quolibet in solidurn, vol collectim et al) omnibus in modum unius. Sed in primo scinderetur primatus, tolleretur unitas, el nullus istorum esset successor Petri adœquatus, contra ac Cypr. L. de unii. Ecel. dicit : *unum caput est, et origo una, ct una mater feeeunditatis, successibus copiosa :* in secundo foret positive superior omnibus, sed negative tantum, seu non habens superiorem : prius autem facit, nullum esse successorem Petri, qui positive superior fuerat; posterius destruit rursus iniilatem, et corpus Ecelesiæ monstrosum lingit; contra ac Cypr. ep. 52. scribit : *Cum post primum secundus esse non possit; quisquis post unum, qui 'Jus essedebeat, factus est, non jam secundus illi, sed nullus est :* In tertio non successio foret, sed nova creatio seu alterius regiminis institutio, caritura tamen omni probatione. Prætcrea autem, proscindendo adhuc a comparatione Papæ cum concilio, primatus haud foret in multitudine dispersa, quin in primum aut secundum casum proxime refutatum impingeret : si autem penes congregatam tantum resideret; per plura secula subin primatus ab Ecclesia abesset, aut nullius saltem effectus potens foret; contra ac in P. prop, est demonstratum.

III. Istiusmodi successor debet esse *determinatus,* ac in individuo posse cognosci. Sicut enim ex Christi institutione Ecclesia vera in particulari visibilis est ; sic ex fine primatus et Christi institutione necessarium est, illum Petri successorem in hac visibili Ecclesia, in sede determinata et successione esse visibilem : alioqui vel reipsa successor in primatu non esset; cum existe» singularibus tantum ac individuis conveniat, vel confusa vagaque sive fides, sive existimatio de aliquo in terris primatu et vicaria Christi potestate, nec Ecclesiœ gubernationi nec fidelium instructioni prodesset.

IV. Nullus successor Petri in primatu alius, præter *Romanum Episcopum,* designari potest. Sive enim primatus conjunctus dicatur cum certo Episcopatu. sive ab eo liber et solutus, quo duplici modo diversis temporibus Petrus primatum tenuerat ; neutra via ad successorem Petri devenire licebit, nisi in Romano Episcopo sistatur. Etenim, quod primum attinet, ne Patriarcharum quidem ullum successisse patet ; cum Petrus sedem Antiochenam, auctoritatem suam retinens, deseruerit ; Hierosolymitanam quantumvis præsens non occupant; Alexandrinam nunquam adierit; Conslantinopolitanam autem mullo tempore posthumam ne noverit quidem; quoad secundum vero, quamus concedatur Primatum et singularem Episcopatum duas esse dignitates distinctas et separabiles ; certum tamen est, nonnisi unam personam Petro ubique successisse, adeoque vel illam personam simul fuisse hæredem primatus, vel primatum periisse : sed posterius asseri ex dictis non potest, nec prius etiam ; cum persona illa, Romano Pontifice excepto , nequeat designari : ergo.

171. *Dico.* Primatus Ecclesiœ, quem habuit S. Petrus, est penes Romanum Pontificem. Sequitur hæc assertio ex jactis hactenus principiis, ex quibus »n$tal, Petrum habuisse primatum, cumque perpetuo duraturum; durationemhanc, cum stare in Petro mortali non posset, haberi per continuatam personarum in eadem dignitate successionem ; Successores hos, non simultate, sed serie tantum osse plures, eosque determinatos ac singulares; solos denique Romanos Pontifices designari posse tanquam hujusmodi successores, tum quia hi uni Petro in Romana Sede mortuo successerint: tum quia Pelii

successores vel nulli sint, vel alibi sequentes, primatus hinc cum Pdm abeuntis haeredes esse non potuerint. Eadem declarata et proposita est universa» Ecclesia? in Cone. Florentino, quod in Decret. I'nionis cum Grwcbà loquitur : *Definimus sanctam Apostolicam Sedem et Romanum Pontificem* i» *universum* orbem *tenere primatum, et ipsum, Pontificem Romanum succtmrem esse beati Petri principis Apostolorum et rerum Christi vicarium, Mini(pie Ecclesiæ caput, et omnium Christianorum patrem ac ductorem cxisiw.d ipsi in beato Petro pascendi, regendi et gubernandi universalem Ecclesiam t Domino nostro Jesu Christo plenam potestatem traditam esse ; quemadmodw: etiam in gestis acumenicorum conciliorum et in sacris canonibus continetur.*

Probatur. Cui sedi aut Episcopo a Conciliis, Patribus ct Scriptoribus Ecclesiasticis, communi testimonio adseribitur vel ipsa Primatus dignitas, id Petri successio et hæreditas, vel Apostoli hujus actio el auctoritas, penes illuni Primatus Ecdesio» statuendus est: sed Romance Sedi et Episcop hsv omnia et singula adseribuntur a memoratis testibus : ergo.

Et quidem, quoad I. Primatum disertis verbis adjudicant, in Cone. Chalcr donensi Act. 16. Judices sic elocuti : *Perpendimus omnem primatum et lio mrem præcipuum secundum Canones Antiques Romæ Archiepiscopo conservari.* Epistola Adriani ad Tarasium in Nicæno il. Act. 2. lecta et probata $k habet : *Cujus Sedes per lotum terrarum orbem primatum obtinens luat, omniumque Ecclesiarum Dei caput existit* : l.ateran. IV. cap. 4. Patres dicunt: *Romana Ecclesia, disponente Domino, super omnes alias ordinance polestatii oblinet principatum :* Iren. L. 3. adv. hær. c. 3. *Ad hanc Ecclesiam propter potentiorem principalitatem necesse est omnem convenire Ecclesiam:* Anaslasins ll. in ep. ad Anastas. Imp. *Per ministerium meum, sicut semper at. sedes R. Petri in universali Ecclesia assignatum sibi a Domino tenet principatum.* Prreterea verbis æqiiipollent ibus idem edicunt Patres Cone. Constan* tinopolitanil. in ep. ad Damasum; fatentur *Romanam Ecclesiam esse caput, (autem membra : Chalcedon.* Act. 1.2. ct 3. Leonem vocat *universalis Ecclesia· Pontificem:* Constantinopolitani 111. ep. Synodal is ad Agathonem tore habet : *Raque tibi ud primæ Sedis Antistiti universalis Ecclesiæ, quid tjem·dum sit, relinquimus, stanti super firmam fidei petram : litteras confessions vestra, ut a Summo Apostolorum vertice divine perscriptas agnoscimus:* Joannes II. in ep. ad Justinian. Imp. scribit : *Romanam Sedem omnium vert Ecclesiarum caput et Patrum regula et Principum statuta declarant :* Thfti·dorel. in ep. ad Renatum : *Tenet sancta ista Sedes gubernacula regendarum cuncti orbis Ecclesiarum:* Ambros. in 1. ad Timoth. I. *Cum totus mundin Dei sit, tamen domus ejus Ecclesia dicitur, cujus hodie rector est Damasusrtc.*

Quoad 2. Romanos Pontifices Petro successores datos dicunt et enumerant Irenæus L. 3. c. 3. usque ad Eleutherium, Tertul. L. 3. cont. Marcion.c. ult. usque ad Telesphoruin, Optat. Milev. L. 2. cont. Parmen, usque ad Siricium, Augustin, ep. 165. usque ad Anastasium. Iisdem cum successione hærcditarias Petri prœrogathas attribuunt, llieron. in ep. ad Damas.de hypostas. *Cum successore piscatoris et discipulo crucis loquor: ego nullnm primum nisi Christum sequens, Rcatitudini turn, id est, cathedra Petri eo* munione consocior : super illam petram ædificatam Ecclesiam scio:* Angustia in Psal. cont. part. Donah : *Numerate sacerdotes vel ab ipsa Petri Sede: ipse*

al petra, i/imwi *non vincunt inferorum porta·:* Leo Serm. 1. de Natal. Apost. *Rrr sacram /I. Petri sedem, Roma caput orbis effecta, latius præsidet religions divitia quam dominatione terrena:* Prosper in Carm. dc Ingratis:

Roma Petri, quæ pastoralis honoris facta caput mundo, quidquid non possidet armis, religione tenet.

Denique quoad3. Actionem et auctoritatem Itoni. Pontificum quasi earndem aut profectam a Petro agente et auctore tradunt in Cone. Ephesin. Aci. 3. Philippus Legatus nullo reclamante effatus : *Nulli dubium est, imo seculis omnibus notum, quod S. Petrus Apostolorum princeps el caput, fideique columna et Ecclesiæ Catholica· fundamentum, a Domino nostro Jesu Christo claves regni accepit, solvendique ac ligandi peccata potestas ipsi data cslt qui ad hoc usque tempus et semper in suis successoribus vivit et judicium exercet:* in Chalcedon. Act. 2. post lectas Leonis litteras, Episcopi sic exclamarunt: *Hæc Patrum fides, hæc Apostolorum fides: omnes ita credimus: anathema ei qui Ha non credit : Petrus per Leonem ita locutus est:* Act. 18. Synodi VI. acclamarunt: *Summus nobiscum concertabat Apostolorum princeps; illius enim imitatorem cl Sedis successorem habuimus fautorem: charta et atramentum videbatur, el per Agathonem Petrus loquebatur :* Sir ic iu s in ep. ad Ilimer. scribit : *Portamus opera omnium, qui gravantur : quinimo hæc portat in nobis Petrus Apostolus, qui nos in omnibus, ut confidimus, adminislralionis sute protegit ac tuetur hceredes :* Leo in ep. 2. ad Pulcher, ait : *Consensiones Episcoporum, Nicamis regulis repugnantes, unica nobiscum fidei vestra pietate, in irritum mittimus, et per auctoritatem B. Petri Apostoli generali definitione cassamus.*

Lniversiin tandem ac dc omnibus audiri meretur S. Bernardus L. 2. de Consid. c. 8. itaEugenium alloquens: *Tu princeps Episcoporum, tu hæres Jpositdorum, Iu primatu Abel, gubernatu Noe, patriarchatu Abraham, online Htkhisedech, dignitate Aaron, auctoritate Moyses, judicatu Samuel, potestate Petrus, unctione Christus. Tu es, cui claves tradita·, cui oves créditée sunt. Sunt quidem ct alii ceeli janitores cl gregum pastores : sed tu tanto gloriosius, quanto et differentius præ cæteris nomen hæreditasti : habent illi assignatos greges, singuli singulos; libi universi crediti, uni unus: nec modo ovium sed fl pastorum omnium tu unus pastor. Unde id probem quæris ? ex verbo Domini: cui enim non dico Episcoporum, sed etiam Apostolorum, sic absolute dindiscrete lolæ commisses sunt oves...? Ergo juxta canones tuos, alii in partem sollicitudinis, tu in .plenitudinem potestatis vocatus es. Aliorum pdeslas certis arctatur limitibus: tua extenditur in ipsos, qui potestatem njperalios acceperunt. Nonne, si causa exlilerit, Iu Episcopo cadum clau-'ae.lu ipsum ab Episcopatu deponere etiam el tradere Satante potes? stat n·»inconcussum privilegium tuum, tam in datis clavibus, quam in ovibus ommendalis.*

Confirmatur. Cui sedi ac Episcopo cura universæ Ecclesiæ, legum generaliurn potestas, magistratuum supremorum ordinatio el causarum majorum judicium convenit, illi tribuendus est primatus Ecclesiasticus, his nrnime facultatibus tanquam præcipuæ auctoritatis partibus constitutus : ' d Romana» Sedi ac Episcopo conveniunt omnes ex ordine ejusmodi facultates : ergo.

De *prima* quidem testantur, Cone. Chalcedonense in ep. ad Leonem : *Et*

/Wt *hæc omnia insuper et contra ipsum, cui vineæ custodia a Salvatore* μ *missa est, extendit insaniam, id est, contra tuam quoque Aposlolicam sitnrtitalem ;* Athanas. in ep. ad felicem: *Ob id ros Preedecworcsque txslra, Apostolicos videlicet Profiles , in summitatis arce constituit, omnium^· Ecclesiarum curam habere prorepit :* Aeacius in ep. ad Simplicium: SoWio*tudinem omnium Ecclesiarum secundum Apostolum circumferentes, nosindsinenter hortamini* : Leo ep. 4. *Divinis præceptis et Apostalicis monitis incitamur, ut pro omnium Ecclesiarum statu impigro vigilemus affectu.*

De *secunda,* potestatem ferendi leges probant Patres Ephesini Act. L in damnatione Nestorii sic pronuntiantes : *Coacti per sacros canones et epdt<> lam Civlestini Romanæ Ecclesiæ Episcopi, ad hanc contra eum sententiam necessario venimus* : Damasvs in ep; 5. ad Aurelium : *Ea te custodire optamn, et aliis prædicanda ac publicanda mandamus, ut ab omnibus inviolate ddiila veneratione custodiantur:* Leo ep. 87. ad Epp. Africæ: *Quod utcunupie patimur esse veniale, inultum poslmodum esse non poterit, si quisquam, quoi omnino interdicimus, usurpare præsmnpserit.* Potestatem solvendi sive per dispensationem sive per abrogationem probant tum facta Grec.orh cp. 31. ad Felicem cum Anglis circa gradus matrimonii prohibitos, et cum Siculi? circa Concilia singulis annis bis celebranda dispensantis; Adriani in ep. ad Basil. Imp. in Constantinopolitano IV. Act. 1. lecta ob delinquentium multitudinem Canones relaxantis; Gelasii in cp. I. in aliis multis indulgentis: tum verba ct sententiae ejusdem Gelasii ibid, ita præfati: *Necessaria rerm dispositione conjungimur, et Apostolicæ Sedis moderamine convenimur, sic canonum paternorum decreta librare, et retro Præsulum Decessorumque nostrorum præcepta metiri, ut quæ praesentium necessitas temporum restauran-*
dis Ecclesiis relaxanda deposcit, adhibita consideratione diligenti, quantum potest fieri, temperemus: ct Nicolai in cp. ad Michaelem Imp. *Quoniam secundum canones, ubi est major auctoritas, judicium inferiorum sic deferendum, ad dissolvendum scilicet vel ad roborandum; patet profecto sedis* Jpdr*tolicce, cujus auctoritate major non est, judicium a nemine retractandum.*

De *tertia* exemplum præbet Cone. Chalcedon. Canon 28. Sedi Conslanlinopolitanæ primum post Romanam Patriarchatus locum deferens, quem tamen Leo rescidit nec vigere concessit; quamvis ex ejus consensu firmitatem obtinere potuisse Patrum supplicatio testatur, qua inquiebant : *Rogamus et tuis decretis nostrum honora judicium; et sicut nos capiti in bonis adjicimus consonantiam, sic et summitas tua filiis, quod licet, adimpleat.* Præterea ad Romanos Pontifices pertinere Episcoporum institutionem, apparet ex Leonis cp. ad Epp. Afr. *Donatum Salicinensem ex Novatiano cum sua plebe conversum ita Dominico volumus gregi præsidcre, ut libellum fidei sua ad nos meminerit dirigendum ;* et ex Grec. cp. 34. ad Constantiam Augustam: *Salonitana· civitatis Episcopus, meae Responsa!i meo nesciente, ordinatus est :et facta res est, qua· sub nullis anterioribus principibus evenit:* item Episvoporumdeposilionnn; decujus facto docet Nicolaus in ep. ad Michael. Imp. circa octo Patriarchas Constantinopolitanos, Gelasius in ep. ad Epp. Dardan. circa Petrum Alexandrinum,Theodoret. L.3. hist.c. 23. circa Flavianum Antiochenum. Acta Sixti 111. circa Polychronium Hierosolymitanum; dc jure autem, Patrum Ephesinorum testimonium nuper recitatum : denique eorumdem restitutionem; quam præter plurimorum alia, tum exempla tum facta suppli-

cantimn Alhanasii ct Chrysostonii legitimam demonstrant: quibus accedit evocatio in Cone. Ephesino Act. I. his verbis prolata : *Ingrediatur Reverendwimus Episcopus Theodorelus, ut sit particeps synodi; quia restituit ei Episcopatum Sanctissimus Romæ Archiepiscopus.*

Tandem de *quarta,* pro referendis ad Bom. Pontifices causis majoribus, universiin testatur Syn. Sardicensis in ep. ad Juliu m : *Hoc optimum ct valde congruentissimum videbitur, si ad caput, id est, Petri Sedem, de singulis quibusque provinciis referant Domini Sacerdotes ;* ad eamdem provocat I.vxoc. I. in cp. ad Victricium Rothomagcnsem : *Si autem majores causée in medium fuerint devolulde, ad Sedem Apostolicam, sicut synodus statuit, ct beata consuriudo exigit, post judicium Episcopale referantur.* Speciatim de causis quidem ex magnitudine rei majoribus, præter testes auctoritatem Pontificiam ad confirmanda Conciliorum negotia requirentes et num. 150. laudatos, dicant tum Gr egor. IV. in ep. ad Epp. universos scribens : *Nulli dubium at, quod non solum Pontificis causatio, sed omnis sanctæ Religionis relatio ad Sedem Apostolicam, quasi ad caput Ecclesiarum, debeat referri, et inde noriwmsuinere, unde sumpsit exordium, ne caput institutionis videatur omittat';* tum hxoc. IV. in ep. ad Archiep. Arelalensem : *Majores Ecclesiæ causas, pwtrtim articulos fidei contingentes, ad Petri Sedem referendas intelligit, qui cum quatenti Domino, quem Discipuli dicerent ipsum esse, respondisse narrabat: Tu es Christus filius Dei ciri, ct pro eo Dominum exorasse, ne deficiat fides ejus.*

lie causis autem ex magnitudine personarum majoribus constat, circa Patriarchas quidem, dum Patres Ephesini in relatione ad Cœleslinum causunJoannis Antiocheni summo Pontifici reservant : circa Metropolitas autem, dum Romana Synodus, sub Da m a so, Imperatores sic compellat : *Jubere Pietas entra dignetur, quicumque vel Fratris nostri Damasi vel nostrojudicio fuerit condemnatus, atque injuste voluerit retinere Ecclesiam; accitus Hornam tniat, aut ad Metropolitani deducatur examen: vel si ipse Metropolitanus fnnit, Hornam necessario, vel ad cos, quos Rom. Episcopus judices dederit, extendere sine dilatione jubeatur :* circa Episcopos demum ; Julius 1. in ep. ad Orientales can. 9. Cans. 3. Quæ. 6. inquit : *Dudum a sanctis Apostolis el ncuswribus eorum in antiquis statutis fuit decretum, quod hactenus sancta H universalis tenet Ecclesia, non oportere præter sententiam Romani Pontifirn Concilia celebrari, nec Episcopum damnari ; quoniam sanciam Ecclesiam Jhmnam primatem omnium Ecclesiarum esse voluerunt ;* quod ipsum continuat Tridentia. Sess. 24. c. 5. de Reform, sic statuens : *Causæ criminales graviores contra Episcopos, etiam heeresis, quod absit, quæ depositione aut iriralione di'pup sunt, ab ipso tamen Summo Romano Pontifice cognoscantur >t terminentur.* Dc reliquis causis aliunde majoribus aut quacumque ratione l' ntifici reservatis Libri decretales abunde commemorant.

l'i.Objic. Primatus Romanorum Pontificum caret fundamento in Scriptura ; ergo. *Prob, Ani.* 1°. S. Pa u l u s tum. 1. ad Cor. 12. v. 28. tum ad Ephes, t. v. II. recenset gradus el ministeria llierarchiie Ecclcsiasticæ, nulla lamen mentione Summi Pontificis facta: 2'·. ibidem ad Ephcs. v. 3. et seqq. ei unitate Christi, fidei, et spiritus probat unitatem Ecclesiæ, non autem ex unitate tapi lis visibilis el Pontificis: 3°. Rursus ibid. v. 7. gratiam ait datam

secundum mensuram donationis, non secundum plenitudinem potcstilis: ergo.

R. ad Arg. V. .1. Ad pro6. quoad I. Λ. Quamvis hæc testimonia nulluin prvberent fundamentum, nihil tamen obcssent; tum quia Scriptura solidissimam basin alibi præbet, ul propositiones præambulæ ostendunt: tumquh his in locis potissimum de charismatibus, donis et gratiis ad fidem et Ecclesiam nascentem plantandam, muniendam et ornandam concessis agitur; de gubernatione autem et llierarchia Ecclesiastica nonnisi generaliter insinuando potestates, quibus illa munera non tam ad regimen necessario, quam ad religionis exordium utiliter adjuncta fuerunt. Cæterum si djwUorum nomino princeps eorum Petrus, et sub *Apostolica* auctoritate potestas pastoralis suprema et ordinaria (significatione vaga scilicet ad unum revocata) pnecipuc intcUigatur; et primatus mentio habebitur, et nihil insolens (licetur : cum Pt'tri sedes Romana a plerisque Patribus et etianinum *sedes Apwtolica* per antonomasiam compellari consueverit.

Ad 2. *R.* Licet neque hic caput exprimeretur, non impediret tamen exprimi alibi. Præterca vero vel exprimi non debet, vel satis expressum est : t"" quidem, si de corpore invisibili agatur : 2um, si de visibili corpore sermo sit; cum corpus integrum non intclligatur, nisi intellecto simul capite.

dd.3. *R.* Mensura donationis Christi, comparata cura potestate Christi,plenitudinem potestatis quidem excludit, non autem comparata cum potestate Episcoporum ; cum quibus tamen compositus duntaxat Pontifex plenitudinem potestatis habere dicitur.

Init. I. Potestas Rom. Pontificis arctatur ad certas Provincias 1°. a canone6. Cone. Nicæni, sive is legatur ex interpretatione communi in hunc modum: *Antiqua consuetudo servetur per Ægyptum, Libyam, et Pentapolim, Haut Alexandrinus Episcopus horum omnium habeat potestatem ; quia et urbis Romæ Episcopo parilis mos est;* sive audiatur Rutinus interpres L. 10. hist, c. G. itarem complectens : *El ut apud Alexandriani et in urbe Roma vetusta consuetudo servetur, ut vel ille Ægypti vel hic suburbicariarum sollicitudinem gerat.* 2°. Cone. Africanum prohibet, ne quis vocetur, *princeps sacerdotum* aut *summus sacerdos* : Cypr. in ep. ad Quintum negat dari *Episcopum Episcoporum:* Gregor. L. 4. ep. 39, L. 6. ep. 30, L. 7. op. G9. alibiquc repudiat *Episcopi universalis* nomen tanquam profanum : qui tamen tituli omnes Rom. Pontifici primatum tenenti deberentur.

R. quoad 1. X. Jw. quod manifeste falsum apparet, si canoni addatur principium, prout in Cone. Chalcedonensi Act. 1G. recitatum est hujus tenoris : *Ecclesia Romana semper habuit Primatum.* Sed hoc omisso, Canonem hunc fuisse conditum, hon ad limites Pontificiæ potestatis definiendos, sed ad Alexandrini jurisdictionem tuendam, certum est cx historia Melem Lycopolitani Episcopi, cujus in .Egypto Episcopos ordinare ausi occasione, Alexandrinus quærelas movit, Concilium antiquam consuetudinem servari jussit. Quæcumque ergo lectio assumatur, comparat ea duntaxat Alexandrinum cum Romano in eo in quo similes sunt et conveniunt: non congruunt autem in Primatu Ecclesiæ universie; quem Alexandrino nemo unus unquam tribuit : adeoque nec in illo comparantur ; nec primatus ad certas provincias arctatur.

An porro Episcopus Romanus, sive ut *Aietropolila,* quo jure septuaginta

fere Episcopis liaiiie preside!, sive ul *Patriarcha,* quo titulo loti Occidenti pneflcilur, hic in comparationem adductus fuerit? decertant inter sc Critici. Xustia quauliinivis in prœsons parum referat, videtur nobis de Melropolitico jure agi; tum quia secundum Epiphaniam her. 08. et Thcodoretmn L. 1. hisl.c. II. Mcletianis ordinationibus hoc unum jus violatum erat : tum quia Canonis contextus Metropolitas diserte nominat : tum quiaNicæni ætate, ut ei subscriptionibus etiam in Cone. Chalcedonensi liquet, nullum adhuc Jlelro|)olitain Egyplus habebat, qui Alexandrino ut Patriarchæ subcsscl. Quibus accedit, quod Italiie Episcopatus potuerint a Rufino appellari Ecclesiæ suburbicariæ, quemadmodum in Imperii Notitia tempore Theodosii .lim. conscripta, decem llaliæ provincial etiam audierunt suburbicariæ, ct Urbis Vicario alteri parebant : cum e contra suburbicarium nomen, ad totum Occidentem extensum, proprietatem significationis amitteret, nec usurpationis similitudinem facile reperiret.

.1(12.lL Cone. Africanum *summi sacerdotis* aut *sacerdotum Principis* titulum, non Rom. Pontifici, sed Metropolitis Africanis eripit, qui præter morem, contra jus, ct ex fastu illum assumpserant : Cyprianus similiter inter Africanos *Episcopum Episcoporum* dari negat: qua negatione si vellicare etiam Rom. Pontificem intendisset, non sane auctoritatem mereretur, utpote subiratus scribens in causa mala anabaptismi : Gregorius *Episcopi universalis* nomen, quatenus hoc unum solum faciebat Episcopum, exclusis ab hac dignitate reliquis, repudiabat tanquam injurium, ut ipse L. 6. ep. 30. ad Maurit. insinuat : *Xullus Romanorum Pontificum hoc singularitatis wabulum assumpsit, ne, dum privatum aliquid datur uni, honore debito wtfrdotes priventur universi;* et L. 7. ep. 30. ad Eulog. *si enim universalem* ! *me Papam vestra sanctitas dicit, negat se hoc esse, quod me fatetur universum:* quatenus vero hoc nomen dicebat Episcopum universæ Ecclesiæ praesidentem, illud S. Papa refutabat etiam, non quidem ob injustitiam et tituli inconvenientiam, sed tum propter humilitatis excessum, tum propter vocis ambiguitatem, indeque oriundam aliorum offensam ; partim etiam ad superbum Constantinopolitani Episcopi efficacius comprimendam.

M2. Episcopi omnes 1°, sunt *successores Apostolorum* ex Cypr. ep. 42, llieron. ep. 34, Augustin, in Psal. 44 : 2°. *successores Petri* ex Cypr. ep. 27, Micron. ep. I, Epbrem. Orat, de laud. Basilii : 3°. *Vicarii Christi* ex Cypr. ▮p. 55. et Bern. ep. 42. Ergo suntæquales Pontifici, neque hic illis superior.

A. Pleraque in Art. præc. jam exhausta esse. Unde breviter

I .Id I. *D.* Episcopi sunt successores Apostolorum quoad Episcopatum et ordines, C. quoad apostolalum et potestatem, N. Paulus ipse constitutum a se

I Episcopum Titum intra limites in ep. ad Tit. I. v. 5. designatos hærere vo-

I Init;elCone. Nicænum Can. io. transitum Episcopis ab una in aliam civitatem

I prohibuit.

I 4d2. *R.* Episcopi vocantur successores Petri directe, N. indirecte, *subd.*

I qwd Episcopatum el ordines. C. Primatum et potestatem, N. Episcopi sunt lautam successores Apostolorum in specie quasi, nullius autem singularis

I **r** m individuo, rriultoquc minus Petri; nisi quatenus huic tanquam ordi-

I nario succederetur a Romano Episcopo, ab hoc autem tanquam Ecclesiæ

I capite et supremo llierarcha auctorilalem caperent reliqui, sicquc per

I indirectum Petro succederent.

■■M

J(/3. *I).* Episcopi sunt vicarii Christi æquo jure cum Hom. Pontifice,& minori, C. vices Christi etiam Sacerdotes aliique ministri gerunt, sed in\1Y versis muneribus, sibique quoad facultatem et jura dissimilibus.

lust. 3. Primatus munera el facultates cuilibet Episcopo conveniunt;erço. *Prub. Ant.* Episcopis convenit 1°. cura Ecclesiæ universa» : Ignatius enim in ep. ad Philadelph. eisdem tribuit *ministerium communis Ecclesiæ;* Cypr. in episl. ad Quint, *gubcmandœ Ecclesia· libram tenendum* tradit; Venatilius in Cone. Carlhag. sub Cypriano *commendat sponsam Christi;* Alexander Pair. Alex. in ep, encycl. asserit *traditum corpus Ecclesiæ Catholica;* Horaiisdas in ep. 77. *similem secum fidei curam commissam* scribit : 2°. Legum potestas; nam Greg. Naz. de S. Athanasio memorat, *leges eum rursus urbi terrarum prtr-scribere,* ipse autem in ep. Synod, testatur, celebratum a sc conciliums *Italia, Arabia et Lijbia :* 3°.. Magistratuum constitutio; quia Epiphanius Sala· mina» Episcopus in Monasterio Bethleheinilico Dioecesis Hicrosolymilanx inconsulto Episcopo ordinavit Presbyterum et Diaconum; Hieronymus autem in ep. ad Evagrium : si *auctoritas queerilur, orbis major est urbe. Quid mihi profers unius urbis consuetudinem ? ubicumque fuerit Episcopus, sire Romœ, sive Constantiimpoli, sive Rhegii,sive Alexandrite, sive Tanis; ejusdem meriti est, ejusdem Sacerdotii :* ergo.

R. Ad Arg. N. A. Ad hujus prob. quoad 1. *D.* Episcopis convenit cura universe Ecclesiæ ex charitatis munere, C. cx auctoritatis jure, N. subdis-linctio, quam num. 160. ad prob. 3. addidimus, in allatis monumentis subin habere etiam locum potest ; subin ista nequidem ad rem perlinent, sic enim *communis Ecclesia* in cp. Ignalii universalem haud significat, sed con-flatam tantum ex pluribus communitatibus, quibus unus Episcopus Plrfla-delpbiensis præsidebat : *libra gubernandœ Ecclesiæ* juxta Gv pk. ab Episcopis tenenda est tantum pro parte cuilibet propria, ct cum dependentia: Ecclesia quidem apud Venantium esi *sponsa* Episcopis *commendata,* non tamen tota, nec singulis æquali jure ct titulo : Alexaxder in hoc ipso corpore pacem el concordiam, utique sub uno capite, servandam docet : Hormisdas autem non de cura propria, sed vicaria, loquitur, quam Episcopo Conslantinopo-lilano commiserat.

Ad 2. *R.* Atiiax. leges universo orbi præscripsit docendo, non imperando, ul ipse textus habet : *Leges etiam rursus orbi terrarum præscribit, alipu omnium mentes ad se convertit, aliis epistolas mittens, alios accersens,* non *nullos etiam ultro accedentes erudiens.* Quod autem in Alexandrino Concilio adfuerint ex alieno Patriarchalu, id factum non est Atuaxasii imperio, sed Episcoporum proprio fidei studio, scilicet a Legatis Pontificiis Lucifero Cala-ritano et Eusebio Vercellensi, tum in Oriente versantibus.

Ad 3. *R.* Factum Epiphash contigit, vel Joanne Hierosolymitano contra excipiente, et Epipbanio posthac exceptionis ignorantiam excusante; xel eodem monasterii exemptionem, ordinationis vero necessitatem causante in litteris ad Joannem datis. Hierox. dictum prius vellicat, non auctoritatem Pontificis, sed consuetudinem Romanam Diaconorum Presbyteris se profe-rentium : posterius æqualitatem inter Episcopos facit ratione ordinis, non potestatis.

Inst. 4. Primatus munera Rom. Episcopo noti congruunt, nam 1°.penes Rom. Pontificem non potest esse potestas in Canones : nec enim potest es^e

universalis in omnes; alias Papa posset totum jus Canonicum destruere; quod Facultas Parisiensis merito damnavit lanquam erroneum : nec particularis el in certam canonum classem ; alias posset abrogare cos qui jus positivum constituunt, quod tamen ipsi Pontifices respuunt. Umvcrsim enim antiquos canones sibi superiores ac inviolabiles pronantianlCoEi.ESTiNus in ep. adEpp. Illyrici, el Agapetus in ep. ad Ciesarium : specialim autem Canones Conciliorum a sc servandos Leo ep. 54. ad Marcian. Gregor. L. 1. ep. 24. et Gelas, ep. 13. ad Epp. Itardai). fatentur : item statuta Patrum a se infirmari non posse testatur Zosimusep. 6. ad Aurei, el Joan. VIII. ep. ad Carol. Regem. * Causa? Præsulum vel ad Synodos vel ad Deum duntaxat pertinent : primum de Metropolilis statuunt Concilia Aurcliancnsia III. et V. ac Arverncnse; secundum, Cyprian, in ep. ad Quintum scribens, Episcopos a solo Deo judicandos.

Il. quoad 1. v. Penes Rom. Pontificem non est potestas in canones de rebus lidei, jure naturali aut divino agentes, C. in canones jus positivum continentes, *subd.* non est potestas arbitraria, C. legitima, seu ex justa et rationabili causa, N. Rom. Pontificem non posse abrogare omnes canones, quia sub his ct fidei dogmata ct juris naturalis ac divini placita comprehenduntur, Catholicus quilibet fatetur; unde et primum membrum omnino conceditur. Eisdem etiam custodiam ac tutelam canonum, quorum scilicet tum ratione confirmationis auctores, tum ratione cure Ecclesiastic® promotores esse debent, Pontificibus maxime convenire, ipsi edito olim sub Pontificatus aditum sacramento jurabant, ct nunc ultro omnes testantur. Potestatem relaxandi canones ab iisdem exerceri non debere, nisi ex causis canonicis, docet facultas ad Ecclesiæ aedificationem data et unanimis omnium juris interpretum assensus. Porro his praesentibus illegitime, aut in mero jorepositivo invalide, potestatem in leges Ecclesiasticas usurpari a Pontificibus negamus , nec id allata documenta evincunt.

Quod enim ad universim dicta attinet, Coelestim hæc vêrba : *Dominentur robis reijulæ, non regulis dominemur, sed simus subjecti canonibus,* sunt placitum sanæ etsacræ Politicos, a Pontifice datum Vicario Illyrici, quo justi potestatis limites figuntur, ct ad inferiorem pertinentia comitatis ergo a superiori in communi persona proferuntur. Agapeti enuntiatio de *auctoritate tamnum inviolabiliter custodienda* concernit ausum Cæsarii bona Ecclesiæ dilapidare volentis; cui facultatem ad rem hanc per se illicitam dare, *divini piicii ultione prohibitum* se Pontifex scribebat. Circa specialim, et quidem do Conciliorum canonibus dicta, Leo ibidem addit *nec Chalcedonensibus Mbus fuisse licitum immutare, quod Nicoeni statuerint;* scilicet in rebus juris divini, aut Ecclesiæ per se necessariis, non tamen in aliis ac diversis. Hinc et in ead. epistola Episcopi Antiocheni ordinationem, ab Anatolio contra .Nicænos canones factam, noluit irritam : el in ep. ad Rusticum Narbon. iit : *Sicut qutedam sunt, qua? nulla possunt ratione convelli ; ita inulta sunt, aut pro necessitate temporum aut pro consideratione œtatum oporteat Imperare.*

••e rebus ejusdem rationis loquitur Gregorius, similia L. 2. ep. 3". de *frtfaestorwn statutis* enuntians,quorum sententia· in diversa materia certe non erat obnoxius; immunitatem hujusmodi in exploso Chalccdonensi Cux-ne famoso L. 6. ep. 31. satis contestatus. Gelasius eod. loco canones a

Pontificia confirmatione auctoritatem capere docet, sic de Ephesina cl Chaicedonensi synodo scribens : S«u/ u/, *ψlIHl prima sedes non probaverat, constare non potuit* ; sic r/uwZ *illa consuit, Ecclesia lota suscepit.* I nde dum dicit. *non aliquam magis exequi sedem, quam primam, oportere, ‹puv Ecclesia universalis assensus probavit,* non id faciendum ex subjectionis necessitate testatur, sed ex decentia tum cœpta perficiendi tum utilitatem promovendi.

Demum per *statuta Patrum* Zosimcs privilegium inlelligil ab antecessoribus suis Arelatensi concessum, cui ob reverentiam a successore non erat derogandum, beet id faciendi potestas haud deesset ; cum predecessor successori generare præjudicium nequeat. .*Majorum statuta* autem Joannes VIII. pro humilitatis officio accipit, quod Ansbertum sedi Mediolanensi restituendum Rom. Pontifici exhibere oportebat, quodque remittere debitus RomanæEcclesiæ honor non sinebat.

Ad. i. X. .·!$$. Metropolitarum causas in prima etiam instantia a Rom. Pontificibus fuisse judicandas, liquet ex postulatione Syn. Romanæ sup. exposita, et ab Impp. rescripto etiam in vim legis firmata. Hujus regulæ vigorem conservatum a Pontificibus, Leonis ep. 81. et Gregorii L. 7. ep. 8. aliaque facta docent. Hunc tamen juris ordinem in Gallia aliquando, ob prohibitum a Barbaris regnum occupantibus in Italiam iter, fuisse praetermissum exempla nonnulla testantur; quem ut temporaneo medio compensarent, illas forte leges Concilia nominata dederunt. Restituta lamenaCarolo Magno Gallicanæ Ecclesiæ libertate, reddita quoque est antiquorum canonum observantia, quæ in Anglia, Germania aliisque nationibus, Primate proprio carentibus, plerumque obtinuit.

Cypriani dictum accipi cum moderamine debet, ne Episcopatum faciat anarchicum, et hierarchiam Ecclesiasticam evertat. Intelligendus igitur est sanctus Doctor de rebus obscuris ac dubiis; voluitque duntaxat, singulos iu Concilio Episcopos, dum controversia examini subest, jus habere liberum ferendi suffragii, nec a Preside adigi posse ad suas partes, antequam quæstio sit finita: vel intelligendus est de occultis animi et secreta cordis intentione, vohiitquc cujuslibct conscicnliæ a Deo oliin judicandæ relinqui, quo animo quibusque rationibus quilibet ducatur, ad ferendam de rebaplismi quæstione sententiam.

173. *Observa.* Ut num. 169. ostendimus probabilius, jure divino a Petro Romanæ sedi relictam suarum praerogativarum hæreditatem; sic multo certius tenemus, eodem jure Primatum potestatis in Ecclesiam Romano Pontifici competere: quandoquidem non ea solum, quæ ibidem protulimus, argumenta id proltanl ; sed et hujus articuli momenta tanto efficacius demonstrant, quanto disertius eorum nonnulla *disponente* aut *instituente* Domino rem factam loquuntur. Accedit, quod originum aliarum nulla, ex quibus pro vario studio a variis primatus deducitur, probari possit aut nativa videatur.

Etenim 1". qui auctoritatem Romano Pontifici provenisse ab Apostolis volunt , siquidem Petrum intelligaul quatenus, ut Nicolaus I. in ep. ad Epp. Gallicanos scribit, *Privilegia sua per Petrum a Christo consecutu est Ecclesia Romana:* nobiscum sentiunt verumque dicunt sed minus accurate loquuntur: si autem Apostolos faciant instituti auctores; testes non habent nisi Anaclehm cp. 2. ct Ictitu ep. L; quarum tamen epistolarum auctoritas

apud Criticos nulla est : aut si valeret aliquid , non minus faveret nobis ulenjue; prior quidem in ep. 3. ita scribens : *Sacrosancta Romana Ecclesia non ab .Ipostolis, sed ab ipso Domino Salvatore nostro primatum obtinuit, sicut Il. Petro ait : Tu es Petrus etc.* posterior autem hæc addens : *Ecclesia B.Petri nomine consecrata Domino instituente prima et caput est cœterarum.*

*·. Qui eam a Conciliis deducunt, adversantes sibi habent Gelasium in Syn. Romana coutestantem : *Sancta Romana Ecclesia nullis synoditis constitutis pariata est caderis Ecclesiis, sed Evangelica voce Domini primatum obtinuit:* et Nicolaum I oc. sup. c. scribentem : *Ecclesiæ Romance adeo sunt antiqua et celerata privilegia, ut Xiccena synodus, sicut Bonifacius Prcesul Apostolicus Episcopis per Thessaliam constitutis scribens ait, non aliquid super eam ausa sit constituere, cum viderit nihil supra meritum suum posse conferri: omnia denique huic noverit Domini sermone concessa* : Suffragatores autem pro se certos ac probantes non habet. Justinianus enim in Novel. 131. poterat Romanæ Ecclesiæ decernere primum Sacerdotium *secundum sacrarum synodorum decreta,* quæ scilicet hanc illi dignitatem non primo contulerint, sed eollatam declararint, ut Joannes II. in ep. ad Justin, dicit : *sicut Patrum regulff et statuta declarant.* Eumdem sensum sortitur etiam Synodus 4. sub Symmacho, triplicem primatus originem his verbis referens : *Aposlolicæ sedi primo meritum B. Petri, deinde, secuta Domini jussionem, Conciliorum i-enerandorum auctoritas singularem in Ecclesiis tradidit potestatem.* Æneas Stas denique in ep. 301. scribere poterat, *ante Cone. Nicœnum quemlibet sibi vixisse et ad Romanam Ecclesiam respexisse parum* , ob commercium scilicet cum illa tot persecutionibus ac hæresibus intercisum : adduci tamen ut adstipulator haud potest; cumin eadem epistola oppositum demonstrare suscipiat, Romanum nempe Primatum a Christo fuisse institutum.

3°. Qui autem Imperatores hujus beneficii auctores faciunt, provocantque vel ad Couslantinum M. in Can. 14. Dist. 96, vel ad Valentinianum in Novella 3, vel ad Constantinum IV. apud Platinam in vita Benedicti II, vel ad Phocam apud Bedam L. de sex ætalibus ; hallucinantur in plerisque. Nam Constantinus M. ibidem testatur, Principem Sacerdotum et Christianae religionis caput *ab Imperatore cœlesti* esse constitutum : Valentinianus *sedis Apostolicæ primatum* dicit esse *B. Petri meritum :* Constantinus IV. de Papæ potestate nihil sanxit, sed de Electione Pontificia jus qualectimque, a Prædccessoribus usurpatum, duntaxat remisit : Phocas demum jus novum non tradidit, sed antiquum contra Episcopi Constantinopolilani snpefbiam tuitus est et confirmavit ; ut vel ex factis dictisque Imperatorum plurium procedentium et Rom. sedem tanquam Ecclesiarum caput venerantium patet.

4·. Qui denique hanc prarogativam ob Urbis ct Imperii nobilitatem volunt Pontifici eollatam, habent quidem faventes sibi Chalcedonenses Patres, causæ haie privilegia Romanæ sedis tribuentes, sed eo in canone , nempe 28. qui a Leone constanter reprobatu ah universa Ecclesia explosus, atque ab ipsis Græcis postmodum e Codice suæ Ecclesiæ erasus fuit. Praeterea *privile-*'■rum nomine non hic intelligitur dignitas Primatus Apostolici, sed Patriarchali' Eminentia, quam Ecclesiastico jure introductam, et Romanæ sedi ob urbis nobilitatem ac primum imperii locum superadditam, non inficiamur; prout etiam Patres Cone. Constantinopolilani in Can. 3. insinuarunt, sta-

tuentes, *ut Constantinopolitanus Episcopus habeat priores honoris paries* (πρεσ&ἶα τη τιμή) *post Humanum Episcopum, eo quod sit noralloma·* quanquam, cum in Nicæno alius Patriarcharum ordo fuerit decretus, illa et sequenti ætate nullam hujus motivi et canonis rationem habitam fuisse aliunde constet.

171. Superest itaque, ut Primatum Romanum *jure DMno* institutam dicamus. Quod nisi foret, hand facile intelligi posset, cur supremus Pontificatus Romanæ sedi manserit hucusque conjunctus; quantumvis acerrimæ primorum scculorum persecutiones migrationem exposcere, Imperii sub Constantino Byzantium translatio transportationem prædicere, et septuagenaria Pontificum in uri» Avenionensi commoratio commutationem imperare videretur. Ex quo facto etiam patet privilegium, quod Petro fuerat personale, evasisse dein locale ; ita tamen ut si Romam perire penitus contingeret, quod a Deo permissum iri non adeo credibile est, qui jure Romanus esset Pontifex et Petri successor, hac praerogativa fruerelur.

ARTICULUS III.

An Romanus Pontifex sit supra Concilium.

173. *Nota.* Quæslio hæc, ol› cœptum inclinante Seculo H schisma Pontificium, sub initium seculi sequentis a Conciliis Pisano, Constantiensi et Basileensi primum in controversiam adducta, movetur: 1°.dc Papa certo, legitimo et fideli ; quia si vel dubius foret ob schisma oppositum aut notabilem acceptationis universalis defectum, vel illegitimus ob notum electionis vitium, vel prolapsus in publicam hæresin. Pontifex verus non est, aut (quod injure æquivalet) non apparet; el hinc qualicumque prærogaliva, illi alias competente, caret aut saltem non gaudet : 2®. de Concilio Generali seorsim accepto a Papa, seu cui Pontifex nec per se nec per legatos conjungitur; quia sine hujusmodi acceptione comparatio opposita non tenet, aut totum cum parte tantum confertur, quin causa tandem decidatur: 3°. De supenoritate quidem jurisdictionali, non tamen dogmatica; quia quid Concilium sine Pontifice in definitionibus fidei et morum valeat, jam diximus: an vero Pontifex in his sit infallibilis, adhuc examinabimus. Quamvis vero sub auctoritate judiciaria etiam jus appellationum comprehendatur ; de hoc tamen speciatim ob causae singularitatem postea dicturi sumus.

Neque bic attendimus partem magnam negantium, quæ heterodoxonim est ; quoniam quo nituntur fundamentum, primatum Ecclesiæ summo Pontifici detrahens, eumque particularis duntaxat Ecclesiæ suæ Episcopum faciens, nuper jam convulsum est : Catholicorum autem negantium ita rationem habebimus, ut duplex eorum momentum praecipuum praevia propositione refutandum suscipiamus. Cum vero praesens sequensque controversia, fide adhuc salva, in ulramquc partem disputetur; ita ubique versabimur, ut adversæ nobis sententiæ notam nullam impingamus, nisi quantum argumentandi causa apud Theologos licet ct consuevit.

170. *Dico. 1.* Concilium generale, sem-sim a Papa sumptum, non habet potestatem summam, neque judiciariam in suminum Pontificem.

Prob. P./>. Summa potestas non convenit hujusmodi Concilio: 1°. ratione *auctoritatis Episcopalis,* qua congregati pollent; quia Episcopalis jurisdictio ex collatione est determinata ad certos subditos, ex usu et reservatione est restricta ad fixos limites, ex hierarchies indole est subordinala et dependens a superiore : 2°. nec ratione *collectionis et totalitatis,* qua Concilium hoc aggregatum ac totum est ; quia ex hac habitudine ejusmodi coetui convenit quidem plus extensive ct amplius, non autem plus intensive seu majus; ex Dei autem collatione plus aliquid concessum esse non legimus, sed contrarium potius, cum ut obediant ct subjaceant pastoribus suis imperatum fidelibus legatur : 3°. nec ratione *repraesentationis,* qua Concilium istud Ecclesiam referl;quia Ecclesia correspondons potestatem summam non habet a se ipsa, obdiscrimen inter ipsam a Christo constitutam et Rempublicam ab hominibus libere coeuntibus conditam manifestum ; nec a Christo, singularibus duntaxat non autem universitati potestatem elargito. Ergo.

Conf.I. Ecclesiæ regimen juxta artic. 1. est perfecte monarchicum: foret autem arislocraticum, si penes Concilium ; aut foret democraticum, si penes lotam Ecclesiam seu communitatem fidelium esset summa potestas; ut ex notione terminorum liquet. Ergo.

Conf. 11. Ex dicendis in Tr. de Legibus contra Richerii systema, Christus, nullo hujus Auctoris sensu, prius immediatius atque essentialius claves sive jurisdictionem toti dedit Ecclesiæ : Ergo potestas summa nullo Adversariorum sensu potest esse in Ecclesia, seorsim a capite accepta ; Nempe nec I**formaliter* et ut in recipiente; quia neque Christus instituens sub initium, neque aliquis a Christo institutus postmodum eamdem Ecclesiæ dedit : nec 2° *lirlualiter* et ut in regulante; quia regitur, ct non regit Ecclesia Dei, ac Giqius a capite, non vicissim, dirigitur : nec 3° *vicarie* et ut in supplente ; quia Papa per mortem naturalem aut civilem deficiente, Ecclesia duntaxat personam elegit, Christus autem potestatem tribuit ; neque facultatem supplet grex pro pastore el familia pro oeconomo, ubi ovium aut servorum dominus curam suæ possessionis tenet. Ergo multo minus Concilium , secluso Pontifice, summam tenet auctoritatem, quam Ecclesia repraesentata non habet; nec personalis dignitas sive Episcopalis sive Metropolitica sive Pa-Iriarchalis attingit ct explet.

Prob. 2*. *p.* 1° Pontificem a nemine judicari, docet ex antiquis decretis Nicolaus in ep. ad Michaelem Imp. scribens : *Prima sedes a neminejudicabitur;* liem : *Neque ab Augusto, neque a Regibus, neque ab omni Clero, neque a popilojudicabitur prima sedes.* Syn. sub Adriano 11. C. 4. enuntians: *Romar'im Pontificem de omnium Ecclesiarum Prœsulibus judicasse legimus: de eo rm quemquam judicasse non legimus.* Cone. Lateral). 111. Can. 1. in casu delinquentis Pontificis dicit: *Xon poterit ad superiorem haberi recursus.* Ivo ÎAHiotensis ep. 235. de Paschali loquensait : *Admonendus mihi videtur Papa, ■it ojudicet aut factum suum retractet : quod si fecerit, referamus Deo gratias, tt gaudeat nobiscum Ecclesia, quæ languet, dum caput ejus laborat tanta debilatum molestia: si autem in hoc languore insonabiliter ægrotaverit, non est rutrum judicare de summo Pontifice.* Galliæ Episcopi ad causam Leonis 111. evocati sic respondent : *Sos sedem Apostolieam judicare non audemus; nam*

ipsa a nemine judicatur, ut et antiquitus mos fuit. Ergo cum To *Nema* lamin philosophico quam vulgari sermone *ne hominem* dicat, el hinc non singulos particulares tantum sed etiam omnes collectos, oh malignantem naturam, excludat; sequitur Pontificem nec a concilio generali judicari posse.

2°. Pontificis causas reservari et relinquendas esse solius Hei judicio, asseritur ah Actis Syn. IV. Romana? sub Symmacho, quæ hunc pontificem immimem ab objectis pronuntiant, *quantum ad homines respicit,* sed *totam causam Dei judicio reservavit:* a Patribus huic Concilio hac forma subscribentibus: *huic statuto nos, in quo totam causam Deo commisimus, subscripsimus;* ab Ennodioin hujus Cone. Apologetico a Synod. Romana sub eod. confirmato: *Aliorum forte hominum causas Deus votuerit per homines terminare; Sedis Romanæ Præsulem suo sine quæstione reservavit arbitrio. Voluit B. Petri successon s cælo tantum debere innocentiam;* ab Avito demum in eadem causa nomine Episcoporum Gallicanorum ad Senatores Romanos scribente: *Intellr gin.us Symmachum Papam, siseculo primum fuerat accusatus, consacerdotum suorum solatium potius, quam recipere debuisse judicium. Quod Synodus ipsa laudabili constitutione prospiciens, causam, quam pene temere susceperat inquirendam, divino servavit examini.* Similiter ab Innoc. 111. Serin. 2. de Conseer. Papæ: *in tantum mihi fides necessaria est, ut, cum de caderis peccatis solum Deum judicem habeam, propter solum peccatum, quod in fide committitur, possim ab Ecclesia judicari;* a Petro Damiani Concert, inter advoc. Reg. el def. Eccl. *Damnatio Papæ tam gravis et inexplicabilis est, ut non humanostê divino duntaxat sit tractanda judicio;* ab Ivone Carnot. 1. c. *Ubi succumbunt humana judicia, divina est expetenda misericordia.* Ergo nec Pontificis cause a Concilio generali judicari possunt, cum alias Deo soli non servari hæ causæ, sed a Patribus judicium recusantibus ad Concilium Generale remitti debuissent.

3°. Pontificem denique nec a generali Concilio judicari posse facto satis eloquenti declaravit Syn. Chalcedonensis in ep. ad Impp. et in cp. ad Leonem, Act. 3. relatis, scribens se damnasse Dioscorum propter alias et hanc praecipue causam quia in primam sedem sententiam ferre præsumpsisscl: disertis autem verbis Constantinopolitanum 111, dum Act. 10. can. 21. ail: •Si *synodus universalis fuerit congregata, et facta etiam fuerit de sancta Romanorum Ecclesia quæris ambiguitas et controversia; oportet venerabiliter et cum convenienti referentia de proposita quæstione sciscitari, el solutionem accipere aut proficere et profectum facere, non tumen audacter sententiam dicere contra summus senioris Romæ Pontifices :* denique Adrianus ibid. Act. 7. per Petrum Diaconum improbata *intolerabili Photii præsumptiuiu,* qua in Rom. Pontificem judicium instituere ausus esi, exemplis docet, nec a Concilio generali id fieri licere, nisi in hærcsis crimine el ubi sedes Romana ipsa concurrit vel prcecedit in judicando. I nde patet laudati Canonis (quod adversarii volunt) sensum non esse 'nuncduntaxat, quod a Concilii sententia in Pontificem abesse debeat irreverentia et audacia; cum in quolibet judicio vel hoc sit observandum, vel a judice exerceri reverentia nequeat erga subditum, quem condemnat; sed istum, quod Concilium de controversiis circa Rom. Pontificem reverenter interrogare, cl de iisdem solutionem, non dare, sed accipere, ct juxta id, quod responsum est, proficere, non vero contra Pontificem sententiam dicere, quia audacia est judicare dc eo. qui nullius

judicio subesi; ut ante Synodum Nicolaus scripserat, et Adrianos nernine contradicente in Synodo conlirmarat.

Conf. Auctoritati pondus addunt rationes, quas laudati hactenus Patres allerunt : Nicolaus quidem hanc, quia *auctoritate sedis Aposlolicæ major non ut;* Aoriams istam, quia *minoribus licitum non est resistere majoribus;* Pâtres Romani sub Symmacho sequentem, quia *Sedi Aposlolicæ singularis in Ecclesiis convenit potestas;* Gallicani sub Leone eam, quia *caput omnium Iki Ecclesiarum est Pontifex;* Ennodius illam, quia *uni Petro dictum est, super hanc petram cedificabo Ecclesiam meam :* Avitus istarn, quia *si subditos iM esse terrenis potestatibus jubet arbiter cadi; non facile datur intelligi, qua td ratione vel lege ab inferioribus eminentior judicetur. Nam cum celebri prætepto Apostolus clamet, accusationem vel in presbyterum recipi non debere; quid in principatum generalis Ecclesiæ criminationibus licere censendum est?* liem quia *non minus diligenda est in Ecclesia sedes Petri, quam in civitate apex mundi;* denique, quia si *Papa urbis vocatur in dubium, Episcopatus jam videbitur, non Episcopus, vacillare.* Sed de his nunc uberius.

177. *Dico II.* Pontifex non tantum supra omnes Ecclesias particulares seorsim et distributive acceptas potestatem habet, sed et supra omnes simul ac collective sumptas, seu lotam et universalem Ecclesiam, quin ct supra Concilium Generale.

Prob. P. *p.* Γ. Ex articulo 1 præsentis Capitis Petrus, ac consequenter Romanus Pontifex, quia est fundamentum Ecclesiæ, habet claves regni coelorum, cl est pastor ovium et agnorum; ideo oblinet potestatem supra Ecclesiam: sed vi horum titulorum habet potestatem supra totam et universalem Ecclesiam: quia imprimis tota el universalis Ecclesia est illa, quæ dicitur *mea* seu Christi; refert rationem aedificii in petra fundati ; intelligilur per Ecclesiam simpliciter ct absolute pronuntiatam: Christus etiam seorsim sumptarum et particularium nullum posuit fundamentum, sed tantum collectim sumptarum seu universalis Ecclesiæ: deinde quia eadem tota et universalis est *regnum coelorum* in parabolis maxime Matth. 13. expressum; et sicut claves regni in omnes urbes collectim sumptas, sic et claves Ecclesiæ in particulares diœceses similiter acceptas designant potestatem ; demum quia agni et oves Christi omnes *unum ovile,* unum ovile autem Joann. 10. v. 1G. universam Ecclesiam significat; el sicut per oves Mare. 14. v. 27. collectio discipulorum, 2. Paralip. 18. v. 16. universus Israel, et Matth. 18. v. 12. totum •_'enus humanum, sic ct Joann. 21. v. 15. tota Ecclesia inlelligitur. Ergo cum interpretationes textuum horum sinistra? partim superius reject® sint, partim a Catholicis adversariis ad primatum Petri admissum defendendum mitigari debeant : earum nulla potest elidi potestas Petri ct Pontificis in universalem Ecclesiam.

Ex Articulo 2, constat Pontificem esse caput, pastorem, patrem, doctoremcl ducem Ecclesiæ: sed caput non solum membris seorsim sumptis, sed loti corpori praeeminet; pater non singulis duntaxat prolibus, sed toti familke praeesl ; pastor non ovibus solum, doctor non discipulis lanium, dux mi militibus duntaxat singularibus præsidet, sed toti gregi, loti scholae, loti ' vercitui : ergo Pontifex similiter non fidelibus, Episcopis aut Ecclesiis divi-'im duntaxat acceptis, sed omnibus simul et loti fidelium communitati,

EpLvoponim collectioni et Ecclesiarum universitati, h. e. unlvonali Erie, siæ cum potestate præest. t-jÈtew

3·. Ex utroque Articulo, Cone. Lugdunense II. Can. 2. Pontificem \«ai *Hectorem universalis Ecclesia-;* Professio üdei Michael! Imp. a Clemente IV. pra-scripla et Lugduni edita habet : *ipsa quoque Humana Ecclesia swmnum ήplenum primatum et principatum super universam Ecclesiam cailuiHcan. obtinet, quam cum potestatis plenitudine ab ipso Domino in beato Petro rete pii* : Florentin, in unione cum Græcis delinit *Humano Pontifici, in beato Prie, pascendi, regendi ei gubernandi universalem Ecclesiam a Christo plenampSa. talem esse traditam* : Pavus III. in Bulla pro translatione Cone. Tridenlini A. 15445. data inquit : *Hegimini universalis Ecclesia disponente Dotninapm-sidentes, nostri officii partes putavimus etc.* Ipsurn Tridentinum Scse. tl. c. 7. ait : *I nde merito Pontifices nuu imi, pro suprema potestate, sibi in Erclesia unirerxah tradita, causas tpravâ/res suo poluerunt peculiari judicio reservaret* Idem Sess. 24. de Reform. c. i. monet : *Humanus Pontifex, quam sollicitudinem universa Ecelesia ex muneris sui officio debet, eam hic potissimum impendat.* His adde Ambrosium in Comment, in 1. Timoth. 3, Leonem ep. 84, Gregoriurn L. 4. ep. 32. el alios superius laudato».

Conf. I. In professione fidei ju\la decretum Cone. Tridevtixi agnoscunt omnes *Humanam Ecclesiam* esse *omnium Ecclesiarum matrem et magistram. Humanum Pontificem* autem *beati Petri Apostolorum principis successann ac Jesu Christi vicarium* : sed mater et magistra, non minus ac de patre et ductore dictum est, universæ farniliæ et schola* præsidet : præterea sicut constat successori earndem potestatem convenire, quæ penes prædecewm fuerat, sic Petro supremam in Apostolicum Collegium juxta et in universam Ecclesiam potestatem negari non posse supra ostendimus : dernum liquet et vicarium participare p»testatern principali propriam, et Christum ex titulis pluribus ac indubiis sibi debitam tenuisse potestatem in omnem ac totam Ecclesiam; Inde Leo Senn. 3. de anniv. assumpt. recte ait : *eaijwt Christo potestate sunt propria, esse petro ejus ricario cum ipso participatio!» communia.* Ergo.

Conf. //. Romanum Pontificem tenere primatum jurisdictionis in Ecclesia catholica, asserunt omnes Catholici : primatus hujus partes constitutio esse inspectionem eteuram universalem atque jus et facultatem ferendi teges generales, ipsa notio rei ostendit : has primatus partes concreditas el debili' esse Romano Pontifici, demonstrant producta superius argumenta. Atqui illa universalis cura et potestas législatif a generalis ex sua natura respicit et obligat lotam et univmalcm Ecclesiam. Ergo.

Prob. i, p.* Constitutio I.F.OMS X. *Pastor fetemus* in Cone. I.ater. V. Ses*. II. promulgata sic habet ; « Solum Romanum Pontificem, *tanquam auctoritatem super omnia Concilia habentem,* tum Conciliorum indicendorum, transferendorum ac dissolvendorum plenum jus el pot<»3tatem habere, nedum et sacra Scriptune testimonio, dictis Patrum ac aliorum Romanorum Pontificum, sacrorumquc Canonum decretis, sed propria etiam eorumdem Conciliorum confisione manifeste constat, i» Auctoritatem, quarn huic enuntiationi vindicant editionis locus, tempus, auctor ct acceptantes, corroborant argumentorum, ad quæ provocatur, extantia et veritas.

Nam 1·. Scriptura testimonia, qua.· I,apam faciunt superiorem universe

Ecclesia*. multo magis praeferunt Concilio generali, quod illius figura tantum e»lac repraweiilalio. idem quamvis locum halxdin dictis Patrum, Pontificum d Canonum; specialim tamen de Omciliis ulterius probant,

* Gmxobiis L. ‹l. epist. 39. ad 'I hcoctisfam scribens : *Si H. Petrus, cum a fatibus culparetur, auctmrilalem, quam in sanctam Ecclesiam acceperat, dlffuliwt, respondere poterat, ut Pastorem suum oces reprehendere non auiertnl : Sol si in querela fidelium aliquid de sua potestate diceret, doctor a‹jMududinis non fuisset : humili ergo eos ratione placacit;* et Paschalis II. inepi.it. ad Arcliiepisc, Poloniæ loqueris: *Aiunt in Conciliis statutum non ixeniri .'quasi Hmnanœ Ecclesia· legem Concilia ulla praefixerint,; cum omnia Ciorilia per Ecclesia- ftomanœ auctoritatem et facta sint, et robur acceperint, tl in nrum statutis Humana patenter auctoritas excipiatur;* quibus adde divinum. 1.7). recitatos : Code inter alias ab Alexandro VIII. A. 1690. Au;. *il.* damnatas, hæc ordine. 29* est propositio : « Futilis et toties convulsa «tasertio dc Pontificis Summi supra Concilium œcumenicum auctoritate, atque in fidei quæstionibus decernendis infallibilitate. *n*

.?. Confitentur hanc Pontificis auctoritatem Concilia, imprimis exhibendo obedientiam ; cum Ephesini Patres Act. 1. dicant, se *coactos* per Cœlestini epistolam *necessario* venire ad ferendam sententiam : dein agnoscendo in Pontifice auctorilativæ approbationis facultatem; secundum quod Patres 5ksni juxta epistolam Cone, Romani sub Felice 111. tribuunt Pontifici *confir-* l *dirmem et auctoritatem;* Conslantinopolilani 111, in epist. ad Leonem ab ndtin actis *firmitatem ac consonantiam* flagitant; Constantinopolitani IV. in qet. ad Adrianum praeceptionibus Evangelicis gesta *solidius confirmari* paunt : praeterea supremam illi {Mitestatem adseribendo; dum Chalcedo-

passim ct Patres Constantiuopolitaui HI. in epist. Synod. Pontificem Appellant *Caput et Antistitem unicersalis Ecclesiæ;* Martiniis V. autem in ojTstionibus praescriptis jubet suspectum de hæresi interrogari : utrum credat quod Papa canonice electus, qui pro tempore fuerit, sit successor beati Petri, habens *supremam auctoritatem* in Ecclesia Dei?

Cwf. Potestas convocandi Concilia ct convocatis praesidendi, facultas praejtribendi normam et regulam definiendis in Concilio, auctoritas acta concifena rescindendi, vel irritandi et e contra probandi et roborandi, indicant et Mdituunt verarn jurisdictionis supuriori talem in Concilia : sed hæc potestas, *i* nlLiselauctoritas, etiam respectu Conciliorum Generalium, convenit Pontij ibus Romanis ; tum *jure,* quia Primatus Papæ apud Catholicos certus, fallitiliUs Conciliorum sine Pontificis interventu celebratorum asserta superius d probata, e contrario infallibilitas Pontificis c cathedra loqucntis statuenda ■itrius et \indicanda, hanc superioritatem fundant et exigunt : tum *facto* dnm et exercitio perpetuo, ut singulas partes percurrenti manifestum fit.

Et quidem de I. et 3. abunde constat ex dictis praecedenti capite; cum - - Conciliorum omnium actione generalium de Pontificis convocatione et prandio conciliari Itstentur; acta aliquorum doceant, Canones 3"“ Cons-Motinopditani I. et Chalcedonensis a Pontifice rescissos; Concilia Ariminew ac Ephesinum sub Dioscoro in irritum missa; robur denique fimiilatcni ct auctoritatem statutis suis a Conciliis plerisque petitam et a Mitke impertitam fuisse.

Del autcrn probatur, universirn quidem, tum ex actis Cone, genera-

limn III. IV. VU. et VIII. narrantibus, quod Patribus proposita fuerit Pontificis epistola suscipienda et subscribenda : tum ex testimoniis Theodori Studiis et Nicolai I. Pontificis. Eorum prior in ep. orthodoxorum Episcoporum nomine ad Michaelem Balbum, congregationem pro ineunda cum Iconomachis concordia imperantem, scripta sic loquitur : *Jam vero sermonem refellendi causa cum heterodoxis conferre, Apostolico mandato repugnat minimeque convenit, nisi ad corruptionem tantummodo: propterea ne hisceretquidev contra præceptum audemus. Quodsi quid est hujusmodi, de quo ambigat aut dissidat Magnificentia vestra posse a Patriarcha dissolvi, jubeat magna ipsiui manus ad communem utilitatem a veteri Borna suscipi declarationem, prM olim et ab initio paterna traditione transmissus mos fuit :* posterior autem in ep. 10. adBasilium lmp. sic scribit: *Hæc sunt, quæ de his Sedes Aposlolie» statuit : hæc sunt, quæ vos tanto studiosius oportet amplecti, tanto sulliciliu observare, quanto certius nostis, quæ ab ea statuta fuerint, hæc universalem semper Ecclesiam tenuisse; ita ut contra singulos errores in Ecclesia exortos prior hcec secundum primatus sui auctoritatem senlentice terminum dederit·. et ita demum universalis Ecclesia, licet aliquando per aliquantulum tempora in quibusdam reluctata sit, quæ illa tamen probavit, quandoque probaverit, et quæ illa refutavit, ista refutaverit.*

Speciatim etiam de Nic.eno et Constantinopolitano 1. colligitur tum ex ep. Athanasii ad Solitarios, tum ex litteris Damasi ad Paulinum Antiochea, apud Theodoretuin et synodo Born. A. 379. celebrata; quorum ille testatur Sylvestrum per Osium damnasse Arium jam ante Syn. Nicænam : hæc autem ostendunt a Damaso pnedamnatos fuisse Apollinarem et Macedonium, antique cum haereticis connumeratos a Romanis Patribus, quam Cone. Constai? tinopolitanum celebraretur. Porro luculentius demonstratur de Orientalibus reliquis.

De Ephesino quidem Gennad. L. de Scrip. Eccles, c. 5-4. narrat Cœlestinum decreta Synodi contra Nestorium dictasse, volumine ad Orientem et Occidentem pramisso; Patres ipsius Synodi 1. s. c. fatentur, se litteris Pontificis cogi ad damnandum Nestorium ; Xystus Ccelestini successor ad Joanuem Antioch, scribens ita inquit : *Expertus es negotii pressentis eventu, quid iit sentire nobiscum; B. Petrus in successoribus suis, quod accepit, hoc tradidit. Quis ab ejus se velit separare doctrina, quem ipse inter Apostolos primum Magister educit ?*

Nec minus de Chalcedonensi patet, tum ex ep. Leonis ad Concilium ili scribentis: *Unde rejecta penitus audacia disputandi contra fidem divinitus inspiratam, varia errantium infidelitas conquiescat : non liceat defendi, quod non licet credi: cum plenissime per litteras, quas ad Flavianum misimus, fuerit declaratum, quæ sit de sacramento Incarnationis pia et sincera confessio:* tum ex Judicibus conciliaribus , post similem Legatorum adhortationem , ita Patres urgentibus : *Ergo addite definitioni secundum judicium Leonis duas esse in Christo naturas.*

Quin etiam de Constantinopolitano II. Acta docent, laborasse Patres.ut persuaderent omnia a se fieri ac decerni secundum Vigilii sententiam, ideoque Collât. 1. professi sunt, epistolas Rom. Pontificis ad dogma pertinentes æquali veneratione ac sacra Evangelia suscipi.

De Constantinopolitano 111. testantur littera Agathonis ad Synod, et hnpp.

scripte in hæc verba: *Personas prævidimus ad vos dirigere, quæ nostram Mijlji'sltoiiein, in qua Aposlolicæ nostræ fidei confessionem prælibaviinus, offtrrt debeant, non tamen tanquam de incertis contendere, sed ut certa atque immutabilia compendiosa definitione proferre etc.* Item Patres in ep. ad Pontificem : *Litteras a vestra Beatiludine ut a Summo Apostolorum vertice dicine perscriptas agnoscimus, per quas exortam nuper hærelicam sectam depulimus.*

Praterca dcNic.eno II. comprobant lilteræ Adriani ad hnpp. et Tarasium, quæ decernunt, post Summorum Pontificum definitiones non amplius esse lecumdubitandi dc cultu imaginum, velanlquc ipsam synodum transire limites ab illis fixos; et Patres similiter subscribentes, *secundum synodicas beatissimi Papæ Senioris Romæ Adriani epistolas, sacras a se imagines suscipi.*

Tandem dc Constantinoiolitano IV. et lilteræ Adriani ac Nicolai et Actiones plcræque testimonium ferunt, ex quibus sufficiat formula veniæ resipiscentibus dake : *Suscipimus vos secundum præceptionem Papæ nostri Adriani propter libellum pœnitentiæ :* verba itidem Legatorum Photianis ingressum primo prohibentium: *Nobis non licet rescinderejudicium sanctorum Rm. Pontificum ; hoc enim contrarium est canonicis institutionibus;* tum autem sub conditione permittentium: *Ingrediantur; sed non propter contentionem advocamus eos; sed ut tantum beatissimi Papæ Nicolai epistolam audiant.*

178. *Objic. I.* Convocationem et præsidium Conciliorum non tribuere Pontifici superioritatem, sed facere tantum primum inter pares, aut eminentem supersingulos, sicut Decano respectu Capituli accidit.

A, Quod convocatio ct præsidium sit de necessitate, ita ut sine illis Concilium sit nullum ; ut docent monumenta num. 140. et 142. allata: quod Primatus Pontificis non sit honoris tantum et ordinis, sed potestatis ct jurisdictionis: quod auctoritas ejus non emineat singulis duntaxat sed universæ Ecclesiæ; ut nuper ostensum est.

/nsl. 1. Canones fuisse invalidos et synodos irritas non tam propter rescissionem Pontificis, quam tum ob repugnantiam sive cum Nicænis canonibus sive cum regulis fidei antiquis, tum ob defectum universitatis in his Conciliis, et Occidentis dissensum.

R. 1'Quod ergo Concilia, sine assenliente aut dissentiente Pontifice, errare possint, atque hinc superiore egeant, a quo reformentur : 2°. quod ad univiTjitatcm requiratur auctoritas Pontificis; cum Ephesino Conciliabulo et SynodoChalcedonensi adfuerint Legati Occidentis, et cum Ariminensi in Occidente conspiraret Seleucicnse in Oriente: 3°. quod Pontificio dissensui tribuente sint partes præcipuæ ; cum de Chalccdoncnsi Canone, qui æqualis alias auctoritatis erat cum N'icæno contrario, id ostendat ipse Anatolius, tum Episcopus Constanlinopolilanus, in ep. ad Leonem, qua se excusans culpam tene in Clerum transfert et sic emollit: *Cum et sic gestorum vis omnis et ■rfrmalio auctoritati vestras Beatitudinis fuerit reservata;* de Ariminensi Dvivstrincp. ad Orientales: *Numerus Episcoporum, qui Arimini congregati fvrmt, praejudicii vim (tabere non debet, quandoquidem factum illud est non wwlientc Romanorum Episcopo, cujus ante alios oportebat exspectare sen*tflitiamjde Ephesino latrocinio Gelasius ep. 13. ad Epp. Dardaniæ: *Diosco-*

rwmwcwnite Wis *Præsulem sua auctoritate damnavit Sedes Apostolical impiam Synodum non consentiendo submovit.*

Inst. 2. Confirmationem petilam et datam fuisse tantum honorariam, ac simplicis consensus et adhæsiouis, non auctoritativarn autem,et quævaloraii tribueret; adeoque. nec ex irritatione nec ex confirmatione hujusmodi colligi Pontificis superioritatem.

Λ. Quod honorarium non sit. quod Arelatenses ad SylvcstrumelSardicensesadJvuvM dicunt *optimum et comjruentissimum* ; Ephesini autem aci. 5. *necessarium:* quod meraadhasio non interveniat, ubi præter*confinnalumtn auctoritas Romance Sedis* postulatur, ut de NicænisSyn. llomanasub Felice III. lestatur; aut ubi Sedes *Apostolica consentit et Ii. Petri auctoritate* con/innal, ut Leo in ep. ad. Synod, sextam scribit : quod confirmatio Pontificia sit aucturitativa et valorem tribuat; cum sine mtWs *a Pontifice ad Ecclesias litteris,* non recipi Concilia declaret in ep. Apologetica Adrianos ; Synodos autem *egere Romana sede, ut firmentur et custodiantur,* ep. 8. de Leone ostendat Nicolaus.

Inst. 3. Ouod etiam Athanasius. Nazianzcnus. Cvrillus Alex.. Joannes Antiochenus et Proclus scripserint epistolas dogmatis præformalriccs, sine auctoritatis tamen hinc colligendæ sequela.

R. Quod multiplex discrimen sit inter Patrum in Synodi sexta? Prosphonctico laudatorum el Pontificum Dainasi ac Leonis litteras dogmatis pronuntias. Illi enim ad singulares solum, Athanasius scilicet ad Epictetum, bres. Nazianzcnus ad Cledonium. Joannes ad Proclum. Proclus ad unos Armenœ scribebant ; Leo autem ad universos, Damasus ad unum quidem Pauliuum Antiochenum, sed Orientis totius sollicitatione provocatus, litteras inscripserant : in prioribus attendebatur sola doctrina et sanctitas ; iu posterioribus sedis auctoritas : a primis liebat propriæ quasi fidei professio et aliorum duntaxat adhortatio; a postremis definiebatur dogma, imperabatur assensus,et sub interminatione rumpendæ communionis obsequium urgebatur : cum quibus si quid commune in scribendo habuit Cyrillus Alexandrinus, auctoritati Pontificiæ id debebat, cujus vices tum in Oriente gesserat.

Inst. 4. Quod Chalcedonenses maxime Patres subscripserint Leonis litteris, oh earum cum Synodis pi ioribus consonantiam.

R. Quod subscriptionis ratio, ex consonantia epistolae Leonis cum prioribus synodis deducta, nec excludat aliam, nec una in Actis afferatur, nec forsan sola sufficiat, aut tota credulitas in tribus primis Conciliis exhauriri debeat.

Inst. 5. Quod idem respectu Cœlestini fecerint Ephesini ob assensum Occidentalium, quorum Legati cum missis Pontificiis plerumque in Conciliis Orientalibus aderant : ut adeo subscriptionis ratio non referatur ad Pontificis auctoritatem.

II. 1'. Quod ipse Occidens a Romano Pontifice universim fuerit pendulus: ideoque qualiscumque ex Occidentis consensu desumpta ratio in Pontificiam auctoritatem resolvatur : 2°. quod missi nomine Occidentalium Legati plcrique a Romana Synodo instruebantur; cujus auctor ct dux perpetuus erat summus l ontifex . 3°. quod discordiarum in Oriente ortarum pugnæ cl compositiones partim Occidentalibus non fuerint cognita , partim post rem peractam, et quidem interprete Romano Pontifiœ. primum communicat®,

atque lùnc ab Occidentis sententia motivum decidendi nequiverit Orienti advenire.

Prioris vestigium quoddani est vel in ipso Cone. Nic.eno 1. cujus canones claclaetiaui post alterum suculum apud Occiduos, maxime Afros, nec exla-banl nec innotuerant; documentum autem luculentius habetur de Nicæno 11. de quo Francofordieuses Patres vel nihil vel parum rescivisse historia docet : Posterioris autem testimonia, maxime de Ephesma el Chalced< mensi synodis, præbel Canon 1. Cone. Aureliauensis V. ita pronuntians : *Eutychelis ct Xalorii sectas, quas Sedes Aposlolica condemnat, similiter et* nos *easdem cum suis auctoribus et sectatoribus exeeramur:* Avitus in ep. ad Hormisdam sic loquens : *Eutychelis igitur Nesloriiquç damnatio, quos jam dudum per Pnedecessures sanclce Sedis vestra calcavit auctoritas, ad notitiam nostram Apxdolicæ diligentia? provisione perlata est;* Idalius denique in Chronico iuquicus: *De Gallus epistola deferuntur Flaviani Episcopi ad Leonem missæ, cum scriptis Cyrilli Alexandrini ad Nestorium de Eutychele Ebionita hæretico,* cl *Leonis ad eumdem responsa, quæ cum aliorum Episcoporum gestis et scriptis pr Ecclesias diriguntur.* Ex quibus patet invalidam esse Excipientium postremam collectionem.

Objic. II. Scriptura tribuit Concilio generali supremum ct infallibile judicium: P. es Matth. 18. v. 15. elseqq. *Si peccaverit in te frater tuus, corripe nuninterteet ipsum solum :si te non audierit, adhibe tecum unum vel duos : deos non audierit, dic Ecclesiæ : si Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut tlhnicus et publicanus :* nomine autem *fratris* venit etiam Pontifex, qui hoc nomine sæpe compellatus est ab Episcopis, el est *filius* Ecclesiæ; poteslque peccare, quoniam et ipse *circumdatus infirmitate* : nomine autem *Ecclesiæ* indicatur Cone, generale, utpote illius repræscntativum : 2°. ex cod. v. 18. habetur : *Quacumque alligaveritis super terram, erunt ligata et in cælo : et ijwcumque solveritis super terram, erunt soluta et in cælo :* his xerbis autem textui de Ecclesia annexis, docetur potestatem in quemcumque peccatorem Apostolis saltem simul sumptis competere.

B. nd Arg. N. Assert. Quod in picrisque non tangit quæstionis statum, tribuens Ecclesiæ seorsim sumptæ a Pontifice, quod tantum eidem cum illo conjunct® convenit.

Adprob. 1. *R.* 1°. *Fratris* nomen subin usurpatura nihil detrahere auctoritati Pontificis, ostendit Christi exemplum, Apostolos etiam fratres compilantis; nec alteram *filii* vocem officere, docet Pius 11. in Bulla retract. A. IW3. data dicens : *Etsi Ecclesiæ filius sit Pontifex propter regenerationemj ffopter dignitatem tamen pater habetur: et sicut filiationis causa debet ipse Ecclesiam venerari tanquam matrem, ita prælationis causa praefertur ei, ut pisb/r gregi, princeps populo, rector families. 2n.* Pontificem,quantumvis poetare possit, non posse tamen judicandum deferri ad Ecclesiam, et sic hunc 'alum non perlinere ad Pontificem, ostendunt arg. pro 2' p. 11C theseos allata: ileoque Pontifice peccante, oportet ac restat *recurrere ad Deum, qui eum ipse endet, vel de medio subtrahat ;* ut I). Th. in 4.1)ist. 19. L. 2. A. 2. Q. 3. ad '?undnmscribit. 3°. Si *Ecclesiæ* nomine hic veniat Concilium cum capite; •nili·adquæstionis propositum non spectat: si Concilium sine capite; textus Concilio non convenit, cum ejusmodi Concilium non repraesentet universam Ecclesiam; utroque tandem sensu absurdum postulatui·, convocatio scilicet

Concilii generalis pro quolibet fratris refractarii peccato : unde rectius, ts eundum alibi dicta, *Ecclesiœ* nomine inlclligitur Praelatus Ecclesia·.

Ad prob. 2. Λ. Apostolis tam simul quam singillalim speciatis convenisse jurisdictionem spiritualem in peccatores sibi subditos, ultro fatemur: Pelnim autem fuisse eorum subditum, vel Apostolos seorsim a Petro sumptos repré-sentasse totam Ecclesiam, vel conjunetim cum illo sumptos spectare ad praesentem controversiam, tria sunt quæ negamus.

/nsl. 1. Idem constat rursus : 1". ex figura Ecelesiæ, *quæ columna cl firma-mentum veritatis* ab Apostolo dicitur, *et contra quam porta' inferi,* teste Christo, *non prœvalebunl :* 2°. ex forma propria; cum Gone. Hierosolymitanum. Ad. 13. scripserit : J/sum est *Spiritu/sancto et nobis:* 3°. ex Dei promissione Matth. 18. v. 20. *Ubi sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum* in *medio eorum.* Ergo.

Ad prob. 1. *R.* Elogium hoc omnino proprium est Ecelesiæ, instructæ *suo ca-pite,* ut 1.adTim.3. insinuatur, et fundatæ *super petram,* ut Matth. 16. dicitur, adeoque Ecelesiæ cum summo Pontifice conjunct® : ad hanc vero comparatio nostra et quæstio non refertur.

Ad prob. 2. *R.* Nec hoc Concilium fuit sine summo capite; cum Petrus inibi primam sententiam dixerit : nec fuit universale; cum neque Apostoli neque Episcopi jam constituti interfuerint aut evocati sint omnes. Quare, nisi infallibililatcm hanc ad donum Apostolicum referas, eamdem vindicabis non tantum œcumenico, quod sine praejudicio theseos nostrae largimur sponte, sed et particulari cuilibet Concilio.

Ad prob. 3. *R.* Quod et qua ratione allatus textus pro auctoritate Cone. Œcumenici valeat, num. 132 declaravimus: ex ibidem dictis autem constat titulum œcumenici nec copiosiori praecise multitudini competere, nec rariori conventui negari ; cum non numerus, sed auctoritas Christi in Vicario resi-dens illum largiatur.

Inst. 2. Patres consentiunt potestatem clavium *immediate* datam esse Ecelesiæ. Eas enim 1°. datas esse Apostolis et pastoribus omnibus, dicunt Cypr. de unit. Eccl., Ambr. dedign. Sacerd. c. 2, Chrysost. Homil. 79. in Matth., Micron. L. 1. contra Jovinianum : 2°. Easdem Petro quidem, sed ut Ecelesiæ signum, figuram et personam gerenti, traditas docet Aug. Enarr. in Psalm. 30. et 18, Tr. in Joan. 30. 118. et 124, Homil. 27. et 30. aliisque in locis :3e. Ipsam denique Ecclesiam, cui dalæ sint claves, diserte expri-munt Fulgent. L. de Fidec. 3, Gregor. L. 0. Exposit. c. 16, Beda in c. 21. Matthæi. Érgo cum superior sit, qui potestatem immediate habet, eamque alteri communicat, Ecclesia superior est Pontifice.

R. N. Assert. be quo vide Tract. de Leg. et num. 176.

Ad prob. 1. c. Ant. sed .V. *Cons.* Apostoli enim divisim accepti Ecclesiam nec plene constituunt, nec repraesentant : collective autem sumpti, sive cum, sive sine Petro, alterutrum defectum iterato jam reprobatum trahunt.

Ad prob. 2. *et 'i. R.* Repetenda hic veniunt, quæ num. 137. in resp. ad prob. 2lm breviter sunt dicta : Petrum nempe figuram ac personam Ecelesiæ obiisse, ut Rex Regni et Princeps civitatis vices gerit : potestatem autem datam esse Ecelesiæ finaliter, quatenus hujus causa ct ad hujus utilitatem illa conferebatur Ecelesiæ Praepositis. Cteterum duplex loquendi ratio, mys-tica et minus litteralis, hic a Patribus usurpata fuit occasione hæreticorum:

prior quidem contra *Montanistas,* qui dixerunt potestatem pdccaladimittendi in Ecclesia cum Petro interiisse : posterior contra illos qui cliarn extra Ecclesiam dimitti peccata posse contendebant,

Inst. 3. Ipsi Poxtutc.es fatentur Concilia sibi superiora: Nam 1°. Julius, Cœleslinus, Leo, Simplicius, Agapetus, Gelasius ct alii contestantur, Conciliorum cantines sibi dominari, se autem contra illos nil posse dispensando aut abolendo : 2°. Tum alios, tum ipsum Pontificem, delinquentes deferendos ad Ecclesiam asserunt Gheg. !.. 4. epist. 38. scribens Joanni Constantiwpolilano: *Quidquid facere humiliter debui, non omisi; sed quia in mea corrrptiune despicior, restat ut Ecclesiam debeam adhibere ;* Nicolaus in episL ail Lothar. Regem monens : *Prcecace, ne duos vel 1res testes adhibeamus, imo cero ne hoc Ecclesiæ dicamus, et, quod non optamus, fias sicut ethnicus d publicanus;* Sylvester II. in epist. ad Seguin. Senon. aiens : *Instanter dico, quod si ipse Rom. Pontifex in fratrem peccarit, sœpiusque admonitus Ecclesiam non audierit ; hic, inquam, Pontifex habendus est sicut ethnicus elpublicanus* : 3°. Causas, non a sc, sed a Conciliis terminari posse ac debere^ scripserunt Siricius ad Cone. Capuanum de causa Bonosi, Innocentius I. ad Cieram Constanlinopolitanum decausaS. Chrysostomi, Innocentius III. L. 3. Regesl. IS. epist. 104. de causa Philippi Augusti Regis Francise.

Λ. .V. *Assert. Quoad prob. Ad* 1. Responsum jam est num. 173. solutione ad prob. 2lni data; quæ cum Pontificum hic nude appellatorum facta exponat, recolenda est. Adde his dicta ct facta contraria, num 171. a nobis prolata.

.Id 2. *D.* Pontifices tum alios tum sc deferendos asserunt ad Ecclesiam, intelligent) per hanc suum tribunal aut personam suam publicam, C. intelligcndo Concilium aut aliud quid a se distinctum, N. Ita certe exponit S.Tnoii. 1. c. Quæst. 2. ad i. dicens : « Prælalus potest dupliciter conside-l rari, aut secundum quod judicio præsidet; ct sic dicere Prælato est dicere Ecelesiæ, et sic debent prius testes adhiberi, quam Prælato dicatur : aut Citra judicium existons; el sic dicere Prælato non est dicere Ecelesiæ, sed personæ quæ potest prodesse ct non obesse ; et secundum hoc debet prius dici Prælato quam aliis testibus. » Ita etiam declarat factum duorum Pontificum priorum ; cum Gregor, episl. 30. et 39. edixerit Joauncm Constan-Imopolitanum *perdidisse /idem* ct esse *Antichristi prœcursorem,* Nicolaus autem Lothario *excommunicationem* indixerit; uterque sine habito vel indicta Concilio eousque progressus. Quod a Sylvestro pronuntiatum additor, Pontificis confessio non est, sed Gerberli Arehiep. Rhcmensis, ante Pontificatum carens auctoritate scriptum, quando is a Papa depositus ct contra Aposlolicam sedem erat animo exacerbatus.

*Ad*3. /L Assertum si teneret, Pontificem particulari etiam Synodo subjiceret; quod quam certo sequeretur, cum memorata Concilia fuerint particularia, tam est absurdum et a nemine admissum : sed falsitatem ostendit

I brevis causarum expositio.

P. Etenim, cum Bonosi Ep. Sardiccnsis causam Cnpuana Synodus Anysio Ep. Thessalonicensi commisisset, is autem ob occurrentem difficultatem judicium retulisssel ad Silicium, hic recusavit rem cognoscere, non quidem ob defectum potestatis, sed tum quia cognitio causæ ob distantiam loci et absentiam agentium facile suscipi non posset, tum ne videretur Pontifex

quasi subdelegatus a Concilii delegato rem judicare : quam utramque ratio-nem Siricins in suo responso attigit.

2°. Nec Innoc. I. fassus est Chrysostomi causam a sc definiri non pose; cum potius sententiam pseudosynodi ad Quercum resciderit, clChivsosk> mum sedi su® restituerit : scripsit tamen ad causam penitus finiendam necessarium esse Concilium ; quam necessitatem imponebant populi divos studia. Episcoporum æmulalio et odia, aube artes et violentia.

3°. Recte Inxoc. III. scripserat Philippo Augusto nihil Sc audere aut defi-nire aut dispensare pro dissolvendo matrimonio ejus consummato ; cum re? ex verbis Christi indubia esset, id non licere. Addidit vero: Si *super* Aoe *absque deliberatione Generalis Concilii determinare aliquid lentaremus, prater offensam el mundanam infamiam, quam exeo possemus incurrere, forsan ordinis et officii periculum immineret:* non quasi plus aliquid concilium posset contra jus divinum; sed ut Pontifex ostendendo multiplex damnuin ex concessione in se redundans, quod averti non posset nisi in casu impossi-bili agentis secum contra jus fasque Concilii, honesto et humano etiam titulo declinaret Regiam sollicitationem.

Inst. 4 Tam facta quam dicta Conciliorum Generalium ostendunt horum supra Pontifices superioritatem. Nam Concilium Constantinopolitanum III. damnavit Honorium : Pisanum deposuit Benedictum XIII. et Grcgorium XII. quam pœnam in eosdem repetiit Constantiense, extensa eadem in Joan-nem XX111; imo Basilcense Eugcnium IV olcinniiis etiam abjecit.

R. ad Arg. .V. *Asseri.* quod alteram controverskc partem non observat, arguendo potissimum a Pontificibus dubiis aut hæreseos insimulatis; cum tamen dc certis, legitimis ct fidelibus thesis sil posita. Exempla mox dic-torum occurrunt in factis objectis. Hoxorius enim arguebatur hæreseos. et ob ejus sive favorem sive crimen damnabatur; el quidem jauiduduni mortuus, ubi nulla amplius potestate vigebat. Pncterea si judicium hoc latum est probante sede Apostolica, conjunctum cum Pontifice habetur Concilium, et cessat systema controversi® : si nolente aut non probante hac sede res evenit, in Patrum facto deest auctoritas, huic judicio communius adseripta. Actio Pisana in Bof.dictüm et Gregorivm auxit,prosecutio Conslan-lie.usis in eosdem et Joannem sustulit schisma; proinde utriusque potestas ferebatur in Pontifices dubios, de quibus non disputatur.Depositio Eigexiia Basileensibus tentata, ausus erat seditiosus, non solum a Concilio Florentino damnatus, sed reprobatus etiam a lota Ecclesia et posteritate.

Inst. F>. In Cone. Florentino Sess. 9. Bessario assumpsit tanquam princi-pium, eui a Latinis non legitur contradictum. *Ecclesiam Romanam, quanta facultate polleat, minus lumen pollere synodo cccumenica et Ecclesia univer-sali.* Decretum autem unionis cum Græcis. asserens Romano Pontifici potes-tatem gubernandi imiversam Ecclesiam.adjicit hanc restrictionem:Secundam *quem modum ct in aciis Conciliorum wcumenicorum et in sacris canonibus continetur:* qua; lectio vulgata.· huic : *quemadmodum etiam in actis etc.* præ-fetenda est; Ium quia gratam vim καθ' ον τροπον και £ν τοΐ -οακτίκοι; etc. aviiiidte expt iniit . Ium quia Blondi, Pontificii hoc temp *rc Notarii, ct Vigeni est interpretatio.

/i. quoad *prius.* Nec ex eo quod Bf^ario mtn disputandum afferat hanc propositionem, illa vertfm est principium; cum ibidem etiam addat : VteN

latntn volumus Itérèrentiam restrain, a nobis facultatem (addendi aliquid symbolo) *hanc negari universal Ecclesia: et Synodo etiam acumeniere* quod oppido falsum est : nec verum est, quiaa Latinis non sit contradictum : quoniam id vel non constat; cum opposita tunc a Rhodio etiam cætera in Actis ftdnotata non legantur; vel contradicendi non erat tempus; quia mox alteram post sessionem a Card. Juliano prior de additione controversia fuit abrupta : vel expresse contradicendi non erat necessitas; cum aliis albumentis continuo probaretur additionis potestas. Prætcrea verum esse poterat, hoc nempe sensu, quod Ecclesia Romana minus extensive, certe ct facile polleret, quam Ecclesia el Synodiis universalis.

Quoad *posterius,* nego fieri restrictionem, sed est comparatio aut potius inductio exercitii ct usus in Conciliis et canonibus patentis; quæ per verstonem et auctoritatem indicatam non turbatur, cum pro retinenda nostra etiam accedat frequens in hanc significationem usurpatio græcarûrii vocum, elcommunissimus Interpretum sensus.

179. *Objic. III.* Cone. Constantiense Scss. 4. sic decernit : *Quod ipsa Syw· dus in Spiritu sancto legitime congregata, Generale Concilium faciens, Ecclesiam Catholicam militantem repræsenlans, potestatem a Christo immediate habet, cui quilibet, cujuscumque status vel dignitatis, etiam si Papalis existai, obedire tenetur in his (pia: pertinent ad fidem et extirpât ionem dicti schismatis dreformationem generalemEcclesiæ Dei in capite ct in membris:* Scss. 5. autem idem repetit ct addit : *Item declarat, quod quicumque cujuscumque ‹:mditionisstatus et- dignitatis etiamsi Papalis, qui mandatis, statutis vel ordinationibus aut preeeeptis hujus sacra: Synodi el cujuscumque alterius Concilii Generalis legitime congregati, super præmissis seu ad ea perlinentibus factis al faciendis, obedire contumaciter contempserit, nisi resipuerit, condigna: pmitentiæ subjiciatur et debite puniatur, etiam ad alia juris subsidia, si opus fuerit, recurrendo.* Quæ quidem decreta postmodum ab ipso etiam Eugenio in Bulla Dudum, a Basileensi autem Concilio repetitis quinquies vicibus fuerunt confirmata.

R. Uiiivcrsim : Sensum horum decretorum saltem dubium esse ct contro-\ersum, ostendunt Pu 11. et Gregorii XII. contraria declaratio, Joannis de Turrecrcinata oppugnatio, Gersonis ct Petri de Alliaco, licet adversariorum, haesitatio, et Theologorum, Nationum, excepta Gallicana, omnium diuturna et fere communissima repugnantia : qui si talis non foret, sed ad adversariorum mentem sancitus, nemo Catholicorum illi contradicere posset sine lurescos nota, quemadmodum etiam Basilccnses in postrema sua epocha statuere sunt ausi : hanc tamen sequelam ct censuram tanquam absurdam et immoderatam cajamætatc repudiarunt omnes, et nullus etiam hodie «adversariis facile tticbilur. Quod confirmationem decretorum jactatam atliwl, eam ab Ecgf.mo factam esse non evincitur ex Bulla *Dudum,* in qua Principum armata suasione, terrore schismatis el temporum iniquitate permotus Pontifex dissolutionem Concilii a se faciam el Bullas hanc elocutas reven avit. Conciliuniqiic Basileensc legitime emptum ac continuatum drrlawit.

5am P. hæc *faciens, progressum quidem Concilii, non autem decreta* approbi» it: ut declarasse Eimenium Turrecrem. L. 2. Sum. c. 100. testatur; et

olim DamasnsConstantinopolitanum, Leo Chalcedoneuse, el Murtinus Cons· lauliense Concilium approbantes, non omnia hinc decreta affirmasse inlelli-guntur. 2". In Bulla *Dudum* ncc dissolutionem revocat, nec continuationem prolwt *simpliciter,* sed sub hac conditione gemina, imprimis *til omnia d singula contra auctoritatem Pontificiam facta el gesta per dictum Concilium prius omnino tollantur et in pristinum statum reducantur;* deinde ut mitti *ab eo Deputati ad præfati Concilii priesidentiam cum effectu admittantur;* quarum neutra tamen est expleta. 3°. Hinc in epist. ad suos in Germania Legatos,apud Raynald.ad A. UiG. scribit *suscipi ac suscepta esse a seCuns-lantiense et Basilecnse Concilia, absque tamen præjudicio juris, dignitatis tl præeminentiæ Sedis Apostolicie ct potestatis sibi concessa.* 4". Demum Idem Eugenius in Bulla *Moyses,* ejus Legati in Concilio Moguntino et Bituricensi, quin ct Card. Arelatensis hic contrarius, abhorrentium Pontificis ab his decre-tis contestantur.

Ex his porro apparet nec multiplicatam a Basileensi confirmationem valuisse quidpiam; cum illud consensum Pontificis nunquam habuerit, adeo ut, pace postmodum inter Nicolaum Eugenii successorem et Basileenses tandem facta, non approbata fuerint, nisi quæ gesta erant circa censuras el causas beneiicialcs. Sed specialirn adhuc videre juvat, quam multiplici ev capite laudatis Decretis omnis detrahatur auctoritas. Itaque progrediendo ex ordine ab uno ad alium receptum :

/L L Decreta hæc valere tantum pro tempore orti circa Pontifices *SCHIS-MATIS,* et de *PAPIS DUBIIS;* minime autem extra hujusmodi schismatis tempus et de Pontificibus certis. Veritas responsionis constat :

1°. Ex Verbis Decreti : sic enim incipit : *Hæc sancta Synodus Constan-tiensis, Generale Concilium faciens pro extirpatione pressentis schismatis et unione ac reformatione Ecclesiæ etc.* : pergit autem in textu primi ita : *01*· dire tenetur in his quæ pertinent ad fidem et exhrpalionem dicti schismatis:* el in contextu secundi his verbis : *qui hujus sacræ Synodi et cujuscumqw alterius Concilii Generalis legitime congregati super praemissis,* (extirpationc scilicet præsentis schismatis et unione ac reformatione Ecclesiæ) *seu ad ea perlinentibus etc.* In illo autem schismate tres fuisse Pontifices Ecclesiam in diversa scindentes, eosque dubios ac demum depositos, ex Conciliorum historia liquet.

2°. Ex Factis Concilii. Tres nationes contra unam Gei manicam suffragium pn»reformatione Ecclesia* electioni Papæ praemittenda ferentes, hanc ratio-nem afferunt, *quod Papa electus ligari non possit :* ipsum autem Concilium Sess. 39. decernens, a Papa singulis quinquenniis Concilium congregandum, ubi §. 1. de exeeutione a Papa certo praestanda loquitur, nullam pœnam indicit : ubi autem 2. de eadem exeeutione tempore schismatis ct dubii Pontificis agit, poenas statuit. Similiter quamvis in Sess. 5. decrcto adjeclæ sint pœnæ ; tamen in Sess. 38. ubi decernitur, Pontificem mox eligendum debere Ecclesiam reformare, poenarum mentio iit nulla. Demum cum put electionem Martmus, paucis decretis editis, nollet ulterius progredi ; Couci-lium facile cessit, non ausum coacliva potestate erga certum Pontificem uti.

3". Ex Testibvs. Eugenius IV. in Bulla *Moyses* Florenti® data damnat *pro-cum Basilcensium sensum* de Decretis Constantiensibus : damnari autem non poterat, si illi existimassent de tide. Papam dubium subesse Concilio ; ersii

cum cerium Pontificem subderent Concilio, et in hoc pravurtl sensum haberent, sensus Concilii Constanliensis erat tantum de dubio. Eneas Sylvius, in oratione Viennro habita, non loqui Constantiense de Pontifice certo, nisi in casu hæresis, affirmat. Joann, de Turrecreniata, in Apolog. in Condlio Florentino recitata de Constantiensi Decreto, sic ait : *Non loquitur de schismate quocumque, sed tantum de schismate illo tempore currente, quo decretum est.*

Nec *obsta!* quod Papa declaretur subjectus, etiam quoad ea quæ decernerentur pertinentia «d *fidem,* el damnatio Wicleffi ac aliorum in hoc Concilio prodiret ; adeoqne decreta ad aliud etiam tempus ac certos Pontifices extendi videatur. Nam ut omittam has voces, *ad fidem,* in primis Concilii editionibus non reperiri; incredibile prorsus est, Concilium bis vocibus respexisse adhæresinsnb Papa certo damnandam; cum nulla tum agitaretur quaestio, an Pontifex legitimo Concilio circa fidem definienti obedire teneatur? ideoque- illas non nisi conjunctive aut relative ad schisma pnefocandum usurpatas adhibuisse. Hoc certe tempore schismatis fautor habebatur de *hæresi vehementer suspectus ;* aucter autem schismatis aut pars ejus præcipua, quales tum erant Anlipapæ, damnabatur *tanquam luereticus et schismaticus,* ut Card. Cameracensis in schedula initio Concilii exhibita monet : ex quoetiam factum est ut Papatum deponere recusantes a Procuratore Concilii hæresis el schismatis accusarentur.

Porro quod quidam Joannem XX11I. fuisse legitimum Pontificem contendant, ut scilicet arguere possint Concilium in Papam certum exercuisse jurisdictionem, palam repugnat historia, quæ docet magnam Europae partem Antipapis aliis adhæsisse, non facto solum, sed ct probabilibus juris rationibus: unde objectio hæc facile dissimulari potest.

R. II. Concilium Constantiense, dum decreta conderentur, non fuisse îEcvmemccm; adeoqne decreta hæc auctoritate Cone, œcumcnici carere. Sequela patet: Assertionis autem ratio est, quia œcumenicum non erat :

P. ex *convocatione;* cum ea neque a Papa indubio, neque a Cardinalibus Romanæ Ecclesiæ certis aut pluribus, neque ab Ecclesia universali auctoritatem legitimam nancisceretur: præsertim cum Joannes XXIII. Gregorio, et Patres Sess. 20. Benedicto concesserint, novam Concilii convocationem ab iis celebrari.

Ncc 2°. ex *congregatione;* cum ex Actis apud Van der Hart Episcopi 70 duntaxat Joanni adhaerentes, nec iidem tamen omnes, adessent; nullus autem ex Episcopis obedientiam Gregorio et Benedicto praestantibus, quorum tamen pars major fuerat, et jus, præsertim Gregorii, non improbabile.

Ncc 3°. ex *celebratione;* cum collatio fuerit accphala, etiam Joanne post sessionem 2im fuga dilapso, deliberatio autem cl decisio defectibus suis non careret, ut proxime ostendetur.

Nec 4®. *ex confirmatione;* cum decreta a Joanne fugitivo non haberentur rata, a Gregorii et Benedicti obedientia autem reprobarentur etiam : quod idem si a Martino,in Bulla *Inter cunctas,* supremam auctoritatem sedi Apostolic® asserente, et in altera *Ad perpetuam,* appellationem a Pontifice ad Concilium prohibente, non fuerit æquivalentcr factum; confirmationem tamen datam fuisse, ex infra dicendis nunquam probabitur.

Nec 5°. ex *acceptatione;* cum etiamnum, præter Gallicam forsan, natio

nulla illud nniversim acceptet. Unde multiplex disparitas patet hanc interet Ephesiuam ac Tridentinam Synodum, ad quarum illam Orientales cum Jeanne Antiocheno nullatenus, ad istamvero Galli serius accesserunt.

H. DI. Controversa decreta nec *RITE* fuisse *FACTA,* nec a .MartinoV *CONFIRM.* I *TA.*

Γ!," ostenditur : 1°. E\ *defectu deliberationis.* Cum enim materia esset gravissima, et sententia decretis opposita, ipso Gersonio teste, non communis tantum, sed habita ut certa; pro quaestionis exigentia adhibitum non est tempus sufficiens; quia octo duntaxat dies inter Joaxnis fugam, quæoccasionem decretis dedit, et definitionem Patrum intercesserunt : nec inquisitio argumentorum sufficiens; quia in sermone Gersonii, primarii licet actoris, hac de causa in Synodo pronuntiato, monumentum nullum ex Scriptura, Conciliis aut Patribus atlertur, sed SS. Thomæ et Bonaventure textus duntaxat quidam, iique perperam intellecti, nec disputatio in utramque partem sufficiens; quia Actis testantibus, de hac quæstione *per Cardinalem Florentinum cum aliquibus Deputatis aliqualiter disputatum est.*

2°. Ex *defectu Consensus.* Tum quia testante non solum Joanne iuepp. ad Ladislamn Poloniæ Regem et ad Ducem Bituricensem, sed et Actis protestationem Cardinalium et Nationum referentibus, multa *per vim, terrorem, strepitum et contumeliam* fiebant in hoc Concilio; tum quia ex Actorum relatione ante Sess. Pm Cardinales monuerunt Nationes, *ut suspenderent ad tempus materias,quee magnas habent difficultates et maturam exigunt deliberationem;* antea!® autem iidem cum Oratoribus Regis Galliæ secreto protestati sunt, *quod propter scandalum eritandum ad Sessionem ibant, nonanivw consentiendi iis quæ audierant statui in ea debere;* in utraque autem testibus Turrecremata et Eugenio, *nonnulli graviores reclamantes, perstrepente multitudine, silere coacti sunt.*

2n® ex eo ostenditur, quoti Martinvs Sess. ultima professus sil, *Omnia, singula, determinata, conclusa et decreta in materiis fidei conciliariter, se approbare et ratificare, et non aliter nec alio modo.* Sed decreta controversa imprimis facta non *suiAconciliariler;* ut ex defectibus in hac et priori responsione prolatis manifestum est : deinde nec sunt *in materia fidei;* quia salva fide de præsenli materia disputari in utramque partem volunt adversarii, et in ipsa Sess. ?>*. Synodus hæc decreta reposuit inter *constitutiones synodales,* (pias distinxit ab *avisamentis in materia fidei;* et lata non sunt sui» perna *anathematis aut hœresis,* rnaterire fidei propria, sed tantum sub poma *pomitentue aut puniHorn's* contra transgressores contumaces. Ergo.

Objic. IV. Jus sacrum, Ratio et Auctoritas repugnant præcellenliæ Pontificis supra Concilium : ergo.

Prob. Ant. 1°. Vsus Occidentalium Conciliorum Generalium docet, Pontifices etiam iis præsidentes, non edidisse decreta, nisi *sacro approbante Concilio* : ergo cum ex approbatione pontificia superiorifatem Papæ colligere studuerimus, ex hac praxi multo magis in Papam sejunctum superioritas Concilii demonstratur. 2°. Disl. 93. Can. 24. ex Hieron. dicitur : Si *auctoritas quœrilur; orbis major est urbe ;* in quem observat Glossa, inde concludi posse, decratum Concilii prevalere decreto Pontificis. 3°. Disl. 19. Can. 9. et Dist. 10. Can. G. statuitur, Concilium habere potestatem accusandi el judicandi Papain de hæresi; ubi ad postremum Canonem Glossa imprimis petit disparitalem,

quare idem do aliis etiam criminibus non possit : deinde asserit, id omnino habere locum, si quidem Papa committit crimina alia cum scandalo Ecclesia», et est incorrigibilis.

Λ. *ml .Iri/. X. Ant.* quod plus assumit, quam probare possit. *Ad ejus prob. Il.* ρπι.ύιι allatam nihil officere ; Glossa» autem, si qua est, auctoritatem non esse tantam, ut rem decernat. Hinc

Quoad I. *B.* pravin hanc et recenliorem esse, cum in Lateranensi III. primum cœpla sil; et his verbis nihil exprimi, nisi consensum Concilii sive sententiam judicio Pontificis conjunctam et subordination. Disparitas porro inter approbationem Concilii ct Pontificis tum cx hoc ipso, tum ex dictis mini. 177. contra exceptionis 1ae membrum 3"m constat.

Quoad 2. *B.* Quis Hieronimi sensus sit, dictum est num. 173. Ad partis P® membrum 3"m› : collectio Glossa? nulla est ; cum a facto procedat ad jus, et ex consuetudinis inter minores proedriam concernentis auctoritate, desumat potestatis inter supremos judicialis mensuram.

Quoad 3. *B.* Discrimen, quod *Glossa* petit, stat in eo quod Papa hæreticus desinat esse membrum Ecclesiæ, ct hinc etiam caput, et consequenter potestatem in Ecclesiam amittat; quæ per crimina alia non fiunt. Cæterum in *casu* etiam *hæresis* Pontifex subjicitur Ecclesiæ, non ut deponatur, utpotequi jam Pontificatu exciderit; sed ul declaretur hæreticus, et Ecclesiæ innotescat, lapsum in hæresin non amplius esse Pontificem : ante quam declarationem tamen non licet negare illi obedientiam; quia eo usque retinet jurisdictionem, non quidem de jure et quasi adhuc foret Pontifex, sed tantum de facto, Deo ita volente ct dispensante propior commune Ecclesiæ bonum : quemadmodum in simili casu de Episcopis et Parochis communius docetur. Assertum Glossæ nihil valere prodit ratio ejus adjecta : *Nam contumacia dicitur hæresis, et contumax dicitur infidelis;* quæ omnino falsa est; aut si vera foret,jam non propter crimen aliud, sed immediate propter hæresin, Pontificem Concilio subjectum probaret.

Inst. I Ex lumine rationis constat, totum esse majus sua parte : Concilium autem est totum morale, el Pontifex tantum pars : ergo. 2. Est de fide, quod Concilium generale sil infallibile; non autem de fide est Pontificis infallibililas : ergo el polior est auctoritas Concilii quam Pontificis. 3. Dogmata fidei ct morum tradita sunt, non soli Petro et Rornanæ Ecclesiæ, sed aliis etiam Apostolis et Ecclesiis ; disciplina autem quænam congruat Ecclesiæ universali, melius Episcopi ex illa collecti judicant, quam unus Episcopus Romanus : ergo nec illa petenda sunt a solo Pontifice el Ecclesia Romana, sed ab Episcopis omnibus seu Concilio vel Ecclesia universali; ct in hac ordinanda non Pontifex solus, sed Episcopi omnes proprium officium habent. I.Sequeretur Ecclesiam carere remedio in extremis casibus, ubi Pontifex foret aut noxius Ecclesiæ ob scandalum vel tyrannidem, aut captivus vel amens; quod de Dei ac Christi provida erga Ecclesiam charitate incredibile ridetur.

Λ. Repeti hic errorem superius commissum el Concilium a Pontifice sejunctum confundi cum utroque simul sumpto.

Quoad I. *B.* Tenet quidem principium naturale, sed Pontifex a Concilio «junctus illius pars non est; conjunctus autem, etsi pars sit, est tamen piwripua, et extensive quidem aut mole minor, intensive tamen et auctoritate

major, ut caput corporis aut Monarchs comitiorum; ideoque two asstimptum probatur, ncc status quaestionis perdurat.

Quoad 5. *II.* Idem mutata» controversia» vitium adest, si Concilium computato Pontifice accipiatur; sic autem sumptum duntaxat est infallibile: si semoveas eumdem ejnsque confirmationem, Concilium infallibililate haud gaudere, num. 152. est demonstratum.

Quoad 3. /i. De *dogmatibus* ea quidem tradita esse non Petro tantum sed et Apostolis reliquis, non Romanae duntaxat sed et aliis Ecclesiis: eadem tamen repetenda potissimum esse ab Ecclesiis antiquissimis et Apostolicls, docent henæus et Tertullianus num. 73. laudati ; quorum hoc asserto et alia etiam singulari evincitur, a Romana Ecclesia hae in re satisfieri exspectationi præsertim posse. De *disciplina H.* memoratam hic notitiam pra»stare, ut Episcopi cæteri Romano Praesuli informationem de rerum usu el legum fructu ministrare queant; non autem efficere, ut suprema disciplinée ordinanda» cura et potestas, Pontifici erepta, Episcopis cedat.

Quoad 4. *B.* ,V. *seqq.* Pro casu Γ Christus declaravit remedium Matth. 23. v. 2. *super cathedram Moysis sederunt scribœet Pharisœi: omnia ergoquetcumque dixerint robis servate et facite', secundum opera vero eorum nolite facere :* Pio 2° volunt quidam adhiberi moderamen inculpai® tuteke ac defensionis jus naturale: sed Petri præhabenda est ep. I. c. 2. v. 18. adhortatio: *Subditi estote in omni timore dominis non tantum bonis et modestis, sed etiam discolis: hire enim est gratia, si propter Dei conscientiam sustinet quis tristitiam, patiens injuste:* quampiam de prox ida erga Ecclesiam bonitate Dei sperandum sit, hunc casum vix eventurum, aut alia ratione tollendum, quant scilicet S. Thomas sup. laudatus indicavit. Pro 3° exemplum præbet Ecclesia Hierosolymitana Act. 12. pro Petro captivo ad preces conversa. Pro 4° idem est, quod habet el usurpat Ecclesia defuncto Pontifice: est enim perpetuo amens secundum rationalem vitam mortuus.

lust. 2.Sententiam adversam tenuerunt 1°. ex Pontificibus Pics 11. et Aohian1s VI; ex Cardinalibus Petrus de Alliaco Ep. Cameracensis, Francisais Zabarella vulgo Florentinus, .Nicolaus de Cusa seu Cusanus; ex Episcopis Alphonsus Tostatus et Nicolaus Tudeschus seu Abbas Panormitanus; ex Doctoribus Joannes Gerson, Jacobus Almainus, Dionysius Carthusianus, Joannes Eckius, Joan. Driedo, imo Joan. Maldonatus Jesuita. 2°. Ad easdem partes accesserunt Academiæ, præter Parisinam. Viennensis, Erfordicnsis, CracoviensisetCuloniensis, quarum responsa extant apud auctores. 3°. Denique inclyta natio Gallicana cum magna Germani® parte in sententiam Conciliis faventem hac etiam a-tate conspirat.

B. Tametsi reipsa, qui laudantur, faverent omnes ; qualiscumque adversariorum causa patronos haberet quidem, auctoritatem tamen haud nancisceretur, qua: comparari cum opposita possit: sed enim aut falso aut vane aut frustra laudantur; ut ex descensu ad singularia manifestum est.

Itaque quoad 1. Λ. Nomen Poxtificem falso obtenditur; quia nec PiusII. nec AdrianusVI. in Pontificatu favit, sed tantum ante Pontificatum, ille ut Cardinalis .Eneas Sylvius, hic ut Doctor l.ovaniensis: prior etiam jam au. 1452. in Oratione contra Australes Vienn® habita ostendit sententiam suam mutatam; posterior autem nec tempus retractandi ob Pontificatus bn>

vitalem habuit nec necessitatem ; cum Pontificibus ut prhatim docentibus, non ut loquentibns ex cathedra, fallibilitatein tantum tribuerit.

Vane autem opponuntur Carihnaies : quia Carnoracensis quantumvis pro prostantia Concilii in Pisano sentiens, hoc tamen concilium pro infallibili habuit, et contra decreta Conslanticnsia cum aliis Pontificiis est protestatus: Florentinus Tractatu gemino de schismate subjecit quidem Concilio Pontificem, sed dubium ; et ipse etiam Sanctionibus Constantiensibus se oppo-suit: Cusanus demum, quæL. de Concord, scripserat Basileensibus addictus, dein Eugenio adjunctus 2. epp. ad Bohem. de Calic. usu enervavit.

Inter Episcopos, Tostatus et Panormitanus objiciuntur incassum. Prior enim,ut Spondanus ait, injurius præ studio tuendi sua, in Pontificum etiam auctoritatem invectus est in suo Defensorio ; commentans tamen in Cap. 16. Jlilth. Pontificem statuit regulam fidei infallibilem : alter a Ciaconio asseritur. non tam veritatis studio, quam Regis Aragoniæ imperio, et Felicis Cardinalitiani dignitatem dantis pretio, plura egisse indigne ; quanquam quae iu Iit. de Electione scripsit, non tribuant Concilio infallibilllatem.

Ex Doctoribls tandem Gersonium et Almainum adversariis facile cedimus; quia, quantumvis magni sint, schismatis tamen occasione ad Principia tira Pontificem ac Principes reipublicæ noxios prolapsi fuerunt, quæ civem elChristianum minime decent : unde ct Richerius svstema suum damnatum non ante judicavit in lucem proferendum, quam illorum opera ad mollien-sibi viam et auctoritatem parandam recenti editione præmisisset. Car-Ihusianum et Eckium excusat non satis examinata Concilii Constantiensis auctoritas, ad quam uterque provocat, eodem tamen in loco concedens ea Pontifici, quæ cum potestate Conciliis adscripta ægre conciliantur. Dricdo Ll.Dogm. Pontificem haereticum duntaxat et schismaticum Concilio subdit : Maldonatus autem in Comment, c. 18. Matlh. Ecclesiæ quidem tribunal asserit ultimum ac summum, sed tum hic tum alibi Ecclesiæ nomine Prolatum accipi declarat.

Quoad2. Λ. Academias memoratas, tempore inter annum 1440. et 44 interjeclo^d sententiam ConciliaPonlificihus praeferentem accessisse, haud mirum videri debet; proplerea quod eorum socii ac Professores decreti et schismatis Basikensis auctores vel participes essent, quorum honoris, vehit sui, tuendi tudio, el precibus insuper sollicitati, ad has partes pertrahebantur. Eorum limen responsa non admodum in pretio habita fuisse, docuerunt neutrae pries a Germaniae Principibus tunc susceptae.

Quoad 3. Λ. Quis Gallie sensus sit, infra specialim examinabitur. De magna Germanice parte, cujus illa nominis ac ponderis sil, quoniam Scholæ nilDoctores non nominantur, nos quidem nescimus : quæ vero illius arguiwnla sint, quoniam sicut merces et mores haud dubie e Gallia advenerint, ei hactenus disputatis sat videre licebit.

180. *Observa.* Provocatum ab Adversariis fuisse ad auctoritatem, qua? tum Conciliis tum Episcopis *immediate* a Christo data sit, ex Decretis Constantiensibus ct quibusdam objectionibus advertere licuit. Ea provocatio, quatenos supremam auctoritatem Conciliis a Pontifice sejunctis aut Episcopis 'indicat, prolatis hactenus argumentis et responsis abunde refutata videtur: quatenus autem potestatem utrique propriam, quæ subordinata Ponti-

flci sit et eum eodem debeat esse conjuncta, a Christo immediate cullihm attinet, necdum attigimus; quia systemati iiostro nil idlicil, sive iiiimediite a Christo, sive mediante Ponlilice tanquam causa proxima, aut Conciliis mi Episcopis sua, quam habent et exercent, potestas et auctoritas dicatur w|. lata; mixto veritas subordinationis ac dependentia*, et necessitas conjuudi»-nis cum Pontifice maneat salva. Quoniam tamen abusum sententia* hucm pertinentis fieri ab adversa parte deprehendimus, et veritas asseriiwiB noslræ robur ac lucem ex quæstionis hujus interpretatione capere potest; adjicimus brevem epicrisin de modo collatæ potestatis, et quidem unice respicientem Episcopos : quandoquidem Concilia Episcopis nihil nisi cdkc-tionem, hanc vero non intensionem, sed extensionem tantum potestatis addere, alibi jam declaraverimus. In quam rem :

Supponimus 1°. Episcopalem dignitatem divinitus et a Christo institutam osse; ac proin eamdem in univorsum a Pontifice tolli aut omnino abdicari non posse : prout, præter Scripturæ documenta, Ignatius in ep. ad Ephesiis, Cypr. in ep. 63, Basil, in ep. 77, Leo ep. 89, Cone. Toletan. VIII. c. 7, Bern. I.. 3. de Consid. c. 4. ostendunt. 2°. Potestatem huic dignitati congruentem Episcopis esse propriam, el mensuram nominis ita implere, ut Episcopi sint veri EcclesiæPrincipes. Hierarchæ ac Judices; non autem Pontificis tantum locum tenentes, vicarii, delegati aut consiliarii : hoc enim ex iisdem monu-mentis colligere licet. 3°. A potestate Ordinis distingui potestatem juris-dictionis; haneque potestatem aliam esse completam, jam ordinatam ad subditos, et proxime expeditam, ad valide prodeundum in actum secundum; aliam incompletam, necdum eo ordinatam , nec ita expeditam, sed aliquid adhuc sive ex parte principii, sive ex parte termini desiderantem, ut va-lide in actum secundum prodeat : quemadmodum Lateranense IV. et Flo-rentinum indicat, Tridentinum autem Sess. 14. de Pcen. c. 7. elSess.23. de Reform. c. 15. decernit. i°. Hanc potestatem jurisdictionis incompletam una cum potestate Ordinis vi consecrationis Episcopis conferri a Christo tanquam proximo auctore ac immediate : quod quidem ex præsuppositis admissis sequitur, et adversariorum argumentis tribuitur ultro. 5°. Contro-versiam itaque, si qua restat, esse hanc : An potestas completa, ordinata jam ad subditos, et proxime expedita ad valide prodeundum in actum secundum, etiam immediate sit a Christo; an vero tantum mediante Pon-tifice, qui scilicet ut auctor immediatus, non quidem principalis (quisolus est Christus';, sed minus principalis, pro auctoritate sibi propria det illam et conferat?

Postremam hujus problematis pariem esse possibilem, negabit nemo, qui primatum Pontificis, nedum in universam Ecclesiam, sed vel inomnespar-liculares Ecclesias, tantum admittit : atque hinc disparilatem quivis inlelli-git, cur nec consecrator Episcopus, nec electores Cardinales, nec Ecclesia acceptans, Pontifici dare possint propriam hujus muneris potestatem, sed Christuseamdem immediate tribuat; cum ex dictis constet, præter Pontifi-cem, nec hominem singularem, nec collectionem hominum ullam pollere potestate Ecclesiæ suprema : adetque unus Christus, cujus manibus, Ponti-fice mortuo, claves regni coelorum relinquuntur, eamdem Pajwe recens electo concedere potest. An vero eadem pars realis etiam sil ac in pnesens reapse constituta, Concilium quidem Tmuextixcm, Patribus in diversa distractis

non decrevit : ut tamen oppositre praeferatur, suadere potest turn auctoritas tum ratio jure et facto probata.

Auctoritatem quidem praebent 1°. Pontifices tanquam juris sui assertores ; ex quibus Innocentium et Leonem, ulruinque primum, laudasse sufficiat. Eurum prior in ep. ad Cone. Carthag. ita citatur : *Scientes quid Apostolicæ Sali debeatur, a qua ipse Episcopatus et tota auctoritas nominis hujus emer-* sihelin ep. ad Victricium Rolhomag. *Incipiam adjuvante Petro, per quem HApostolatus et Episcopatus in Christo catpit exordium* .-posterior in Scrm. 3. de Assunipt, sua c. 1. sic loquitur : *Magnum et mirabile Petro consortium jdtnliie suæ tribuit divina dignatio, et si quid cum eo commune voluit cceteris principibus, nunquam nisi per ipsum dedit, quidquid aliis non negavit;* el in ep. 10. c. 1. *Hujus muneris sacramentum ita Dominus ad Apostolorum offt-tium coluit pertinere, ut in Petro Apostolorum summo principaliter colloca-nt. ut* ab *ipso quasi quodam capite dona sua velut in omne corpus diffun-dent.*

Episcopi, tanquam ultro contra causam suam deponentes; inter quos Optatus Milev. L. 7. contra Parmen, inquit : *Bono unitatis Petrus et praeferri omnibus Apostolis meruit, et claves regni cœlorum communicandas cceteris itctfiil :* Greg. Xyss. Orat. adv. aegre ferentes castigationem : *Christus per Petrum Episcopis dedit claves cœlestium bonorum:* Caesarius Areiat. in ep. iii Symmach. *A persona Petri Episcopatus sumit initium :* Patres Synodi Rhemens. in sententia contra Fulconis homicidas : *In nomine Domini et ririvle Spiritus, nec non auctoritate Episcopis per B. Petrum collata, ipsos a S. Matris Ecclesiæ gremio segregamus.*

3*. Doctores et Principes Scholarum; nempe D. Thomas L. 4. cont. Gent, i e.6. docet Petro eollatam esse clavium potestatem, *per eum ad alios derivan-* im, *od conservandam Ecclesiæ unitatem :* S. Bonavenlura in Opusc. cur FF. Min. prædicent, enuntiat *omnem,* quam Pontifice inferiores Ecclesiæ redores habent, *curam et totam potestatem super subditos ab ipso accipi* i· *liate vel immediate :* .Egidius Romanus in Opusc. Cont. Exemptos c. 2. *Ep-wpos* statuit *per Pontificem vel per auctoritatem ejus assumptos in par-Cisollicitudinis.*Eadem asserunt S. Antoninus,p. 2. Sum. Theol. tit.22.c.3. §.5. eam aliis pluribus trium harum Scholarum Doctoribus.

Halio, quæ *Juris* est, desumitur 1°. Ex plenitudine potestatis : quam non •ieruntsuppositiliæDecretales, sed Primatus ancloritativi notio et munera ■'•pwint et asserunt. Hujus uti el sollicitudinis tantum pariem Episcopis a Politice communicatam declarant Leo Catis. 3. Quæst. 6. Can. 8, Gregorius CaiB.iQuæst.G. Can. 9, Innocentius Cap. *A.* de Auctor, et usu Pallii, el LeoX. inBfilla de ITivil. Relig. in Later. V. editæ : ubi quamvis duo priores de Restate vel Patriarchal! vel delegata agant ; sicut tamen interventus Ponti-fions declarat, extensam hanc potestatem, non a Christo, sed a Pontifice immediate provenisse ; ita et necessitas confirmationis Pontificiae probat, indoritatem in Dioeceses proprias competentem, proxime non profluere a Christo, sed a Pontifice. Porro oblocutioncm unius Episcopi Sigini contra lλ o β X. assertum vim nullam habere, nemo facile dubitabit.

i. Ex prwonizatione Episcoporum Romana, et horum confessione liltera-oa: quia in illa Episcopis a Pontifice non tantum *committitur administratio* o *temporalibus et spiritualibus,* sed etiam *auctoritate Dei, Apostolorum ct*

Pontificis providetur Ecclesia de persona, et hæc *præficitur in Patrem, Putorem et Episcopum Ecclesiæ* : in hac vero se *Dei et Aposlolicæ Stdisgniu* Episcopos contestantur. Quamvis autem utrumque sit rcconlions forti®, et tamen juris antiqui in primigeniis Primatus fundati; nec auctoritas, qualte tifex facit prius, est mere instrumentalis et conditionalis, sed aeque proprii et divinæ contradistincta, ac alia jurisdictio Ecclesiastica : nec Confer Episcoporum est voluntaria, sed necessaria, hoc ipso quod in litteris ad Ite tilicem, cujus illa interest, omitti nequeat.

3°. Ex paritate cum jurisdictione Presbyteriali ; quæ incompleta licehi ordinationis sacræ a Christo immediate proveniat ; eam completam tamen n» obtineri nisi ab Episcopo, vel mimus aut beneficium curatum conferente vd delegante, nullus sane post Tr id en t in v m sup. citatum ibit jam inficias: undecumque demum, sive ex parte principii, sive ex parte termini, ante illud factum defuisse aliquid ad validam absolutionem dicatur ; quæ diversitas loquendi ad litem duntaxat nominis reipsa spectat : praesertim cum CaMd conveniant, Presbyteros pertinere ad Hierarchiam divinitus institutam:et hos quidem ministris. Episcopos Presbyteris, Papam Episcopis jure diviso esse superiores.

Patio demum *facti* subministratur 1°. ex amplitudine et angustia potestatis, in Patriarchalis apicis ac Metropolitici primatus institutione, juxta litteras Innocenlii 1. et Nicolai I. a Gratiano relatas, a Pontificibus profecta; in erectione,unione ac dissolutione Episcopatuum etiam nostris temporibus,per Pontificem confecta; in reservatione casuum aut dispensationum, in translatione aut depositione Episcoporum, per omnem ælatem,cx Ponfilicum beto frequentata. -Ei

2°. Ex Episcoporum varietate; quorum alii, sine certa ac determinata jurisdictione olim creati, vocabantur Regionarii, ut SS. Pantenus, Quadratus, Martialis, Samson etc.; alii ad certas quidem partes infidelium, sed inquw nulla viget Ecclesiæ potestas, designati, quos Titulares appellant; alii mere honorarii et hac etiam designatione carentes, quorum exempla Sozom. L. 6, hist. c. 34. et Niceph. L. 11. c. 4. in Barsen, Eulogio et Lazaro referunt.

3°. Ex alieno jurisdictionis subjecto; cum dentur Abbates, Ordinum superiores, Cardinales el alii, qui gaudent potestate quasi Episcopali,quantumvis illo charactere non insigniti. Quæ omnia, sicut jurisdictionis potestatem incompletam et Episcopis debitam a Christo immediate descendere nullatenus negant; sic completam et alicidri mere delegatam a Pontifice tum authentice tuin immediate promanare demonstrant.

181. Pru adversa parte equidem opponitur:

1°. quod Aci. 20. dicatur *Spiritus sanctus posuisse Episcopos regere E(tksiam Dei,* nulla mentione hominis intervenientis facta.

2°. Quod Joann. 6. Apostoli omnes dicantur *electi a Christo;* ad Galat. 1. autem Paulus *Apostolum non ab hominibus neque per homines, sed per Jeswe (hristum et Deum Patrem,* se compellet : Episcopos autem esse .vuccesswi *Apostolorum,* Cypr. epist. 42, Hieron. epist. 51, Aug. in psal. H. Grw. Hom. 2G. in Evang., Indent. Sess. 21. Cap. i. de Sacram. Ordinis testentur. Unde paiifonnem cum Aposlolica ordinaria? saltem potestatis derivationem Episcopis adjudicandam* sequitur.

3·. Quod per manuum impositionem seu consecrationem conferatur Episcopis jurisdictio; tum quia primis seculis Episcopus consecrando confirma* batur : tum quia potestas jurisdictionis æque ac potestas ordinis ad Episcopatus essentiam spectat : tum quia utramque *indelebiliter numere,* quia *per cwttrqlionem datur,* I). Th. in 4. Disl. 2o. Q. 1. Art. 2. ad 2. docuit.

4·. Quod primigenia Episcoporum potestas suis pro dioecesibus plenaria sit elsolida, ut cx Matth. 18, ex 1. ad Timoth., ad Til. 1, item ex Ignat, epp. idItaliens, et Smyrnæos, ex Cypr. epist. 27. el aliunde probatur : teneatque proin hæc regula : Episcopus ea omnia potest pro sua dioecesi, quæ summæ sedi specialiter reservata non dignoscuntur; non admittenda autem sit ista: Episcopus pro sua diœccsi nihil potest, nisi quod a summo Pontifice vel jure vdconsuetudine constat concessum. Inde vero Episcopis potestatem a Christo immediate dari evincitur.

Sed enim oppositio hujusmodi *imprimis* manifestam patitur instantiam in Parochis seu presbyteris curatis. Nam ct hos ad Ephcs. 4. *Christus dedit paslortsd doclores,* ulpolc ab *Apostolis* prius nominatis *alios* et distinctos : ipsi etiam juxta Origen, in epist. ad Rom., Chrysost. in epist. 1. ad Cor., Bedam L.3.C. 10. in Lue., Hincmar.,Theodulph. etc. successores sunt discipulorum Christi: iidem per ordinationem sacram accipiunt in corpus Christi mysticum potestatem essentialem sacerdotio ac indelebilem; quin hæc potestas, quoad forum internum, per se plenaria ct solida est, quia ordinariam jurisdictionem, et qua proprii sacerdotes, habent, adeo ut valeat etiam regula : Parochus in hoc foro omnia potest pro sua parochia, quæ a superiore reserula non dignoscuntur.

Deinde vim nullam habet ex sua forma et argumentandi ratione; cum sequentes similis formæ argumentationes non teneant : *Omnis potestas est a Deo* ; aut *per Deum Reges regnant, et legum conditores justa decernunt:* ereo omnis potestas confertur a Deo ; aut regna gubernantur et justa decernuntur per Deum, utrobique immediate. Roboam, Abias, Asa sunt successores Davidis : ergo sicut hic immediate a Deo evectus est ad regnum, sic et istiiVi unctionis sacræ per Prophetas aut Sacerdotes conferebatur regia potestas regibus Juda : ergo hæc Deum habuit immediatum collatorem. Plenaria ct solida potest esse potestas præsidis in sua provincia : ergo nequit esecollata mediante Proroge, cum vicaria sumini Imperii potestate ad hanc elalias provincias gubernandas constituto.

Denique rem nullatenus conficit vi materiæ, in qua vel veritas antecedenti, vel nexus consequenti, vel tendentia ad scopum argumento dcesl.

Hinc ad 1. *R.* Textus Actorum, si etiam de Episcopis accipiatur, non lamendc his solis, sed simul dc presbyteris intclligi lillcraliler debet. Omis- ' mentionis dc humano interventu eumdem non excludit, sicut silentium 9'litaria Dei actione eamdcin haud negat. Veritas sensus salvatur vel per inspirationem divinam in delectu personae et per actionem humanam interædiam in collatione jurisdictionis, vel per positionem mediatam, non gratiswnfictam, sed satis probatam.

.Id. **i** Λ. sicut electio Apostolica, dc qua Textus solum loquuntur, iinmcdiiledivina, pariformem non exigit in successoribus eligendi modum ; sic wc communicatio potestatis, de qua nihil enuntiatur. Ratio successionis Apdoliae ne quidem delationem potestatis omnis a prædecessoribils pos-

sessa; postulat; multo ergo minus eamdem translationis methodum exigit Episcopalis demum notio in Tito, Timotheo aliisque per Apostolos eluxit ita successione: quæ scilicet cessationem aut mortem antecessoris supponit.

,fd 3. *ll.* Facile conceditur, per consecrationem tribui jurisdictionem. incompletam, et non nisi aliquo accedente, valide reducibilem in actum: plus etiam rationes adjunctæ non probant. Nam primorum seculorwn praxis pro completa potestate ostendit necessitatem confirmationis a Metapolita aut Patriarcha impertienda: horum autem auctoritas ; quoniam ei dictis oria est ah institutione Pontificia : confirmatio ejusmodi saltem remote a Pontifice obvenit. Qua; Episcopali muneri essentialis est jurisdictioni* I potestas, non est completa et proxime expedita ; cum hac ab EpiscopisTitalaribus ac mere honorariis absit, reperiatur autem in aliis etiam non Epircopis : unde incompleta tantum ad essentiam perlinere potest. Nec alia esi I perpetua et indelebilis, quam eadem potestas incompleta ; cum ex oiuuiom I calculo Episcopus altera spoliari possit, spoliatus autem invalide agat. I

Ad 4. Λ. I Itro tribuitur omnis ct in omnes, h. c. plenrtria ct solida potcsli* I Episcopis pro sua Dioecesi esse congenita, si tamen incompleta intclligatur: I si completam acceperis; Pontificis voluntas tum ex actibus tum ex subditi* I decerpere quidpiam ct eximere potest: ideoque in hac acceptione nec solidi et plenaria, nec congenita dicitur. Proinde liquet, quo sensu utraque reyuh valeat el admitti possit: quandoquidem prima priorem, altera posteriorem potestatem pro subjecto enuntiationis habeat.

Sufficiant hactenus dicta, ne ex refutata opinione validum fieri possit contra Pontificis superioritatem argumentum : neque enim hic locus est, qiœtionem ipsam decidendi ; neque animus eam ulterius quam modo necessesit proferendi; neque alterius sententiæ probabilitati officiendi, ad cumscilirtt modum, quo Benedictis XIV. materiam hanc L. 1. de Synod. Diœces. c.l. num. 2. attigit.

Ql.eres; Λη in causa *Ecclesiastica fas sit appellare ad magistratum civile», aut ab Episcopo ad Pontificem, aut a Pontifice ad Concilium Generate.*

182. *Nota.* Duplicem *Galli* distinguunt appellationem ; alteram meram ac simplicem, alteram tanquam ab abusu. Prior est, in qua ab inferiore judice provocatur ad superiorem; iptia in judicis inferioris sententia reputatur esse injustitia, qua· per hujusmodi appellationem superiori judici emendanda exhibetur: posterior est, in qua a judice Ecclesiastico ad civilem provocatur; quia ille in judicando ordinem legitimum, a juro vel naturali vel positivo proscriptum non servasse putatur, quem ut restaurari aut servari faciat, judex civilis hac appellatione imploratur. Soli Heterodoxi appellationem simplicem in causa Ecclesiastica ad tribunal politicum licitam statuunt: Catholicorum nonnulli illam tantum, quæ ah abusu dicitur, defendunt.

'IV.

Quod provocationem ad judicem Ecclesiasticum attinet, si sermo est de Pontifice, plcrique conveniunt cam ad hunc legitime, interponi: Qui repugnant, dissentiunt vel in origine, vel in antiquitate, vel in proprietate; dum volunt eam esse institutionis Ecclesiastica·, usus rccentioris. et significatione impropria·,. appellationem scilicet sumendo pro revisione : hro autem juxta

Petrum dc Marea in co differunt; quod appellatio vim habeat suspendcildi sententiam priorem, transferatque integram cans© definitionem adjudicem superiorem, qui qurostionem excutit el definit in suo tribunali : Revisio autem hanc vini non habeat, el definitivum judicium relinquat priori jurisdictioni, ea ratione, ut prioribus judicibus novi etiam adjungantur. t'bi autem sermo est de Concilio Generali, opinionum divei'Sitas pendet a diversa circa procedentem Articulum sententia, ad quem penitus complendum quæslionis prasenUs pare postrema perlinet, sicut priores pro supplemento dictorum de subjecto potestatis Ecclesiastic© el primatu Ecclesiæ adjiciuntiir.

183. *Respondeo I.* Per se illegitima est in causa mere Ecclesiastica appel· lâtio tanquam *ab abusu* j seu a judice sacro ad judicem scculareм. *Per se* inquam; quia, num praxi quorumdam tribunalium fax eat privilegium Pontificium, aut consuetudo, non tolerantia solum, sed tacito saltem Papæ constnsu munita? hic non attingimus.

Pnlj. Appellationi hujusmodi nullum jus favet, sed multiplex potius contradatur: ergo. *Ant.* 1* p. palet; quia 1°. non favet Jus *defensionis,* quo Princeps vi aliena oppressos tueri potest ac tenetur. Nam imprimis civi vim vi repellere non licet, si in instanti adsit efficax medium aliud, quod vim cohibeat: nec post vim illatam licet jus sibi dicere, vel alienis viribus vindicare injuriam ; sed coram judice agere oportet: nec, ubi etiam injuria reparari nequit, licet legitimo judici se opponere; quia pax Reipublicæel salus t›x videntur exigere, ut potius civis particularis damnum permittatur, ipram legum mandata omittendo, bono publico noceatur. Atqui vim ex judicis Ecclesiastici sententia inferendam impediendi medium præsto est in appellatione ad judicem superiorem ejusdem ordinis; ulpole quæ execulioni kcum non permittit : illatam autem superior judex plerumque reparare [•■lest: ergo ex defensionis jure non licet provocare ad Magistratum secutorem: cum hoc sit auxilium alienum ; præterea vero, quod defendendi jus liïnieps habet, maxime nitatur injure defensi.

Deinde jure *defensionis* qualicumque in causa mere civili, judex sccularis illns permittit, ut appellatio vclut ab abusu fiat ad judicem Ecclesiasticum; -1 recurrendum est ad supremum senatum seu Principem; aut si injuriæ rqerandæ ratio nulla sit, ferenda est patienter : ergo vicissim jus defensionis causa Ecclesiastica hanc provocationem ad Magistratum scculareм non :'i' iit; prasertim cum sal indulgent iæ sit, æqüalibus cum seculari potestate anilibus contineri Ecclesiasticam, qua; multo est nobilior et pluribus titulis pneeminct.

?. Aon favet *jus cuslodiendi et excipiendi Canones,* quod Principibus com- ; lil.lmprimisenim hujuscc juris naturam rite exposuit Isidor.L. 3. de Sum. I·'I. C. 15. scribens : *Cadcrum intra Ecclesiam potestates seculi necessaria·* ' v··*ηI, *nisi ut, tpuxl non pramaleal sacerdos efficere per doctrina· sermo-* *';'i,* Mf.dav *hoc imperet per disciplina· terrorem;* quod sane ad judicia •••'.irianon pertinet: si autem ob judicia forsan contempla necessarium M, judices Ecclesiastici id exposcerent, iisque poscentibus Principes pro i'1-'wjurepricstare deberent. Deinde Canones ipsi monent, non recurrendum ! superiorem esse adeundum, qui judicium sinistrum corrigat, et injurias reparet illatas : ergo ex Canonum custodia et executione, declinato

superioris Ecclesiastici tribunali, ad seculare provocari non lied. Deniqth- jus hoc Principum remotius haud impedire delict jus Ecclesiæ pruiunum, suas leges sicut sanciendi, sic custodiendi et excqucndi: nec exerceri pohi cum violatione juris alieni; quia vel ordo declarari iniquus nequit, sine inateriæ ipsius mere Ecclesiasticæ cognitione; vel ipse ordo, proprio Ecclesût jure sive statutus, sive adoptatus, ad ejusdem examen, et judicium perlinet

Similiter 2* *p.* elucet Γ. ex argumentis omnibus, quibus inTr. de Legibus potestas gubernativa Ecclesiæ asseritur, et illa non penes Principes sed Epi - copos esse demonstratur. 2°. Ev genuina appellationis notione et probis po- testatis civilis limitibus: quarum illa hic non invenitur ; isti autem inviolati non servantur. 3°. Ex novitate, raritate, et malignitate hujus remedii. M enim ante seculum XV. inauditum fuit et incognitum: si autem conditio» requisitas habeat, ut nempe abusus sit notorius, Papa desuper monitus me- deri renuat, indeque tranquillitas Christiana haud turbetur; tum enim vere rarissimum erit: palentissimam abusibus portam aperit; de qua non Epis- coporum tantum, sed et Causidicorum querelas in libris Gallicis non paucas reperire est.

181. *Objic.* Jure ct facto constat legitimam esse appellationem tanquam ab abusu. *Prob.* P. In judiciis Ecclesiasticis possunt evenire casus, ubi scan- dalum et offensio publica oriatur, aut Clericus innocens opprimatur : sed Princeps a Deo potestatem habet et *in vindictam malorum,* et in tutelam bonorum : ergo sicut hoc jus exercere, sic appellationem ad illud admittere potest. 2°. Judiciis hujusmodi potest lædi Reipublicæ pax et tranquillitas; sed Principum ex Apostolo est curare, *ut quietam et tranquillam vitam* «yj- *mus :* ergo. 3'. Princeps est origo omnis jurisdictionis, saltem contentiosi; ordo judicialis, etiam Ecclesiæ, desumptus est ex antiquis Imperii Legibus: teste Gregorio et Hiocmaro, irrita fuerunt Ecclesiæ judicia, in quibus contra Imperii leges fuit actum : ergo et Princeps legibus his ac ordini tuendis insis- tere, atque ob illa kesa evocari potest.

Λ. *ad Arg.* .V. Ass. Probatur in quibusdam plus quam Adversarii Catho- lici velint ; appellatio nimirum simplex, non autem ab abusu tantum : in quibusdam vero minus; scilicet mera defensionis potestas, quam Magistra- tus. non quidem ut superior, sed ut viribus pollens, adeoque Patronus qui- libet potens ab oppresso imploratus proferre potest.

Ad Prob. quoad 1. Λ. 1. -V. *Cons.* Posse dari casus, in quibus ad secula- rum potestatem *in thesi* licitum sit perfugium, non negamus; tres ideo horum casuum conditiones supra attulimus, ct hinc rarissimos diximus. Hinc vero I*. non sequitur, regulariter illud valere: nec 2°. expedire; cum ob Ikhiiiiu publicum id etiam in sccularibus judiciis non permittatur passim; nec .T. enasci inde jus proprium appellationis; cum idem ab Adversariis negetur potestati Ecclesiastica: respectu causarum civilium; quamvis et illa auctori- tatem spiritualem habeat, eaquo a Carolo Calvo contra Salomonem Brito- num Ducem, et a Ludovico Transmarino contra Hugonem, ab aliis contra alios fuerit implorata.

Λ. 2. A. *nun.* quoad *lujpolhesin.* Nam 1°. scandalum Iit magis publicum, si delicium Ecclesiasticum deferatur ad forum civile : 2°. Augetur etiam; dum hac delatione judices Ecclesiæ superiores, velut de injustitia suspecti tradu-

cniihirubi ρι-ælcreiintui· : 3°. Non tollitur facilius a Laicis quam ab Ecclesiasticis judicibus, recti pronius ex sua religione observantibus : 4°. Si etiam uou aliter, quam aseculari potestate tolli posset, ipsi Ecclesiæ judices eam implorabunt. Prælerea Clericus oppressus superiores judices proprios haliet, qui vim tollere possint : si non possint aut nolint, Ivo Carnot, ep. 159. suadet ; Si *qui aliquando sc prægravatos ipsius Ecclesiæ auctoritate conqueruntur, hoc cis consilium damus, ut non descendant in Ægyplum propter auxilium :* si tamen ca Clerico animi fortitudo desit, ut injustitiam patienter ferat, præsidium non a Principe lanium sed a quolibet, cui vires suppetunt, expeti potest, ad quem tamen proin appellationis jus non datur.

Quoad 2. Λ. Materia mere Ecclesiastica nexum nullatenus habet cum statu Reipublicæ: si tamen latum de ca judicium occasio turbarum foret, id vel ajudiecsccidareni jurisdictionem violante, vel a reo juste aut injuste damnato oriretur. In primo casu rectius monetur judex Ecclesiasticus, vel lædens, vel ejus superior, ut rem in integrum restituat, quam ut seen laris vim vi repellat ; tum quia nec Ecclesiæ permittitur vim a Principe suo juri illatam propriis vindicare viribus ; tum quia judicialis cognitio delæsionc, nobiliori potius tribunali, quod est Ecclesiæ, quam ignobiliori convenit. In secundo casu, si reus juste damnatus turbas movet, compescendus est a scculari potestate, et judici Ecclesiastico auxilium seculare adjungendum : si injuste damnatus; turbando rempublicam injuste agit, dum implorandus esset judex superior,aut cura Principi relinquenda; cui monenti haud difficulter cederet Ecclesia, uti Bernardo in ep. 108. lestante semper consuevit.

Quoad 3. Λ. .V. *A.* Etenim 1°. Jurisdictionis Ecclesiasticæ unica origo est Christus, sapiens profecto et potens suæ Ilierarchiæ institutor : indicia illius ap.Mattii. 18. v. 15. cl seq., 1. ad Timoth. 5. v. 19, et 2. ad Cor. 13. expressa habenlur: illius per tria secula prima usus etiam miscellam secularem excludit. 2°. Ecclesia leges Imperatorias nonnullas correxit : quas adoptavit, ut suas tantum observat : alias ipsa addidit novas, ex quibus ct Laici quasdam sua in tribunalia transtulerunt. 3°. Irritum fuit judicium latum contra **te** Imperatorias, non ut datas a Principe, sed ut adoptatas ab Ecclesia ; unde in hoc casu neque ad Imperatorem , sed ad Concilium vel Metropolitani aut Patriarcham, seculis primis fiebat appellatio.

In?l. 1°. Imperatores etiam post judicia Conciliorum cognoverunt causas Ecclesiasticas : nempe Constantinus M. causam Cæciliani et Donalislarum ; Zeno causam Petri Mongi ct Timothei Solofacioli ; Mauritius causam Adriani Ep. Thebani cum Joanne Ep. Larissæo. 2°. Episcopi celeberrimi usi sunt appellatione ajudicibus Ecclesiasticis ad Tribunal Imperatorium : uti AthanaiiiaaSynodo Tyria ad Constantinum; Flavianus Antiochenus a Syn. Capuana d Alexandrina ad Theodosium ; Ilincmarns Laudunensis a judicibus Ecclesiasticis electis ad scculares. 3°. Ipsi Pontiices recurrerunt ad Imperatores in simili causa : Leo I. quidem a Theodosio supplicans pro suspensione dctfthram Latrocinii Ephcsini ; Ejus Legati in Cone. Chalccdoncnsi, pro restione Canonis 28, Judices Imperatoris invocantes; Leo IV. Ludovico Imp. arbitrium relinquens, ut, si quid a sc *incompetenter* actum foret, ipse judicio a»emendaret, ut Caus. 2. Qu. 7. Can. 41. refertur.

h. Modus probandi jus per facta, nec semper salis tutus est ab erroris periculo, cum non omnia liant favente aut impellente jure; nec semper liber

ah excessu . cum et Græcorum ct Latinorum attentata habeantur non tantum contra judicii sed etiam ipsius Ecclesia· rationes ; nec semper cuncrum rei, cum potius in contrarium prostent monumenta: uti dum Justinian. Nov. 83. c. I.ab Ecelesiæ judicio cognitionem secularem dimovit,Valentinianus Chronopium ad tribunal laicum appellantem muletavit, aliiqueauctoritalem Ecclesiastici judicii prompta exeeutione confirmarunt: nec semper favet intentioni t ut in objectis exemplis apparet.

Hinc quoad 1. *R.* Quæ in causa Donatistarum Constantinus fecit, ea jure facta non fuisse, fatetur ipse in epistolis apud S. Augustinum : quæ judicia Episcoporum tum Arelate constituit, licite quidem fecit ; quia cum consensi Melchiadis ac Sylvestri disposuit : quod vero ipse judicium tum Romæ (culavit, tum Mediolani perfecit, bono quidem animo, sed non absque culpa suscepit, Aug. ep. 162. sic scribente : *Eis ipse cessit, ut de illa causa p»t Episcopos judicaret, a sanctis Antistitibus postea veniam petiturus;* dc quo vide Tract, de Legibus. Zenonis per Anthemium actio non erat judicii usurpatio, sed Ecelesiæ defensio, qua Petrum ab hæreticis in cathedram Alexandrinam intrusum e sede expulit, ct Canonum ac judiciorum Episcopalium exeeutio, qua Thcophilum Patriarcham legitimum sedi restituit; ideoque non ab Aeacio Constantinopolitano tantum, sed ct a Simplicio Romano Pontifice fuit laudatus. Quod Mauritius Adrianum Thebanum appellantem remiserit ad Joannem Larissaeum, recte fecit, cum hic Adriani Métropolite esset; quod Metropolitano adjunxerit Joannem Ep. Justinianæ priraæ, male egit; ideoque a Gregorio L. 2. ep. 7. indict. 11. reprobatur, irritata etiam sententia : quod postmodum Honorato sedis Apostolic® Diacono delicta judicaturo addiderit Senatorem, ea mente fecisse videtur , ne accusatus falsis criminationibus opprimeretur; quam etiam ob causam Gregorius eadem ep. jussiones Imperatoris *rectas* compellavit.

Quoad. 2. *R.* .V. .-(.$$. Etenim Athanasius a judice Ecclesiastico non appellavit ad secularem, sed ab hostium violentia confugit ad auxilium Impera* toris. Conventum enim Tyrium nec fuisse Synodum Ecclesiasticam, asserunt PP. Alexandrini in ep. Synodica, et declarat Præscs conventui datus Dionysius Comes: nec fuisse legale judicium, sed latrocinium, docent non tantum Eusebiani, unice hic collecti, jurati hostes Athanasii; sed omissa etiam omnis juslitiæ et religionis species : nec juridicam fuisse provocationem, pn>bat protestatio apud Dionysium facta, ct discessio Constantinopolim ante suscepta, quam sententia a congregatis ferretur. Flavianus Antiochenus contra Capuanam Synodum imploravit Theodosium, non deferendo judicium, sed petendo duntaxat synodi celebrationem in Oriente, ut ipse praesens intéresse posset : judicium etiam Alexandrinum refugit, sed sine appellatione : opera demum Theophili Alexandrini, a Synodo Capuana ct Damaso constituti mediatoris, reconciliatus cum Ecclesia universali. Hixcmari Laudunensis criminibus accessit frivola hæc et illusoria appellatio; sed quam refutavit Hincmarus Rhcmensis, el repulit Carolus Calvus.

Quoad 3. *R*- Recursus Pontificum ad imperatores pro sua duntaxat et juris tutela luerat, minime pro deferendo iisdem causæ Ecclesiastic® judicio. Primum patet in Leonis I. provocatione, ad noxios Latrocinii Ephesini effectus su(Haminandos : S'·· *undnm* in *Legatorum* Apostolicoruin postulatione, ut innotesceret an canon 28. a Patribus reipsa ac libere fuisset statutus: quem,

quamvis Legatorum intercessioni non cederent judices, vigore juris tamen caruisse, alias jam est dictum. Leonis alterius delationem quod attinet, non fuisse illum hujus nominis IV. innuit silentium hujus rei in omnibus illius epistolis, et absentia cujuscumquc cum Imperatore controversia·. De Leone III. Anastasias quidem refert, sponte obtulisse se Carolo suam innocentiam probaturum ; sed Episcopos ne hoc quidem permisisse.

Cælenmi ciyuscumquc hoc Leonis eflalum sit, de judicio quodam in Romanos civili exercito dictum videtur : in quod utique Imperator ea aetate jus etiam habuit; quamvis non *emendari* Pontifex a judicibus dandis, sed errorem ab illis indicatum ipse *emendare* voluerit.

/nst. 2. Etenim : 1° Cone. Romanum gratias agit Gratiano et Valentiniano, quod Damasi causam judicarint hi Imperatores. 2°. Cone. Francofordiense Can. 6. statuit paries judicio Metropolitani non acquiescentes, posse deferre suam causam ad Regem. 3°. Justinianus Nov. 123. cap. 21 mandat causam ad Imperatorem deferri, ubi judex laicus et sacer in eamdem sententiam contra Clericum ferendam non convenirent : simile quid sanxerunt Carolus 11. ct LudovicusPius iu Capitularibus. *i*°. Ludovicus sanctus causas bénéficiâtes eljudicia de his fieri decrevit secundum Jus commune et canones : cujus etiam rei curam postmodum Martinus V. in Bulla *Apostolicæ sedis* Regibus Gallorum commisit. Ergo.

Quoad 1. Λ. Imperatores ut custodes pacis publicæ cl Ecelesiæ defensores, el quidem rogati, schismaticis restiterunt, Damasum legitime electum tuiti; el hinc merito a Patribus grates retulerunt.

Quoad 2. *B.* Siquidem Canon 6, cum reliquis, præter definita contra Felicis et Elipandi errores, confirmatus fuit a Pontifice ; is quidem pro perturbato tunc Ecelesiæ Gallicanæ statu erat proficuus : sed nec prohibebat appellationem ad sedem Apostolicam, nec agnoscebat hanc potestatem lanquani jus Imperatori proprium; sed volui officium ex prudenti oeconomia transferendum committebat.

Quoad 3. *B.* Mandatum Justiniani perlinet ad delicia non Ecclesiastica, in quibus hoc tempore Clerici a judice seculari non erant omnino exempti. Caroli M. ct Ludovici Pu nulla est oppositio, cum ex Capitularibus L. I. c. 38. I..2. ce. 179. 223. ct 237., L. G. c. 123. cl L. 7. c. 107. manifestum sit, ad Episcoporum tribunal non Ecclesiastica lanium, sed ct civilia Clericorum delicta pertinuisse, iisque recursum ad Principes fuisse prohibitum.

Quoad L 7L Quod S. Ldovicus statuit, postulantibus Episcopis fecit ; et defensuris Ecelesiæ munus implevit, non judicis partes assumpsit. Martini concessio, si quid ultra custodiam Canonum in beneficiorum collatione impertit, privilegium tribuit, jus non supponit. Porro quam non aliena a nobis 'ini Concilia et Principes, docent Synodi Antiochena Can. 12. ct sub finem avili I. Carthaginensis III. Can. 9. el Milcvitana Can. 10 : Imperatores Constantinus M. ap. Optat. Milev. L. 1. con. Parin., et Allumas. in ep. ad Solilar., Marcianus apud Facund. Hermian. L. 12. c. 31. Basilius in Syn. VIII. ad. ultima, qui Episcopis judicia Ecclesiastica firmarunt, laicos ab iis removerunt, appellationes ab illis ad hos legibus ac poenis cohibuerunt.

185. *Respondeo II.* Remedium appellationis ad Pontificem in causa etiam personali Episcoporum est juris Divini, antiqui usus, et proppæ significatio-

ilis» Dixi F. *In causa personali ;* causas enim fidei cl disciplina: a personis abstractas videntur ipsi adversarii tribuere. 2°. *Episcoporum;* quia quamvis eadem sit ratio juris etiam pro Clericis inferioribus; item usus antiquus Ecclesiæ Constantinopolitanæ, Alexandrina· el Gallican®, ex Cœlestini epist. 19., Leonis epp. 57. 58. 92., ex Greg. L. I. epist. 72.; L. 2. epist. 33., L. 10. epist. 32. et 33. facile probetur; imo et Africaine ex Zosimi et Gregorii epistolis colligatur: impropria autem siguiticatio locum hic non capiat: cum tamen propter incommodael abusum, Sy nodi Carthaginensis disciplinam suis Clericis propriam voluerint, Tridentinum autem circa hæc pluribus prospexerit ; ab his supersedemus.

Prob. F. *p.* Quæ sunt primatus supremi munia vel sequeiæ, non sunt donata a Synodis, sed data a Deo, ut ipsa primatus institutio et Nicoui epist. 8. ad Michaclem Imp. ostendit ; sed jus recipiendi appellationes iu Episcoporum causis etiam personalibus est primatus Romani munus aut sequela, ut Ari. 3. ostensum est. ct vel sola Canonum custodia elexcculio ab Adversariis concessa Pontifici exigit : ergo.

Conf. Cy pr ia ms epist. 67. a Stephano Papa petit depositionem Marciani, et Episcopi alterius substitutionem ; ep. 68. autem non queritur, Basilidem ad dictum Itapam confugisse, sed eidem obrepsisse : Caeciliani in Africa damnati causam Romæ fuisse jure recognitam a .Melchiade, Opt a t is Mil ev. L. 3. contra Parmen, et Arc. Cone. 2. in Psal. 37. alibique sæpius declarant: Jl l iis reprehendit Eusebianos ep. ad illos data, quod sua sede inconsulta Episcopos deposuerint; depositosque Athanasium, Paulum, Marcellum el Asclepain ad se profugos, communioni ac sedi restituit : idque recte facium. *quoniam Ecclesia Romana privilegium pr(eter coderas obtinebat,* Socn. L. 2. Hist. c. 15., et *quia propter sedis dignitatem omnium cura ad ipsum spectaret,* Sozom. L. 3. Hist. c. 8. testantur. Ergo ante Sardiccnse Concilium jus Pontificis judicandi causas Episcopales, el Episcoporum jus appellandi ad Pontificem jam vigebat : ergo neutrum est institutum ab hoc Concilio, quod Adversarii volunt; sed utrumque tantum est confirmatum.

Pro6.2*.p.Sardicenscs Canones viguerunt in Oriente ante *Trullanam Synodum.* Provocarunt enim ad Pontificem iu causis personalibus, teste Basilio epist. 71. Eustathius Ep. Sebaslenus, in Cone. Tyanensi restitutus ob Liberii litteras; narrante Palladio iu Vita ejus, Ciir y sos t oml s, tam post Synodum ad Quercum quam post alteram Conslanlinopoli habitam, ad Innocentium I. provocans; scribente epist. 8. Leone, Eutychesjuste damnatus, ct epist.23. S. Fia ma ms injuste condemnatus, uterque ad Sedem Apostolicam conversus; ex Syn. Chalccd. Act. 1. et propria auctoris historia, Theodor eiis Ep. Cyrensisab invocato Leone restitutus, et secundum hujus sententiam ab illo Concilio receptus. In Occidente ante 8um Seculum simili facto celebres sunt CaxESTics et Pe l a g iis apud Zosimum Papam epist. 3. ad Afros; Ciiel i-iio m is Ep. Prov. Viennens. cum Hilario apud Valentinianum III. in Novella; Lc pic ix v s Afer apud Leonem epist. 87. ; Contumeliosus Ep. Rojcnsis apud Agapctum epist. ad Cæsarium: Sa l omes Ep. Ebredunensis et Sa g it t a r iis Vappincensis apud Greg. Turon. L. 3. Hist. c. 20; Adr iancs Thebanus. Jama-nus Malacitanus. St epha ms Hispanus apud Greg. L. 2. Regesti Indict. II. epist. 6. et L. 11. Ind. 6. epist. 52. Ergo antiquioris usus est appellatio hujusmodi, qtiani adversarii velint ct statuant.

Conf. Deusus antiquitate testantur Valentinianus Imp. in epist. ad Theodos. Ini]), scribens : *Eidem a Majoribus traditam debemus cum omni devotione defendere, el dignitatem venerationis /I. Petro propriæ intemeratam conservari; quatenus Rmnanæ eivitatis Episcopus, cui principatum Sacerdotii super amnes antiquitas contulit, locum habeat et facultatem de fide el sacerdotibus judicare:* Aüg. ep. 162. de Creciliano loquens ait : *De Collegis agebatur, guipossent aliorum Collegarum judicio, præsertim Apostalicarum Ecclesiarum, causam suam integram reservare :* Leo ep. 89. ad Epp. Prov. Viennens. *Sobiscum vestra Fraternitas recognoscat, Apostolicam sedem pro sui reverentia a vestra etiam Provincia? Sacerdotibus innumeris relationibus esse consultam, et per diversarum, quemadmodum vetus consuetudo poscebat, appellationem causarum, aul retractata aut confirmata fuisse judicia :* Gelas, ep. 13. ad Epp. Dardan. Sed *nec illa praeterimus, quod Apostolica sedes frequenter, more majorum, etiam sine ulla synodo prcecedente, et absolvendi quos synodus inique damnaverat, et damnandi, nulla existente synodo, quos oportuit, habuerit facultatem.*

Prob. 3*. *p.* Canones Syn. Sardiccnsis sic habent ; et quidem Canon 3 : *Quod si aliquis Episcoporum judicatus fuerit in aliqua causa, et putat se bonam causam habere, ut iterum Concilium renovetur, si vobis placet, S. Petri Apostoli memoriam honoremus, ut scribatur ab his, qui causam examinarunt, Julia Romano Episcopo; et si judicaverit renovandum esse judicium, renovetur d det judices : si autem probaverit talem causam esse, ut non refricentur ta, quæ acta sunt, quæ decreverit, confirmata erunt.* Can. 4 : *Cum aliquis Episcopus depositus fuerit, eorum Episcoporum judicio, qui in vicinis locis commorantur, et proclamaverit agendum sibi negotium in urbe. Roma : alter Episcopus in ejus cathedra, post appellationem ejus qui videtur esse depositus, omnino non ordinetur, nisi causa fuerit in judicio Episcopi Romani determinata.* Can. 7 : *Placuit autem ut si Episcopus accusatus fuerit, et judicaverint congregati Episcopiregionis ipsius, et de gradu suo cum dejecerint; si appellaverit, qui dejectus est, et confugerit ad Episcopum Romana? Ecclesiæ ct coluerit audiri; si justum putaverit ut renoveturjudicium vel discussionis aamen, scribere his Episcopis dignetur, qui in finitima et propinqua Provincia sunt, ut ipsi diligenter omnia requirant, ct juxta fidem veritatis definiant. Quod si is, qui rogat causam suam iterum audiri, deprecatione sua (Mveril Episcopum Romanum, ut de latere suo Presbyterum mittat; erit in ^testate Episcopi, quid velit et quid æslimel : et si decreverit mittendos esse, qui præsentes cum Episcopis judicent, habentes ejus auctoritatem a quo destinati sunt, erit in suo arbitrio.*

Evhis patet. 1°. Appellationis vocabulum usurpari iterato, revisionis nunquam: 2°. Pontifici inesse potestatem confirmandi judicia, lata inSynodis Province,conseqiicnterel cognoscendi et decidendi causam, el c contrariojudicia in irritum mittendi ; cum utraque potestas confirmandi et irritandi sil indivisibili P. Enmdcm posse nominare judices omnino novos,quibus auctoritalem judicandi el definiendi committat; mittere etiam posse legatum, qui Auctoritate sedis Romana*, cum novis judicibus jus dicat : 4°. In altera a judicibus primo datis appellatione, ipsum Pontificem perse causam retractare ac determinare posse : u°. Interposita Episcopi provocatione, si primi judices etiam ad depositionïβ evecnlioncm processerint, hunc reum videri tantum de.

positum; et prohiberi penitus, ne novus ordinetur Episcopiis. Hæc autem dilucide monstrant, nec nomen, nec rem, nec ullam conditionem propria» appellationis hic abesse; adeoque esse falsum, quod Pontifici merum jus decernendi revisionem a Sardicensibus asseratur.

Conf. ex dictis et factis inter probationes priorum partium allatis; quæ propriam appellationis significationem undique produnt.

186. *Objic.* Nobilissima) Ecclesiæ, etiam post Sardicenses Canones, legibus el factis repugnarunt juri appellationis ad Pontificem. *Proh, de Eccl. Africana* ;llæc 1°. In Cone. Milevitano II. Can. 22. sub excommunicationis pœna prohibet appellationes transmarinas; et in Codice Can. Air. c. i2a, dicit *idem scepe constitutum de Episcopis :* Can. 24. autem, uti el in Africano Can. 87, appellationem qnalemcumque *a judicibus electis* reprobat. 2°. In Carthaginensi VI, ut ex hujus ep. Synodiea ad Cœlestinum liquet, detegit jus appellationis fuisse fundatum in canonibus supposititiis: declarat illegitimum ex repugnantia cum Canonibus Nicænis, ex defectu approbationis Ecclesiastics, ex absurdis et incommodis : spernit et impune violat, damnando Apiarium ad sedem Apostolicam iterato appellantem.

R. ad Arg. Assertum permitti forsan posset salva Theseos veritate; cum usumquidem probaret contrarium, non tamen universalem, nec continuum, nec necessarium : quoniam vero plura continet falsa, aut falsum inferendi occasionem præbet. .V. *Assert.* Ad ejus *prob.* de *Eccl. Africana:*

Quoad 1. *R.* Milevilanus quidem Canon22. hanc prohibitionem continet: sed. Ie. pertinet ista duntaxat ad Clericos Episcopo inferiores : 2°. Potuit ista disciplina a Pontifice Afris permitti absque juris sui læsione; cum a jure distinguatur usus et exercitium : 3°. Nec potuit praqudicare Pontifici, cum lex inferioris non valeat contra jus superioris : nec Pontifex sibi praejudicium inferri est passus ; cum lege hac insuper habita, appellationem Apiarii Clerici Presbyteri eodem tempore admiserit.

Additamentum de Episcopis est iireplitium, nec in ulla Milevitanorum Canonum editione habetur : quin etiam a pluribus Codicis Africani exemplaribus abest. Quod subditur Canone 24. de *judicibus electis,* spontaneam remedii juris abdicationem supponit, usum autem per se illicitum el invalidum non probat. Quanquam hanc ordinationem ad causas tantum profanas Clericorum pertinuisse, constet ex Africana arbitros hic eligentium consuetudine, quæ ex Can. 15. el 96. ejusdem Codicis colligitur.

Quoad2. *R.* Quamvis Episcopi Afri, inter Acta Concilii Nicæni a Patriarchis Orientalibus petita et missa, non deprehenderint Canonem de Appellationibus agentem; non detexerunt tamen appellationem fundari in Canonibus supposititiis, sed ad summum pseudonymes : dum Zosmus.ut communius respondetur, Sardicenses Canones laudavit vehit Nicaenos; quia Concilium Sardieense, cum definitione fidei careret, habebatur appendix Nicaeni, el illius Canones in Codice Romanic Ecclesiæ Nicænis immediate subjiciebantur. Joaxxes tamen theologus, in Sess. 20. Concilii Florentini, ex antiquissima el authentica epistula docuit*. I'.Jani Athanasii relate in omnibus Orientalibus Ecclesiis ab Arianis fuisse corrupta acta Nicænæ Synodi : 2°. Ruin® Originaria fuisse custodita integra : 3°. E\ iisdem prolatum fuisse a Julio canonem de Synodis, quo t.oni. Antiochenum ob defectum consensus sedis Aps-

tolle® ostendit illegitimum; a Liberio autem alterum de Appellationibus, quo Athaaasii ab ea Synodo ad Pontificem provocationem defendit tanquam legitimam.

Quod rationes concernit, quas Synodus Carlhaginensis protulit; earum p tingit repugnantiam appellationis cum Canonibus Nicænis, qui synodos provinciales el inajores pro judicibus ordinariis, ct secundum instantiarum seriem assignant, nulla mentione facta judicis extraordinarii ac supremi: ? falsa est, cum adsint saltem Canones Sardicenses : reliquae abusum indicant,ct promiscuam frequentationem impugnant; usum autem moderatum non tollunt. Quod de contemptu additur, ab Afrorum reverentia et a veritate alienum est. Nam fervente etiam Apiarii causa, ipse S. Auc. Afrorum tunc praecipuus, ep. 261, Antonii Ep. Fussalensis appellationi ad sanciam sedem detulit: ipsius Apia r ii etiam appellationem primam et restitutionem ejus a Pontifice faciam admiserunt omnes: secundam autem repudiarunt; quia probare non potuit a se fuisse appellatum, ac dein sua crimina tandem confessus est: ut in ipsa ep. Synodica ad Cœlestinum narratur.

Inst. 1. *De Eccl. Occidentali* testatur 1°. Epistola Synodica Concilii Italiæ ad Theodosium, qua Damasus et Patres declarant in causa Maximi Constantinopolilani depositi se non cognoscere posse sine Orientalibus. 2°. Epistola Constantii ad Cone. Ariminense, qua ab hoc nihil in causa Orientalium definiendum enuntiat: 3°. Constitutio Gratiani, ad postulationem Syn. Romanæ edita, el in append. Codicis Theodosiani superstes, qua alius a Sardicensi judiciorum ordo praescribitur.

Quoad 1. *R.* 1°. Epistolam hancsuppositititiam esse, indicat stylus involutus, Gbegorus Naz. falso Episcopus Alexandrinus hic nominatus, Maximi ordinatio domi privata? facta perperam asserta, et Damasi epistola ad Acholium iu plerisquecontraria. *R.* 2°. Permissa epistolae sinceritate, Pontifici cum Occidentalibus jus fuisse in hac causa, testantur tum ipsius epistolae verba, *jure et* w *majorum* hanc appellationem factam enuntiantia; tum narratio de restitutione Maximi, absque Orientalium interventu decreta, ibidem inserta: Pontificem tamen fuisse paratum ad remittendum de jure suo pro pace consenanda, facile concedimus.

Quoad 2. *R.* Non sane ex Constantii litteris jus controversum decidi potest aut debet ; sicut nec ex aliis ejus factis jura alia Ecclesiæ ullus colligere audebit. Cui tamen inde aliquid inferre placet, plus non exsculpet, quam Ariminensibus, ncc provocatis nec a Pontifice auctoratis, haud convenisse, ut occuparentur tractandis Orientalium causis, dum illi ipsi coetum eam in rem Seleuci® agerent.

• Quoad. 3. *R.* Gratiani constitutio non pertinet ad causas Episcoporum quiscumque et iinivcrsim, sed speciatim ad contumaces in schismate Ursicini et pacem Ecclesiæ turbantes ; ubi turbarum atrocitas ct Episcoporum Damaso idhærentium postulatio etiam ordinem in Nicæno statutum observari haud sinebant.

/nif.2. *De Eccl. Orientali* palet: 1°. Ex ep. Cyrilli Alexandrini ad Domnum Anlkchenum, qua Petri ab hoc depositi causam in Synodo Patriarchal! judicari postulat::î°. Ex Socrate L.*2. hist. c. 40. dicente, quod Cyrillus ilierosolymitanns solus ac primus contra Canonis Ecclesiastici consuetudinem provaritad majores judices; 3”. Ex querelis Episcoporum Macedonia? contra

yw '

Innocentium I. quod is causam Bubaliani et Tauriniani in provinciali Synodo damnatorum retractasset.

Quoad I. Λ. Ad rem nostram epistola Alexandrini non perlinet; cum cama Episcopi Antiocheni nec apud Cyrillum Alexandrinum, nec apud Proclum Conslantinopolitanum, quo etiam Petrus se verterat, tractari posset: illorum siquidem officia una mediatione ac supplici interventu finiebantur.

Quoad. 2. *R.* Appellatio Cvrilli Hieiios. non ad Pontificem, sed ad Imperatorem ferebatur: adeoqne et hoc factum huc est impertinens.

Quoad.'!. *R.* Nec querela? Episcoporum Macedoniae spectabant appellationem, cum ipsi causam detulissent ad Rufum Thessalonicensem, Vicarium Pontificium, damnati autem ad Pontificem ipsum: sed conquerebantur de communione, quam Bubalianus et Taurinianus datam sibi a Pontifice litterissuppositiis mentiebantur.

Inst. 3. *De Eccl. Universali* asserit : 1°. Cone. ConstantinopolitanumI. quod Can. 2. et 3. supremam Synodis Diœcesanis h. e. Primatialibus auctoritatem tribuit : 2°. Cone. Chalcedonense, quod Can. 9. et 17. iisdem Conciliis definitivum de Episcoporum depositione ac cæteris disciplinai rebus judicium adstruit : 3*. Justinianus in Nov. 123. Cap. 22. Patriarcham postremum appellationis judicem statuit, interdicta ultiore provocatione.

Quoad I. *R.* Constantinopolitanus Canon 2“ limites tantum Patriarcharum definit, nullos Romano Pontifici praescribit : 6“ prohibet Episcopis, el quidem accusatoribus tantum, in Cone. Provinciali damnatis, appellare ad Imperatorem vel Concilium œcumenicum, non delata prius ad Patriarchate judicium causa ; neuter appellationem ad Pontificem vetat.

Quoad 2. *R.* Chalcedonense Concilium primam cognitionem causarum inter Clericos et Episcopum ortarum defert synodo Provinciali ; inter Episcopos autem aut Clericos et Metropolitana natarum ad Primatem vel Synodum Diœcesanam : de ultima instantia nihil enuntiat.

Quoad 3. *R.* Jvstimaxvm hic loculum de causis Episcoporum civilibus,quas utique Imperator judici cuilibet pro sua voluntate committere poterat, patet tum ex Nov. 137. ubi Cap. 4. et a. de causis Ecclesiasticis loquens, appellari non prohibet : turn ex Cone. Conslantinopolilano sub Mcnna el tempore Justiniani, in cujus Actione P el P adsunt exempla appellationis hujusmodi facte et acceptata·. Qui aliter Imperatorem sensisse evicerit, nil tamen proficiet, quia Constitutiones ejus nec jus ncc usum pro Ecclesia facere poterant.

187. *Respondeo HI.* Fas non est appellare a Pontifice ad Concilium Generale. Sequitur hæc assertio tum ex Articulo proximo; quia appellatio ad judicem superiorem facienda est; non autem Concilium Pontifice, sed Concilio Pontifex est superior : tum ex praecedenti ; quia Tribunal Pontificis est in Ecclesia summum, tam propter Primatum jurisdictionis Pontifici competentem, quam propter perfecte Monarchiæ regimen in Ecclesia constitutum : item quia Tribunal Pontificis est Christi ipsius tribunal, propter vicariam Christi potestatem in Pontifice residentem, et certam juris decisionem, quod unum sit tribunal Vicarii ct Principalis. Speciatim tamen :

Prob. Appellatio hujusmodi est illegitima, perniciosa et nulla : ergo.

Ant. P. *p-* patet 1°. quia est contraria Canonibus, Causa 9. Qiiæsf. 3. relatis.qui auctores habent l'onifacium 1. Gelasium I *el Nicolaum* I. *Ponlifires,*

Domfacivs quittent in ep. nd Rufum Thessalon. inquit : *Intelligant de nostro judicio non esse retractam!uni : nunquam enim licuit de eo quod semel statutum tsl abApostolicasede, rursus tractari;* Gelasius in Commonit. ad Faustum : /p$i *sunt Canones,qui appellationes lotius Ecclesiæ ad hujus sedis examen voluerunt deferri; ab ipsa vero nunquam prorsus appellari sanxerunt;* Nicolaus ep. 8. ad Mich. Imp. *Non liceat cuiquam de Sedis Apostolicce judicare judicio; siquidem ad illam de qualibet mundi parte canones appellari voluerint ; ab illa autem nemo sit appellare permissus.* Hos præcessit Zospius in cp. ad Carthagin. scribens : *Patrum traditio Apostolicce Sedi auctoritatem tantam tribuit, ut de ejus judicio disceptare nullus auderet, idque per Canones semper rujulasque servavit, et currens adhuc suis legibus Ecclesiastica disciplina reterendam, quam debet, exsolvit»* Item : *Cum tantum nobis esset auctoritatis, ut nullus de nostra possit retractare sententia etc.*

2°. Quia rejecta est in Generalibus Conciliis: nimirum qualicumque illa Tliaddiei, pro Friderico II. Oratoris, ad Concilium magis plenarium provocatione a Lugdunensi I. insuper habita, Innocentius IV. ad ferendam sentiam processit : objecta autem Constantiensi Sess. ult. a Poloniæ Legatis ad futurum Concilium appellatio a Patribus, quantumvis circa libri damnatwneni idem sentientibus, fuit neglecta, a Martino V. autem pœnis propositis compressa.

3°. Quia reprobata est a judicibus; utpotc a Pio 11. in Bulla *Execrabilis,* variisclgravissimis censuris notata; quæ constitutio a Sixlo IV. Callixto III, Julio II. aliisque innovata, etiamnum quotannis in Cœna Domini, aqua nomen sortita est, promulgatur.

M?. *p.* declaratur. Est enim *perniciosa* 1°. regimini Ecclesiæ, quia Pontificis quanlumlibet legitimi superioris, auctoritas labefactatur, imperandi vis inhibetur, inobedientia inulta manet: 2°. Paci ac unitati; quia schismati facilis datur aditus, difficilis autem iit medela: 3°. Fidei et integritati ; quia hæresis diu bac impune grassari potest : cum appellatione interposita, Concilium, ad quod provocatur, vel longe post, vel nunquam sil congregandum ; quandoquidem ab ultimo, scilicet Tridentiuo, jam duo secula tinxerint, quin post varias appellationes injectas Concilii generalis cogendi necessitas aut occasio fuerit.

Aut. 3*. *p.* colligitur: quia *nulla est* 1°. Ob defectum judicis, qui necdum c<l, cum ad futurum Concilium appellatur; incertus est, cum Concilio superioritas ista probabilissime negetur; forsan nunquam erit, cum generale Concilium congregari vel moraliter hoc rerum statu non possit vel non ipedial : 2°. Ob defectum finis appellationis, qui , utpotc cessatio litis, sperari nequit, sed· timeri potius debet lilium immortalitas, tum ob rationes nuper allatas : tum quia collecto forsan etiam Concilio sine Pontifice decst metentes; cum Pontifice autem collecto et ab ejus confirmatione dependenti, veneratio ab appellantibus aegerrime est deferenda : 3°. Ob defectum tinis Appellantium : qui in plerisque tum antiquis, ut Sectili 16 sectariis, tum recentioribus, ut Jansenianis appellantibus, deprehenditur esse declinatio Pontificis et damnationis, et frustratio judicii Ecclesiastici.

Bis accedit frivola inutilitas, quæ oritur tum quod definitio dogmatica Pultificis mutari nequeat, tum quod appellantes conlirmalæ rursus sententh· obedire nollent, ut Trideutino experimento patuit in Protestai)tibus.

188. *Objic.* Ratio et experientia stant pro valoro appellationis a summo Pontifice ad Generale Concilium. *Prob.* Appellatio est remedium juris naturæ contra gravamen ex sententia condemnatoria : ergo a Pontifice ad Concilium debet esse legitima ; nam alias 1°. injuste gravatus nullum habent remedium : 2°. sæpius acquiescendum foret Papæ in propria causajudicanti; 3°. ipsi Papæ non suppeteret medium corrigendi errorem judicii, quenî auditi in Concilio universi orbis Episcopi, impertiendo facturum maxime notitiam, tollere possunt.

71. *ad Arg. X. Assert.* Frustra adversus jus apertum provocatur ad rationem, si hæc ex meris congruentiis tantum deducatur; aut ad experientiam, si novitia sit et antiquis ignota : prout Iit in materia præsenti. Γ“ quidem patet ex collatione objectionis cum probatione Theseos ; 2um autem ex tempore; quia in duodecim seculis primis exemplum appellationis hujus repentur nullum, nisi forsan Pelagianorum aut hæreticorum aliorum facta quis imitationi proponenda judicet, quæ tamen communi Ecclesiæ consense reprobantur.

Ad prob. R. D. Jnt. Appellatio generice sumpta est remedium juris naturæ, C. quælibet in specie, piieserlim illegitima perniciosa et nulla, N. certe, jura etiam humana appellationes quasdam prohibent, ct ut iis remotis procedatur imperant.

Ad prob. Cons. 1. *R. X. seq.* superest enim remedium supplicationis, repraesentationis, aut alterius nominis usitatum, ubi de tide non agitur.

Jd 2. concedo id quidem tieri posse, sed nego id esse absurdum aut iniquum, cum teneat in omni judice supremo : et nisi valeret, etiam contra œcumenicum Concilium imploratum pugnaret.

Ad 3. *R. X. seq.* Quia notitia hæc capi potest per litteras el Legatos: sin minus , judicium Pontificis omne sine Concilio generali latum haberi posset erroneum: etsi vero in materia cum dogmate non connexa forsan falleret, non ideo tamen judiciorum ordinem perrumpendum docent sccularia tribunalia.

Inst. I. Experientiam 1°, ostendit paritas; quia datur appellatio ab Imperatore ad comitia : ergo et a Pontifice ad Concilium. 2°. Probant exempla, queis Fridericus Imp. ab Innocenlio IV, Episcopi Angliæ ab Urbano IV, Anglorum Rex etiam Henricus III. a Clemente V, Philippus Pulcher et Regnum Franciæ a Bonifacio VIII, provocarunt ad Concilium Generale. 'P. Confirmant, post Gersonem singulari Tractatu, Doctores Galli et maxime Sorbona, qui hanc sententiam non solum doctrina sed interpositis sæpe appellationibus sunt tuiti.

Quoad 1. /t. .V. *parti.* Qualecumque hic sit Comitiorum jus , quod tamen negant ICti non pauci, fundatur illud ineo, quod Imperator suam potestatem immediate habeat a Statibus vel Electoribus, qui poterant illicam conferre magis aut minus limitatam : Pontifici auctoritatem, quam habet, nullatenus tribuerunt fideles, Episcopi aut Electores, sed Christus immediate contulit ; unde limitare illi nihil possunt, nec in appellationis ordine Papam sibi subjicere.

Quoad 2. *R.* de exemplo Fr id er ict Imp. num. 187. dictum est. Ile altero Angliæ. unus testis est Parisius, fam.isus Pontificiae dignitatis denigrator. Prætcrea qncrelæ mot» sunt, non contra Pontifices ipsos, sed eorum in

Anglia Legatos, ct ad ipsum Pontificem in Concilio Viennensi delate. De Philippi pulchri cl Galliæ exemplo, ex Puteano et Spondano constat, Bonifacium VIII, ex Gallorum opinione fuisse illegitime in sedem Aposlolicain intrusum, ideoque appellatio ad Concilium œcumenicum et Pontificem legitimum futurum fuit interjecta : hujusmodi autem casus a controversia nostra est alienus.

Quoad 3. Λ. Quod facta attinet, ipse de Marea L. 4. Concord, c. 17. testatur. liat fuisse recens suscepta , ut rei se subducerent a Pontificis judicio ; Cmusautem L. 5. deLoc. Theol. c. ull. ail, ea hærcsi patrocinari, obedienlinm Ecclesiasticam* el pietatem perdere : quod auctoritatem spectat, satis (lictum est Articulo praecedenti, et post sequentem addentur aliqua.

189. *Observa.* Ul virorum sanctissimorum a Conciliis ad Pontificem appellantium auctoritatem declinent Adversarii, eorum quidam statuunt in omni ad Papam appellatione inclusam esse hanc conditionem : salva Conciliorum Generalium auctoritate. Ne tingere hoc pro libitu videantur, Athanasilm dicunt communioni ac sedi non fuisse restitutum a Julio, nisi suffragante quinquaginta Patrum Synodo : Flavianum volunt appellasse, non ad solum Pontificem, sed una ad Synodum Occidentalem : Tiieodoretlm denique, post appellationem a Papa restitutum, contendunt novum in Concilio Generali examen habere debuisse. Vcrumlamen nec ista fictionis commentum salis purgant.

Nam Athanasii restitutionem unius Julii auctoritati tribuendam esse, teslanlur Ium Socrates L. 2. hist. c. 15. his verbis : *Ubi cum Julio Romance irbis Episcopo causam suam exposuissent, ille, quee est Romance Ecclesiæ prorogatira, liberioribus litteris cos communitos in Orientem remisit, sinVilis suas sedes restituens:* tum Sozom. L. 3. hist. c. 8. scribens: *EpiStopus Romanus cum omnes in Xiccence Fidei doctrina consentientes reperisset, in communionem recepit : ct quoniam propter sedis dignitatem omnium cura u<l ipsum spectabat, suam cuilibet Ecclesiam restituit.* Suffragatur ratio ; quia quinquaginta Italorum ille conventus, sine Pontifice, nihil omnino uris habebat in res ac judicia Orientis aut aliarum Provinciarum : prout imilesetiam Synodi Romana? sub Hilaiuo ac Gelasio coaclæ disertis verbis Citentur.

Flaviani appellatio non minus ad solum Leonem Romanum Pontificem frat directa; ac ante Ephesinum latrocinium, ab illo solo tranquillitatem, diam non celebrato Concilio, reddi posse, in sua ad Leonem epistola scripserat. Neque ipse appellationis libellus, neque Leonis epistola post appellationem Concilium urgentis, neque Valentiniani eo dc negotio ad Theodosium littera ullam Concilii mentionem fecerunt. Undo, quod Placidia ad Theododnm scribat, Flavianum misisse suum libellum *ad Aposhdicam Sedem et* ' wt *Episcopos harum partium,* calenus duntaxat verum est, quatenus hi Episcopi uniti sunt cum Pontifice, aut sub missionis tempus forsan erant congregati; cum certum sil unum tantum libellum Romæ appulisse.

Tieodohetvm admissum esse in Concilium Chalcedonensc exeo, *quiareslihtil ei Episcopatum sanctissimus Archiepiscopus Leo,* actione 1* legitur: entem etiam ex causa Judices Aci. 8J eumdem sedi suae restituendum edixerant, et Legati Pontificii Apastolicæ sedis nomine decretum restitutionis

protulerunt. Ante tamen oportuit Theodoretum dicere anathema Neslorio. I
juxta disciplinam scilicet Ecclesiæ conslanlissimam, non recipiendi ad I
communionem aut sedem suspectum de hæresi, nisi præmisso anathemate 1
in eam ejusque auctorem : quæ ratio etiam fuit, cur diverso modo Cone. I
Chalcedonense egerit cum Theodoreto et Iba. quam cum Eusebio Dorjlœei I
sine formida hac enuntiata suscepto, quamvis hic non minus ac 'illi ah
Ephesino Conciliabulo fuerit depositus.

ARTICULUS IV.

.in *Romanus Pontifex summam habeat auctoritatem?* |

190. Aoto. Quam num. 119. de Concilio proposuimus quaestionem, eam-
dcm et hic tractamus : auctoritatem summam accipiendo scilicet pro lm-
r a n t i a P o n t i f i c i s, et irrefragabilitate judiciorum ; materiam restringendo ad I
eosdem terminos fidei, morum et factorum dogmaticorum ; per judicia
autem definitiones positivas, perspicuas et certas inlelligendo. Præterea vero
in Papa duplicem quasi personam distinguimus ; considerando eum jam I
ratione suppositi ut hominem precise seu doclorcm privatum, jam ratione I
officii ut summum Pontificem, seu ut constitutum a Christo universalem I
Doctorem ac Magistrum omnium fidelium ; discrimine olim jam in disputa- I
tione Rustici Ecclesiæ Romanae Diaconi contra Acephalos insinuato, ei postea I
in Libello ad Clementem V. a Galliæ Proceribus etiam usurpato. It Doctor I
privatus spectatur, dum Papa absque potestatis propriae ostentatione, opinio- |
nem duntaxat suam et sensum velut personalem ac privatum exponit : spec- I
tatur ut *Doctor universalis,* dum auctoritate publica usus ut supremus I
Ecclesiæ Magister aliquid proponit toti Ecclcsiæ, obligans omnes fideles
sub anathemate seu pœna hæreseos ad illud propositum assensu interno
ac fide divina credendum : sic vero enuntians dicitur loqui *ex cathedra;*
phrasi ex Malth. 23. v. 2. ad indicandam praeceptivam docendi auctoritatem
desumpta.

Locutionis hujusmodi velut *conditiones* afferuntur, servata definientis a
metu et violentia immunitas, praemissum rei decernendae maturum exa-
men, præhabila Ecclesiæ Romanæ seu Cleri, nunc Cardinalium, consultatio,
et fusæad Deum ante definitionem preces: his a Gallis adhuc, pro suæ Ecclesiæ
libertate, prævia causarum in loco ubi natæ sunt præparalio, et certarum
loquendi formularum absentia tanquam requisita adjunguntur : ab aliis
e contra,præter libertatem in Pontifice requisitam,cætera omnia rejiciuntur.

Quantumvis vero videatur Spiritus sancti assistentia, P e t r o illiusque suc-
cessoribus promissa, non pendere per sese ab humanis hisce adminiculis,
nec illis a Christo fuisse alligata; quia tamen a gubernatione hominum
divinitus etiam instituta non respui debet modus agendi rectæ rationi ac
prudentiis accommodatus; ac ipsi praeterea Pontifices potestatis sum usum
ad has regulas semper conformarunt, quin el ubi ad Galliam causæ perti-
nebant, ad illius mores se composuerunt : hinc requisita ista haud difficulter
permittimus, cum cautela tamen hac gemina : 1°. t t ea plus aul minus
exigantur pro varia materiarum qualitate :2°. Ut non teneantur fidelcsinqni-
rere aul scire an media hæccc sint adhibita ; sed certi de Pontificia ad

omnes fideles directa, cosque sub anathemate ad assentiendum obligante, propositione solemnilcr edila, possint ac debeant supponere omnia necessaria fuisse observata, nisi manifeste constet dc opposito : quandoquidem alias ipsius Ecclesiæ infallibilitas cl Conciliorum œcumenicorum auctoritas simili ex capite elevari etiam posset, el inlempcranlissima crisis supremum sibi judicium in res omnes dogmaticas arrogaret; cum tamen certum sit, Deum in necessariis ibi non defuturum, ubi infallibilitatem ipse promisit, res autem omnino exigit.

Porro controversia non est dc Pontifice ut *Doclorb privato;* cimi omnes ultro concedant, Papam sub hac consideratione, non minus ac homines alios, errori obnoxium, ejusque sententiam reformationi subesse. Versatur itaque tantum circa Pontificem, ut doctorem universalem et supremum Ecclesiæ Magistrum seu cx cathedraloquentem, materia ct judicio ad memoratos limites reiuctis.In hac vero'controversia, altera, quæGallis tribuitur, sententia statuit Pontificem infallibilem non esse, nec definitionem ejus irrefragabilem, ante quam accedat consensus Ecclesiæ, aul congregatæ in Concilio, aut saltem per orbem difiusæ : altera, quæ a Benedicto XIV. in cp. an. 1718. ad Inquisitorem generalem Ilispaniæ data, extra Galliam *ubique recepta* dicitur, sententia tenet, etiam independenter ab Ecclesiæ consensu Pontificem e cathedra loquentem inerrantia, ejusque definitionem immutabilitate pollere , quam mine, quantum rerum multitudo patitur, paucis assereudam et vindicandam suscipimus.

19I.D/C0. Romanus Pontifex c cathedra loquens in materia fidei, morum et factorum dogmaticorum, habet summam auctoritatem : sen ipse quidem est infallibilis, ejus definitio autem irrefragabilis ac irreformabilis, etiam iwlependentcr a consensu Ecclesiæ. Probatur Auctoritate; et quidem ;

I. Ex *SCBIPTUBA,* quæ duplicem præcipue nobis textum suggerit, alleram Matth. 16..v. 18. *Et ego dico tibi: quia tu es Petrus, et super hanc /■Bram ædificabo Ecclesiam meam ; et partie inferi non prævalebunt adverti tam :* Luc. 22. v. 31. et 32. *Simon, Simon, ecce Satanas expetivit vos, ut tribrarel sicut trilicum : ego autem rogavi pro te, ut non deficiat fides tua ; r! Iu aliquando conversus confirma fratres tuos.* Horum uterque 1°. Con'enit Petro ut conlradistinclo ab aliis Apostolis ; cum Christus interrogalioncadOmnes præmissa, et mentione diabolicæ omnium cribralionis facta, I solum Petrum, nomine proprio ac pronomine compellatum, orationem convertat : 2°. tribuit eidem speciale donum ad utilitatem Ecclesiæ; quale ■: ratio *fundamenti* in ordine ad ædificium Ecclcsiæ, ct indcfectibilitas fidei ad coniirnlationem fratrum : 3°. declarat hoc donum concedi Petro, nxi ut personæ privatæ. sed ut publicæ ac præpositæ; quia sustentare Eccleirn aul *confirmare fratres* officium est præsidis ac superioris : i°. id ipsmn 'Mruit Petri successoribus; tum propter transiturum ad cos idem officiam, tum propter perpetuitatem Ecclcsiæ ct necessitatem confirmandi pesteros.

Hh praemissis pro *textu primo* suppono ex num. 107. 110. ct 115. infalli-Iditatem Ecclesiæ illis verbis rite probari: ex iisdem autem nunc arguments: Vi verborum Christi apud Matthæum infallibilitas non tantum tribuitur Ecderitp, sed etiam peine ac fundamento : sed non Petrus lautum, verum

etiam ejus successores Romani Pontifices, sunt petra et fundamentum Ecclcsiæ : ergo infallibililas tribuitur etiam Romanis Pontificibus Suü. Atiu› infallibililas tributa el conveniens petræ ac fundamento non dependet ώ Ecclesiæ adjumento: ergo infallibililas Romanorum Pontificum est independens ab Ecclesiæ consensu.

Major constat ex Origene ap. S. Thom, in Calena. Aon *exprimit, utrum petræ non prœvalebunt, in qua œdifical Christus Ecclesiam; aut Eccksin. quam œdifical supra petram : tamen manifestum est; quia nec adversus ptram, nec adversus Ecclesiam portœ prœvalebunt inferorum:* Epipiiax. in Anchorato : *Solidœ illipetræ supra quam Ecclesia fundata est, portœ inferi nw prœvalebunt :* Leo ep. 75. ad Leon. Augustum : *Cum Petrus cx Domini net audierit : Tu es Petrus etc. quis est, nisi antichristus aut diabolus, quipukort audeat inexpugnabilem hujus petræ firmitatem?*

Similiter *Minor* patet ex Arc., in Psalm, cont. part. Donati : *Petri seda i^a est petra, quam non vincunt inferorum portœ:* S. Maxim, in ep. ad Marinum: *Sancta Romanorum Ecclesia est fundamentum solidum et maximum, contra quod portœ inferi nullo pacto prœvalebunt juxta ipsiusmet Salvatoris prw.issionem :* Theodor. Studita ep. ad Naucrat. *Coryphœa sedes, adversus quan non prœvaluerunt per omne secutum, nec prœvalebunt usque in finem senii inferorum portœ, ora videlicet hœrelicorum, sicut promisit ille, qui* nonmrn· *titur.* Similia de Romana sede enuntiant Joannes Pair. ConstautinopolitaniK in libello ad Honnisdam. Petrus Damiani Opusc. 38, Aeircdus in Isaiamctc. Item cx Ambros. in Psal. 40: *Ipse est, cui dixit : Tu es Petrus etc. Ubi ergo Petrus, ibi Ecclesia; ubi Ecclesia, ibi nulla mors:* Chysolog. in epist. ad Eulych. *Petrus in propria sede vicit, et præsidet, et præstat quœrentibb‹ veritatem :* Possessor Ep. Afric. in epist. ad Honnisdam : **J** *quo magis nutantis fidei stabilitas exspectanda quam ab ejus sedis præside, cujus primus rttlvr a Christo audivit: Tu es Petrus etc.* Similia de Romano Pontifice scribunt Ignatius Constantiuopolilanus in ep. ad Nicolaum, Ansehnus Ep. Lucensis cont. Guibcrtum, et Anselm. Cantuar. L. 3. epist. 15.

Denique *subsumplum* colligitur tum ex significatione pelræ, quæ per sese, ac sine respectu ad aliud, firmitatem importat : tum cx data Petro appellatione, qui nomen et rationem petræ accepit ante formationem Ecclesiæ; Ium ex paritate domus materialis, cujus stabilitas desumitur a fundamento, adeo ut pio hujus soliditate vel mobilitate Luc. G. v. 48. ct 49. æditicium dun'l aut cadat; non vero vicissim fundamenti constantia a firmitate domus depeæ deat. Vude citra mentionem consensus Ecclesiæ, Petrum ac Romanum Episcopum vocat Hieron. inepist. ad Damasum *petram fidei,* Chrysost. in Psal.o0. *basin fidei immobilem,* Cone. VI. in Prosphonct. *adamantem fidei cujus solida mens aggressionibus atque conflictibus alienee a fide opinionis non est vulnerabilis.*

Pro usu *Textus secundi,* suppono Petro non tantum indcfectibilitatem fidei collaiam, cum Christus dubio procul pro sua reverentia sit exauditus ; sed etiam cum confirmationis fraternæ officio, certitudinem exeeutionis assertam; cum fratribus sive Ecclesiæ nihil profuisset, posse aut debere per fidem Petro donatam confirmari, si postulante necessitate reipsa non confirmarentur. Dehinc sic argumentor : \i verborum apud Lucam Christus illi infallibilitateui tribuit pro quo oravit, ne fides ejus deficeret, et ut confiimarc;

fratres: sed Christus hic oravit non tantum pro Petro, sed et pro ejus successoribus seu Romanis Pontificibus : ergo infallibililas his fuit collata. *Subs.* Atqui infallibililas hic collata non fuit pendula ab Ecclesiæ consensu : ergo.

Major constat ex Aug. L. deCorr. elgral. c. 8. *Quando rogavit, ne fides ejus deficeret, quid aliud rogavit, nisi ut haberet in fide liberrimam, fortissimam, invictissimam, perseveranlissimam voluntatem?* Amros. L. *i.* de tide : *Ut rcias, quia secundum hominem rogat, divinitate imperat; habes in Euangelio quia Petro dixit : Ego rogavi pro te etc. Eidem etiam respondit : Tu es Petrus etc. Ergo qui propria auctoritate regnum dabat, hujus fidem firmare non (olerat, quam cum petram dixit, firmamentum Ecclesiæ indicavit?* Leone Serui. 3. dc Anniv. Assiunpt. *Pro fide Petri proprie supplicatur, tanquam aliorum status certior sit futurus, si mens Principis victa non fuerit. In Petro finium fortitudo munitur, et divinæ gratia ita ordinatur auxilium, ut firmitas, quæ per Christum Petro tribuitur, per Petrum Apostolis conferatur.*

Etiam *Minor* patet ex Cyrillo apud S. Thom, in Catena: *Secundum hanc Christi promissionem, Ecclesia Apostolica Petri abomni seductione et hcerelica circumventione manet immaculata :* Leone IX. in epist. ad Petrum Antiocheo. *lina Christi oratio: rogavi pro te etc. Obtinuit quod hactenus Petri fides non defecit, nec defectura creditur in throno illius usque in seculum secuii :* Paschali II. in Cone. Lateral). *Pro hac Ecclesia Romana filius Dei in passione tua oravit, dum dixit : Ego rogavi pro te etc.* Similia dc Rom. Ecclesia scribunt Innocentius III. Serm. 2. de Consccr. Rom. Pont., Petrus Damianj Semi. 23. dc Xativ. Joannis, Ansehnus Havelburg. adv. Græcos, S. Thomas in exposit. symboli. Item ex Agatuoneîh epist. ad Constantinum: *Consideret astra clementia, quoniam Dominus, qui fidem Petro non defecturam promisit, confirmare eum fratres suos admonuit: quod Apostolicos Pontifices prædeces-ws fecisse semper cunctis est cognitum:* Leone IX. epist 1. ad Michael. Ccrukrium: *Erit ergo quisquam lantce dcmenliæ, qui orationem illius, cujus velle at posse, audeat in aliquo vacuam putare? Nonne a sede Principis Aposlohrumjam per eumdem Petrum quam per suos successores, convicia el exputa sunt omnium hœrelicorum commenta, et fratrum corda in fide Petri, για hactenus non defecit nec in finem deficiet, sunt confirmata?* Anselm. Lucens, adv. Guibcrtum: *Cum pro fide Petri, ne deficiat, a Domino oratum ni: unius Romani Patriarchæ fides, in qua fratres suos confirmet, nunquam* Vw/. Similia pro Rom. Pontifice ediderunt Innocent. 111. ep. 20. ad Pair. Giistantinopolitanum, Theodor. Studita ap. Geimadium pro Cone. Florcntino, Albertus M. in hunc locum.

Tandem *Subsumptum* liquet; tum quia ex dictis promissioni el orationi Christi unice tribuitur hæc infallibililas, non autem Ecclesiæ consensui : tum quia Rom. Pontifex in fide confirmat fratres, non ipse ab his confirmatur; ut textus aperte dicit, et Joseph Ep. Methoncnsis in resp. ad libell. Hirci Ephesini urget : tum quia ratione privilegii prius jam dati Romanus Pontifex a fhcodoro Stud. L. 2. epist. 13. dicitur *fons cere illimis ac sin-■'πη fidei;* a Tharasio in epist. ad Adrian. *Oculus totius corporis, ostendens ratmn veritatis semitam;* ab Ignalio Pair. Constanlinopolitauo in epist. ad •V-hum : *Medicus a Deo provisus sanandis Christi membris:* quæ sunt meüphoræ, nihil ab Ecdcsia iufallibilitatis accipi edocentes.

ILEx *TRADITIONE* quæ colligitur 1". ex Conciliis œcumçnicis, inter quæ

Cone. Constantinopolitanuni IV. act. 1. exhibet libellum ab omnibus Pain-bus subscriptum, ita loquentein: *Quia non potest prætermitti sententia Chrijti dicentis: Tu es Petrus etc; hæc quæ dicta sunt, rerum probantur ecentibu; quia in sede Aposlolica immaculata est semper reservata catholica religio el sancta celebrata doctrina.....sequentes in omnibus Apostulicam sedem, sta-mus ut in una communione esse mereamur cum illa, in qua est integra et cera Christiance religionis soliditas:* el in Lugdun. 11. acceptata Græcorum fidei professio sic habet: *Sicut Romana Ecclesia præ caderis tenetur fidei veritatem defendere; sic et si quæ de fide subortæ fuerint quæstiones, suo debent judicio definiri.* His similia de Rom. Ecclesia referunt Viennense in Clcmentinis de Sum. Trin., cl Florentinum in decreto unionis cum Græcis. Item in Cone. Ephesino Act. 2. Philippus Leg. Pont, ait: *.Vulti dubium, imo seculis omnilw notum est, S. Petrum Apostolorum principem ct caput, fideique columnam et Ecclesiæ Catholica· fundamentum, a Jesu Christo regni cælesl is claves atet-pisse, nec non per successores suos hucusque semper vicere, causas decernere, semperque victurum:* ct in Constantinopolilano III. in epist. ad Agathonem Patres inquiunt : *Itaque tibi ut prima sedis Antistiti, universalis Ecclesia capiti, quid agendum relinquimus, stanti supra firmam petram, acquiescentes vercc confessionis litteris, per quas, ut a summo Apostolorum vertice divinitus perscriptas, exortam nuper multiplicis erroris hæreticam seciam depulimus.* In his concinunt de Rom. Pontifice in Chalccdoncnsi Aci. 3. Legati pronun-tiantes sententiam in Dioscorum, et in Nicæno 11. Act. 2. tum Patres omnes, tum maxime Tharasius et Joannes Ep. Tauromeni® in acceptatione litterа-rum Adriani : I trisque addi potest Constantiense in censuris crroruufWicleffi, maxime trium primorum.

2. Ex Pontificibus el Patribus. Inter *priores* Bonlfacivs in epist. ad Epp. Orient, inquit : *Nemo unquam Apostolico culmini, de cujus judicio non licet retractari, manus obvias audacter intulit: nemo in hoc rebellis extitit, nisi qui de se voluit judicari:* et Gelasics in epist. ad Anastas. Imp. *Hoc est, quod sedes Apostolica magnopere cacet, ut quia mundo radix est Apostoli gloriosa confessio, nulla rima pravitatis, nulla prorsus contagione maculetur. Nam si (quod Deus avertat, quod fieri non posse confidimus) tale aliquid pro-veniret , unde, cuiquam resistere auderemus errori ? vel unde correctionem errantibus posceremus?* Eadem de Rom. Ecclesia testantur Innocentius l. in epist. ad Carthagincnses, Gregor. in ep. ad Epp. Galliarum, Agathoin epist. adImpp..Nicolaus in ep. 8. ad Michael.Imp., Joannes VUE inepist. ad Petrum. Comitem. Item Sixtus III. epist. ad Joannem Antiochenum scribit: *Petrus Apostolus in successoribus suis , quod accepit, hoc tradidit. Quis ab ejus se velit separare doctrina, quem ipse inter Apostolos primum magister edocuit? absolutam et simplicem fidem, et quæ controversiam non haberet, accepit:* el Simplicius epist. ad Zenonem. *Perstat in successoribus suis hæc et eadem Apns-tolicæ norma doctrinæ, cui Dominus totius curam ovilis injunxit, cui usque ab finem secali minime defuturum, ac portas inferi nunquam prarali-furas esse promisit.* Æqualia de Rom. Pontifice proferunt Innocentius in epist. ad Milcvilanos, Zosimus in epist. ad Carthagincnses, Agatbo in epist. ad Concilii Patres. Nicolaus, Joannes λ III. et Leo IX. jam sup. laudati.

Inter *poster tores,* Irenеis L. 3. adv. hær. c. 3. ail : *Ad hanc enim Ecclesiam propter potenlivrem principalitatem necesse est omnem convenire Ecclesiam,*

A.r.eot, *qui sunt undique fideles, in qua semper ab his, qui sunt undique fidelis, consereala est ea, quæ est ab Apostolis, traditio* : cl Cypr. epist. 55. ad Cornelium contra Felicissimum el Fortunatum sic scribit : *Navigare audent, et ad Petri cathedram, unde unitas sacerdotalis exorta est, a schismaticis et profanis litteras ferre ; nec cogitare eos esse Ilomanos, quorum fides Apostolo pntdicantc laudata est, ad quos perfidia non possit habere accessum. Item* HiER05.ep.57.ad Damas. hæc inter alia eloquitur : *Apud ros solos incorrupta, •creatur Patrum luereditas: vos estis lux mundi, vos sal terree : Heatitudini tua, id est, cathedra: Petri communione consocior : super illam petram cedificatqm esse Ecclesiam scio. Quicumque tecum non colligit, spargit; hoc est, qui Christi non est, Antichristi est. Decernite, si placet; et non timeo tres hypostases dicere:* cl Aug. epist. 157. *In verbis Apostolicæ sedis tam antiqua atque fundata, certa et clara est catholica fides, ut nefas sit dubitare Catholicis Christianis.* Alterutri parti de Romana sive sede sive sedente dictis congruunt Origenes L. 5. comment, in epist. ad Romanos, Hippolytus in Oiat. de Consummat, mundi, Flavianus in epist. ad Leonem, Maximus Mart, in epist. ad Thalassium el Marinum etc.

3. Ex Ecclesiis et Doctoribus. De *Orientali Ecclesia* testatur Justinianus Comes in causa de uno in Trinitate passo, scriptis Orientalium nomine ad Hurmisdaru litteris sic elocutus : *Imponite nobis semel susceptum laborem,* diam in *hoc prædecessores vestros sequentes , et de hac intentione liberos nos properate reddere ac securos. Hoc enim credimus esse catholicum, quod vestro rtsponso nobis fuerit intimatum :* et Theodorctus post latrocinium Ephesinum suo et Catholicorum nomine ad Leonem ep. 113. confugiens scribit: *SiPaulus præco veritatis ad magnum Petrum se contulit, ut explicationem iis, qui de legalibus ambigebant, ab illo referret: multo magis nos humiles et pupilli ad Apostolicam sedem vestram recurrimus, ut Ecclesiarum ulceribus remedia a vobis accipiamus. Multis siquidem praerogativis ornatur sedes astra: praeipue autem, illam fides ornat, cujus testis idoneus est Paulus damans : fides vestra annuntiatur in universo mundo etc.* De *Occidentali* specimen præbent Africani Præsules e tribus Synodis ad Theodorum in Synodica quæ in Secretario 2 Cone. Later, sub Martino extat, ita scribentes : Jnliçuis *regulis sancitum est, ut quidquid ageretur, quamvis remotis in Prounciis, non prius tractandum vel accipiendum sit, nisi ad notitiam almæ •edis vestra fuisset deductum: ut hujus auctoritate, juxta quæ fuisset pronuntiatio, firmaretur; indeque sumerent cæteræ Ecclesiæ, velut de natali fonte Ej[medicationis exordium, et per diversas lotius mundi regiones puritatis iwrrupta manent fidei incrementa salutis :* et Hispani c Cone. Tarraconensi id Hilarum litteras mittentes : *Proinde nos Deum in vobis penitus adorantes, ni sine querela servilis, ad fidem recurrimus Apostolico ore laudatam, inde risfuisa qucerenles, unde nihil errore, nihil præsumptione, sed Pontificali 'dumdeliberatione præcipitur.* His addi poterant litterae Theod. Sluditæ ap. Gennadium, post Iconomachorum Conciliabuhnn ad Paschalem recurrentis, f'ThomæCantuariensisad Epp. Anglia! ac Joannis Sarisberiensis ad Alcxandmm epistolæ : nec minus Gallicanæ Ecclesiæ testimonia, de quibus tamen infra.

Ei Doctoribus sufficiant divus Thomas et S. Antoninus. Prior quidem 2. 2. |1.a. 10. in corp, sic inquit : *Dicendum, quod nova editio symboli necessana*

est ad vitandum insurgentes errores. Id illius ergo auctoritatem pertinet editio symboli, ad cujus auctoritatem pertinet /inaliter determinare ea quiE sunt fidei, ut ab omnibus inconcussa fide teneantur; hoc autem pertinet adaucturitalem summi Pontificis etc. *El hujus ratio est ; quia una fides debet esse tutius Ecclesiæ secundum illud* 1. *Cor.* 2. etc. *quod servari non posset, nisi quæstio fidei exorta determinaretur per eum qui loti Ecclesiæ præest, ut sic ejus sententia a tota Ecclesia firmiter teneatur.* Eadem habet ibid. resp. ad 2am, q, II. a. 2. ad9. et de Potent, q. 10. a. 4. ad 13. Posterior autem p. I. tit. 8. c. 3. §. 5. inquit : *Ratio, quare fides Ecclesiæ in generali deficere* non *potest, est quia divina providentia Ecclesia regitur, scilicet Spiritu sancto eam dirigente, ul* non *erret. Et licet Papa in particulari* (h. e. utconlradistinctus ab Ecclesia universali) *errare possit, ut in judicialibus, in quibus proceditur per informationem; alias in his quæ perlinent ad fidem, errare non polest, scilicet ut Papa in determinando, etiamsi ut particularis el privata persona. Unde magis standum est sententia? Papæ de pertinentibus ad fidem, quam in judicio proferret, quam opinioni quorumcumque sapientum.*

Ne alios addam, facit testimonium Ruardi Tapperi, quod Tract. 3. Theol. num. 6. el 7. edit his verbis : « An autem Prepositus familiæ Christi falli possit in sua sententia, quando cognoscit circa lidem et mores fidelium, sicut Reges et Episcopi in suis judiciis, ab annis centum et quinquaginta cœptum est disputari in utramque partem. A tempore enim Concilii Conslantiensis et Basileensis, Doctores quidam apud solum Cone, œcumenicura docent esse infallibilis sententiæ privilegium. Veteres vero scriptores Petro totius familiæ Christi preposito, et Romano Pontifici post Petrum in terris Vicario, ejusque calhedre, proprium esse hoc privilegium infallibilis sententiæ, concorditer ex Scripturis tradunt. »

Prob. RATIONE. Et quidem I. ex *momentis Juris.*

1°. Romanus Pontifex est centrum unitatis; ut ex num. 101. aliisque præsentis Capitis constat : ergo fideles omnes debent, non tantum communione, sed et fidei professione, cum Pontifice convenire, et sicut line® in centro concurrere. Atqui si Pontifex non foret infallibilis in dogmaticis, nec deberent nec possent cum eodem convenire in fidei professione fideles; cum alias ad errorem tenerentur, ct Ecclesia universa posset in errorem induci : si autem Pontifex tantum infallibilis evaderet ex consensu Ecclesiæ, mutato jam concursus apice et dissipata unitate, fidelium alter ad alterum ct Pontifex ad communitatem tanquam ad centrum ferri deberet. Ergo.

2°. Romanus Pontifex est universalis Pastor, Rector el Doctor; ut cx pluribus Scripture ac Traditionis testimoniis passim allatis apertum est: ergo fideles omnes eidem debent non tantum externam obedientiam, sed sincerum mentis obsequium; quia Pastori animarum. Rectori conscientiarum^ Doctori salutis, solum exterius sine interiori obsequium haud respondet et satis esse nequit. Atqui auctoritas cui sincerum mentis obsequium debetur, infallibilis sit neccsse est: cum iniqua esset obligatio, ct quidem sub anathemate, assentiendi rebus fallibilibus ac incertis : preterea auctoritas hæc jam ante assensum infallibilis supponi debet: cum infallibilitas sit ratio determinans assensum, aliasque Pastor ob ovibus, Rector a subditis, ct Doctor a discipulis 'ini suæ manuductionis, imperii ac doctrinæ acciperet : ergo.

3°. Romanus Pontifex etiam in judicio dogmatico est judex Ecclesiæ supremus el ultimus; ut cx Articulo et Quæstionc praecedentibus satis colligitur: ergo ejus sententia est irreformabilis; quia judex superior deest : ergo el ipse est infallibilis; quod ostenditur. Si in judicio dogmatico, ubi sententia est irreformabilis, judex non foret infallibilis, Ecclesia posset stringi a sententia fallibili ct erronea, adeoque el ipsa falli ac errare : atqui hoc fieri non posse demonstratum est Gap. i : ergo.

1°. Si Romanus Pontifex non esset infallibilis, nisi dependentor a consensu Ecdesiæ, ergo Papa suam infallibilitatem mutuaret ab Ecclesia; nec majori gauderet infallibilitate, quam Episcoporum, imo Pastorum simplicium quilibet ex Ecclesiæ probatione habere posset ; nec scissæ forsan in partes Ecclesiæ controversiam finire valeret. Atqui 1ura est contra Scripturam, ex qua Ecclesiam solidari a petra, et fratres confirmari a Petro, non c converso rem fieri, novimus : 2um est contra nniversaih Traditionem, cx cujus omnibus locis Pontifici infallibilitatem, tanquam singularem prærogalivam attribui didicimus : 3Uin est contra historiam schismatis in Ecclesia frequentis, tempore Arianorum, Iconomachorum, Photianorum et Græcorum; ubi infallibilitas dogmatis non habebatur a consensu universalis Ecclesiæ, utpote in partes distractæ : nec ab accessu partialis Ecclesiæ; quia sicut altera pare opposita, sic et illa hoc privilegio carebat : adeoque ab uno Pontificis judicio aut accessu provenisse dicenda est.

ll. Ex *momentis Facti.* 1°. Tribus seculis primis damnatæ sunt multæ hæresesa Rom. Pontificibus, præcipue Cerdonis ct Valentini an. 155. ab Hygino ap. Euseb. L. I. Iiist. c. 10; Theodoti an. 196. a Victore ap. eumd. L. 5; c. 27; Montani an. 215. aZephyrino ap. Terlul. L. de jejun. c. 1 ; Novaliani an. a Cornelio ap. Euseb. L. G. c. 43 ; Pauli Samosateni an. 273. a Felice ap.Cyrillum in apol. pro 12. anathematismis. Damnatæ autem sunt 1°. sine Conciliis; quia ad has maxime pertinet Augustini L. 4. ad Bonif. c. ull. dic* Ium: *Ilæreses multo ac incomparabiliter plures extra Concilia, quam in illiSj fuerunt condemnata?* : 2°. irrcformabilitcr ; quia certo, constanter, et sine ulla bærescospostbac retractatione : 3°. jam ante consensum Ecclesiæ, utpote qui illo persecutionum tempore ægre poterat innotescere; nec tamen suspendisse fidem Catholicorum damnationis Pontificiæ consciorum dici aut probari potest.

i. Pontifices Romani lanquam jus Sedi suæ proprium postularunt, ut cans': omnes dogmaticæ quarumlibet provinciarum ad se referrentur ; prout ex Innoccntii epist. ad Milevit. et Cartilagineuses, cx Zosimi epist. ad priores, d Gregor. L. 4. epist. 52. ipsisque Cone. Africanis constat : Episcopi passim judicarunt, pronuntiat® in his judiciis sententiæ Pontificiæ esse acquiescendum; ut præter Africanos Patres Basilius epist. 52, Ambros. epist. Synodica Cone. Mediolanensis ad Siricium, Sophron. in allocutione Legati sui ap. Cone. Lateran. sub Martino, Ignatius Constantinopolilanus epist. ad Nicolaum aliique testantur. Ergo utrique declararunt facto ct praxi judicium Pontificis esse irreformabile ac infallibile.

Illustratur hoc per effatum celebre Augstim, quod Serin. 2. de Verb. Apost. c. 10. dc causa Pelagianæ hæresis edixit : *Jam enim de hac causa duo Concilia missa sunt ad sedem Apostolicam : inde etiam rescripta venerunt : Causa fnitaest, utinain aliquando finiatur error!* Ex quibus constat 1. solis res*

criptis Romanis quibus Innocentii sententia contra Pclagianos errores est lata,rem totam ita fuisse confectam, ut nedum in integrum, sed ucc in dubium hæc fidei causa vocari amplius posset : 2. hanc irreformabilitalem jam convenisse sententia? Pontificia? ante Ecclesiæ consensum; cum a dic27.Januar. an. 117. quo Papa rescripserat, usque ad diem 23. Septemb. ejusdem anni, quo Augustinus sermonem habuit, et sic intra octo menses incompletos, perferri responsa Romana ad omnes Orbis Ecclesias, el indo Ecclesiarum consensus sive tacitus sive expressus referri in Africam nullatenus potuerint : atque hoc tanto minus possibile fuerit, cum non Innocentius, sed altero demum anno Zosimus litteras Tractorias de hac causa ad universam Ecclesiam miserit. Similem auctoritatem habuit Zosimi sententia de facto dogmatico Pelagii et Çœleslii, ut Prosper in Chronico ad an. 418. refert: *Concilio apud Carthaginem habito ducentorum el quatuordecim Episcoporum, ad Papam Zosimum Synodalia decreta perluta: quibus probatis, per totum mundum hceresis Pelagiana damnata est.* Gemina his memorat Marius Mercator in Commonitorio, ct addit Juliani aliorumque Episcoporum refractariorum oppositam appellationem Imperialibus Honorii legibus et sacerdotalibus Apostolicæ Sedis statutis compressam fuisse et abjectam.

3°. Ex dictis uum. 177. in Confirmatione 2ae part. Pontifex Conciliis etiam œcumenicis praescribit normam et regulam definiendorum, a qua discedere congregatis non liceat : ibidem et in probatione praevia fatentur Patres ad camdem in decretis suis sequendam se obligari, factoque ipso eam sequuntur. Ergo Pontifex hanc normam praescribens debet esse infallibilis; cum Cone, œcunienicum illam alias sequi nec posset, nec deberet : neque infallibilitatem hanc accipit a consensu Concilii ; quia rectitudinem regula non trahit a regulato, sed regulation a regula.

Ab *Exceptionibus* refutandis abstinere licebit. Quæ enim inter generales contra auctoritatem prima est, quod scilicet distinguere oporteat inter Sedem Apostolicain et Pontificem Romanum, jam in præfamine ad præsens Caput occupata fuit : præterea vero data opera factum est, ut testimonia diserta non minus de sedente quam de sede ipsa passim proferrentur. Altera, qua quidam Scripturæ aut Traditionis elogia, non de Pontificibus singulis, sed de omnibus tantum, seu de serie Pontificum continuata ac integra accipi volunt, frivola omnino est, sine fundamento ullo conficta, et si pari libertate ab aliis ad Ecclesiam transferretur, erronea. Postrema, quæ putat testimonium quodeumque enervari injecta hac clausula : si Ecclesia consentiat; alibi speciatim fuit refutata, alibi verbis ipsis exclusa : nullibi autem ex ipso textu aut scopo reperiet patrocinium.

Speciales cavillationes singulis locis hinc inde oppositas persequi præsenlis instituti non est : quas tamen Natalis Alexander, putatitius Bossuet, et Tournelius in lucem dederunt, in Animadversionibus Constantini Roncaglia atque in Operibus Galli Cartier et Anonymi JCti Taurinensis dissolutas legere poterit, cui extremas contentionum fibrillas consectari libuerit. Quæ restant, aut contra momenta Theologica obmoveri possunt, pleraque numeris sequentibus comprehendentur.

192. *Objic.* Scriptura non favet, Ratio adversatur, Praxis Ecclesiæ est contraria iufallibilitati Pontificii» : ergo.

Prob. Textus allatos Patres exponunt alii de persona Petri, alii de Sede Apostolica, alii de Ecclesia vel Romana vel universali; ergo infallibilitatem Pontificum non probant; præsertim cum regula Tridentini prohibeat, Scriptum textum, nisi secundum unanimem Patrum sensum, interpretari.

Conf. Si non tantum Ecclesia, sed etiam Pontifex foret infallibilis, deberet id Scriptura non minus clare et expresse de Pontifice, ac de Ecclesia, pronuntiare : sed hoc non facit; cum omnia in hanc rem testimonia variis contentionibus inter Catholicos sint obnoxia : ergo.

R.ad Arg. .V. *Assert.* Ad *Prob.* Λ. *Cons.* Idem textus ex Aug. L. 12. Confess, c. 31. et D. Thom. Quodlib. 7. Art. 14. ad 5. multiplicem expositionem patitur, quarum quælibet, nisi oppositam offendat, ex divini etiam Auctoris intentione valet et probat. Allatarum expositionum nulla nostræ contrariatur : quin 1' supponitur ; 2* et 3a nostræ congruit ; 4a eamdem, sicut totum præcipuam partem includit. Regula Tridentini interpretationem sensui quem Ecclesia aut unanimis Patrum consensus tenet, congruentem æstimat et probat : iisdem contrariam reprobat et prohibet : assertam a quibusdam Patribus, ab aliis autem omissam, non tamen exclusam, nullibi dicit illegitimam aut inefficacem ; prout adversarii etiam faleri debent, iisdem textibus pro primatu aut alio dogmate probando uti passim soliti.

Ad *Conf. B.* 1°. .V. *M.* Nec enim Scriptura est unica Theologicæ probationis sedes, nec æqualitas certitudinis in utraque thesi asseritur : cum infallibilitatem Ecclesiæ ut certam de fide, illam autem Pontificis ut minus certam defendamus.

Λ. 2°. *N. m.* Scripturæ quidem lux et claritas opinioni nostræ haud deest : quod tamen obnoxia sit Catholicorum contentionibus, facit permissa adhuc sentiendi libertas, vigensque apud homines sive ingeniorum sive studiorum diversitas.

Inst. 1. Potest dari Pontifex Scripturarum et Traditionis ignarus, vilæ insuper pessimæ et doctrinæ moiaim parum sanæ, qui aut nemine aut nonnisi fidei osoribus in consilium adhibitis audeat aliquid definire : atqui dicere hujusmodi hominem aut definitionem esse infallibilem , est exspectare a tentatore Dei miraculum : ergo.

Conf. Episcopi sunt nati controversiarum fidei judices ; et hinc tum ante tum post Pontificis definitionem judiciali sua auctoritate possunt resilias examinare ac discutere, sententiamque el judicium de iis ferre : sed si Pontifex esset infallibilis, saltem post ejus definitionem examinare et judicare hascausasnon possent, sicque non judices, sed Pontificis tantum Consiliarii ac meri Papalium Constitutionum exccutores forent : ergo.

/?. 1°. Idem casus est possibilis respectu Concilii Generalis, ubi omnem vel plurimam partem congregationis homines similis conditionis constituunt; quin tamen hinc negari queat Synodi œcumcnicæ infallibilitas : unde sicut ibi respondendum est, sic nunc *B.* 2°. imprimis .V. .1/. Quia, quamvis id physice possibile concedatur, moraliter tamen possibile non est ob suavem simul ac fortem Dei circa Ecclesiam providentiam. Deinde .V. *M.* Non enim exspectari a Papa, humanis mediis penitus destituto aut abutente, infallibilem definitionem, præsumi tamen posse ac debere prudentiæ necessariæ usum, si definitio universam Ecclesiam obligans emanarit, num. 190. est declaratum.

Ad *Conf. B.* Γ. Argumentum eamdem difficultatem patitur et solutionem exigit in Episcopis definitionem Synodi œcumenicœ suscipientibus: finie Λ. 2°. *D.* .1/. Episcopi post definitionem Pontificis possunt fidei controversias tractare auctoritate judiciali omnimoda ac libera, examinare examine curioso et adhuc fluctuante, judicare judicio mere juridico ulrinque indifferenti,N. Possunt tractare auctoritate judiciali obnoxia et obedientiæ memori, examine studioso et jam addicto, judicio accessorio et consentiente, C. Episcopi sunt quidem nati et ex sua institutione judices dogmatum, non tamen supremi et eximii sed subordinati ac penduli a Pontifice.

Antecedente aut comitante etiam Pontificium judicium tempore, iidem rem examinare curiosi, causam discutere incerti, in veritatem inquirere animo suspensi, quin et capta notitia instructi sententiam aliquam ferre possunt, salva tamen auctoritate Pontificis superiori, et 'animi promptiludine illam audiendi : post definitionem autem Pontificis non snperesl illis examen aliud, nisi cognitionis, instructionis et confirmationis, qua Episcopi rationem dogmatis reddere, adversarios refellere, suos erudire queant; nec judicium aliud, nisi simplicis adhaesionis, conformationis, aut adoptionis, qua cum capite consentiant, eique hac ratione omnes conjuncti judicium universalis Ecclesiæ efiorment.

Atque in hac judicii posterioris x ia, servatur etiamnum integra judicialis Episcoporvm potestas ; tum quia eorum consensio non est actus mera obedientra, ut in caderis fidelibus, sed auctoritatis ac judicii; cum definitioni Pontificiæ adhærcntes sententiam forment, qua se Pontifici, in bis quæ decidit, jungunt et accedunt : tum quia obedientiæ, quæ judicio huic admiscetur, exercitium facultati judiciali non plus detrahit, quam quod, si quid decerpit, subordinate et obediendi promptiludo in iisdem ante Pontificem quidquam decernentibus detraxerat : tum denique quia, quod de re jam certa ac indubia examen scilicet informationis et judicium conformationis fieri possit, Patres in Conciliis frequenter ostenderunt; ubi praecedentes Synodos œcumenicas relectas et discussas adoptarunt ct confirmarunt.

Inst. 2. Nec in quæstione de celebrando Paschate Episcopi Asiatici Victorem, nec in controversia de rebaptizandis hæreticis Cappadoces et AfriSTEphanvm , nec in causa trium Capitulorum Orientales et Occidentales Vigilum ejusque successores censuerunl infallibiles, sed eorum decretis repugnarunt : Ergo Seculo 2. 3. et 6. infallibilitas Pontificia erat Ecclesiæ adhuc ignorata.

B. 1°. *D. Cons.* Infallibilitas in his seculis non agnoscebatur a quibusdam errantibus et peccantibus, C. ab Ecclesia aut orthodoxis et morem Ecclesiæ gerentibus, 5. Erroris ab omnibus illis commissi argumentum est, quod deinceps Ecclesiam a Pontificis partibus stetisse, et adhuc stare sit certum : peccasse autem eosdem contra obedientiam manifestum est, tum ex auctoritate Pontificem legitima imperandi, tum ex subsequa Ecclesiæ obedientia. 11 igitur mirum non est peccantes ct errantes in alium quoque errorem prolabi, sic iniquum est ab illorum exemplo aut facto argumentum veritatis desumere: præsertim cum eadem ratione lacessi posset infallibilitas Ecclesiæ. cujus universali consuetudine, et non tantum decreto Pontificio, liæc exempla repugnarim.

R. 2°. *D. aliter.* Ergo non agnoscebatur infallibilitas Pontificis in decretis iBConomicis et circa res disciplina*, T. in definitionibus dogmaticis et circa materiam fidei aut morum, N. Decreta œconomicàad potestatem legislation! spectant; et res disciplina· pendent a variis circumstantiis loci, temporis, usus et aliorum : unde sicut variare et immutari, sic fallere aut deficere xissuiil. Quæstioncs porro objectas de rebus incræ discipline· fuisse, nemo acile negaverit.

Et dei* quidem quæstionc, ipsa festi celebratio ac Calendarii sola notio satis demonstrat.

2' complectebatur quidem pariem geminam, alteram quaestionem *speculativam:* an Baptismus haereticorum sil validus? alteram *pracLicam:* an baplizatiab hæreticis sint rebaptizandi? omissa tamen priori, quæ erat fidei, controversia maxime vertebatur circa posteriorem, quæ tractabatur tanquam res meræ disciplina), tum ab Afris, utpote qui suis in Conciliis ac litteris protestabantur, cuilibet Ecclesiæ liberum hac in re relinqui usum ac sensum, quod dcfidei quæstionc dici nullatenus potest; tum a Stephano, qui tantum præcepil nihil inpovandum in praxi, sed retinendum morem traditum; aliam autem quaestionem, teste Aug. 1. c. nec *diligenter pertractabat,* nec definiebat.

3' similiter involvebat controversiam duplicem : priorem *fidei :* an dogmata Theodori, Thcodorcti ac Ibæ sana sint vel erronea? el in hac Pontifex nec ab Orientalibus nec ab Occidentalibus differebat; posteriorem hanc : an auctores suorum dogmatum, mortui in pace Ecclesiæ aut recepti a Concilio, sint damnandi ac dogmata sub eorum nomine proscribenda? De œconomia Meet *Aere disciplina;* quæri,manifestum est : et in hoc Vigilius primo repugnabat Orientalibus ; deinde vero ad schisma Orientis avertendum iisdem indulgens approbavit Synodum quintam : Occidentalibus autem tum ipse tum ejus successores constanter restiterunt ; donec tandem , mitiores adhortatione ac studio, ferociores vel pœnis vel tempore ac patientia in suas partes flecterent; de quibus vide Acta Cone. Constantinopolitani. II.

/«it. 3. Irenæus cum aliis Episcopis Victorem, excommunicare Asiaticos ausum, *litteris acerbius perstrinxisse,* apud Euseb. L. o. Hist. c. 24. scribitur: Ctpr. c IFirmilianvs suis in litteris Stephanum multiplicis defectus, ejus autem sententiam erroris aperte arguunt : Aug. L. 2. de bapt. contra Donat, c. J. dicit Cyprianum *facillime fuisse correcturum suam sententiam et sine dubii) cessurum, si veritas per plenarium Concilium eliquata et declarata fuistel :* addilque in hac quæstionc, *nec se ausurum aliquid asserere, nisi universa'Ecclesiæ concordissima auctoritate firmaretur;* ergo sancti etiam Patres intallibitatem negabant Pontifici, asserebant Conciliis.

Quoad 1. *It.* Quod Victor pacem et communionem cum Asiaticis ruperit, quam illius antecessores Anicetus et Eleutherius adhuc servaranl, illud est tpiôd Irenæus exagitat : adeoque non defectum in dogmate, sed excessum severitatis in disciplina carpit. An vero id recte an perperam? statuere forsan licebit cx judicio Ecclesiæ, quæ non tantum eamdem ubique observantiam induxit, sed et observatores cum Judæis convenientes in Cone. Nicœno anathemate percussit.

Quoad 2. *II.* Non solum Pontificiæ auctoritati officium praestitit, sed Cypriam et Firmiliani honoribus etiam consuluit Haymundus Missorius, dum

nuper horum epistolas in Stephanum injuriosas suppositionis convincere conatus est, ac saltem corruptas probavit. Certe Cypr ianus, dum absque simultate et pacato animo scribebat, in suis ad Antonianum et Cornelium Epist., Pontificem Romanum unitatis et communionis catholica* centrum, hujusque contemptum aut neglectum originem schismatum el hmresum pronuntiavit : ita autem loquenti, ni fallor, fidei plus tribuendum est, quam ubi iratus, et humani quidpiam passus, alia protulit, *passionis falce purganda,* ut Alt,. L. 1. de Bapt. contra Donat, c. 18. scribit.

Quoad 3. R. Aug. in *primo textu* affirmat œcumenicæ synodo a Cypr. fuisse deferendum, non autem negat idem obsequium solemn) Pontificis definitioni ab eodem prostandum: in *secundo* iterum affirmat prius,et nullatenus excludit posterius; quia in neutro fit comparatio inter Pontificem ac Concilium, nec Cypriani retate, Pontifex aut Concilium Generale definitionem hujus materiae dogmaticam ediderat; altero tandem seculo Synodum Generalem decidentem primum audiente. Cætenim si comparativum etiam sensum Augustini evinceres, in discipünæ tantum rebus Pontificem probares fallibilem, in quibus corrigi quoque Concilia Generalia a posterioribus posse, idem S. Doctor L. 2. de Bapt. c. 3. declarat. Vid. num. 153.

193. *Objic. II.* Patres, Concilia, imo ipsi Pontifices contestantur, Papam non esse infallibilem sine accessione consensus Ecclesiro. *Prob.* 1°. Tertuu. ab universis Ecclesiis fidem exquirendam et obtineri posse declarat, ita L. de Pra-script. c. 21. scribens : *Quid autem prædicaverint Apostoli, et hic proscribimus non aliter probari debere, nisi per easdem Ecclesias Apostolicas: constat proinde, omnem doctrinam, quæ cum illis Ecclesiis Aposlolicis matricibus et originalibus in fide conspiret, veritati deputandam.* 2°. Acc. judicium Pontificis et retractari et errare posse docuit; 1um quidem epist. 162. scribens : *Eccc putemus illos Episcopos, qui Roma judicarunt non bonos judicis fuisse : restabat adhuc plenarium Ecclesiæ universæ Concilium, ubi etiam cum ipsis judicibus causa posset agitari* etc. 2um autem L. 2. contra 2. epist. Pelag. c. 3. dicens : *Sed si, quod absit, ita tum fuisset de Cœlestio et Pelagio in Rom. Ecclesia judicatum, ut illa eorum dogmata, quæ in ipsis et cum ipsis Innocentius damnaret, approbanda el tenenda pronuntiarentur; ex hoc potius esset præcaricationis nota inurenda.* 3°. S. Colvmbaxts acerbis litteris Bonifaciurn IV. reprehendit ob defensam trium Capitulorum damnationem. P. Julianus et Patres Cone. Toletani XV. dogmaticum in quasdam priores propositiones Judicium Benedicti Π. tanquam *incuriosa lectione* decepti respuerant, quin ipse Benedictus postea probavit, quod ante reprobarat.

R. *ad Arg. N. Assert. Ad prob.* Quoad 1. *R. D.* TertuiX. ait, quid prædicarinl Apostoli, non aliter probari debere nisi per Ecclesias Apostolicas, excludendo a probatione synagogas haereticas earumque Traditiones, uti cx libri scopo patet, C. ad fidei notitiam exigendo omnium Ecclesiarum consultationes, X. Quin, si hoc necessarium jam foret, sola Romana Ecclesia consuli posset; cum nulla jam amplius, præter illam, fundata per Apostolum. Ecclesia particularis sit superstes.

Quoad 2. *R.* 1. Utrobique Acc.. loquitur duntaxat e\ hvpothesi, et quidem ut satis indicat, impossibili, unde illatio absoluta nequaquam deduci potest. R. 2. Neutro in loco de materia fidei agitur : sed prior quidem a<l causam

ÙTciliani,posterior nd judicium personale Pelagii et Cœleslii refertur; in qua oliam prœvaricationis notam non dicit Pontifici, sed *Romanis Clericis,* ut addit, inurendam.

Quoad3. Λ. Rectius praesumptis S. Columbam litteris negatur fides, quam ut, his admissis, ille dicatur cum solis Islriæ et Veneliarum Præsulibus, non snlum Pontifici, sed universæ Ecclesiœ repugnasse. Si quis tamen epistolam esse genuinam contendat, virum sanctum quidem nobis contrarium, sed ct schismaticum faciet, el erroris postea revocandi reum eumdem : non vero testem fido dignum et audiendum probabit.

Quoad 4. *R.* Benedictum II. minus cautum ac deceptum reprobasse S. Juliani et Patrum Toletanorum epistolam, minus reque minusque vere scripsit Rodericus Archiep. Toletanus: cum Pontifex hic, ad tollendam ambiguitatem, recte ct duntaxat postulant explicari has propositiones: « In divinis voluntas procedit ex voluntate; et Christus constat ex tribus substantiis. » Catholicam hanun expositionem a Juliano et Cone. Tolclan. XV. obedienter missam Sergius I. acceptavit; non autem exinde reprobatum approbavit Benedictus, biennio jam ante defunctus.

/iwt. 1. Concilia forent inutilia, si Papa foret infallibilis; cum per hrec infallibilitatem infallibilitati Pontificiae addere impossibile esset aut frustraneuin. 2. Ad decidendas fidei controversias necessaria esse Concilia, enuntiant apud Toumeliüm tum Eusebius narrans, *majoris momenti controversias aliter quam per synodos componi non posse;* tura Innocentius I. scribens, jyiWo/i *cognitione opiis esse, haneque solam procellarum motus sopire posse;* apertius autem statuit Cone. Gen. V. ad Conciliorum morem provocans et ita loquens : Arc *enim potest in communibus de fide disceptationibus aliter \eritas manifestari:* 3. Licet Coelestinus Nestorii, Leo Eutychetis, Martinis cIAgatho Monothelitarum hæreses damnarint; Ephesinum tamen, Chalcedonensc et Constantinopolitanum 111. Concilia easdem causas tractarunt, ipsas Pontificum definitiones examinarunt, nec nisi post examen susceperunt. I. Cone. Gen. VI. Honorium I. Pontificem cum aliis haereticis, repetitis vicibus, tanquam haereticum damnavit ; quam damnationem Concilia Generalia VII. et VIII. confirmarunt.

Quoad L Λ. .V. *seq.* Ad. *liât. D.* Infallibilitati vel plane non vel frustra additur infallibilitas, quæ faciat intensionem certitudinis, C. quæ extensionem certitudinis faciat, N. Tametsi definitis a Pontifice Concilium alleram ct distinctam Ecelesiæ indefectibilitatem addere haud valeret, priorem tamen certitudinem firmaret extrinsecus, et latius propagaret. Accedente enim ad Mificiam sententiam Concilio, hrercticorum audacia reprimitur fortius, et pertinacia frangitur facilius ; Catholicorum instructio perficitur commodius, et unitas doctrinæ percipitur evidentius; decretorum observantia impetratur suavius, et exeeutio urgetur efficacius.

Quoad 2. *R.* Sicut pro absoluta Conciliorum necessitate ratio solida omnis deficit, sic allata hic auctoritas nihil proficit. Eusebius enim non de necessaria rerum conditione loquitur, sed de retatis sure consuetudine: quæ ipsa tamen adeo necessitatem non probat, ut potius nimia Conciliorum frequentia Ecclesiam violentius turbatam historia Arianorum ostendat. Innocent» dictum ad causam S. Joann. Chrysostomi pertinet; cui non tam ratione sui, pam ratione adjunctorum Concilium potuit esse proficuum, ut num. 178.

sub finem diximus. Conc. Gen. V. tandem hæc dicere poterat, tum quia haereticorum obstinatio el artes Vigilii una et Concilii Chalcedonensis auctoritatem fecerunt dubiam : tum quia Orientis et Occidentis pactum processerat de celebrando Concilio. Cælerum non tam fidei quam facti questionem fuisse in causa Trium Capitulorum ex Hist. Conc. constat: ipsis autem Concilii verbis, minime absolutam necessitatem, sed difficultatem duntaxat fuisse indicatam, phrasis usitata declarat.

Quoad 3. *R.* Concedo imprimis, easdem a *memoratis Conciliis* tractatas esse causas. Rei hujus justa, nec Pontificiae auctoritati noxia, ratio fuerat, quod haeretici Pontificis sententiæ non acquiescerent, patronos make cause plures ac potentes nacti ; contra quorum pertinaciam et proterviam Concilia esse utilia nuper statuimus : cum omnibus, quam uni, resistere sit insolentius, cedere autem minus verecundum. Deinde *Nego* quod nonnisi post examen Paties in Conciliis Pontificias definitiones admiserint : Acta siquidem Conciliaria ostendunt post litteras Pontificis simpliciter lectas ab Ephesinis actione P, a Chalcedonensibus act. 2a, a Constantinopolitanis act. P, ubique pro data primæ lectionis occasione, fuisse acclamatum : quod autem in duobus postremis lectio sit repetita, et facta discussio, in Chafcedonensi pro informatione haesitantium circa vim vocis Palaestinorum et lllyricianonim, in Constantinopolilano pro convictione refragantimn tribuebatur. Denique examine quocumque admisso, et acceptatione Patrum quandocumque secuta, assero nihil hinc profici contra Pontificum inerrantiam. Certum enim est 1°. Pontificum horum definitiones, jam ante Concilia, ab Occidente universo et maxima parte Orientis fuisse acceptatas : unde si quid auctoritatis detrahant ejusmodi examina, non Pontifici soli, sed Ecclesiæ etiam maximam partem cum Pontifice conjuncte detrahunt, contra Catholicorum omnium sententiam. Certum etiam est 2°. materias in prioribus Conc. Generalibus jam decisas, a Patribus tamen sequentium Conciliorum fuisse examinatas, et ad Scripturœ ac Traditionis regulam discussas, quin existimet quispiam inde auctoritatem Conciliorum esse imminutam. Cur ergo simili examini non potuerint subjici definitiones Pontificiae, salva harum infallibililate.

Quoad 4. Λ. Communior opinio concedit a Concilio damnatum Honorum, non tamen ut haereticum dogmate ac sensu, sed tantum ut hæreticum favore et oeconomia : Rccentior autem concedit quidem illum ut verum haereticum esse damnatum a Patribus, non tamen a Concilio; quia hæc Patrum sententia nec a Leone nec ab alio Pontifice posteriore fuerit approbata vel confirmata. Hinc vero Leonis imprimis epislolæ, quæ ad Regem et Episcopos Hispaniæ circumferuntur scripte, rejiciuntur ut supposititiæ : suppositionis autem indicia, præter alia oliin a Baronio indicata, afferuntur tum numerus ordinis sextus Concilio huic illis in litteris adsculptus eo tempore, quo Hispani adhuc Concilium V. admittere renuebant: tum argumentum earum litterarum in Synodo Toletana XIV. relatum, quod solam fidei definitionem, nihil de Honorii damnatione, continet. In aliis etiam ad imp. Constantinum litteris fraudem el insitionem verborum factam prodere dicitur tum contextus ipse Honorii mentionem circumstans, tum laus Graecis hujus Concilii patribus plane immerito data.

Additur aperta Anastasii Bibliothecarii negatio ct perpetuum Pontificum

posteriorum silentium de approbatione hujusmodi. Neque contra hoc permittitur proferri *Liber Diurnus,* ulpole qui, praeterquam quod alibi multa adulterina adjecta contineat, in receniiore et Latina fidei professione. Pontificis electi non meminit Honorii; quamvis meminerit in antiquiore, sed quæ a Græcoet pro Græco Patriarcha, non pro Romano Pontifice, conscripta appareat. De *Conciliis* VII. et VHI. eadem est responsio; Honorii scilicet damnationem a Graecis Patribus , Graecos priores sequentibus, non item ab ipsis Conciliis, esse repetitam : atque in his, cum ncquidem canones recens constituti omnes probentur, multo minus a Pontifice approbata credi posse, quœsine disquisitione exscripta tantum videntur.

Inst.i. Leo 1. multipliciter ostendit, a Synodo exspectandam Pontificiæ definitioni infallibililatem. Imprimis post damnatam jam a Flaviano et a se hæresin Eutychelis, Theodosio postulante, consensit in Concilii celebrationem in ep. ad Concilium scribens: *Quia pie et religiose Imperator haberi coluit Concilium, ut pleniorijudicio possit aboleri error, et Fratres communi udnscum sententia, quæ Deo placita sunt, constituant :* dein hac Synodo in latrocinium versa, ipse ab Imperatore rogat indici in Italia Synodum, *quæ omnes offensiones ita aut repellat aut mitiget, ne aliquid ultra sit vel in fide dubium, cel in charitate divisum :* demum post Conc. Chalcedonense in epist. 63. ad Theodoret. gloriatur illud, *quod ipse definierat, universa fraternitatis irretractabili fuisse firmatum assensu;* declarat etiam , *prius fuisse imentus, qui ambigerent* de Pontificiis judiciis; ct *ad veritatem illustrandam* prodesse, dum *quæ fides prius docuerat, hæc postea examinatio confirmaret;* hinc observat effectum, ut *ubi summorum servabatur auctoritas, innullo inferiorum pateretur imminuta libertas.*

*R.*Poterat Leo hæc omnia tum dicere tum facere absque auctoritatis suae detrimento. Imprimis quidem Eutychete amicis praevalente et turbas machinante, poterat pro remedio et tutela acceptare Concilium, illudque dicere *judicium plenius,* quam fuerit Flaviani Constanlinopolitanum el suum Romanum, non aeque numerosa. Dein cum partes Eutychelis jam essent auctæ, et Dioscorus Conciliari auctoritate abusus; poterat Leo postulare Concilium in Italia, a vi scilicet aulicorum remotum, ut aequalibus armis fidei causam defenderet, et conspirantibus jam omnium votis, nec imprudens 'i *fide dubium* relinqueretur. Demum in epist. ad Theodoret. recte dicit Concilii assensum *irretractabile judicium;* quia illo omnis retractandi ratio d via etiam haereticis esset adempta; licet jam ex sola Pontificis definitione ea procideretur fidelibus, ut Patres in relatione ad Marcianum testantur, de Leonis epistola loquentes : *Credentibus sufficit ad utilitatem fidei indiscum perspectio, ad confessionem pii dogmatis devotos pertrahens animos.* Item recte declarat *fuisse qui ambigerent,* ignaros scilicet sermonis ac sensus alios, alios haereticos; eosdem etiam altera jam lectione ct examine partim edoctos, partim convictos ; ac ulrumque ad *illustrandam veritatem* valuisse, ut illud nimirum S. Thomæ dubium plus profuit ad fidem Resurrectionis. Tandem recte observat, *non esse imminutam libertatem,* qualem etiam retinent Episcopi. ut judices subscribendo œcumenicœ Synodo, et fideles ut subditi amplectendo decreta ; quia in utroque libertas remanet, ut fides possit esse meritoria. ‘ , ,4;

Inst. 3. Elgemus IV. in Bulla 3a. adv. Basileenses fatetur in bis, *quæ ad*

fidem respiciunt et statum universalis Ecclesia, potius attendendam esse Concilii, (piam Papa? sententiam. Greg. XI. autem in suo Testamento revocat,n *in Consistorio, Concilio vel sermonibus aliqua dixerit erronea contra catholicam fidem* , quod ipsum Clemens VI. in diplomate A. 1351. in testamenti morem edito scripsit. Paulüs IV. demum in Consessu A. 1557. celebrato edixit : Aon *dubito, quin ego et Prædecessores mei errare aliquando potuerimus.*

R. Verbis, quæ reperire non licuit, objectis Eugenios salis contrarium se præbuit tum facto, quo potestatem in coetum Basileensem exercuit, tum el Bullis, queis illius decreta contrivit. Si quæ tamen ejusmodi pronuntiavit, de dubio aut privatim loquente Pontifice accipienda forent. NecGnEc.net Clemens revocant, quæ ut Doctores publici et loquentes ex cathedra dixerant, sed forsan quæ ut privatis Doctoribus exciderunt : ideo enim citatis locis dicunt, prior quidem : Si *qua? dixi erronea contra catholicam fidem ex lapsu linguæ aut alias ex aliqua perturbatione ;* posterior autem : Si *quæ ex lapsu linguæ præcipitanter fursan protulimus.* Similiter si Pauli IV. dictum, quod unice Midi. Castelnavi Malvisserii testimonio nititur, supponatur verum, Pontificem de causarum matrimonialium judiciis ac dispensationibusloquen· tem exhibet, et hinc vehit judicem ac particularem Doctorem, nobis haud dissentientibus, declarat fallibilem.

Inst. 4. Adrianvs II. in epist. ad Syn. Y1II. fatetur Honorium ex consensu etiam Sedis Romanæ damnatum ob hæresin, his verbis : *Licet Honorio at Orientalibus post mortem anathema dictum sit, sciendum tamen est quia fuerat super hœrcsi accusatus, propter quam solam licitum est minoribus resistere majorum suorum motibus, vel pravos sensus libere respuere: quamvisd ibi nec Patriarcharum nec cœteroruin Antistitum cuipiam de eo quamlibet (as fuerit proferre sententiam, nisi ejusdem primæ Sedis Pontificis consensus prœcessisset auctoritas.* Adrianus autem VI. diserte asserit et probandum sumit, *plures Romanos Puntifices fuisse hæreticos.*

R. Adrianus II. soluturus comparationem, quam Photius ab Honorii damnatione pro suo contra Nicolaum sacrilego ausu objecerat, in allato epistolæ fragmento triplex discrimen, quo adversam omnem juris ac licenliæ speciem dissipat, proponit. Cum enim Puotics excommunicasset Nicolaum viventem, Patres Orientales damnarunt Honorium mortuum : cum ille defectus tantum disciplina· objiceret Pontifici, hi hæresis accusarunt Papam : cum prior repugnante Sede Apostolica ac sine auctoritate jurisdictionem usurparet, posteriores consentiente ct auctoritatem judicandi tribuente Romana Ecclesia dicebant sententiam. Neque tamen Honorii causæ nocet, sed prodest potius, tot capitibus exaggerata differentia. *

Quod enim sententia dicta sil in mortuum, facit ut nomen tantum et fama sit læsa non autem persona nec jurisdictio, quæ in vivente duntaxat subjectatur : quod hæresis sit objecta, ostendit quæstionem factam in Honorium ut privatum doctorem, non ut Pontificem : cum in hunc crimen hæreseos cadere non posse, ex acceptis ab Agathone litteris Orientales certo ac recentissime scire debuerant : quod denique addatur quidpiam de præcedente lontifiiis consensu, non evincitur inde Honorium consentiente Papa, ac ideo auctoritate Concilii, fuisse damnatum, ut hinc necessositad corruptionem viis iccurrere, et lectionem *prrecessisset* in *præcederet* com-

mutare. Ex hoc ipso enim, quod legatur Pontificis consensus praecessisse, sequitur hunc consensum referri ad damnationem Honorii non posse, cum ex historia manifeste constet, Pontifices omnes concilium sextum praecedentes pro lionurii innocentia unanimiter stetisse.

Unde tandem postremam periodum *D.* Orientalibus non licuisset qualemcumque sententiam dicere, nisi præcessissct Pontificis consensus in damnationem Honorii, N. nisi praecessisset consensus in judicium de Honorio habendum, ct tum ferendam sententiam, *subd.* sententiam provisoriam tantum aut aliam quamcumque non ultimatum, C. definitivam et ultimatum, N. Cum Honorius post mortem jam a Pyrrho insimulatus erroris fuerit, et hinc timendum erat ne Orientales hanc accusationem repeterent, poterat Agatho (indicantibus facium Adriani litteris) dedisse Legatis mandatum, ne pertinacius ingentibus Græcis obsisterent, sed causam agi sententiamque pro Conciliorum more dici sinerent, servata sibi sua auctoritate, hanc sententiam suæ decisioni subordinatam aut confirmandi, aut rescindendi, aut omittendo eam auctoritate conciliari frustrandi ; quod postremum etiam evenisse ex nuper dictis vero est simillimum.

Quod *ADRIANI VI.* assertum attinet, de eo, tanquam a Lovaniensis Ductoris dicto, jam. num. 180. est responsum, quem vide.

194. *Obj. III.* Pontifices ipso facto ostenderunt se esse fallibiles, partim agendo contra Iidem, partim consentiendo haereticis, partim docendo errores et hæreses, partim sibi ipsis mutuo contradicendo. *Prob.* 1°. S. Petrus Joan. 18. v. 2o. 1er Christum negavit ; et ad Galat. 2. Cephas sive Petrus, quod variata simulatione gentes cogeret Judaizare, a Paulo fuit reprehensus. *i.* Jlabcellinus narrante Lib. Pontificali thus adolevit Diis in templo Isidis ac Veste; ob quod delictum celebratum etiam est Cone. Sinuessanum. 3*. Bonifacius IX. justa Bernardin. Corium in hist. Mediol. concessit indulgentiam extraordinariam etiam non pcenitentibus. 4°. Innocentius VIII. a Raphal. Volaterrano L. 7. Geogr. dicitur permisisse Norwcgis consecrationem calicis sine vino : Alexandrum VI. voluisse idem permittere aliis refert forth. Fumus in Summa. Ergo.

R. ad Arg. N. Asseri. Ad *prob. R.* 1°. *D. Cons.* Pontifices egerunt contra iidem imprudentia conversationis, ut priores, aut dispensationis, ut posteriore?. T. Praedicatione falsi aut definitione erroris, N. Per actiones hujusmodi, quantumvis fidei etiam contrarias, nemo dixerit illos Pontifices c cathedra locutos, aut Ecclesiæ universæ tanquam credendum proposuisse aliquid. Λ. 2°. in plerisque aut falsa aut impertinentia afferuntur. 1'ndesincillatim :

Quoad 1. Λ. Quantum ad negationem Christi, Concedo *PETRUM* eapeccasse, sed Christo adhuc vivente, ideoque necdum ut Christi vicarium ac summum Pontificem. Quantum ad simulationem legalis observantiae ac meritam hinc reprehensionem, Nego hunc Cepham, de quo in epist. ad Galatas narratio est. fuisse eumdem cum Petro Apostolo. Quamvis enim pro identitate ulriusque stent Patrum plurimi, non desunt tamen ex iisdem alii, nempe Clemens Alex. L. 4. Hypolh., Irenaeus L. 3. adversus hær. c. 12, Methodius in Frag. cont. Porphyrioni, Eusebius L. 2. hist. c. 13, Dorothcus Tyrius in Synopsi, Auctor Chronici Alex, et OEcumeniusin comment, epist.

ad Galatas, qui distinctionem inter Cepham reprehensum el Petrum Apost.\d asserant, vel ut probabilem enuntient. Præterea hæc objurgationis Petrin® historia nec vero similis est ratione personarum; cum Cephæ tribuantur predicate ejusmodi, quæ Petro haud congruunt ; Paulus ea agat cum Cepha, quæcum Petro non ageret; narrentur de Cepha et Petro, quæ discrimen inter utrumque prodant : nec vero similis est ratione circumstantiarum; cum causa simulandi in Peti i characterem non cadat; tempus simulations nec ante nec post Cone. Hierosolymitanum figi possit ; locus denique seu commoratio Anliochiæ, cum Chronologie Petri et discessu Pauli ab Hierosolymis conciliari nequeat.

Quoad 2. Λ. Marcellini lapsum et Synodum Sinuessanam esse commentitiam. 1«“ quidem tum ob improbabilitatem ipsius facti ex adjunctis sive Sacrificii sive instigantis apparentem, tum ob silentium auctorum coævorumct apertam S. Augustini L. de Bapt. un. c. 16. oppositionem contra Pctiliauum primum hujus facti narratorem : 2,ltn tum ob fictionem ex Concilii loco, Patrum numero ac testium mysterio emicantem, tum ob acta Chronologi® ac moribus illius ætatis contraria : a quibus tamen deceptum tum Nicolaum in epist. ad Michaelem. Imp. tum Librum Pontificalem et Breviarium Romanum fatemur ; cum fabulæ hujus antiquitatem non negemus, utpotc a Donalistis confictæ aut usurpatæ.

Ouoad 3. *R.* Concessioni a Bonifacio IX. factæ ncc satis est testis unicus, nec testis hujus auctoritas. Veritate tamen dissimulata, indulgentia hic data duntaxat fuit pœnæ canonicae et ab Ecclesia exigendæ ideoque extraordinaria; cum alias dari solita remissio sit pœnæ naturaliter debitæ etiam a Deo infligenda,·, el quidem præsupposita culpæ venia; unde nonnisi confessis aut contritis indulgelur.

Quoad 4. *R.* Volaterrani de Innocentio VIII. narratio caret auctoritate; tum ob rationem adjectam falsam, quod scilicet vinum in Nonvegia ob frigus immensum acescat , tum ob omnium Theologorum contradictionem. Fumi relatio ex incertis tantum rumoribus prodiit, inde exorta, quod Alexander VI. postulantibus quibusdam hujus facultatis copiam, quid fieri possit, jusserit examinari.

Inst. 1. Zephyrinvs, teste Tertull. L. cont. Prax. c. 1 probavit prophetias Montenistarum, et his communionem Ecclesiæ restituit. 2°. Liberius juxta Hilarium, Hieronymum ct alios subscripsit formulæ Sirmicnsi, et damnato Athanasio communicavit Arianis. 3°. Zosimus ex Aug. L. 2. ad Bonif. et Facundo Hermian. L. 7. libeHum ac fidem Pelagii et Ccelcstii tanquam catholicam laudavit, et Afros illis contrarios reprehendit. 4°. Honorius docentibus Cone. VI. actis, sensum ac mentem Monothclitarum in suis ad Sergium litteris penitus est secutus. Ergo.

R- 1. *D. Cons.* Pontifices consenserunt hæreticis sua dogmata dissimulantibus aut emendationem fingentibus; et sic errore duntaxat facti, T. hæreticis sua sensa prodentibus aut errores defendentibus, ct sic errore juris, N. Patebit distinctio el ratio permissi duntaxat membri ex dicendis ad singula.

Itaque *R.* 2. et quidem quoad I. .V. Nec enim credendum esi Tertulliano post lapsum in hæresin de favore Pontificis in suam Montanistarum sectam mentienti : nec Zepbyrixcs omisit tum decreto dc recipiendis poenitenlibus ap. Tertull. ipsum L. de Pudicit. c. I. laudato, tum facto

confess® Natalio venito ap. Euseb. L. 5. c. 21. relato, declarare dogma principale Montanisttë contrarium. Quominus tamen Zepliyrinus hæsitarct primum de Montanistarum prophetiis, ac paratum se ad cos pcenitentes recipiendos præbuerit, aut forsan illorum fraude in aliquem facti errorem perductus fuerit; repugnantius negare nec aminus est, ncc ad defendendam Pontificum inerrantiam necessarium.

Quoad 2. /L Admodum probabile est Liberium in nullo ex dictis capite esse lapsum. Etenim cum hoc lapsu ncc causa reditus in urbem, nec comparatio Romanorum redeuntem excipientium, nec Catholicorum cum restituto communio, nec Arianorum post impetratam restitutionem agendi ratio verosimiliter conciliari potest : testimonia autern Patrum opposita aut suppositionis aut corruptionis olirn a Corgneo et nuper ab Hagiographis Antuerpiensibus fuerunt convicta. Si tamen, permissa scriptorum hujusmodi integritate, Liberius dicatur subscripsisse formulæ Sirmiensi primæ, neutiquam in fide, sed fortitudine duntaxat et oeconomia, defecisseLiberium, convinci potest, ut in Tr. de Deo Trino est ostendendum.

Quoad 3. *R.* Zosimum a Pelagio et Coelcstio mendaciis et simulatione deceptum fuisse fatemur : negamus autem approbasse unquam eorum errores, ipso Augustino et Facundo loc. cit. itemque Mario Mercatore in commonit. suffragantibus. Ex quibus etiam constat, laudem libello ac fidei professioni datam, non ad illa secundum se et doctrinam, sed ad ea secundum simulatam mentis præparationem pertinuisse; quod inTr. de Gratia c. 2. declarabitur.

Quoad L 71. Diximus num. superiore, Honorium, non a Concilio, sed tantum a Patribus fuisse damnatum : addimus nunc immerito id factum; quia Pontifex ncc in asserenda unica Christi voluntate, nec in supprimendo unius aut duplicis operationis vocabulo, Monolhelitarum mentem aut sensum est secutus. P® enim asserendo, negavit tantum in humanitate Christi voluntatem duplicem, et voluntatem carnis seu contrariam; non autem in persona Christi geminam, ct voluntatem mentis seu humanam, distinctam quidem a divina, sed huic tamen conformem; ut ex epistola ejus prima qualicumque superstite, ac defensione illius multiplici, plerisque manifestum videtur. 20m Honorius nunquam scripsit, sed falsarii assuerunt : unde ex epistolis, sub Honorii nomine vulgatis, secundam penitus adulterinam, primam adulteratam credimus : cum illa tota, hæc ex parte dc silentio operationis tractet.

Quod autem Honoriu$ genuinis suis in litteris de suppressione vocabuli operationis nil scripserit, negative probat silentium usque ad synodum sextam perdurans tum Monolhelitarum Honorii accusatorum, tum Catholicorum ejus defensorum , tum judicum ipsius in Cone. Lateranensi examinantium ; penes quos nullibi mentio hujus criminationis facta conspicitur : positive autem demonstrant testimonia Joannis Abbatis Romani, Stephani a Sophronio legati, Maximi martyris, ct trium Pontificum, Joannis VI. Martini I. et Agalhonis, Honorio sive gcncralim sive in hac causa spcciatim fîventia;quæ,conjuncta cum externis suppositionis indiciis ac vitiis ipsarum epistolarum internis, Honorium facile ab objecto cum hæreticis consensu liberant, ut alibi forsan uberius exponetur.

Insl. 2. Bomfacius V. in epist. ad Angliæ Regem docet, Christum a solo

peccato originali nos morte sua redemisse. 2°. Stephanus 1. edito contra rebaptizantes decreto approbat baptisma haereticorum omnium, ct hinc etiam sine legitima forma baptizantium : Nicolaus I. in rcsp. ad Bulgarus c. 104. ratum habet baptisma in nomine Christi collatum : Stepiuxvs II. demum baptismum in vino datum probat. 3°. Joannes XXII. teslantilws pluribus sensit, asseruit et definivit, visionem Dei intuitivam el facialem mortuis etiam justis differri usque ad resurrectionem universalem. 4·. Gregorius 111. litteris ad Bonifacium Mogunlinum datis statuit, a viro admitti uxorem , ex infirmitate impotentem ad reddendum debitum : Coelestlnls 111. definit matrimonium dissolvi posse, conjuge altero in banesin lapso : Alexander HI. Cap. Licet, de sponsa duorum, dum matrimonium ratum alio consummato superveniente non dissolvi docet, aliud placuisse suis praedecessoribus memorat. Ergo.

R. 1. *D.Cons.* Pontifices docuerunt errores aut hæresin ul Doctoresprivati, T. ut magistri universales et loqnentes e cathedra, N. Non omnia Pontificum Rescripta habere necessarias definitiones, manifestum est : accusatos etiam hic Pontifices, exceptis paucis nequidem personali judicio errasse, facile ostenditur.

Hinc R. 2. et quoad 1. .V. .-Iss. Nam Bonifacivs V. exceptionem illam non fecit, nec vox *solo* in epistola legitur. Solam tamen is fecit peccati originalis mentionem; tum quia hoc est principale peccatum, ad quod delendum Christus præcipue mortem oppetiit; unde Joan. 1. v. 29. in græco legitur : Ecce agnus Dei, qui tollit peccatum mundi : tum quia illud solum commune est toti mundo, ac in parvulis reperilur.

Quoad 2. Dico : Stefhani 1. decretum unice volebat nihil innovari, sed observari quod traditum erat; spectabat controversiam, quæ circa ministri fidem, non autem sacramenti formam vertebatur ; ab ipsis Firmiliano el Cypriano accipiebatur de baptismo sub Trinitatis invocalioue collate; ab universa demum Ecclesia acceptabatur : adeoque erroneum esse non poterat; praesertim cum illud *a quacumque hœresi venerit* restringatur a contextuel substrata materia, fueritque eodem sensu ab Eusebio, Hieronymo ct Augustino citra noxam usurpatum. Similiter Nicolai Responsum haud agit de forma baptismi, sed de fide partim subjecti seu recipientis, partim ministri seu dantis baptismum. Capitulum Stepiiam 11. tandem, quod eadem injuria Suucio etiam adseribitur. Harduinus pluribus rationibus probat supposititiuni, et ab imperito consarcinature cæteris Stephani Responsis Carisiacis assutum; Natal. Alexander autem putat mendosum, et ablata interpunctione media, ac conjunctione si sensui posteriori addita, restituit.

Quoad 3. *R.* .V. Ass. Errorem hunc Joannes XXII. neque definivit, cum indium definitionis monumentum produci possit, ct Benedictus successor sua in Bulla referat contrarium : neque asseruit, cum præter ipsam Pontificis protestationem testesque alios, Theologi Parisienses in suo doctrinali Judicio ad Regem et iu litteris ad Pontificem, ex fide dignorum relatione testentur, Joanuem solummodo id recitando, nihil autem determinando aut asserendo seu opinando dixisse, quidquid in hac materia protulit : neque etiam sensit; cum ipse cuilibet sentiendi et pnedicandi libertatem indulseril; disputationes fieri voluerit ad veritatem quaestionis, ab aliis inductæ, eruendam ; idemque non tantum sub mortem dedararit sententiam suam catholicam, sed

jam ante in diplomatibus Canonizationis sanctorum Thomæ Aquinatis, Ludovic! Tolosani et Thoma· IIciTor<Iicnsis, manifeste satis prodiderit.

Quoad L *B.* Rescriptum Greg0tui 111. ad Bonifacîum commode ac cominiiiiiter accipitur de infirmitate matrimonium prægressa ; qua in acceptione nullus definitioni error inest. Coelestini III. erratum, quod fatemur, non est definitio,sed privati sensus opinio; ul Innoc. 111. errorem corrigens indicat verbis, in Cap. *Quanto* de Divort. ita locutus : « Licet quidam Prædecessor nosier alitor sensisse videatur; » Gregorius IX. autem facto, dum jussit hanc Capituli *Laudabilem* de Convers. Infici. partem cx collectione a S. Raymundo adornata abesse. Eadem est responsio ad illos Pontifices, quos Alex. 111. errasse, ut privatam suam opinionem in materia adhuc indccisa promentes declarat.

Inst. 3. Vigilius pugnavit secum ipso jam Judicatum a Mcnna repetens, et quæslionem de tribus Capitulis haberi prohibens, jam cognitioni per Concilium haberi conccssæ per Constitutum intercedens, jam Concilium semestri spatio repudiatum tandem confirmans. 2°. Propositionem de uno in Trinitate crucifixo carne Hormisdas damnat, Joannes II. aütem acceptat. 3°. Circa Formosum, ex una parte Stephaniis VU. et Sergius, cx altera Theodorus II. et Joannes IX. pugnarunt se mutuo damnantes. 4°. Circa Pontificum potestatem in temporalia Bonifacius Vlll. a Clemente V. ; circa paupertatem Nicolaus III. cum ternario tum ante tum successorum a Joanne XXII.; circa editionem Biblionim Sixtus V. a emente VIII.; circa Bullam *Unigenitus* denique Benedictis XIII. qui eam in Cone. Romano dixit regulam fidei, a Benedicto XIV., qui negavit fidei regulam aut saltem negari consensit, arguuntur et emendantur. Ergo.

Quoad 1. Λ. Pugnam, aut potius variationem Vigilii, fuisse prudentis (wonomiæ alternam successionem, tum cx dictis supra , tum ex notatis iti Concilio sexto facile declaratur.

Quoad 2. *B.* Adeo Hormisdas propositionem allatam non damnavit, ut eum nihil determinasse, nec ab eadem fuisse alienum, ipse Maxentius c yylhis Monachis unus, in epist. contra Pontificem scripta, fateatur. Prudenter vero responsum de hac controversia distulisse eumdem, probat tum multorum relatione, tum insolenti Monachorum studio, injecta suspicio de latente inducendi erroris conatu; nec non periculum scindendae unitatis ob vocum minus necessariarum discordiam orilurani. His postmodum cedentibus nitro aut dissipatis, Joannes II. poterat jam tuto aC sine contradictione ulla definire veritatem.

Quoad 3. *B.* Causam Formosi defendit Auxilius libellis editis, et potior Scriptorum pars assensu probat ; atque hinc Theodori et Joannis gesta etiam laudantur.Quod Steihianum ct Sergium attinet; illorum partim imperio partira consilio patrata in Formosi corpus crudelitas, erat violentia qtlideni tyrannidis in facto, non autem error in fide : lentata rcordinatio eorum qui ordines a Formoso acceperant , vel non erat nova consecratio, sed tantum cæreinonialis depositorum restitutio; vel non erat erroris prædicatio, sed actionis aberratio : praesertim cum Pontificum neuter credendum aliquid hic definierit, cl valor Ordinum a depositis collatorum tum temporis inter radiscipline, casque non penitus constitutas, numeraretur.

Qiinad 4. *B.* *Imprimis* circa Pontificum potestatem in temporalia nulla est Inter Bonifacîum Vlll. et Clementem V. discordia quoad definitionem ac rem

Iulei; cum posterior, secundum hanc partem, prioris Bullas *Unam Saniei Bern non novam* confirmavit; unde si quam a Bonifacio secessionem fecit Clemens per moderationes illis adjectas, ea ad privatam Praedecessoris opini<>nein refertur : quanquam is Oratione in publico Consistorio habita an. 1301. protestatus fuerit, nihil a se fuisse cogitatum eorum, quæ sibi objiciebantur, et suppositis suo nomine a Petro Flotta litteris erant vulgata.

Dein circa paupertatem Nicolais III. tria edixerat: 1°. in rebus unico usu consumptibilibus posse separari usum a dominio ; atque in his Ordini S. Francisci donatis dominium osse penes Romanam Ecclesiam; 2°. paupertatem. I quæ omne dominium a se removet, solo usu servato, esse sanctam et meriti)- I nam; 3°. Christum verbo et exemplo hanc paupertatem docuisse. Ποπυ Joannes XXII. circa iem negat usum a dominio separabilem : sed quia h« tum per modum rationis tantum et argumentando, non definiendo profertur. I tum ad forum Jurisprudentias aut Scientiæ moralis spectat; quaestione® id | nostram non concernit, nec ulli etiamnum facultatem eripit pro libitu opi- I nandi : circa2”" Idem nihil delinit, nec illud directe impugnat; sed solum | Rom. Ecclesiæ nomine, renuntiat dominio rerum Franciscains donatarum, I sicque sublata hujus paupertatis cxistenlia, tollere ejusdem qualitates nititur; I quod facti plene liberi fuit: circa 3um, quod fidei erat, quantumvis diversi, I non tamen sibi contradicunt. Nicolaus enim vult, Christum aliquando hanc t paupertatem etiam exemplo docuisse : Joannes autem statuit, esse haereticum dicere, Christum nihil unquam proprii hic in terris habuisse; adeoque vult. I Eum aliquando hanc paupertatem non exercuisse : quæ duo ita opposita suul, | ut tamen simul vera esse possint. I

Demum circa editionem Bibliorum, licet illa Sixti V. ab alia Clementis MII. I superetur; discrepantia tamen non est ad fidem aut mores spectans : nec prior promisit editionem omnino emendatam sed prout optime fieri poterat; nec posterior negat superessc adhuc emendanda : neuter etiam definii editionem suam quoad omnes minutias, sive grammaticas sive hermeneuticas, authenticam; sed tribuit duntaxat illius usui legitimam auctoritatem, et usitatam vel corrigendi vel reprobandi licentiam cohibet.

Postremo circa Bullam *Unigenitus* videTr. de *Peccatis et Gratia.*

103. *Observa.* Vindicare Pontifices ab aliis criminationibus, et a pœna propter has sive per naturales causas, sive per umbras, sive per diabolum illata, nostri instituti haud existimamus; tum quia in plerisquc falsilaset calumnia, ai) auctoribus pluribus probata sufficienter constat: tum quia ad asserendam thesin nostram, non requiritur sanctitas morum in vita, sed integritas fidei in doctrina, et in hac nequidem omni ac privata scu personali, sed in publica tantum ct magisterial! seu Ecclesiæ ad fidem proposita: cujus diversitatis ratio tum ex facto Christi et revelatione, tum ex constitutione Ecclesiæ ac necessitate facile intelligilur. Ex iis tamen, quæ ad vindicandas ab erroribus objectis definitiones Pontificum authenticas diximus, infertur valida Assertionis nostne confirmatio.

Quod enim per septemdccim secula et amplius nullus unquam Rom. Pontifex hactenus e cathedra locutus erraverit, est tum in tanta hominum, temporum, morum ac studiorum varietate supra conditionem humanam; tum in particulari nulla Ecclesia, quantumvis ab Apostolis instituta el ad Palriar-

chaleur amplitudinem evecto, fuit observai nui : ergo privilegium aliquod est divinitus concessum; ul recte a posteriori colligi posse -videtur. Quamvis cniiiiuiiivcrsim non teneat bæc consequentia: Nunquam erravit; ergo errare nec putuit nec poterit: propositio tamen nostra, suis adjunctis vestita, et tot a priori rationibus comitata, illationis plus.quam materialiter bon® veritatem ostendit, ct assensum meretur.

Qi-er es 1. *Quisnam sil sensus Ecclesiæ Gallicanœ circa auclorilatem summi Poni ificis l*

196. .Vota. In declarando Ecclesiæ Gallicanœ sensu, ad mentem et doclrinam Episcoporum, eorumque numero valentium, et omni ætate loquentium, potissimum advertimus. 1um quidem facit sensum authenticum; quia Episcopi a Deo positi sunt Ecclesiæ Pastores ac Doclores, fidcique et sanæ doclrinæ depositum acceperunt: 2"m facit sufficientem ; quia aut omnium aut plurium saltem su(fragium pro Nationis consensu requiritur el accipitur : 3„in facit indubium; quia constantia et concordia dubitare non permittunt. In præsenti quæslione tanta difficultas non videtur circa geminas conditiones priores, quam circa posteriorem ; propterea quod Sanctio Pragmatica an. 1138. in Conventu Biluricensi constituta, et Declaratio Cleri Gallicani an. 1682. dic 19. Hirtii iu Comitiis Parisiensibus facta, antiquo Ecclesiæ sensui cl tradit® aliasdoclrinæ videatur repugnare. Ul ut vero detur, Ecclesiam Gallicanam illa Sanctione aliquid mutationis aliquamdiu subiisse; eam tamen diu obtinere non permisit proximus conditoris successor Lüdovicos NI. et Franciscus I. Francorum Reges, quorum ille Sanctionem rescindere tenlavit, iste vero Concordato cum Leone X. in Cone. Lateran. V. an 1516; constituto penitus abrogavit.

Inde unicum dc memorata Cleri Declaratione examen restat ; in quo præmissa dcantiquæ. ct subjuncta de modem® Ecclesiæ'Gallican® sensu responsione, disquiretur, utrum exinde aliquid communi sententiæ contrarium dici possit? Hanc in rem juvat eamdem verbotenus adseribeve, omisso tamen proloquio, quod pro Declarationis occasione, variorum conatus contra Libertates Ecclesiæ Gallicanœ, Primatum Petri et potestatem Ecclesiasticam, susceptos designat ; nec non capite primo, quod potestatem Pontificis et Ecclesiæ in res temporales tum directam tum indirectam negans, ad nostram controversiam haud spectat.

Sii autem habet : « Nos Archiepiscopi et Episcopi Parisiis mandato Regio congregati, Ecclesiam Gallicanam repræsentantes, una cum cætcris viris nobiscuni deputatis, diligenti tractatu habito, hæc sancienda et declaranda esc duximus.....

M 2. « Sic inesse sedi Apostolica· ac Petri successoribus Christi vicar iis ieram spiritualium plenam potestatem, ut simul valeant atque immota constant sanctæ œcumenicœ Synodi Constantiensis a Sede Apostolica comprotala, ipsoque Romanorum Pontificum ac totius Ecclesiæ usu confirmata, atque ab Ecclesia Gallicana perpetua religione custodita decreta de auctoritate Conciliorum general i ui u ; nec probari a Gallicana Ecclesia, qui eorum det ıotorn, quasi dubiæ sint auctoritatis ac minus approbata, robur infringant, at ad solum schismatis tempus Concilii dicta detorqueant,»

Art. 3. « Hide Apostolicæ potestatis usum moderandum per CanonesSpirilii Dei conditos et totius mundi reverentia consecratos: valere etiam tegulas, mores et instituta a Regno et Ecclesia Gallicana recepta, Patrumqueterminos manere inconcussos; atque, id pertinere ad amplitudinem Aposlolicæ Sedis, ut statuta ct consuetudines tantæ sedis et Ecclesiarum consensione lirmaUe, propriam stabilitatem obtineant. »

-trt. 4. «In fidei quoque quæslionibus præcipuas summi Pontificis esse partes) ejusque decreta ad omnes et singulas Ecclesias pertinere, nec tamen intformabile esse judicium, nisi Ecclesiæ consensus accesserit. »

197. *Respondeo I.* Ecclesia Gallicana antiqua stat pro superioritateelinfallibilitate summi Pontificis.

Prob. P />. 1. E\ testimonio Ecclesi.e Nationals; quia Avitus Archiep. Viennensis an. 503. in causa Symmachi ad Urbis senatores *a cunctis Gallicanis Fratribus scribere oneratus,* præter alia num. 17G. relata, inquit: *Reddet rationem, qui ovili Dominico preeest, qua commissam sibi agnorum* curam *administratione dispenset. Cæterum non est gregis, pastorem proprium terrere, sed judicis.* Regni Proceres in libello an. 1305. Clementi V. oblato scribunt: *Estis enim vos, Pater sanctissime, Jesu Christi Vicarius totum corpus Ecritsiæ repressentans, qui claves regni cælestis habetis, nec congregatum* tutum *Concilium sine vobis et nisi per vos posset cognoscere de negotio supradicto, juxta Patrum sancita, sententiamque juris et Ecclesiæ sanctæ Dei.* Episcopus Mcldensis. primus Oratorum Galliæ, in Orat. Florentiæ an. -14-41. coram Eugenio IV. habita disserit : « Tuum Principatum Monarchicum esse a Deo, nedum secundum communem universi providentiam, sed etiam speciali institutione inter opera restaurationis mundi a Christo institutum, lequevera legitimaque successione illum possidere, palam recognoscimus ct confitemur.-»

2. Ex testimonio Conciliorum. Teste Anastasio in vita Leonis III., Episcopi Gallicani in Pontificis illius causa ad Cone. Romanum evocati, recusarunt judicum partes, causati : .Vos *sedem Apostolicam, quæ est caput omnium Dei Ecclesiarum, judicare non audemus: nam ab ipsa nos omnes et vicario sw) judicamur, ipsa a nemine judicatur, quemadmodum antiquitus mos est.* in Cone. Ponligonensi editi sunt duo canones, quorum alter ait : « Statuimus, ut sancta Romana Ecclesia, sicut est caput omnium Ecclesiarum, ita ab omnibus honoretur et veneretur: et liceat ei debitum tenere vigorem, ct pro universali Ecclesia exhibere curam. » Alter vero: « Ut honor Dominoel spirituali Patri nostro Joanni Summo Pontifici ct universali Papæ ab omnibus conservetur, et quæ secundum sacrum ministerium suum auctoritate Apostolica decreverit, cum summa veneratione ab omnibus suscipiatur, ct debita illi obedientia in omnibus conservetur. » Episcopi Prov. Senoncnsis ad Cone. Ansanum an. 1112. pro Pascualis II. causa judicanda invitati, venire respuerunt scribentes : Aon *videtur nobis utile ad illa concilia convenire, in quibus non possumus eas personas, contra quas agitur, condemnare veljudicare; (pua nec nostro nec ullius hominum probantur subjacere judicio... et quia principales Ecclesiæ claves nolumus potestate sua privare, quotcumque perwna vices Petri habeat, nisi manifeste, ab Euangelica veritate discedat.*

3. Ev testimonio Episcoporum. Hincrnarus Archiep. Remensis in Præf. de Divert, inter Lothar, et Teutber. ait : *Omnis 'mes cum junioribus scimus,*

nostras Ecclesias subditas esse Romanæ Ecclesiæ el Rom. Pontifici ; ct ob id sulca fide, quae in Ecclesia semper vigilat, et Domino coopérante florebit, nobis esi vestra auctoritati Apostolica· ubediendum. Ivo Ep. Carnotensis ep. 159. scribit: *Quoniam judicia Rom. Ecclesiæ a nemine foris retractari posse didicimus, si qui aliquando se prægravalos illius auctoritate conqueruntur, hoc ds consilium damus, ut ab ipsa ad ipsam confugiant, el inde exspectent levamen, unde se conqueruntur accepisse gravamen.* Goffridus Ep. Vindocinensis epist. 30. inquit : S» *quis igitur Aposlolicæ Sedi contrarium sentit, non sapit, quicumqueest ille, sed desipii, non cultor vel expositor dicinæ legis, sed insidiator et oppressor indubitanter agnoscitur.*

Prob.-I, p.* rursus 1. Ex testimonio Ecclesi.e Nationalis. Avitus sup. cit. in epist. ad Hormisdam scribit : *Jam securus, non dicam de Viennensi, sed de totius Gallice devotione polliceor, omnes vestram super statu fidei caplare sententiam. Orate, ut sic nos prcedictonem confessio fucata non fallat, sicut ab unitate, quam regitis, veritas comperta non separet.* Praesules Galli, circa See. 10. finem, in causa Arnulphi Ep. Parisiensis ad Joanuem XV. sic lapiuntur : *Tandem imus in sententiam Domini dicentis , si peccaverit in te frater etc. dic Ecclesiæ; si Ecclesiam non audierit etc. Adesto Pater ruenti Ecclesiæ, et sententiam profer in medium -.sentiamus in vobis alterum Petrum : ferat Rom. Ecclesia sententiam, ut intelligamus, cur inter cæteros Apostolats vestrum praeferre debeamus.* Optimates Galliæ in Libel, sup. laudato aiunt : .Von *quæritur de hœresi Papœ quondam, ut Papœ, sed ut privalœpersvi'T: nec enim ut Papa potuit esse hæreticus, sed ut privata persona : nec unquam aliquis Papa, in quantum Papa, fuit hæreticus.*

2. Ex testimonio Conciliorum. Cone. Arelatense an. 4oo. in epist. Synod, id Leon, sic scribit : *Apostulatus vestri scripta, ut symbolum fidei, quisquis redemptionis sacramenta non negligit, tabulis cordis adseribit, et tenaci, ut ad confundendos hæreticorum errores paratior sit, memoriæ commendavit.* Arausicanum II. an. 529 : *Quod nobis secundum admonitionem et aucIjritalem Sedis Aposlolicæ visum, pauca capitula ab Apostolica Sede nobis Irammissa ad docendos eos, qui aliter quam oportet sentiunt, ab omnibus Lercanda proferre et manibus nostris subscribere deberemus.* Turonense in. '»67. statuit : *Quis sacerdotum contra talia decreta, quæ a Sede Apostohea processerunt, agere praesumat? quorum valere possit praedicatio, nisi : Sedes Apostolica approbavit? Patres nostri hoc semper custodierunt, quod eorum præcipit auctoritas.*

3. Ex testimonio Cleri Gallicam in comitiis generalibus. Is Meloduni m. 1579. sic præcipit : *Clerici el Laici aperta professione eam fidem pronuntiat, quam sancta Romana Ecclesia, magistra columna et firmamentum vendis, profitetur et colit : ad hanc enim propter suam principalitatem necessum ■■t convenire omnem Ecclesiam.* Et in tine: *Omnia hæc sanctæ Rom. Ecclesiam, cujus ex praeceptis populum fidelem institui, et certam fidei ac morum r rredmnis regulam constitui oportet, judicio et auctoritati subjicimus.* Idem an. IBi. in monitis ad Archiepp. et Epp. hæc habet : *Venerabuntur etiam w.ctum Patrem nostrum Papam, Ecclesia· universalis caput visibile, Dei in nii vicarium, Episcopum Episcoporum el Patriarcharum, denique Petri a quo Apostolalus et Episcopatus sumpserunt exordium, ac l'iperquem Christus fundavit Ecclesiam, cui claves cadi tradens cum infalli-*

hililate fidei, quam non sine miraculo immotam in ejus successoribus persect-rasse usque in hodiernam diem cernimus. An. 1653. subscribentibus 85. Episcopis in epist. ad innocentium X. ita loquitur: *Majores causas ad Solem Apostolicam referri solemnis Ecclesiæ mos est, quam fides Petri nunqwn deficiens perpetuo retineri pro jure suo postulat.* An. 1660. ad Alexandrum VII, scribens ait : *Quia in hoc monte (Sede Apostolico} Dominus docet; slaluniut ibi finem quœrendi, stationem credendi, e.cporrectionem inveniendi.*

4. Ex testimonio Episcoporum conjunctorum. An -Pio. Episcopi tres, Contins nempe Salonius el Voranus, in litteris ad Leonem datis, et inter Leoninas epist. 98. comprehensis, dc Pontificia ad Elax ianum epistola sic enuntiant. *Illa specialis doctrinæ vestræ pagina ita per omnia Ecclesiarum conventicula celebratur, ut vere consona omnium sententia declaretur, merito illic principatum Sedis Apostoliccc constitutum, unde adhuc Apostolici Spiritus oracula referuntur.* Episcopi sex an. 1140. epistola inter illas S. Bernardi 370. ad Innocent. 11. scribentes aiunt : *Nulli dubium est, quod ea, qw Apostolico firmantur auctoritate, rata semper existant, nec alicujus possunt deinceps mutilari cavillatione, vel invidia depravari.* Triginta Episcopi post latam ab Innoc. X. Constitutionem an. 1658. ita rescribunt : *Perspectum habemus non solum ex Christi pollicitatione Petro facta, sed etiam ex actis priorum Pontificum, et ex anathematismis adversus Apollinarium el Macedonium, nondum a Synodo œcumenica damnatos, a Damaso paulo ani? jactis, judicia pro sancienda regula fidei a summis Pontificibus lata super Episcoporum consultatione, divina œque ac summa per universam Ecclesiam auctoritate niti; cui Christiani omnes ex officio ipsius quoque* meatis *obsequium præstare teneantur.*

5. Ex testimonio Episcoporum singulorum. Hincmarus Remensis L. de Prædestin. c. 14. ait : *Catholicis hoc debet sufficere, quod omnium Ecclesiarum mater docet : oportet hoc sequi, quod illa Rom. Ecclesia credit,* Ivo Carnot, ep. 8. ad Riehcrium : *Hujus Sedis judiciis et constitutionibus obviare, plane est hæreticæ pravitatis notam incurrere.* Stephanus Ep. Parisiensis an. 4321: *Ad hanc Rom. Ecclesiam, relut ad universam regulari Catholica· veritatis, pertinet approbatio et reprobatio doctrinarum, declaratis dubiorum, determinatio tuendarum et confutatio errorum.*

Conf. ulr. p. 1. Ex testimonio Abbatum. S. Bernardus epist. 213. Ponlificesalloquens ait : *Quis mihi faciet justitiam de vobis? extat quidem tribunal Christi : sed absit, ut ad illud appellem ! itaque recurro ad eum cui datum est judicare dc universis, hoc est, ad vos appello : judicate et me et vos.* Idem epist. 190. ad Innocentium sic scribit : *Oportet ad Rom. Pontificis Apostolatum referri pericula quœque et scandala emergentia in regno Dei.tl pnesertim, quæ fide contingunt : dignum namque arbitror, ibi resarcire damna fidei, ubi non possit fides sentire defectum.* Petrus Cluniacensis in epist. ad S. Bernard, inquit : *Hiec irrefragabilis sancta· Sedis sanxit auctoritas: nos enim. quia contraire* non *debemus, nec de ejus unquam . quod nulli* mortahum *licitum est, judicia judicare.* Petms Blesensis epist. 99. ad I rbannnr SCiibit . *Hac sedes, columna et fundamentum veritatis, statum incolumitatis accepit.*

2. Ex testimonio Scriptorum Profanorum. Libri Carolini L. 1. c. C. statuunt : Aon *ab aliis Scripturis, nisi ab his, quas Ecclesia Romana inter*

canonicas recipit, testimonia sunt assumenda ; nec aliorum Doctorum, nisi torum, qui a Gelasio vel aliis illius sanctas Sedis Pontificibus suscepti sunt, dogmata sunt amplectenda. Annales Metenses ad an. 863. et Chronicon Pnimiensead an. 859. aiunt : *Stullilice elogio denotandi sunt, qui illam Petri Sedem aliquo pravo dogmate fallere posse arbitrati sunt ; quæ nec fefellit, nec ab aliqua hœresi unquam falli potuit.* Philippus Galliar. Hexin epist. ad Innoc. III. an. 1209. scribens contendit, *Romani Pontificis judicium Deo soli fervori ac deberi :* Senatus Parisiensis autem circa an. 1467. Ludovicum XI. alloquens, Sedem eamdem *juxta Cans.* 24. *Qu.* 1. *Can.* 9. *errare non posse* testatur.

3. Ex testimonio SonuoN.E. Hæc in Tract. Theologico Glementi V. an 1340. oblato. Romani Pontificis *supremam in Ecclesia auctoritatem, fidem nunquam deficientem, judicialiter in fide definiendi potestatem* asserit *el* probat : An. 1387. Pontificem alloquens, *ad Petri cathedram pertinere determinationem fidei, approbationem veritatis catholicæ et hæreticæ pravitatis detestationem,* contestatur : An. 1629. praescripsit auditoribus Theses defensuris formulam, qua jurarent, nihil se Scripturæ, Conciliis œcumenicis et *Decretis summorum Pontificum* adversum dicturos aut scripturos etc.

198. *Respondeo II.* Hunc Ecclesiæ Gallicanæ sensum antiquum non immutavit Declaratio Cleri Gallicani anno 1682. edita. *Prob.* Conditores enim hujus declarationis nec voluerunt nec potuerunt statuere sensum Ecclesiæ Gallicanæ recentioris diversum a sensu illius anliquæ.

Prob. p. *p.* 1. Conditores illi declarant, nihil diversum se velle ab antiqua Gallia senlire. Nam in epist. P. ad Innoc. XI. profitentur se *pro certo habere, quod majores sui atqiie Sedis Apostolicæ Antistites circa Boni. Pontificum auctoritatem docuerunt;,* el speciatim inter priores provocant ad *S.Bernardum, Go/fridum Vindocinensem et leonem Carnotensem,* de quorum mente num. prior documenta dedit : inter posteriores autem *Leonem I. Gtlasium !.. Alexandrum III. et Innocentium III.,* de quibus prioribus articulis sæpius sermo erat, præserlim laudant. Pneterea in 2a. ad eumd. Pontificem epistola hæc addunt : *Quantum olim a Majoribus nostris Sedi Apodolicæ delatum est, tantum nos, qui honoris sacerdotalis successores patriique animi hœredes sumus, vestrce sanctitati debere, solemniter proflemur.*

i. Ipsi tribuunt summam auctoritatem Pontifici. Nam in Declarationis proloquio enuntiant, *Romanis Pontificibus debitam ab omnibus Christianis .bedienliam, ?t reverendam cunctis gentibus* esse *sedem Apostolicam* : Ibidem ’eclarant, in Sede Apostolica *fidem prædicari, unitatem servari,* et *pacem Mesiiecontineri :* In Declarationis etiam Cap. 2. tribuunt summis Pontificibus *rerum spiritualium plenam potestatem* : ct in c. 4. statuunt, *in fidei questionibus praecipuas summi Pontificis esse partes, ejusque decreta ad* ı”<n« *et singulas Ecclesias perlinere.* Demum in epist. encyclica ad Epp. Regni Censent, summorum Pontificum *quoad fidem decretis fideles omnes n<>dbnorios; el* cum S. Cypriano pronuntiant, Christum unitatem Ecclesiæ ila in sede Apostolica constituisse, ut, *qui cathedram Petri deserit, in Ecclesia non sit.* Addunt tandem ibidem, hand declarationis ideam a Benigno Bossuet, honun comitiorum Oratore, in se fuisse cflbrmatam. Hic vero in

sua ad Cler. Gal. Oratione præter alia et hæc profert : *Æterna hæc cathedra in qua Petrus semper docebit, Romæ stabilita et firmata fuit. Hac est* EM *Humana, quæ a Petro ipsiusque successoribus edocta, haresin non agnwit, Hæc Ecclesia Romana semper est virgo. Eides Romana semper est fides Ecrit, siœ: semper creditur, quod creditum est. Eadem voxubique insonui, el Peint manet in suis successoribus fidelium fundamentum.*

3. lidem, ubi contradicere antiquis videntur, ita sermonem temperant, ut contrarium non decernant. Sic in Cap. 2 decreta Cunstanliensis Synodi intelligi volunt secundum *Apostolicæ Sedis confirmationem, universa Enituit usum, et perpetuam Gallia· observantiam:* præterea nihil de Pontificibus certis atque fidelibus enuntiatur. In Cap. 3. moderandus dicitur Apostolic® potestatis usus per *canones,* non tamen additur, per illos etiam juris mere Ecclesiastici : Item c«/or regulis et moribus ab Ecclesia Galliæ receptis tribuitur, nec tamen omnino immutabilis decernitur : demum ut statuta et consuetudines firmatæ habeant stabilitatem, asseritur pertinere ad Apostille® Sedis *amplitudinem,* non necessitatem, præsertim justis causis mutationem suadentibus. In Cap. i. negatur *judicium* Pontificis esse irreformabile, nisi *consensus Ecclesiæ* accesserit ; sed non distinguitur inter judicium Pontificis privatum ct publicum : nec inter consensum vel liberum vel necessarium : nec inter Ecclesiam sive universalem, sive particularem Romanam; de quo postremo tamen distinguendo Gilberlus de Choiseul Ep. Toraacensis frustra mentionem fecerat.

Prob. 2*. *p.* EITonnatores Declarationis caruerunt *legitimis conditionibus,* quæ pro colligendo Ecclesiæ Gallicanæ sensu exiguntur.

.Nam 1. caruerunt *judicandi opportunitate;* cum Antonius Charlas inTr. de Liberi. Gallican, negotium dicat confectum in comitiis *illegitimis;* Gard. Sfondrati in Gall, vindic. lotum tribuat *vindictes et odio:* acid saltem certum sit, quod declaratio fuerit edita, quo tempore dissidium de regaliis inter Ludovicum XIV. et Innocentium XI. fervebat, ipsi autem Patres tenebantur *gravi metu,* ut data.· ad Innoc. XII. litleræ et hujus ad illas responsori® aperte loquuntur.

2. Caruerunt *testantium numero;* cum ex centum triginta et pluribus regni Episcopis, fuerint his in comitiis congregati duntaxat triginta quatuor; iilique non unanimi, sed consensu tantum *communi,* capita Declarationis constituerint, ut subscriptiones nominum et litteræ encyclicæ docent.

3. Caruerunt *decidendi auctoritate ;* cum reliqui Episcopi a comitiis absentes congregatis, nec mandatum nec vicaria sui sutlragia dederint ante; nonnisi pauci autem postmodum suo consensu et litteris pastoralibus accesserint; universi demum a reliquis actis, nomine et auctoritate Cleri Gallicani editis, hanc declarationem abesse voluerint.

4. Caruerunt *approbationis subsidio;* Cum Innocentius XI. per litteras in forma Brevis datas stalim resciderit Comitiorum Consulta; Alexander VIII. autem solemniori Constitutione, quæ incipit *Inter multiplices,* 4. Aug. 1690. edita sic decreverit : *Omnia et singula, quæ tam quoad extensionem juris Regaliie, quam quoad declarationem de potestate Ecclesias!ica, ac quatuor contentus m ea propositiones in supradictis comitiis Cleri Gallicani an.* 1682. *habitis, acta el gesta fuerunt, cum omnibus et singulis mandatis, arrestis ftc. a quibusvis personis editis seu publicatis etc. ipso jure nulla, irrita, invalida,*

inania, viribusque el effectu penitus et omnino vacua ab initio fuisse et esse ac perpetuo fore, neminemque ad illorum seu cujuslibct eorum, etsi juramento callata sint, observantiam teneri, tenore præsentium declaramus, etc.

5. Caruerunt *constantia et efficacia ;* cum non pauci ex Declarationis auctoribus suffragium suum revocarint, leslantibus id communibus illorum litteris ad Jnnûc. XII. an. 1092. datis, (piarum hic tenor est ; *Nihil accidere iiideslius nobis potuit, (piam quod eo nunc loco res nostræ sint, ut. aditus in gratiam Sanctitatis vestra nobis hactenus interclusus videatur. Cujus quidem rd cum eam fuisse rationem perceperimus, quod nos Cleri Gallicani comitiis an.* 1682. *Parisis habilis interfuerimus : idcirco ad pedes Beatitudinis vestra provoluti profitemur et declaramus, nos vehementer quidem et supra id, quod ilicipotest, excorde dolere de rebus gestis in comitiis praedictis, quæ Sanctitati veslrie ejusque Praedecessoribus summopere displicuerunt ; ac proinde quidquid in eisdem comitiis circa Ecclesiasticam potestatem et Pontificiam auctoritatem decretum censeri potuit, pro non decreto habemus, et habendum tat declaramus.* Quin cl ipse Hex Ll d o v jc is adjecta ad eumdem Pontificem epistola hæc declarat : *Atque ut filialis observantiæ, quam possum, luculentissimum specimen præbeam, Sanctitati vestree lubcns lælansque significo,jam Jala a me esse mandata necessaria, ut, quod ad muniendam Comitiorum mini* 1682. *declarationem, rebus eo tum impellentibus, dederam, edictum omni (areat effectu etc.*

199. *Respondeo III.* Eumdem sensum etiam post famosam Declarationem relinet Ecclesia Gallicana recent ior. *Prob.* Episcopi posteriores conjuncti æque ac singulares stant pro auctoritate Pontificis tum suprema tum infallibili.

Prob. Pp. Pluies Galliæ Episcopi tenent : 1. universaeEcclesiæ firmitatem pendere a soliditate Romanæ Ecclesiæ ac successorum Petri: ita docent Clerus Gallicanus in comitiis an. 1705. in epist. ad Clementem XI., Bossuet Meldensis 1082. in Orat, ad Cler. Gall, habita, Fcnelon Archiep. Camcracensis 1714. in Documento Pastorali, Colongue Ep. Aptensis 1717. in Mandato, Mailly Archiep. Remensis 1718. in Mandato, Poncet Ep. Audegavensis 1721. in sermone Synodali, Argentre Ep. Tulcllensis 1725. in sententia, La Fare Ep. Laudunensis 1730. in Mandato, S. Albin Archiep. Cameracensis 1739. in Documento, Belsuncc Ep. Massiliensis in Documento supra Libertates Gallicanas.

2. Conciliorum generalium necessitatem absolutam esse nullam : ita statuunt Cler. Gallican, in Comitiis 1728. in epist. ad Regem, Abelly Ep. Rutliensis 168G. in Tr. de obedientia Rom. Pontifici debita, Languet Archiep. Senonensis 1719. in epist. ct monito tertio ad Lamoignon, Mailly L c. Bissy Ep. Meldensis 1722. 25. 28. in Documentis Pastoralibus.

3. Appellationem a Pontifice ad Concilium esse irritam ct reprobandam : ita decernunt Mailly 1718. in Docum. pastor., Poncet 1720. in approbatione epistol® Tuillierii, Bissy 1728. in Docum. ct epist. ad Ep. Ebroicensem, $. Albin. 1732. in Documento.

Prob. 2' *p.* Gallicani Episcopi statuunt : 1. Judicio Pontificis dogmatico deberi ah Ecclesia universa conformitatem doctrinæ, ab omnibus autem Christianis sincerum mentis obsequium : ita conventus Episcoporum Parisiis 171 i. in epist. ad Clementem, ct 1717. in primo ac secundo Memoriali ad Imcem Aurclianensem ; Ep. Bellicensis, Ep. X apincensis,et Rocbechouarl Ep.

Atrebatensis 1703. in Mandatis, Revol Ep. Oleronensis et Rohan Ep. Argentinensis 1di. in Mandato ct epist. ad Arelatensem; Megrigni Ep. Gntsscnsfc, Ratabon Ep. Vivariensis, Maboul Ep. Alectensis el Rabutin Ep. Niverncuss J718. in Mandatis et Memoriali ad Duc. Aurelianenscm; Episcopi Bajonensis et Carcassononsis 1729. in Documentis; Veutimille Arch. Parisiensis 1730. in Epist. ad Regem, Tencin Arch. Eberodunensis 1728 et 34. in Mandato et Documento.

2. Judicium Pontificis ante Ecclesiæ consensum jam esse causæ definitivum : ita Bossuet in epist. ad Moniales Portus Regii, Fenelon 1706. in Mandato, Idem et Fleury Ep. Forojuliensis 1711. in Mandatis; Fenelon el Madot Ep. Cabillonensis 1715. in epist. cont. Advocat, generalem ; Mailly 1718. in Mandato; Tencin 1728. in Documento; Languet 1731. in Docum.; Belsunce 1736. in Maud. cont. Sermon. Genevensium; S. Albin 1739. in Mandato.

3. Pontifici Romano divinitus datum esse indefectibilitatis privilegium : ita Cler. Gallic. 1714. in Actis Verbalibus; Villeroy Arch. Lugdunensis 1718. in Mandato; Item Abelly, Bossuet, Fenelon, Bissy, Languet, Mailly,S. Albin, Tencin, Colongue, Megrigni, La Fare. Belsunce anniset locis tum laudatis tum aliis ; cum Charency Ep. Montispcssulano, Norman Ep. Luxovionsi, Bajonensi, Cenomanensi, Arelatensi, aliisque pluribus.

Conf. utr. p. 1. Episcopi Galliæ contestati sunt facto et praxi tum supremam Pontificis potestatem; ubi de Placitis Sanctorum, de famoso casu conscientiæ, de Reflexionibus moralibus Quesnelli, de Sacramentorum administratione petentibus constitutioni Apostolicæ refractariis facienda aut neganda, communibus litteris et regio cum consensu judicium Pontificis decretorium postularunt: tum infallibilem auctoritatem; ubi Constitutionem Innocent» XII. *Cum alias* an. 1699, Clementis XI. *Vineam Domini* an. 1705, ejusdem Clementis *Unigenitus Dei filius* an. 1713, et Benedicti XIV. Litteras ad Galliæ Epp. encyclicas an. 4756, memoratis postulationibus correspondentes, summa veneratione et promptissimo obsequio, ante omnem aliarum Ecclesiarum consensum atque dc hoc notitiam, exceperunt.

2. Contestati sunt verbis et scriptis; partira dum appellationes a quibusdam etiam Episcopis a Bulla *Unigenitus* ad Concilium generale injectas spreverunt et refutarunt: partira dum Declarationis Cap. 4un* a sensu negante et exclusive ad affirmantem et positivum traduxerunt, sententiam sic interpretali : Judicium Pontificis est irreformabile, quando Ecclesiæ consensus accesserit; quemadmodum de priore testantur Bissy, Lunguet, Mailly, S. Albin, Poncel loc. citatis ; de posteriore iidem Bissy et Languet cum Clero Gallicano in comitiis 1705, ad quæ provocat responsio ad memorialem libellum a Card. Tremouille an. 1707. oblatum data: de utroque Clerus Gallicanus comitiorum an. 1755. in epist. ad Benedictum XIV. et litteris encyclicis, nec non Beaumont Arch. Parisiensis an. 1756. in Instructione Pastorali Confluenti® data, cui eod. anno S. Simon Ep. Metensis, Gabriel Ep. Ambianensis, Condorcet Ep. Altisiodorensis, La Roche Ep. Meldensis, Rosset Ep. Cahiotensis Montmorency Ep. Aurelianensis, PoncetEp. Trecensis, et an. sequente Quenet Ep. Ponliensis per Litteras encyclicas accesserunt.

3. Quamvis Magistratus politicus usum et doctrinam Declarationis hactenus sæpe et nuper etiam urserit vehementius; nulla tamen Cleri Gallicani comitia, nec Episcopus ab appellantium numero sejunctus ullus, post editas

Romanas damnationes, hucusque aut ejus observantiam præccpcmnt, aut ad ejusdem auctoritatem provocarunt: qui, secundum nuper dicta, Episcopi noluerunt hanc Declarationem cteleris Cleri Actis impressis typo simul excriptam adjungi.

200. *Observa.* A Benigno Bossuet Ep. Meldensi ad jussa Ludovici XIV. circa an. 1688, conscriptam fuisse defensionem Declarationis Cleri Gallicani sexennio ante confcctæ, testis est alter Bossuet, prioris nepos, Ep. Trecensis in Instmctione Pastorali an. 1729. edita. Allero post anno typis tum Luxemburgicistum Basileensibus apparuit liber praeferens hanc defensionem : quæ num genuinum magni Bossueti opus sit, ex sequentibus momentis dubitare licet.

1. Suspicionem movet quod hæc defensio extra Galliam, viginti sex annis postmortem Auctoris, et eo tempore prodierit, quo jam constabat non paucas lucubrationes posthumas huic Episcopo fuisse suppositas:

2. Ex testimonio Domini d'Aguesseau, Galliæ Candellarii, habetur, scriptam defensionem ab ipso auctore ante suum obitum fuisse in multis correctam et valde mutatam, præsertim autem fine ad Regem Chrislianissimum dedicatorio auctam ; quin tamen in defensione typis vulgata aut ille finis extet, aut uotæ vel loca mutationis indicentur :

3. Defensionis vulgatae auctor Ep. Meldensi tribuit titulum Religiosissimi elDoctissimi, eum ex gravioribus Theologis et Doctoribus unum appellat, ejusdem libros alios laudat et legendos proponit; quæ de se ipso scripsisse Bossuetum, haud esi verosimile :

4. Multa hujus defensionis scriptor habet, quæ contradicunt certis Bossueti scriptis, maxime sermoni in Comitiis habito et instructioni Pastorali de Promissionibus Ecclesiæ factis :

5. Ipse hic scriptor sibi plurimum contradicit, tribuendo multis In locis Ecclesiæ Romanæ, aut Pontifici cum Clero Romano, infallibilitatem :

(). Episcopis Monlispessulano acSenccensi, ad hanc editionem provocantibus, Episcopus Ruthensis, Bclsunce Ep. Massiliensis, et Tencin Arch, tunc Lugdunensis, inde productas objectiones, partim contraria exemplaris in RegiaBibliotheca custoditi lectione, partim quibusdam ex nostrarum numero rationibus dubitandi oppositis, dissolvere, et scripto eripere auctoritatem studuerunt. De his, uti etiam dc ipsa declaratione, qui plura cupit, consulat opus Avcnione 1747. excusum, ct de suprema Rom. Pontificis auctoritate bodiema Ecclesiæ Gallicanae doctrina, inscriptum.

Qvercs II. *Quisnam sit Principiorum Direclivorum in Theologia usus?*

201. *Nota.* Non principia tantum, sed el ipsas fere argumentationis Theo-I-gicæ regulas circa Ecclesiam, Concilia el Pontificem præoccupavit instituti'hactenus disputationis materia: Unde præter morem in superioribus usurpatum, singulis Capitibus usum principiorum direclivorum non subjunxiinus. Quanquam vero id impedire non debeat, quominus, quæ dispersa sunt in varios articulos, hic colligamus in unum ; hoc tamen facile præstabit, ni argumentationis licitæ capita nunc proferamus, vehit corollaria, nec operose eadem rationibus muniamus, utpotc quas jam in prioribus uberrime produximus. Nc vero aut evagemur ultra præfixos limites, aut eadem

sæpius repetere cogamur, responsa nostra ad materiam fidei et morum adstricta profitemur.

202. *Respondeo I.* Circa Ecclesiam tenent sequentes Regulæ. 1. Nullius alterius Ecclesiæ , præterquam Romano-Catholicœ auctoritas per se ρητ-bet efficax argumentum. 11. E\ communi consensu lotius Ecclesiæ Catholic®, amplectentis veritatem aliquam vel repudiantis falsitatem, firmum habetur fundamentum pro eadem veritate recipienda vel falsitate rejicienda. 111. Judicium dogmaticum Ecclesiæ, aliquid pro vero aut falso habendum declarantis, certum est momentum, ad illud tanquam verum aut falsum evincendum. IV. Si quidpiam teneat Ecclesia priorum seculorum , id ipsum etiam nunc a quovis orthodoxo tenendum esse, legitime infertur. V. Ubi'antiqua siluit Ecclesia, aut dubitari impune passa est, si quid circa illud moderna definiat aut communi consensu probet, improbetve, indubie id tenendum est. VI. Ecclesia docens vel consentiens, dispersa non minus quam in Concilio congregata, auctoritatem certam obtinet, et obsequium credulitatis meretur. VU. .Non enervatur argumentum ab Ecclesiæ auctoritate depromptum exinde, quod pauci respective Episcopi ejus definitioni refragentur. YIII. Cavendum, ne quid pro Ecclesiæ universalis doctrina adducatur, quod tale revera esse per se non constet, aut idoneis testibus haud probetur.

203. *Respondeo II.* Circa Coxciua valent Regulæ subnexæ. I. Concilium œcumenicum præbet argumentum irrefragabile. II. Non æquale quidem, validum tamen, momentum suppeditat Concilium generale, nec positive reprobatum, nec tamen legitimæ definitioni contrarium. III. Nullius valoris est ratiocinium, quod e.x Cone, generali vel simpliciter vel quoad illam partem improbato desumitur. IV. Concilium particulare, quantumvis a summo Pontifice approbatum, majus certitudinis fundamentum non exhibet, quam quantum præbet Rom. Sedis auctoritas. V. In formando ex Conciliis argumento distinguendum est. 1. luter consultationes aut disceptationes Patrilm, et enuntiationes judiciales aut doctrinales : 2. Inter unius aut plurium Patrum opiniones aut sententias, et decreta conciliariter edita : 3. Inter decretorum præambula, rationes, clausulas, aut alia forsan præter institutum inserta, et ipsam dispositionem : 4. Inter sensum verborum alienum et proprium, rei modum et substantiam, enuntiationis critérium probabile duntaxat et certum, ipsiusque certitudinis gradus varios.

204. *Respondeo III.* Circa Seof.m Apostolicam seu summum Pontificem e cathedra loquentem obtinent Regulæ Proximæ. I. Ex sententia decretoria summi Pontificis, quam major Episcoporum, etiam per orbem dispersorum, pars pacifice acceptant, firmissimum oritur argumentum. 11. Etsi de fide non sit, hujusmodi sententiam ante acceptationem memoratam, esse penitus irrefragabilem; e.xinde tamen convincens argumentum derivari posse, ex disputatis colligitur. 111. Ex auctoritate etiam eadem per sc saltem idoneum ac solidum argumentum ubique formari posse, nemo facile negaverit. 14. Discernendum semper est in Pontifice officium a persona, magister universalis a privato Ductore, et duplex distinctionis genus, quod in Conciliis distinguendum proxime monuimus.

205. *Observa.* Brevitatis nunc usurpalæ rationes eædem laciunt, ut de quaestione circa judicem controversiarum speciatim tractanda abstinere liceat. Quod enim necessarius sit hujusmodi judex in Ecclesia; probant ea, quæ num. 35. et 37. pro necessitate Interpretis Scripluræ, et num. 70. pro necessitate Traditionis allata sunt. Quod inter qualitates judicis hujus præcipuas, numerare oporteat auctoritatem divinitus collatam et immunitatem ab errore;controversial decidendæ argumentum declarat. Quod tandem qualitates hujusmodi, ac consequenter judicis officium, nec Scriptura: ipsi, nec spiritui cujuslibet privato, nec Magistratui etiam politico conveniant; num. 39. et 40. est ostensum. Easdem autem qualitates cum passim in pneseuti Disputatione Ecclesiæ universali, tum substantialiter sumptæ, tum representative acceptas, vindicaverimus ; satis expeditum videtur, titulum judicis controversiarum nec docenti Ecclesiæ, nec Concilio œcumeuico, nec Pontifici e cathedra loquenti denegari posse.

appendix

SUMMIS PONTIFICIBUS, ET PATRIARCHIS ORIENTALIBUS.

206. Aota. Notitiam Summorum Pontificum tum chronologicàm tum historicam Theologo, utilem non tantum, sed et necessariam esse, nemo rerum gnarus facile negarit: optandum proin, ut, ubi publica discendæ Hisloriæ opportunitas est, ea non negligatur; aut illius forsan defectus privata industria compensetur. Pro priori saltem in necessariis aliquantum supplendo, aut posteriori juvando, sequentem catalogum adjicimus. Cum vero constet, in supputatione Pontificum ordinanda præstantissimos etiam Chronologos passim a se invicem differre, fas erit, illos sectandos deligere, qui cum chronologia S. Petri superius exposita proxime conveniunt, aut aliorum inventis uti, et nova invenire addereque in hoc genere potuerunt. Unde in tribus quidem sccidis prioribus Francisci Pagi Breviarium, in reliquis Epitomen Chronologicàm Macqucri recentissimam plerumque adoptamus.

Ad Pontificatus initium et finem, ubi monumenta non deficiunt, notamus, præter annum, mensem ac diem, servatis regulis Pagianisj quas dc diebus Electionis et Ordinationis aut de mortis et sepulturæ diebus praemisit. Ei historia unice indicamus facta dogmatica, omissis etiam brevitatis studio iis, quæ ad disciplinam perlinent. Antipapas addimus, notato saltem eorum exordio; quorum, qui certo illegitimi sunt, nomina charactere diverso notantur. Denique subjungimus, adjectis decessus annis, Patriarcharum Alexandrinorum, Antiochenorum, Hierosolymitanorum ct Constantinopolilauorurn nomina quorum cognitio qualiscumquc subinde juvabit.

SECULUM 1.

S. Petris Christi Vicarius An. 29., Rom. Pontifex An. 42. j· 29. Jun. 07. Alius est a Cepba, quem Paulus reprehendit; scripsit2. epist. Canonicas.

Linus Petri Vicarius An. 56. succedit An. 67. **f Jn.** *eod.* Damnat Menandrianos.

Clemens l. 67. Pontificatum abdicat 77. Scrip. 2 epist. ad Corinthios.

Cletus 77. 7 83.

Anacletus 83. ·{· 95.

Evaristvs 93. 108.

PATRIARCHAE ALEXANDRINI. S. Marcus 68. Anianus 86. Albilius $· Cerdun.

ANTIOCHENI. S. Petrus 4L Evodius 98. Ignatius.
HIEROSOLYMITANI» S. Jacobus min. 62. Simeon.

SECULOM II.

Alexander I. 108. 7 116.
Sixtus 1. 116. f 126.
Telesphorus 126. f 137.
Hyginus 137. j 141. Damn. Cerdonem.
Pius 1. 111. t 131.
Anicetus 151. j· 161. Urget celebrationem Paschæ in Dominica, refraganle S. Polycarpo.
Soter 161. f 170.
Elevtherus 170. j 185. Convenitur a S. Irenæo ob quasdam Ecelesiæ quæstiones.
Victor I. 185. f197. Damn. Sabellium, Noelumet Yalcntinum. Decidit controversiam de Pascbate.
Zepdtrjnus 197. f217. Recipit Natalium, damn. Proclum cum Montanistis.
PATH. ALEXANDRINI. Cerdon 110. Primus 122. Justus 133. Eumenes 143. Marcus II. 153. Celadion 167. Agrippinus 179. Julianus 189. Demetrius.
ANTIOCHENI. Ignatius 107. Horos 128. Cornelius 142. Heros 11. 168. Theophilus 181. Maximus 190. Serapion.
HIEROSOLYMITANI. Simeon 107. Justus, Zachæus, Tobias, Benjamin, Joannes, Matthias, Philippus, Seneca, Justus II, Levi, Ephrcin, Joseph, Judas, *hi omnes natione fuerunt Judœi.* Marcus, Cassianus, Publius Maximus, Julianus, Gajanus, Symmachus, Caius, Julianus 11, Capito, Maximus II, Antoninus, Valens, Dolicluanus, Narcissus, Dius, Germanio, Gordius.

SECL'LUM Hi.

Caluxtus I. 217. f222.
Imams 1. 222. 7 230.
Pontianis 230. γ 23o.
Antejus 233. f 236.
Fabianus 236. γ 250. Confirmat damnationem Privati.
Cmneucs 2.31. f 252. Damn. Novatum. Scrib. epist. apud Cyprianum.
Antip. *Novatianus* 251.
Loots I. 252. f 253.
Siepranis 1. 253. 7 257. Controv. dcRcbaptisrao cum S. Cypriano.
Stirrs 11.257. f 258.
Dwntmus 259. f 269. Absolvit Dionysium Alexandrinum.
Feux 1.269. f 274. Damn. Paulum Samosatenmn.
Enrr.ni.Lxus 275. | 283.
Cuts 283. f 21)6.
Jüiœuixus 1.296. j 501. Lapsus ejus fictilius.
PATR. ALEXANDRINI. Demetrius 231. Heracleas 248. Dionysius 264. .Maximus 283. Theonas 300.
ANTIOCHENI. Serapion 211. Asclepiades 220. Philctus 228. Zebenus 237.

Babylas 250. Fabius 253. Demelrianus 260. Paulus Samosatonus269. DoW. nus 271. Timæus281. Cyrillus.

HIEROSOLYMITANI. Alexander 252. Maxabanus 260. Hymenaeus 2$, Zabdas.

SECÜLUM IV.

Marceiaus I. 19. Maii 308. 7 IG. Jan. 310.

Eusebius 2. Apr. 310. ▮[26. Sept. *an. cod.*

Melchiades 2. Jul. 311. f 10. Jan. 311. Absolvit Cæcilianum.

Silvester 1. 31. Jan. 311. t 31 Dec. 33a. Confirm. .Velatcnsc, Præsidcl per Legatos CEcumcnico 1.

Marcus 18. Jan. 336. j· 7. Oct. *an. cod.*

Julius 1. 6. Febr. 337. 7 12. Apr. 352. Judicat Orientalium causas. Scrib. cpisL ad Eusebianos el Ecclesiam Alexandrinam.

Liberius 21. Maii 352. ÿ2L Sept. 366. Sirmiensi Formulæ nulli subscribit. Damn. Conc. Ariminense. Exuli surrogatin' Felix 11. 355. f 365.

Damascs L 1. Oct. 366. f 11. Dec. 381. Damn. Apollinarem, resistit Macedonio, Confirm. OEcumenicum 11. Scrib. epist. et carmina.

Anlip. *Ursicinus* 366.

SiRicius 1. Jan. 385.126. Nox. 398. Damn. Jovinianum, Mamchæos, Priscillianistas. Scrib. epist. ad Mimer. et Epp. Afros.

Asastasius L 9. Oct. 399. 7 27. Apr. 102. Damn. Origenem.

PATR. ALEXANDRINI. Petrus 311. Achillas 312. Alexander 326. Athanasius 373. Petrus 11. 381. Timotheus 385. Theophilus.

2TI. Dico III. Theologia hactenus descripta præformata est in Oriente, Seculo 8. a Joanne Damasceno in Libris tum Parallelorum tum orthodoxa fidei; in Occidente See. 11. tum a Lanfranco trim maxime ab AnselmoArchiep. Cantuariensi in Libris tomum Editionis Gerberonianæ primum constituentibus. Edidit camdem See. 12. Petrus Lombardus Ep. Parisiensis in quatuor libris sententiarum : quorum lmus doctrinam de Trinitate et Unitate Dei, 2" dc Creatione mundi, praesertim Angelorum ct hominum, acdeGratia Dei, 304 de Incarnatione Verbi, deque Virtutibus et vitiis, de Sacramentis et quatuor Novissimis potissimum ex Patrum effatis depromptam continet. Rude tamen eliamnum opus erat, judice Alelchiore Cano, et testimoniorum congeriem potius quam dispositionem et rationem Discipline referebat. Earn tandem perfecit See. 13. Divus Thomas Aquinas in sua Summa Theologica, quæ aliorum ipsius librorum veluti compendium est, ex quibus supplementum etiam partis 3'', quam Auctor morte occupants finire haud poterat, est desumptum. Sub hujus scculi finem et initium sequentis Theologorum natio scissa est in tres sectas, seu, ut aiunt, vias; quarurn l®l Thomistica complectitur illos, qui D. Thomæ placita sectantur : 2* Ægidiana eos, <pii .Egydii Romani, familia Columnensis, sententias amplectuntur: 3'Scotislica hos, qui Joannis Duns, vulgo Scoti, sensus tuentur. Succedente tempore tum hæ ipsæ viæ divisæ in plures, ob diversa systematis proprii capita: turn V* emersit, Reccntionim dicta, qui scilicet nullius magistri in veri» jurare patientes systema Eclcctlcum aut novum constituerunt, quamvis ordinem vel Librorum sententiarum vel Summae Thomææ non respuerent.

A icissiludines alias aut fata Theologice enarrare,pretium ejusdem ac meritum extollere, illinsvc famam vindicare a variorum hostium criminationibus nostri haud est instituti. Illud universim adnolasse sufficiat, commemoratam adhuc Theologiam secerni oportere a pseudoscholaslica, quæ hominum vitio el abusu enata, aut quæstionum vanitate, aut levitate argumentorum, aut concertationum sive pertinacia sive fallacia, aut dictionum sive barbarie sive obscuritate jam sub prima initia damnationem Patrum Laid ranci. Anschuiel l>ci nardi, sub progressum exprobrationem Pontificum Gregorii IX. et Joannis XXII., sub adultam ælatem ad Sec. 10. usque vitupe-

ria Doctorum Joan. Gersonis, Nicolai Clemangi, ct Molchioris Cani, quin el universalem prudenlum contemptum sibi accersivit, nunc autem, Theosophia propitia, plerisque ex Acadennis cxulat.

228. *Observa.* Compendiariam Theologias oeconomiam daturi, synopsi» materiarum ex summa Theologica Doctoris Angelici hic subjicimus. Redundare illa subinde in Philosophicis, deficere autem aliquando in Theologicis quæstionibus videri poterit non nemini ; qui vel scopum disputationis contra gentiles praesertim susceptio ignoraverit, vel ex hæresibus postea exortis non meminerit necessitatem fuisse enatam, controversias nonnullas hac ælate tractandi uberius. Methodus disputandi universim continua non est, sed interpolata et secta in partes, quaestiones el articulos; spcciatim autem rationes dubitandi praemittit, tum subjungit assertum ct probat, objectis demum difficultatibus respondendo satisfacit. Divisio lotius operis fit in tres partes, quarum tamen altera in duas subdividitur, et hinc prior prima secunda', posterior secunda secundae compellatur. Partium harum et quaestionum illis conlenlarum titulos duntaxat damus, distincto etiam charactere illos notatos, qui sequentium vehit capita quædam haberi possunt.

DIVI THOM E AQUINATIS

SUMMA TOTIUS TIIEOLÛGIÆ.

PARS PRIMA

r»F. DEO, TRINI ГАТЕ. MUNDO, ANGELIS ET HOMINIBUS,

Continet Qucesliones centum et novemdecim.

Quæstio 1. Pc ipsa sacra doctrina. 2. De Deo, an sit. 3. De simplicitate Dei. 4. De Perfectione Dei. 5. De Bono in communi. 6. De Bonitate Dei. 7.Dein· Unitate Dei. 8. De Exisleniia Dei in rebus. 9. De Immutabilitate Dei. 10. De .Eternitate Dei. 11. De I nitate Dei. 12. De Cognitione et Visione Dei. 13. De Nominibus Dei. If. De Scientia Dei. 15. De Ideis. 16. De Veritate. 17. De Falsitate. 18. De Vita Dei. 19. De Voluntate Dei. 20. De Amore Dei. 21. De Justitia et Misericordia Dei. 22. De Providentia Dei. 23. Dc Praedestinatione Dei. 2i. De Libro Vitte. 23. De Potentia Dei. 26. De Beatitudinc Dei. 27. De Processione sive Origine Divinarum Personarum. 28. De Relationibus Divinis. 29. De Personis Divinis. 30. De Pluralitate Personarum in Divinis. 31. De perlinentibus ad Unitatem vel Pluralitatem div. Personarum. 32. De Cognitione div. Personarum. 33. Dc pertinentibus ad personam Patris. 34. De Verbo in Divinis. 35. De hoc nomine Filii, quod est imago. 36. Dc perlinentibus ad nomen Spiritus sancti. 37. De nomine Sp. S., quod est Amor. 38. De nomine Sp. S., quod est Donum. 39. De Personis in comparatione ad essentiam. 40. De Personis in comparatione ad relationes sive proprietates. 4L De Personis per comparationem ad actus notionales. 42. De æqualitate ct similitudine div. Personarum ad invicem. 13. Dc Missione div. Personarum.

4i. De prima causa omnium entium. 45. Dc Creatione. 46. De principio durationis rerum. 47. Dc distinctione rerum in communi. 48. De distinctione rerum in speciali et primo de .Malo. 49. De causa mali. 50. De substantia Angelorum absolute. 31. De Angelis in comparatione ad corpora. 52. De Angelis in comparatione ad locum. 53. De motu locali Angelorum. 54. Dc virtute cognoscitiva Angeli. 55. De medio cognitionis Angelica). 56. De cognitione Angelica ex parte rerum immaterialium. 57. De cognitione Angelorum, quantum ad res materiales. '>8. De modo cognitionis Angelica!. 59. De Voluntate Angelorum. 60. De Amore seu dilectione Angeli. 61. De productione Angelorum in esse nature. 62. De productione Angeli in esse gratis et gloriæ. 63. De malitia Angelorum quoad cnlpam.6i.De pœnal)æmonnm.65.De opere creationis Creatvræ Corporalis. 66. De ordine creationis ad distinctionem. 67. De opere distinctionis primi diei. 68. Dc opere secundi dici. 69. De opere tertii diei. 70. De opere quarti diei. 71. De opere quinti diei. 72. De

opere sexti diei. 73. De pertinentibus ad diem septimum. 74. Do omnibus septem diebus in communi. 73. De homine quantum ad essentiam animæ. 76. De unione animæ ad corpus. 77. De perlinentibus ad potentias animæ in generali. 78. De potentiis animæ in speciali, ct primo de iis, quæ sunt præainbula ad intellectum. 79. De potentiis intellectivis. 80. De Appetitu in communi. 81. De Sensualitate. 82. De Voluntate. 83. De Libero arbitrio, Si. Quomodo anima corpori unita inlelligat corporalia, quæ sunt infra ipsam. 85. De modo et ordine inlelligendi. 8G. Quid intellectus hominis cognoscat in rebus corporalibus et materialibus. 87. Quomodo anima intellectiva cognoscat seipsam et ea, quæ in ea sunt. 88. Quomodo anima humana cognoscat ea, quæ sunt supra se. 89. De cognitione animæ separatæ, 90. De productione hominis quantum ad animam. 91. De productione corporis primi hominis. 92. De productione mulieris. 93. De fine sive termino productionis hominis, prout dicitur factus ad imaginem et similitudinem Dei, 91. De statu vel conditione primi hominis quoad intellectum. 95. De pertinentibusad voluntatem primi hominis, sc. dc gratia et virtute et justitia. 96. De dominio, quod homini competebat in statu innocentiæ. 97. De pertinentibus ad statum primi hominis, quantum ad conservationem individui. 98. De his,quæpertinent ad conservationem speciei per generationem. 99. De conditione prolis gencrandæ, quantum ad corpus in illo statu. 100. De conditione prolis tunc generandæ, quoad justitiam. 101. De conditione prolis tunc gerandæ, quoad scientiam. 102. De Paradiso. 103. De gubernatione rerum in communi. 104. De effectibus divinæ gubernationis in speciali. 105. De mutatione creaturarum a Deo. 106. De actu Angelorum, qui est invicem illuminare. 107. De locutione Angelorum. 108. De ordinatione Angelorum secundum hierarchias et ordines. 109. De ordine malorum Angelorum scilicet Daemonum. 110. De præsidentia Angelorum super corporalem creaturam, III. Dc actione Angelorum in homines. 112. Dc missione Angelorum ad homines. 113. Dc custodia hominum a bonis Angelis. 114. De impugnatione Itemonum. 115. De actione îbrporalis creatura. 116. De Fato. 117. De pertinentibus ad actionem hominis. 118. Dc traductione hominis ex homine secundum animam. 119. De propagatione hominis quantum ad corpus,

PRIMA SECUNDÆ

DE BEATITUDINE, ACTIBUS HUMANIS, PASSIONIBUS, HABITIBUS, VIRTUTIBUS, PECCATIS ET VITIIS, LEGIBUS, GRATIA ET MERITO.

Continet Quæstiones centum et quatuordecim.

Quæstio 1. De Fine ultimo hominis in communi. 2. De Beatitudine IIomiMs,in quibus consistat. 3. De Beatitudine, quid sit. 4. De his, quæ exiguntur l beatitudinem. 5. Dc adeptione bealitudinis. 6. De Voluntario et Involuntibio. 7. de circumstantiis humanorum actuum, in quibus voluntarium iniffiitiir. 8. De voluntate quorum sit ut volitorum. 9. De motive voluntatis. 10. De modo, quo voluntas movetur. 11. De fruitione, quæ est actus voluntatis. 12. De intentione, quæ est actus voluntatis. 13. De electione, quæ est actus voluntatis, in comparatione ad ea, quæ sunt ad finem. 14. De coib

silio. quod præcedit electionem. 13. De consensu, qui est actus voluntatis in comparatione eorum, quæ sunt ad lineni. 16. De usu, qui est actus voluntatis in comparatione ad ea, quæ sunt ad finem. 17. De actibus imperatis a voluntate. 18. De bonitate et malitia humanorum actuum in generali. 19. De bonitate et malitia humanorum actuum interioris voluntatis. 20. De bonitate et malitia exteriorum actuum humanorum. 21. De his, quæ consequuntur actus humanos, ratione bonitatis et malitiæ. 22. De Passionibis Anole in generali. 23. De differentia passionum ab invicem. 24. De bono et malo circa passiones animae. 23. De ordine passionum ad invicem. 26. de passionibus animæ in speciali : de Amore. 27. De causa amoris. 28. De effectibus amoris. 21). De Odio. 30. De Concupiscentia. 31. De Delectatione secundum se. 32. De causa delectationis. 33: De effectibus delectationis. 34. De bonitate ct malitia delectationum. 33. De Tristitia seu dolore secundum se. 36. De causis tristitia* seu doloris. 37. De effectibus tristitiae seu doloris. 38. De remediis tristitiae seu doloris. 39. De bonitate et malitia tristitiae seu doloris. 40. De Passionibus Irascibilis. De Spe et Desperatione. 41. De Timore secundum se. 42.De objecto timoris. 43. De causa timoris. 44. De effectibus timoris. 43. de Audacia. 46. De Ira secundum se. 47. De causa effectiva iræ, ct de remediis ejus. 48. De effectibus iræ.

49. De Habitibus in generali, quantum ad substantiam eorum. 30. De subjecto habituum. 31. De causa habituum, quantum ad generationem ipsorum. 52. De causa habituum, quantum ad augmentum. 53. De corruptione et dimimitione habituum. 54. De distinctione habituum. 55. De Virtuobcs, quantum ad suas essentias. 56. De subjecto virtutis. 57. De distinctione virtutum. 58. De distinctione virtutum moralium ab intellectualibus. 59. De distinctione virtutum moralium secundum comparationem ad passiones. 60. De distinctione virtutum moralium ad invicem. 61. De virtutibus cardinalibus. 62. De virtutibus theologicis. 63. De causa virtutum. 64. De medio virtutum. 65. De connexione virtutum. 66. De aequalitate virtutum. 67. De duratione virtutum post hanc vitam. 68. De Donis. 69. De Beatitudinibus 70. De Fructibus. 71. De Peccatis et Vitiis secundum se. 72. De distinctione peccatorum el vitiorum. 73. De comparatione peccatorum ad invicem. 74. De subjecto peccatorum et vitiorum. 75. De causis peccatorum in generali. 7G. De ignorantia, quæ est causa peccati ex parte rationis. 77. De causa peccati ex parte appetitus sensitivi. 78. De causa peccati quæ est ex parte voluntatis, quæ dicitur malitia. 79. De causis peccati exterioribus ex parte Dei. 80. De causa peccati cx parte diaboli. 81. De causa peccati ex parte hominis, et traductione peccati originalis. 82. De peccato originali, quantum ad suarn essentiam. 83. De subjecto originalis peccati. 84. De causa peccati, secundum quod unum peccatum est causa alterius. 85. De effectibus peccati,quantum ad corruptionem boni natura*. 86. De effectu peccati, quantum ad maculam animæ. 87. De effectu peccati, quantum ad reatum pœnæ. 88. De peccatis, quæ distinguuntur secundum reatum pœnæ. et de venialibus per comparationem ad mortale. 89. De veniali peccato secundum se.

90. De exteriori principio actuum movente ad bonum, scilicet De Lege in communi, quantum ad ejus essentiam. 91. De legibus, quantum ad earum differentiam. 92. De lege , quantum ad suos effectus. 93. De legibus in speciali, quantum ad leges singulares : ct de ipsa lege aeterna, 94. De lege natu-

rali. 93. De lege humana secundum se. 96. De lege humana, quantum ad ejus potestatem. 97. De lege humana quantum ad ejus mutationem. 98. De veteri lege secundum se. 99. De veteri lege, quantum ad praecepta ejus, sc. de praeceptorum ejus distinctione. 100. De praeceptis veteris legis, et de moralibus. 101. De præceptis cæremonialibus veleris legis secundum sc. 102. De præceptis cæremonialibus quantum ad suas causas. 103. De præceptis cærenionialibiis, quantum ad eorum durationern. 104. De præceptis judicialibus in communi. 105. De præceptis judicialibus, quantum ad ipsorum rationem. 106. De lege nova sc. Evangelii secundum se. 107. De comparatione legis novæ ad veterem. 108. De his, quæ continentur in lege nova. 109. De principio exteriori humanorum actuum, per quod juvamur ad recte agendum, scilicet De Gratia, quantum ad ejus necessitatem. Γ10. De gratia Dei, quantum ad ejus essentiam. 111. De divisione graliæ. 112. De gratia, quantum ad ejus causam. 113. Do gratia, quantum ad ejus effectus. 114. De Merito, quod est effectus gratiae coopérants. *

SECUNDA SECUNDÆ

DE VIRTUTIBUS THEOLOGICIS ET CARDINALIBUS', OPPOSITISQUE VITIIS, GRATIIS CRATIS DATIS, DIVERSIS VITA, STATU ET OFFICIIS HOMINUM.

Continet Quæstiones centum octoginta novem.

Quæslio. 1. De virtutibus et vitiis in speciali, et primo De Fide, quantum ad ejus objectum. 2. De fide, quantum ad actum ejus interiorem, qui est credere. 3. De fide, quantum ad actum ejus exteriorem, qui est confiteri fidem, 4. De fide, quantum ad ipsum habitum fidei, et quantum ad ipsam fidem. 5. De habitu fidei, quantum ad habentes ipsam. 6. De habitu fidei, quantum ad ejus causam. 8. De ipsa fide, quantum ad suos effectus. 8. De correspondenlibus virtuti fidei, et primo de dono intellectus. 9. Decorrespondentibus fidei, quantum ad donum scientiæ. 10. De fide, quantum ad filia opposita; et primo de infidelitate in communi. 11. De vitiis oppositis fidei, quantum ad hæresin. 12. De vitiis oppositis fidei, quantum ad apostasiam. 13. De vitiis oppositis confessioni fidei, et primo de blasphemia in genelali. 14. Deblasphemia speciali, quæ est peccatum in Sp. sanctum. 15. De vitiis oppositis dono intellectus, sc. de cæcilate mentis et hebetudine sensus. 16. Depræceptis perlinentibus ad fidem, dona scientiæ el intellectus. 17. De Spe, quantum ad ipsam spem. 18. De spe, quantum ad subjectum ejus. 19.De dono Timoris, quod respondet spei. 20. De spe, quantum ad vitia opposita, et 1° dc Desperatione. 21. De Praesumptione. 22. De præceptis perlinentibus ad spem ct ad donum timoris. 23. De Charitate secundum se. 21. De charitate in comparatione ad subjectum. 25. De charitate, quantum ad ejus objectum. 26. De charitate, quantum ad ordinem diligendorum. 27. De charitate, quantum ad ejus actum principalem, qui est dilectio. 28. Dc interioribus effectibus charitatis , et 1° de gaudio. 29. De effectibus charitatis, quantum ad pacem. 30. De effectibus charitatis, quantum ad misericordiam. 31. Dc exterioribus effectibus charitatis, et 1° de beneficentia. 32. De effectibus charitatis, quantum ad eleemosynam. 33. De effectibus charitatis,

quantum ad correctionem fraternam. 34. De vitiis oppositis charitati. ctpJe odio. 35. De vitiis oppositis charitati, quantum ad acediani. 36. Dc rite oppositis charitati, quantum ad invidiam. 37. De *discordia,* qu® opponitor eifectui *charitatis, qui est* pax. 38. De contentione, quæ opponitur pati quantum ad os. 39. De schismate, quod opponitur paci quantum ad opus. 40. De bello, quod opponitur paci quantum ad opus. 4L De rixa, qweopponitur paci quantum ad opus. 42. De seditione, quæ opponitur paci quantum ad opus. 43. De scandalo, quod opponitur charitati quantum ad beneficentiam. 44. De præceptis charitatis. 15. De dono sapientia?, quod respondet *claritati.* 46. De stultitia quæ opponitur sapientia?.

47. De Prudentia secundum se. 48. De prudentia quantum ad partes suas in generali. 49. De partibus prudentiae quasi integralibus. 50. De specfebm prudentiæ, quæ sunt ad multitudinem. 51. De prudentia, quantum ad virtutes ei adjunctas, el partes potentiales. 52. De dono consilii, quod respondet prudentiæ. 53. de vitiis prudentiæ oppositis, et primo de imprudentia. 54. De negligentia. 55. De vitiis prudentiæ oppositis, quæ cum illa habent similitudinem. 56. De præceptis pertinentibus ad prudentiam. 57. De JisnTiA *et 1° de Jure. 58. De Justitia.* 5'9. De Injustitia. 60. De *Judicio.* 61. De partibus justitiæ, et 1° *de* partibus subjectivis. 62. De Restitutione, quæest actus justitiæ commutativæ. 63. De vitiis oppositis justitiæ distributivæ, Pde acceptione personarum. 64. De vitiis oppositis justitiæ commutativæ, et Dde homicidio. 65. De injuriis in personam proximi commissis. 66. De furto, quod infert nocumentum proximo in bonis. 67. De injustitia judicis *in* judicando. 68. De his quæ pertinent ad justam accusationem. 69. De injustitia ex parte Rei, sive accusati, in sua defensione. 70. De injustitia ex parte Testis in testificando. 71. De injustitia ex parte Advocatorum in judicio. 72. De injuriis verborum extra judicium, et 1° de Contumelia. 73. De Detractione. 74. De Susurratione. 75. *De Derisione. 76. De Maledictione.* 77. De Fraude in emptione et venditione. 78. De Usura. 79. De partibus integralibus justiliæ. sc. fac bonum, declina a malo. 80. De partibus potentialibus justitiæ, sc. virtutibus. 81. De singulis virtutibus justitiæ annexis, et 1° De Religion secundum se. 82. De actibus Religionis interioribus, ct 1° de Devotione. 83. De Oratione. 84. De actibus exterioribus latriœ, *et 1°* de Adoratione. 85. De Sacrificiis. 86. De oblationibus et Primitiis. 87. De Decimis. 88. De Voto. 89. De Juramento. 90. De Adjuratione. 91. De Laude Dei. 92. De Superstitione opposita Religioni. 93. De speciebus superstitionis, et 1° quantum ad cultum indebitum. 94. De Idololatria. 95. De Divinationibus. 96. De superstitionibus Observantiarum. 97. De. Tentationibus, queis Deus lentatur. 98. De Perjurio. 99. De Sacrilegio. 100. De Simonia. 101. De Pietate. 102. De Observantia. 103. De Dulia. 104. De Obedientia. 105. De Inobedienlia. 106. Dc Gratia sive Gratitudine. 107. De ingratitudine. 108. De Vindicatione. 109. Dc Veritate. 110. De Mendacio. 1l L De Simulatione et Hypocrisi. 112. De Jactantia. 113. De Ironia. 114. De Amicitia, quæ Affabilitas dicitur. 145. De Adulatione. 116. De Litigio. 117. De Liberalitate. 118. De Avaritia. 419. De Prodigalitate. 420. De Epicheia. 121. De dono justitiæ correspondente. sc. Pietate. 122. De præceptis justitiæ. 123. De Fortftudine. 12 L De præcipuo fortitudinis actu, sc. Martyrio. 125. De Vitiis fortitudini oppositis, et P de Timore. 126. Dc vitio lutimiditatis. 127. De Audacia. 128. De partibus for-

lltudlnis in communi. 129. Dc iisdem in speciali, el 1° dc Magnanimitate. 130. De Praesumptione. 131. De Ambitione. 132. De inani Gloria. 133. De Pusillanimitate. 134. De Magnificentia. 135. Dc vitiis magnificenliæ oppositis. 136. De Patientia. 137. De Perseverantia. 138. De vitiis perseverantia oppositis. 139. De dono correspondente fortitudini. 140. De præceptis fortitudinis. 141. De Temperantia. 142. De vitiis oppositis temperantiae. 143. De partibus temperantia in generali. 144. De iisdem in speciali, et 1° de Verecundia. 145. De Honestate. 14G. De Abstinentia. 147. De Jejunio. 148. De Gula. 149. De Sobrietate. 150. De Ebrietate. 151. De Castitate. 152. De Virginitate. 153. De Luxuria. 154. De partibus luxuriæ. 155. De Continentia. 156. De Incontinentia. 157. De Clementia et Mansuetudine. 158. De Iracundia. 159. De Crudelitate. 1G0. De Modestia in communi. 161. De Humilitate. 162. De Superbia in communi. IG3. De superbia primi hominis. 1G4. De pœna primi peccati. 165. De Tentatione primorum Parentum.. 1GG. De Studiosilate. 167. De Curiositate. 1G8. Dc Modestia in exterioribus corporis motibus. 169. De Modestia in exteriori apparatu. 170. De præceptis temperantia».

171. De Gratiis gratis datis, et 1° dc Prophetia, quantum ad ejus essentiam. 172. De causis Prophetiæ. 173. De modo cognitionis prophetiae. 174. De divisione Propheliæ. 175. De Raptu. 17G. Dc gratia Linguarum. 177. De gratia sermonis sapicn.ljæ seu scientiæ. 178. De gratia Miraculorum. 179. Dc divisione Vit.e. 180. Devita Contemplativa. 181. Dc vita Activa. 182. De comparatione vitæ activæ ad contemplativam. 183. De Officiis et statibus hominum in generali. 184. Dc Statu perfectionis in communi. 185. De his, quæ pertinent ad statum Episcoporum. 18G. De statu Religionis, quantum ad principalia. 187. De his, quæ competunt Religiosis. 188. De differentia Religionum. 189. De Ingressu Religionis.

PARS TERTIA

DE INCARNATIONE, CHRISTI VÎTA ET MYSTERIIS, TRIBUS PRIMIS SACRAMENTIS ET POENITENTIA IN GENERE.

Continet Qmestiones nonaginta.

Qnæstio 1. De Convenientia Incarnationis. 2. De modo unionis Verbi incarnati quoad ipsam unionem. 3. De modo unionis ex parte Personne assumentis. 4. De modo unionis ex parte naturæ humante. 5. De modo unionis ei parte partium naturæ huinanæ. G. De modo assumptionis quantum ad ordinem. 7. De coassumptis in natura humana pertinentibus ad perfectionem, sc. de gratia Christi, prout est homo singularis. 8. De gratia Christi secundum quod est caput Ecclesiæ. 9. De Scientia Christi in communi. 10. Dc scientia beata Christi. 11. De scientia indita vel infusa. 12. De scientia -qnisita vel experimental]. 13. De potentia animæ Christi. 14. De defectibus, quos Christus assumpsit, quantum ad corpus, 15. De iisdem, quantum ad animam. JG. De his, quæ consequuntur unionem, quantum ad convenientia Christo secundum se. 17. De his, quæ pertinent ad unitatem Christi, quantum ad esse. 18. De iisdem, quantum ad voluntatem. 19. De iisdem, quantum ad operationem Christi. 20. Dc convenientibus Christo secundum

subjectionem ejus ad Patrem. 21. De oratione Christi. 22. De Sacerdoti- Christi. 23. De Adoptione Christi. 24. De Prædestinatîone Christi. 2'j.je Adoratione Christi. 26. De hoc. quod Christus dicitur Dei cl hominum mediator.

27. De Sanctificatione B. Virginis. 28. De Virginitate B. Mariae. 29. De Desponsatione Matris Dei. 30. De Annuntiatione B. Virginis. 34. De Cooceptione Salvaturis, quantum ad materiam, de qua corpus conceptum. 32. De Conceptione Christi, quantum ad principium activum. 33. De modo et ordine Conceptionis. 31. De perfectione prolis concepta?. 35. DeNativilik Salvatoris. 36. De Manifestatione Christi. 37. De Legalibus circa puerum Jesum observatis. 38. De Baptismo Joannis. 39. De Baptizatione Christi. •40. De modo conversationis Christi. 41. De Tentatione Christi. 42. DeDoctrina Christi. 43. De Miraculis a Christo factis in generali. 44. De Miraculis Christi in speciali. 45. De Transfiguratione Christi. 46. De Passione Christi. 47. De causa efficiente passionis. 48. De modo efficienda? passionis. 49. De effectibus passionis. 50. De morte Christi. 51. De sepulchro Christi. 52. De descensu Christi ad inferos. 53. De Resurrectione Christi. 5-4. De qualitate hujus Resurrectionis. 55. De manifestatione Resurrectionis. 56. De causalitate Resurrectionis Christi. 57. De Ascensione Christi. 58. De Sessione Christi ad dexteram Patris. 59. De judiciaria Christi potestate.

60. De Sacramentis, quid sit sacramentum. 61. De necessitate sacramentorum. 62. De effectu sacramentorum, qui est Character. 64. De causa sacramentorum. 63. De numero et modo Sacramentorum. 66. De Sacrahexto Baptismi, quantum ad se. 67. De Ministris baptismatis. 68. De suscipientibus baptismum. 69. De effectibus baptismi. 70. De Circumcisione, quæ praecessit baptismum. 71. De praeparatoriis ad baptismum concurrentibus. 72. De Sacramento Confirmationis. 73. De Sacramento Elcharistle. 74. De materia Eucharistia secundum speciem. 75. De Conversione panis et vini in Corpus et Sanguinem Christi. 76. De modo, quo corpus Christi existât in eucharistia. 77. De Accidentibus remanentibus in hoc sacramento. 78. De Forma hujus sacramenti. 79. De effectibus hujus sacramenti. 80. De usu sive sumptione hujus sacramenti in communi. 81. De modo, quo Christus usus est in isto sacramento. 82. De Ministris hujus sacramenti. 83. De ritu hujus sacramenti. 8 4. De Sacramento Poenitentie. 85. De Poenitentia, secundum quod est virtus. 86. De effectu pœnitentiæ. 87. De remissione venialium peccatorum. 88. De reditu peccatorum per poenitentiam dimissorum. 89. Dc recuperatione virtutum per poenitentiam. 90. De partibus pœnitentiæ in generali.

SUPPLEMENTUM PARTIS TERTLE

DK PŒNITENTIÆ PARTIBUS, EXTREMA UNCTIONE. ORDINE, MATRIMONIO, RESURRECTIONE, EXTREMO JUDICIO, BEATIS ET DAMNATIS.

Continet Qucestiones nonaginta novem,

Quæstio. 1. De Contritione. 2. De objecto contritionis. 3. De quantitate contritionis. 4. De tempore contritionis. 5. De effectu contritionis. 6. Dr. Confessione ct ejus necessitate. 7. De confessionis quiddilate. 8. De Ministro confessionis. 9. De qualitate confessionis. 10. De effectu confessionis. 11. De

sigillo confessionis. 12. De Satisfactione. 13. De satisfactionis possibilitate. 11. Dcqualitate satisfactionis. 15. De his, per quæ lit-satisfaclio. 16. Dc suscipientibus hoc sacramentum. 17. De Potestate Clavium. 18. De effectu clavium. 19. De Ministris clavium. 20. Dc his, in quos usus clavium exerceri potest. 21. De Excommunicatione. 22. De his, qui excommunicare et excommunicari possunt. 23. De participatione cum excommunicatis. 2-4. De absolutione ab excommunicatione. 25. De Indulgentia secundum se. 26. De his, qui possunt indulgentias facere. 27. De his, quibus valent indulgentiae. 28. De solemn! ritu pœnitentiæ. 29. De Sacramento Extremæ Unctionis. 30. Dceffectu hujus sacramenti. 31. Dc ministro hujus sacramenti. 32. Quibus el iu qua parte hoc sacramentum conferri debeat. 33. De iteratione hujus sacramenti. 34. De Sacramento Ordinis. 35. De effectu hujus sacramenti; 36. De qualitate suscipientium. 37. De distinctione Ordinum. 38. De conferentibus hoc sacramentum. 39. De Impedimentis hujus sacramenti. 40. De his, quæ annexa sunt sacramento Ordinis.-41. De Sacramento Matrimonii, quod est in officium naturae. 42. Dc Matrimonio, in quantum est Sacramentum. 43. De Matrimonio quantum ad Sponsalia. -44. De matrimonii definitione. 45. De Consensu matrimonii. 46. De consensu, cui advenit juramentum vel copula carnalis. -47. De consensu coacto. 48. De objecto consensus. 19. De bonis matrimonii. 50. De Impedimentis Matrimonii. 51. De impedimento Erroris. 52. De impedimento Conditionis Servitutis. 53. De impedimento Vuliel Ordinis. 54. De impedimento Consanguinitatis. 55. De impedimento Affinitatis. 56. Dc impedimento Cognationis. 57. De Cognatione legali, quæ est per adoptionem. 58. De impedimento frigiditatis, maleficii, furiæ et uneniiæ. 59. De disparitate Cultus. 60. De uxoricidio. 61. De impedimento matrimonii, quod est votum solemne. 62. De impedimento, quod supervenit matrimonio consummato. 63. Dc secundis Nuptiis. 64. De annexis matrimo-* nioel debiti redditione. 65. De Bigamia. 66. De bigamia cl irregularitate inde contracta. 67. De Libello repudii. 68. De filiis illegitime natis.

69. De his. quæ spectant Resurrectionem, et 1° dc loco animarum post πιοτtern. 70. De qualitate animæ exeuntis c corpore, cl pœna ci inflicta ab igné (•■rporeo.71. De suffragiis mortuorum. 72. Dc oratione respectu sanctorum, qmsunlin patria. 73. De signis, quæ Judicium praecedunt. 74. Do igne ultinœ conflagrationis. 75. Dc Resurrectione. 76. Dc causa Resurrectionis. 77. Dc tempore, cl modo Resurrectionis. 78. Dc termino Resurrectionis. 79. De Conditionibus resurgentium, et 1° dc eorum identitate. 80. Dc integritate o-rporum resurgentium. 81. Dc qualitate resurgentium. 82. Dc conditionibus Beatorum resurgentium. 83. Dc subtilitate corporum beaturum. 84. Dc qualitate corporum beatorum. 85. De claritate beatorum corporum. 86. Dc (.ditionibus corporum damnatorum resurgentium. 87. Dc cognitione quam habebant resuscitali respectu meritorum aut demeritorum. 88. De Judicio Generali, tempore ct loco, in quo iit. 89. De judicantibus el judicatis in hoc judicio. 90. De forma Judicis venientis ad judicium. 91. De qualitate mundi dresurgentium post judicium. 92. De Visione divinæ cssenliæ per comparationem ad Beatos. 93. De Sanctorum beatitudine cl eorum mansionibus. 'I. Dc modo, quo sancti se habebunt erga damnatos. 95. De dotibus Beatoim.i.16. Bc Aureolis. 97. De pœna Damnatorum. 98. Dc voluntate et intellectu damnatorum. 99. De misericordia Dei respectu damnatorum.

ARTICULES II.

Quaenam sit Notio ct OEconomia Jurisprudentia; Ecclesiastica? I

229. *Nota.* Præter varias acceptiones *Jus* potissimum usurpatur sive pro I legibus singulis, sive pro legum collectione : *Ecclesiasticum* dicitur ab Ecclesia; quæ ciim sit coetus inæqualium, ac eumdem actum non habentium,rite ordinatus, utpote a Christo institutus et potestate auctoritaliva donatus, W ipso certis legibus carere non potest. Harum legum notitia scientiGcarectius *prudentia* quam scientia appellatur, quia, agendorum potius praxin.quam credendorum meditationem et curam gerit. Quamquam enim tum fundamentalia Religionis capita tum reliqua fidei dogmata intra facultatis hujus ambitum contineantur, quin et plurimam partem in corpore Juris sacri claudantur; principalius tamen ea Theologiae deberi adeo convenit inter omnes, I ut nec morum principia sive e\ Evangclio sive cx jure naturali provenientia sacræ Jurisprudentia; tribuantur, nisi ad statum Ecclesiæ publicum autanimarum externum pertineant. Quare *Juris Ecclesiastici* nomine leges tantum positivas, easque ab Ecclesia ipsa h. c. Magistratu Ecclesiastico latasinlelligimus. Forte tamen nec cas Ecclesiæ constitutiones dicere oportebat leges ;cum ipsa easdem canones aut regulas vocare consueverit ; unde et *Jus Canonicum,* sicut a potissimo auctore *Pontificium,* et a materia *Sacrum* compellatur.

230. *Dico I.* Jus Ecclesiasticum pro lege acceptum dividitur 1° ratione auctoris in Canonicum ct Pontificium. *Jus Canonicum* seu Canon est constitutio in Concilio condita : *Jus Pontificium* est constitutio facta extra Concilium. et hinc a Pontifice ; cum lex universalis seu pro universa Ecclesia non | nisi a Pontifice fern possit. 2° Ratione materiæ in Dogma, Mandatum, Interdictum et Sanctionem. *Dogma est.* constitutio sive de fide sive de read fidem spectante aut ordinata : *Mandatum* pertinet ad disciplinam ecclesiasticam: *Interdictum* tendit ad correctionem malorum : *Sanctio* poenam dictat a'l cautelam futurorum. 3° Ratione forma; internæ in Decretum et Rescriptum. *Decretum* constitutio est a Pontifice de consilio Cardinalium edita ad nullius consultationem : *Rescriptum* specifice sumptum est responsum scriptum, seu constitutio Ejusdem sine vel cum Cardinalium consensu data ad alterius qoamcumque postulationem; dicitur etiam *Epistola Decretalis.* 1° Ratione formæ externa? in vivre vocis Oraculum. Bullam et Breve. *Oraculum* primitus verbo duntaxat datur, licet postea in scripturam forsan redigatur; reliqua nonnisi litteris consignata prodeunt : *Bulla* est scriptura major in membrana, plumbeo de funibus pendente sigillo munita : *Breve* est scriptura modica frequenter in papyro, signata cera rubra et annulo Piscatoris, h. e. sigillo imaginem S. Petri, rete in mare e navi projicientis, referente.

Pneterea annotari merentur **I**. *Rcgulæ Cancellariæ,* seu ordinationes constituta· pro causis maxime bcneticialibus ct stylo Cancellarim Apostolica;: quæ speciale hoc habent, ut expirent cum morte Pontificis. 2. *Declaration's Cardinalium,* scilicet Concilii Tridentini Interpretum, seu ExpositionesTridentinorum Decretorum circa mores: quæ doctrinales non tantum, sed au-

ihenticœ sunt; si sint comprehensivæ, emanent consulto prius Pontifice; hujus nomen expressum referant, ct in forma authentica proferantur. 3. *Decisiones Kolæ* Romanæ, seu sententia? Judicum, in orbem sedentium, ex diversis nationibus ad causas litigiosas decernendas a Pontifice Romæ constitutorum: quæ tamen vim juris saltem universalis et extra curiam Romanam non habent; cum judicibus his potestas haud sil leges ferendi; sed solum judicandi secundum leges.

231. *Dico 11.* Jus Ecclesiasticum pro legum collectione sumptum, aliud est vetus,quod *Codex Canonum* appellatur; aliud novum, quod *Corpus Juris Canonici* dicitur; aliud novissimum, quod *plures collectionum species',* post Sixti IV. Constitutionem an. 1483. editam, publicatas complectitur.

I.Codicem Canonum nullum tribus seculis primis extili^sc, salis exploratum est. Quæ enim collectio aut Canonum Aposlolicorum aut Constitutionum Apostolicam in circumfertur, juxta communem jam criticorum opinionem, nec hanc ælalein, nec illos auctores cognovit.

In Oriente sub finem see. 4' circa an. 385. Canonum Codex prodiit, qui xidclur antiquissimus. Nec enim Romana Ecclesia præter Nicaenos ct Sardicenses Canones hoc ævo admisit alios, ut Innocentii epistolæ testantur: nec Africana?Ecclesiæ Codex coaevus est aut antiquior; cum ex iis plurimum Conciliis sit depromptus, quibus et S. Augustinus interfuit, adeoque natales suos prope medium see. 5' celebrat. Continet autem Orientalis hic Codex continuata numerorum serie sibi succedentes Canones Conciliorum Nicæni I., Ancyrani, Neocesarcensis, Gangrcnsis, Antiocheni, Laodiceni ct Constanlinqwlilani L, atque in Concilio Chalcedonensi laudatus ct commendatus lurt' ritatem suam potissimum est nactus. Idem apud Græcos accessiones plurimas cepit ad au. 860. usque; quas enarrare nostrum non est.

In Occidente antiquus quidem is Romanæ Ecclesiæ Codex asseritur a multis, quia Quesncllo el Pitheo nolis illustratus seculo priori prodiit ; quoniam vero non idem esi omnium judicium, primas damus illi, quem Dionysius iten. Exiguus sub seculi G' initium condidit, Romana autem Ecclesia mox acceptavit. Complectitur is concinniorem Codicis Orientalis latine jam anlea versi translationem ; Canones etiam Sardicenses, Africanos ct Chalccdonenxs; prætcrca epistolas decretales Pontificum Siricii, Innocentii, Zosimi, Boniiacii. Cœlestini, Leonis magni, Gelasii cl Anaslasii: item Canones 50. Aposlplicos; quos tamen an Dionysius ipse, an alius adjecerit, non certo habetur.

Pro Ecclesia *Africana* sub medium seculi ejusdem scripsit -Breviationem taonum Fulgentius Feriandus Eccl. Carthagiuensis Diaconus; sub finem .uli? autem Breviarium Canonicum Cresconius Episc. Africa?. Pro *Hispa*r Martinus Episc. Braccarcnsis post medium see. 6', sub initium autem -a . sequentis Isidorus Archiepiscopus Hispalensis Collectionem Canonicam ediderunt. Pro *Gallicana* Ecclesia quo Auctore vel tempore specialis Codex ' nditus sil, nihil scitur : an distinctus a Dionysiano (quem constat ab Hadriano sob finem see. 8'in Gallias missum, atque pro his a Carolo Magno raptatum) prius exii terit, incertum est. Sane constat, præter proprias a 'zfliiliis suæ Prov incite editas constitutiones, plerosque Græci Codicis Cano-

nes ct Pontificum Decretales tum Africanis el Hispanicis collectionibus inser- i
tas, Ium a Gallis observatas frequenter reperiri.

Veteris hujus Juris integritatem v iolare coepit circa fmcin see. 8' aut ini- I
tium 'J' Isidores cogn. jam Mercator jam Peccator, dum Collectionem Canoni- I
cam Isidori Hispalensis fere duplo amplius auxit, adjectis turn spuriis Ponti- I
licum, Clementi 1. et Damaso interjectorum, epistolis decretalibus, tum Con- I
ciliorum usque ad an. 683. celebratorum Canonibus. Adulterinas hasmerees '
post see. noni initia ex Hispania in Gallias intulit Rieulfus Archiepiscopus I
Moguntinus: suis autem Canonum Collectionibus inseruerunt sequentium
seculorum scriplores, Regino Prummiensis, Burchardus Wormatiensis, An-
selmus Lucensis, Ivo Carnotensis, aliique in proximo Patrum et Scriptorum
Ecclesiasticorum syllabo notati, qui suis in Collectionibus varia figura et ra-
tione editis Scripturae sacræ Patrumque testimonia, Pontificum tam falsa
quam vera Decreta, Conciliorum antiquorum et recentiorum Canones, Legum
Romanarum et Capitularium Francorum placita pro juré Sacro retulerunt. I
Atque ex his potissimum aliisque quibusdam monumentis compilatum opus I
an. 1131. edidit Gratianus O. S. B. Professus Bononiæ, quod Concordia dis- I
cordantium Canonum inscribitur, vulgo autem Corpus Decretorum, aut I
absolute Decretum compellatur. F

II. *Jus novum* seu Corpus Juris Canonici sex partes complectitur. P est
Decretum Gratiani, de quo proximus sermo fuit: 21 Compilatio Decretalium I
epistolarum , auctoritate Gregorii IX. ct opera Raymundi de Pennafort I
an. 1234. facta et promulgata: 3a Liber sextus Decretalium a Bonifacio VIII.
an. 1299. editus: 4' Clemenlinæ h. e. Constitutiones a Clementc V. collects,
sed a Joanne XXII. an. 1317. promulgate : 5s Extravagantes Joanuis ejusdem I
ct ab eodem an. 1325. compilate: 6a Extravagantes communes sub tinem
scculi 15' in unam collectionem compacte.

Decretum ex quibus coaluerit, nuper est dictum. Dividitur in 1res partes.
Earum I* continet Distinctiones 101, quæ in Canones secantur; 'tractatque
dc Jure ct Personis Ecclesiasticis : 2' complectitur Causas 36., quæinQuæs-
tiones, sicut hæ deinceps in Canones dividuntur, exceptaCausæ33,eQuæstionc:
31 quæ de Poenitentia inscribitur, ac prius in Distinctiones, tum in Canones
scinditur, agitque universim de Judiciis et negotiis sacris: 4* de Consecra-
tione nomen gerit, habetque Distinctiones 5. in Canones rursus divisas; qui-
bus argumentum tituli aliaque ad cultum Dei spectantia exponuntur. In
iisdem partibus praemittuntur Distinctionibus et Quæstionibus Principia vel
Summæ,quæ argumentum rei tractandæ praeferunt ; subjiciuntur Canonibus
Paragraphe, qui rationem conciliandi Canones exponunt ; in Canonum nu-
mero nonnunquam apparent *Paleæ,* quæ sunt additamenta aliena; cum
summæ et paragraph! sint propria Gratiani studia ct sensa. Partibus omni-
bus snbduntnr Canones Pienitentiales 17., et Canones Apostolorum 8-1.

Decretales deprompte sunt ex aliis post Gratianum collectionibus Bemanli
Cirta, Joannis Vallensis, Petri Beneventani, Tancredi et aliorum, sunlque
maximam partem Epistolæ Pontificum circiter 36. a Gregorio 1. usque ad
Gregorium IX.; reliquam constituunt testimonia Scripturae, Canones tum
Apostolorum, tum 37. Conciliorum ab Antiocheno ad Lateranense IV. usque
celebratorum, eflata item Patrum aliorumquc decem fere auctorum. Divi-
duntur in Libros quinque. Libri in Titulos, Tituli in Capita sive Capitula,

hæc forte prolixiora in Paragraphos. Liber 1,w complectitur Titulos 43., tradat post præinissam Constitutionum, Consuetudinis et Rescriptorum materiam, dc Personis Ecclesiasticis, Prælatis et Judicibus sacris: 2usTitul. 30.de Processu Judiciali: 3"· Tit. 50. de Clericorum Sccularium ct Regularium vita,obligationibus,ct rebus: 4US Til. 21. dc Sponsalibus et Matrimonio: 5cTil. 4L de deliciis eorumque poenis.

Reliqua* Juris novi partes camdem Librorum et materiferationem sectantur, minuto tamen Titulorum numero. Liber 6"s ex posterioribus Gregorii IX. et sequentium usque ad Bonifacium Pontificum, necnon Conciliorum Lugdunensium œcumenieorum Constitutionibus, Rescriptis et Decretis collectus. Til. 79. complectitur. *Clementina* editas a Clemente V. tum in Concilio Viennensi tum ante vel post illud Constitutiones complectuntur sub 51. Titulis. *Extravagante*^ sic dicta·, quod post memoratas hactenus collectiones Corpori Juris inserlæ non forent, Pontificum etiamnum nomen retinent ; el ilhe quidem *Joannis XXII.* auctorem suum satis prodentes, Tit. 14. duntaxat numerant; aliæ autem *Communes* appellate, variorum Pontificum ab Urbano IV. ad Si.xlum IV. Constitutiones, hominis privati studio collectas, exhibent sub Tit. 35. Dc Libro 7° Decretalium a Petro Matthæi, et Institutionibus Juris Canonici a Paulo Lancclloto editis, ac Corpori Juris editione receutioreannexis nihil attinet dicere; cum privatorum collectiones sint, nec auctoritate nec usu robur legale unquam consecute.

III. *Jus novissimum* aliud est absolutum ct ex auctoritate, aliud hypotheticum et cx pacto. Priori continentur Concilia aetate Corporis Juris Canonici posteriora, praesertim Tridentinum, Bullarium, Regulae Cancellariæ, Decreta Congregationis, Decisiones Rote : posteriori Concordata Gcrmaniæ, Transactio Passavicnsis, Pax Religiosa, Pax Wcstphalica. De plerisque sub jure absoluto contentis diximus vel num. priore vel in historia Conciliorum. Solum *Bullarium* restat, quod est collectio Constitutionum Pontificiarum in Corpore Juris non clausarum, quam Laertius Cherubinus initium a Leone L sumens suscepit, filius Angelus Maria CherubinUs continuavit, alii typis Romanis aut Luxemburgicis ad nostra usque tempora sunt prosecuti. Dc reliquis specialis pro Germania el pactitii juris speciebus, ad notitiam duntaxat aliquam, pauca subjicimus ; cum ad cognitionem earum exactam tribuendam, politicas Imperii rationes multamque historiam exponere oporteret, quod a nostro hic instituto alienum videtur.

Concordata Gcrmaniæ sunt conventa Pontificem inter et Germanisé Principes circa res aut statum Ecclesiæ in Germania. Præter illa inter Gallixlum 11. et llcnricum V. an. 1122. inita, de quibus in historia Cone. Lateranensis L dictum, et alia forsan anteriora Adriani ac successorum cum Cando M. ct Odonibus pacta, anlonomasticc inleUigitur illa conventio, quæ super causis beneficiariis Fridcricum 111. Imperiique Principes plures, non omnes, Ium Ecclesiasticos tum Laicos inter et Pontificis Legatum an. 1447. concepta, 19. Martii 1448. autem a Nicolao V. per Constitutionem, *Ad Sacram Petri Solem,* confirmata fuit.

Praecipua Concordatorum capita sunt : I. Pontifici reservantur beneficia Ecclesiastica cujuscumque dignitatis aut nominis, quæ apud sedem Apostolicam vacare contigerit. 2. In Ecclesiis Metropolitanis el Cathedralibus, ncc-

non Monasteriis Pontifici immediate subjectis, vigeat electio canonica, a Pontifice examinanda et confirmanda ; nisi cx rationabili el evidenti causa de digniori et utiliori persona Pontifex de consilio Cardinalium duxerit prendendum. 3. Reservantur Pontifici dignitates post Episcopalem majores in Calhedralibus, el principales in Collegiatis. i. Quoad alia bénéficia statuitur allemaliva mensium inter Pontificem et Collatores ordinarius, ita tamen, ut si tertio post mense, quam vacare cœperil beneficium, Aposlolica provisio non innotescat, ea ad ordinarium devolvatur, 5. Annalæ Episcopatuum et Abbatiarum, Pontifici solvenda*, determinantur. Postrema de allernativa el Annalis capita adjectam conditionem habent : nisi in futuro Concilio de consensu Germante nationis aliter fuerit ordinatum. Aliud de exspectatius beneficiorum regularium statuto universali Tridentini Sess. 21. c. 19. de Reform. ad omnes extensum jam nihil singulare habet.

Transactio Passaeiensis dicitur ea conventio, quæ ad sopiendum bellum, ex findere Schmalcaldico Protestantes inter et Catholicos ortum, a Ferdinand» Rorn. Rege et quibusdam Principibus Catholicis cum Foederatis 2. Aug. !oi>2., sub reservatione ratihabitionis Cæsareæ Caroli V. inita est Passarii. Hic, quantum ad Religionem spectat, conveniebatur, ut intra semestre celebrarentur comitia, in quibus de via componendi dissidia Religionis deliberaretur : interim Augustanæ Confessioni addictis nulla in Imperio violentia, molestia aut contemptus propter Religionem inferretur; sicut vicissim nec illis, qui antiquæ Religioni adhærcnt, h. e. Catholicis.

Pax Religiosa pneliminarem hunc Tractatum excepit, Augustanis in Comitiis 25. Septemb. 1555. Ferdinandum jam potestate inunitum et Catholicos Principes inter atque Protestantes icta. Quamv is de fide ipsa decerneretur nihil, nec probaretur Religio noxa; nomen tamen illud obtinuit, quod tranquillitas externa fuerit sancita, el pacis Imperii publicæ extensio ad causas Religionis facta, eousque, dum sequatur absoluta et finalis compositio Religionis ac fidei.

Ce*·1

Articuli ad rem nostram pertinentes sunt : 1. Nullus Imperii status, neque immediata Nobilitas, propter Augustanam Confessionem patiatur vim aut contemptum. 2. Controversia) Religionis inediis Christianis et amicabilibus componantur. 3. C. A. addicti statibus Catholicis eorumque Capitulis nullam inferant molestiam. 4. Dispositio de Collegiis, Coenobiis ac bonis Ecclesiasticis ante Transact. Passaviensem ad alios usus a Protcstantibusfacta, persistat fuma. 5. Pra-Iali Ecclesiastici a veteri h. c. Catholica Religione discedentes, sua dignitate el beneficio excidant, salva tamen existimatione eorum ac honore. Articulus hic *Reservatum Ecclesiasticum* audit. 6. Jurisdictio Ecclesiastica, salvis redditibus et juribus, adversus A. C. addictos esto suspensa; exerceatur tamen more recepto circa ea, quæ huic Confessioni non sunt contraria. 7. Cuilibet statui integrum sit jus seculare, quod quis ante orta Religionis dissidia habuit in proventus Ecclesiarum intra territorium suum constitutos; ita tarneu. ut absque discrimine Religionis cx iis sustententur ministeria sacra, parochia*, schola*, hospitalia prout moris erat. 8. Nullus status alium constatum ejusve subditos vi aut arte pertrahat ad suam Religionem, aut hos contra proprium magistratum tueatur. 9. Subditis nlriusque Religionis conceditur jus emigrandi. |n. iu civitatibus Imperiali-

bus liberis, ubi ulraquc Religio viget, iiieobc vivant pacifice, nullusquc alterum turbet in sme Religionis exercitio. 11. Exclusi sint ab hac pace, qui neque veteri Religioni neque Augustan® Confessioni adherent.

l'iu'lVeslphaltca illa intelligitur,qurepost frustrata Pacis Religiosæ media, post scissum, ob jus reformandi immoderate exercitum, in factiones Imperium. post enatum exinde, el rebellionis Bohcmicæ occasione, bellum tricennalean. 1GJ8. sancita est duplici Instrumento, altero Monasterii inter Ferdinandum 111. Calbolicosque Principes ct Ludovicum XIV. Galli® Regem Prolestantium adjutorem, allero Osnabrug® inter Imperatorem cum Catholicis eumdem el Chrislinam Succi® Reginam Prolestantium sociam condito. Prix hæc, quantumvis a Summis Pontificibus fuerit reprobata, confirmata tamen est in Comitiis Imperii sequentibus, et in picrisque Germaniae provinciis executioni mandata; hodiedum in foro seculari observatur.

Religionem concernunt ex pactis Monasteriensibus vix ullum, ex Osnabrugensibus autem praecipue sequentia. 1. Transactio Passaviensis etPax Religiosa continnalur atque a piiesenti conventione declaratur; contra quam declarationem nulla juris adminicula locum habeant : si quod dubium in causa Religionis oriatur, de eo in Imperii comitiis amicabili ratione transigatur, non attenta votorum pluralitate. 2. Religionis intuitu vis nemini paciscentium inferatur, nec subdito quidpiam contra conscientiam et Religionis su® principia injungatur : nemo etiam Religionis causa habeatur despectui : nec mercatorum, opificum etc. communione, nec legalis, eleemosynis, hospitalibus etc., multominus coemeteriis publicis aut scpultur® honore arceatur. 3. Terminus a quo restitutionis Ecclesiastic® ct dies normalis sit la Januarii I62L, fiatque conservatio aut reductio ad statum dicti anni ct diei in omnibus quoad Praelaturas, beneficia, jura, redditus ct alia, etiam quoad numerum Canonicorum et exercitium Religionis in mixtis Ecclesiis, *i.* Oui retenti sunt a Protcstantibus ob possessionem anni hujus decretorii, vel illis ex aliis rationibus cedebantur Archicpiscopatus, Episcopatus, cæteræque dignitates Ecclesiastic® cum territorio appertinente, vel secularizcnlur, vel in ordine Principatuum Ecclesiasticorum permaneant, jure eligendi vel postulandi fundationibus immediatis stabilito, hæredilaria autem successione exclusa. Imperator investiat Protestantes Episcopos post præstita juramenta: per primarias preces praesentet ejusdem Religionis consortem cum defuncto. 6. Jus Diœcesanum el tota jurisdictio Ecclesiastica cum speciebus sub omnibus contra A. C. status corumquc subditos esto suspensa : cxcculio non decernatur pro exactione Annalarum, Jurium Pallii, mensium Papalium in Ecclesiis Protcstantibus. 7. Inter utriusque Religionis status sit exacta «qualitas, ut quod uni parti justum est, alteri quoque sit justum : unde ct Reservatum Ecclesiasticum extenditur etiam ad Protestantes Praelaturis Ecclesiasticis potitos; qui gaudent eodem titulo et proedria cum Catholicis : adlecli etiam ex utraque Religione Assessores in Camera Imperiali ct Judicio Casareo Aulico pari numero causas inter Catholicos cl Protestantes aut illos solos agitatas discutiant el judicent. 8. Statibus immediatis cum jure territorii competat jus reformandi exercitium Religionis : subditi tamen retineant exercitium an. 1624. quacumque anni parte habitum, nec cogantur emigrare : qui id dicto anno non habuerint, his emigrandi jus conceditur: si nec sponte emigrare voluerint, nec a territorii domino jussi fuerint, pa-

ticnler tolerentur conscientia libera privalim domi vacare sure devotioni. 9. Praeter Catholicos et A. C. addictos comprehenduntur in hac Pace etiam Reformati seu Cah inistre, ita, ut praeter tres illas Religiones nulla alia in Imperio recipiatur vel toleretur.

232. *Dic» III.* Jurisprudentia Ecclesiastica est disciplina praefica, Reni·publicam Christianam ad politiam Sacram manuducens per leges Ecclcdasticas rite perspectas.

Dicitur 1. *Disciplina;* quia ad imitiationem dictorum dc Theologia, ad usum potius rei quam statum mentis attendimus. 2. *Pradica;* quia actus Jurisprudent!® hujus primarii, canones scilicet et aliæ regulre, vim dirigendi habent, praximque objecti intendunt. 3. *Rempublicam Christianam;* tum quia rei nomine venire possunt et person® et actiones Ecclesiastical ; cum priores earumque officia spectentur ad res sacras, quas tractant, posteriores autem ad acquirendas, conservandas aut alienandas res Ecclesiasticas maxime referantur ; tum quia fideles ab hac Jurisprudentia non considerantur more Theologiæ Moralis ut singuli, sed vel ut omnes, vel ut membra communitatis Ecclesiastic® ; tum quia infideles aut baptismo carentes Ecclesiasticis legibus non subjacent, nec hæ illos, qui foris sunt, respiciunt. 4. *Ad politiam Sacram manuducens;* quia, quamvis finis ultimalus Jurisprudent!® Sacræ sit salus interna praesentis vite et felicitas aeterna futura?, ea tamen proxime determinat externa, eoque immediate spectat, ut cura animarum, fori exercitium et regimen Ecclesiæ ordinate, honeste ac juste geratur. 5. *Per leges Ecclesiasticas;* quia, sicut in Civili, sic in Ecclesiastica Jurisprudentia ratio juris positivi praecipua habetur, sive illud acceptatione sive constitutione sive approbatione legitimi magistratus, vim obligandi primam aut novam obtinuerit. 7. *Pate perspectas;* quia attendi debet 1°, an uno ex pra*dictis modo vim obligandi aliquam habeant : 2°, an universim. an pro speciali casu aut circumstantiis loci, temporis, person®, aut aliis enuntient : 3°, an vigeant ctiamnum, an per jus posterius, consuetudinem contrariam, vel aliud mutationis genus non amplius obligent : 4°, quinam sit sensus legitimus secundum genuinas hcrmeneuticcs regulas etc.

Tl* 3 w:

Atque ad primum harum observationum punctum statui potest de jure triplici supra proposito. Quia enim Romana Ecclesia *Codicem Canonum* acceptavit: Jus antiquum vim legalem habet, nisi ubi aliquo mutationis modo eam perdidit. Praeterea vero quia Pontifices nominati Libros Decretalium cum Sexto, Clcmentinis et Extravagantibus solemniter promulgando eorum decreta vel constituerunt vel approbarunt ; Jus novum quoad has partes in vim legis obligat : ob defectum modi legalis cujuscumque communius asseritur contrarium de Gratiani Decreto etiam post concctioncni Romanam; adeo, ut Summæ et paragraphe qui Gratiani sunt, el rubric® canonum, qui sunt auctoris incerti, nullam habeant auctoritatem; Canones autem, genuini etiam ipsi, non aliam, ac quam merentur fontes, unde desumuntur : usus autem Scholre et praxis fori, falsis etiam Decretalibus plus tribuens, facere forsan potest praejudicium aliquod, legem condere non potest.

Denique *Jus novissimum* auctoritalivum quam potestatem habeat exclus auctoribus petendum est : utrum reipsa obliget ex jure et facto promukationis determinari potest ac debet. Quod tandem jus idem pactitium attinet, Concordata quidem obligationem utrinqiie producunt : reliqua autem an idem justitia* vinculum efficiant, disputatur: eadem tamen in foro observanda esse coin enitui·.

233. *Observa.* Codicem Canonum non sola acceptatione Romanæ Ecclesiæ, de qua nuper diximus, sed etiam solemni Constitutione pro norma Judiciorum Ecclesiasticorum a Leone IV. propositum fuisse, Dist. 20. Canon. 1. *de Libellis* aperte testatur. Cum proinde ad Jus novum fuerit relatus, nec tamen passim prostet; placuit eumdem ad complementum a*conomiæ Canonic® dandum hic subjicere. Ne vero repetamus dicta alibi, Canones œcumenicorum Conciliorum omittimus; ne quoque Decretales Pontificum Juri novo insertas, ideoque passim obvias hic proferamus, hoc Dionysii Exigui auctarium simili silentio praeterimus. Quare non restant producendi, nisi Codex Orientalis, isque secundum Concilia particularia, et alter Africanus Codex; quorum mine compendium pro more superius usurpato subteximus,

CODEX CANONUM ANTIQUUS.

CODEX ECCLESIÆ ORIENTALIS.

Canones conc. Ancyrani an. 315. ab 18. PP. celebrati. 1. Presbyteri in idololatriam lapsi, martyrio tamen se postea offerentes, retineant dignitatem, sed officio non fungantur. 2. Similibus Diaconis similis indulgentia et poena detur. 3. Per vim passi ritum paganum, sed in fide constantes, nec communione priventur, nec sint irregulares. 4. Ad idem coacti primum, post autem circa ritum indifferentes, amio inter Audientes, triennio inter Pœnitentes hæreant. 5. Ex timore, ritu gentili contaminati, triennio non communicent, si dolorem pacti prodiderint. 6. Si hucusque non doluerinl,sexennem poenam subeant : neutris tamen in periculo mortis communio propter viaticum negetur. 7. Qui sæpius idolis immolarint, sexennio. 8. Qui insuper causam immolandi dederint, decennio puniantur. 9. Diaconis, inter ordinandum contra continentiam protestatis, uxores non negentur : professis continentiam, sed non servantibus, ministerium auferatur. 10. Desponsata, etiam a raptore corrupta, reddatur sponso. 11. Adhuc Catechumenus lapsus, post baptismum ordinari queat. 12. Chorepiscopis non liceat ordinare Presbyteros aut Diaconos; nec mandatum dare Presbyteris civitatis. 13. Clerici carnem superstitit se respuentes cessent ab omni officio. 14. Contractus venditionis rerum Ecclesiæ viduat® a Presbyteris factus subsit rescissioni. 15. Qui irrationabiliter versantur, hoc est, Bestiarii aut Sodomitæ, pro varia relate aut conditione vite jam 20., jam 25. annis, jam ad mortem usque pœniten Lire subjaceant. 1G. Tabescentes ex his criminibus reponantur inter energumenos. 17. Promoti ad Episcopatum, nec tamen recepti, remaneant ubi fuerunt Presbyteri. 18. Virginitatem professi, non tamen colentes, habeantur prô bigamis. Sub sororis nomine non permittatur habitatio cum viris. 19. Adulterio sit poenitentia septem annorum. 20. Fornicari® vel abortum procurantes decennio pceniteant. 21. llomicid® voluntario perpetua seu ad mortem usque sit poenitentia. 22, Casuali septem vel quinque annorum. 23, Divinationibus dediti

quinquennio poenitentiam ferant. 24. Sponsio sororem corrumpens el corruptionis cum consensu conscii decennalem pernitentium subcant.

C.ANONES CONC. NEOC.ESAREF.NSIS AN. EOD. A IG. PP. CELEBRATI. I. PfCSbUcr

uxorem ducens deponatur : fornicans ad pœnitontiam redigatur. 2. Nubem duobus fratribus aul sororibus duabus ad mortem usque carealcommunione. 3. Polygamis successivis pernitentia imponatur. 4. Gratiæ tribuitur, si desiderans fornicationem prohibeatur ab actu. 5. Catechumenus assistens et peccans remittatur ad audientes; iterato lapsus expellatur, (i. Catechumena pr.pgnans ante puerperium baptizari possit. 7. Presbyter nuptiis bigami non intersit. 8. Maritus adulteræ, ante susceptos ordines, ad hos ne admittatur; post susceptos, aut illam dimittat, aut privetur ministerio. 9. Presbytero, peccatum ante ordinationem commissum confesso, prohibita sil oblatorum consecratio. 10. Diacono in simili casu auferatur ministerium. 11. Presbyter non ordinetur ante annum tricesimum, quo Christus baptizatus docere cœpit. 12. Clinicus baptizatus non liat Presbyter; nisi apiorum raritas id exigat, et morum probitas mereatur. 13. Presby teri agrorum vel alterius regionis in urbe aut regione alia non sacrificent. Chorepiscopi, qui sunt ad formam et exemplum discipulorum Christi, honorentur. 14. Septem duntaxat sint civitatis etiam magna? Diaconi.

Canones conc. gangrensis post an. 325. a 10. PP. celebrati. Anathema dicitur. I. Damnanti nuptias :2. Carnis manducationem omnem reprobanti: 3. Servo dominum, occasione Religionis, spernenti :4. Presbyteri conjugati oblationem contemnenti : 5. Ecclesiam vel Ecclesiasticos conventus despicienti : 6. Congregationem extra Ecclesiam cum contemptu Ecclesiæ agenti: 7. Fructus alibi, quam in Ecclesia offerenti : 8. Præter Episcopum aut ejus vicarium, fructuum oblationem acceptanti : 9. Virginitatem matrimonio, tanquam bonum malo præfercnti: 10. Virgini conjugatos arroganter despicienti : 11. Agapas penitus despicienti: 12. Reponenti justitiam in speciali amictu pallii, et vulgari vestitu utentes vituperanti : 13. Mulieri, licet pro continentia, vestem virilem usurpanti : 1 *i.* Uxori, ex nuptiarum contemptu, virum relinquenti, aut matrimonium solventi: 15. Religionis occasione, proles negligent! : 16. Prolibus parentes non honorantibus: 17. .Mulieri, obedientiæ declinandae causa, comam abscindenti : 18. in die Dominico jejunanti : 19. Jejunia Ecclesiæ non observanti : 20. Conventus et sacra ad sepulchrn Martyrum exeeranti.

Canones conc. antiochem an. 311. a 30. PP. catholicis celebrati. 1. Statutum N'icænum de Paschale servetur. 2. In Ecclesia praesentes communicent ; cum excommunicatis autem, vel per domos minime. *3. Clerici,* præter conscientiam sui Episcopi, in alia Dimcesi non morentur. 4. Depositi aut damnati ministrare non audeant. 5. Senisimab Episcopo congregationem faciens deponatur. 6. Evcommirnicatiis non recipiatur, nisi a proprio Episcopo rei a Coni ilio. 7. Clerici peregrini non recipiantur sine epistola Formata. *8.* Formatasdarc non liceat Presbyteris. 9. Episcopi suas tantum Diceccses curent: Metropolitanis subsint. H). Chorepiscopi. licet *ordinali.* Presbyteros et *Bia*conosnon ordinent; Subdiaconos (amen et Minoristas, *quin el Episcopum cixitalis, cui* subjicitur, ordinare liceat. II. Episcopi aut *Clerici non adeant* Imperatorem, nisi necessitatis causa et consulto Métropolite. 12. lidcm damnati ad Imperatorem non recurrant. sed ad majus Episcoporum Concilium.

11. Episcopus non ordinet subditum alienæ Diœccsis, absque Metropolitœ litteris : alias ordinans el ordinatus incurrat pœnam. 14. Si dissideat Concilium in judicio de Episcopo, Metropolitanus e vicina Provincia judices alios evocet. 15. Episcopus a Concilio unanimiter damnatus apud alios non judicetur amplius. 16. Episcopus vacans vacantem Ecclesiam sine Concilia, cui Mclropolilaniis adsit, occupans abjiciatur. 17. Episcopus Ecclesiæ datus, camdem vero non recipiens, communione privetur. 18. Sine culpa propria non receptus pœna sit liber. 19. Episcopus præter synodum et prsesentiam Metropolitani non ordinetur. 20. Concilia Provincialia celebrentur bis in anno. 21. Episcopus non transeat ncc transferatur a suo ad alium Episcopatum. 22. In altera Dioecesi aut alterius Dioecesis Clericos Episcopus mm ordinet. 23. Episcopus non constituat sibi successorem. 24. Rerum Ecclesiæ Episcopus sit duntaxat curator, suarum autem dominus. 25. Potestatem tamen habeat dispensandi res Ecclesiasticas.

Canones Conc. Laodiceni an. 370. λ 20. PP. celebrati. 1. Secundo nubentes subsint pœnitenliæ sed breviori. 2. Peccatori pœnitenli el satisfacienti detur communio. 3. Neophyti non ordinentur. 4. Præsenlibus Catechumenis ordines non conferantur. 5. Clerici usuras non exerceant. 6. Hærelicis non permittatur ingressus in Ecclesias. 7. Hæretici nonnisi post ejuratam haeresiu ct perceptum fidei Symbolum recipiantur per Unctionem. 8. Cataphrygæ venientes instruantur el baptizentur. 9. Ecclesiastici ad hæreliconim speluncas orationis causa euntes priventur communione per tempus. 10. .Matrimonia cum hærelicis non ineantur indifferenter. 1 i. Non ordinentur Presbyteræ. 12. Episcopi legantur judicio Metropolitani ct Episcoporum Comprovincialium. 13. Electio Sacerdotum non permittatur multitudini. 11. Sacra mysteria, Eulogiarum nomine, tempore Paschali non mittantur ad alias Ecclesias. 15. Præter Cantores ordinarios, alii non conscendant amhonem, psallendi causa. 16. Sabbato legantur Evangclia cum aliis Scripturis. 17. Psalmorum interstitia observentur. 18. Ad Nonam et Vesperas cædem semper proces fiant. 19. Modus et ordo precum post Romilias, et hominum ad altare accessus ordinetur. 20. Presbyteris a Diaconis, el his a Clericis inferioribus exhibeatur honor. 21. Subdiaconi non habeant locum in Diaconio, ncc tangant vasa sacra. 22. Nec Subdiaconi. 23. Nec Lectores aut Cantores nlieant ministerium eum orariis. 2L Clerici, nisi itinérantes, in tabernis non comedant. 25. Subdiaconi abstineant a danda benedictione. 26. Non ordinatus non exorcizet. 27. Ad Agapas vocati non tollant secuin partes. S8. Agapænon liant in Ecclesia. 29. Sanctificetur dies Dominica, non Sabbajum more Judæorum. 30. Christiani lavacra cum mulieribus non frequentent. 31. Si contrahantur connubia cum hærelicis, hi spondeant se foro Catholicos. 32. Non capiatur benedictio ab hærelicis. 33. Caveatur a commimioriecum h:r reficis vel schismaticis. 34. Prohibeatur accessus ad sepulchra pseudomartyrum. 33. Malorum Angelorum cultus, antiquis hærelicis frequens, interdictus esto. 36. Clerici subexcômmunicationis pœna abstineant a magia, incantatione el usu phylacteriorum. 37. Judæorum nul bærcticomm dona festiva non accipiantur, nec festa cum iisdem celebrentur. 38. Nec azyma admittantur a prioribus. 39. Gentilium ncc festa colantur, nec communicatiO cum istis liat. 40. Episcopus vocatus adsit Concilio, nisi acritudine impediatur. 41. Clericus ncc absque litteris canonicis. 42. Nec præter Epis-

copi sui jussionem peregre abeat. 43. Subdiaconi non deserant Ecclesiæ januas. U. Mulieres accedere ad altare, aul officium viris proprium agere ne ausinl. 43. Post duas quadragesima* hebdomadas nemo baptizetur, ili. Baptizandus Iidem discal, et doctrinæ specimen feria 5a majoris hebdomad® edat. 47. .Egri baptizali. sanitate reddita, doceantur fidem, el discant. 48. Baplizati post lavacrum chrysmentur. 49. In quadragesima non fiat oblatio, nisi Sabbato el die Dominica. 30. Die Jovis Sancto non solvatur jejunium. 31. In quadragesima Sanctorum memoriæ transferantur in Sabbatum vel Dominicam. 52. hi eadem nupliæ et natalilia non celebrentur. 53. Christiani in nuptiis etiam abstineant a plausu et saltu. 51. Clerici nullis spectaculis intersint. 55. Nec Clerici nec laici celebrent convivia ex collatis Symbolis. 56. Ante Episcopi ingressum Clerici non intrent sacrarium, nec sedeant. 57. Non constituantur Episcopi in villis aut agris; nec Presbyteri sine praveplo aut consilio Episcopi agant quidpiain. 58. Oblationes non liant in domibus, 59. Psalmi non sacri absint ab Ecclesiis, ibique soli Canonici libri legantur. 60. Canon Librorum Canonicorum hic describitur.

CODEX ECCLESIÆ AFRICANÆ.

Canones Synodo African.e 6ie, sub Aurelio 18ac, an. 419. a 217. PP. celebrate attributi. 1. Statuta Cone. Nieæni'serventur. 2. Trinitas personarum in Divina unitate praedicetur. 3. Episcopi Presbyteri et Diaconi servent continentiam. 4. Iidem abstineant ab uxoribus. 5. Clericis cavendum ab avaritia et usura. 6. Chrysma a Presbyteris non conficiatur. 7. Absente Episcopo Presbyter pænitentem periclitantem reconciliet. 8. Criminosus non permittatur accusare Episcopum aut Presbyterum. 9. Excommunicatus a suo Episcopo non recipiatur ab alio. 10. Presbyter ab Episcopo correptus et separatam congregationem faciens puniatur. 11. Idem faciens schisma, nec causam vicinis Episcopis committens, amittat locum ct anathemati subsit. 12. Episcopus, extra synodi tempus, in reatum lapsus audiatur a duodecim Episcopis. 13. Episcopus ordinetur a pluribus, aut saltem a tribus Episcopis. 14. Tripolitanæ Provinciæ Episcopus unus in legationem veniat, Presbyter et Diaconus ibidem pauciores habeat judices. 15. Clerici declinato judicio Ecclesiastico civile eligentes, puniantur. Sacerdotum lilii spectacula nec exhibeant nec spectent. 16. Clerici majores non sint conductores aut procuratores: Lectores puteres ducant uxores, aut continentiam profiteantur: Diaconi et Virgines ante annum 25".* non ordinentur aut consecrentur. 17. Provinciæ distantes proprium habeant Primatem. 18. Dum ordinatur Clericus, moneatur servare constituta: Nec Eucharistia nec baptismus detur defunctis: Singuli Episcopi conveniant ad Concilium Metropolitani. 19. Episcopi accusati causa deferatur ad Provincia* Primatem. 20. Presbyter aut Diaconus accusati judicem habeant Episcopum proprium cum vicinis Episcopis vel Presbyteris. 21. Filii Sacerdotum non jungantur matrimonio cum haereticis. 22. Clerici haereticis etiam consanguineis nihil conferant. 23. Episcopi sine consilio et litteris formatis Métropolite trans mare non abeant. 24. Præter Scripturas Canonicas in Ecclesia legatur nihil : earum Canon hic recitatur. 25. Subdiaconi. cum habentibus ordines majores, servent continentiam. 26. Res Ecclesiæ nemo distrahat, nisi cum consensu Primatis. 27. Presbyteri et Diaconi

gravioris criminis convicti, non tamen redigantur ad poenitentiam publicam: Itebaplizati non ordinentur. 28. Presbyteri aut minores Clerici, appellantes ad transmarina judicia, priventur communione. 29. Excommunicatus, ante audientiam communicans se ipsum damnat. 30. Accusator sequatur locum >el furum accusati. 31. Clerici, renuentes ad majores ordines ex mandato Episcopi ascendere, prohibeantur exercere sui ordinis ministeria. 32. Clerici Iwna Ecclesiastica acquisita dent Ecclesiæ: de bonis vel ex liberali donatione vel ex hrorcditale acceptis disponant conformiter suo statui. 33. Presbyteri res suro Ecclesiæ non vendant; Episcopi res Ecclesiæ matricis non usurpent.

Caxoxes ex plenariis Africe Conciliis in eadem vf.l alia Synodo collecti. 31. In Concilio Hipponensi (an. 397. celebrato) nihil corrigatur vel addatur. X». Episcopi el Clerici filios suos non facile emancipent. 36. Iidem non ordinentur ante suorum ad fidem conversionem. 37. Præter panem el vinum aqua mixtum nihil offeratur in missa. 38. Clerici et continentes, nonnisi comitati et sciente Episcopo, accedant ad Virgines et Viduas. 39. Ne quidem primæ Sedis Episcopus vocetur Princeps Sacerdotum aut summus Sacerdos. 40.Clerici,nisi peregrinentur, tabernas non adeant. 41. Sacrificia celebrentur a jejunis. 42. Nulla in Ecclesiis celebrentur convivia. 43. Pœnitentiæ tempus definiatur ab Episcopo : reconciliatio non fiat a Presbytero, nisi Episcopo absente: reconciliando imponatur manus ante absidem, seu chorum Ecclesiæ. 11. Virgines, parentibus mortuis, commendentur feminis gravioribus, et una habitent. 45. Ægroti loquela privati, testantibus de eorum desiderio aliis, baptizentur: histrionibus ac cæleris hujusmodi negetur reconciliatio. 16. Passiones Martyrum in Ecclesia legere liceat die anniversario. 47. Qui apud Donatistas baptizali sunt parvuli, ordines suscipere possint. 48. Non fiant rebaptizationes, reord inationes, nec translationes Episcoporum. 49. Episcopus non ordinetur a paucioribus quam a tribus Episcopis. 50. Quatuor aut quinque Episcopi sufficiant pro Episcopo eligendo. 51. Ecclesia Cartilagineuse enuntiet in Africa diem Paschalis. 52. Provinciæ visitentur tempore Concilii. 53. Dioeceses particulares, nisi ex consensu Episcopi proprii, non accipiant Episcopum. 54. Alienus Clericus non admittatur ab alio Episcopo. 55. EpiscopoCarthaginensi liceat ordinare alienigenam Clericum. 56. Ordinatus e\ proprii Diœccseos Episcopi consensu Episcopus propriam Dioecesin exigendi jus non habeat. 57. Amplificatur Can. 47°®. 58. Rogentur Imperatores, pro abolendis idolorum reliquiis et templis; 59. Pro liberandis Clericis a ferendo testimonium in publico; 60. Pro conviviis paganorum prohibendis; 61. Pro spectaculis a die Dominico ct Festo amovendis; 62. Pro Clericis criminosis non defendendis; 63. Pro histrionibus, ad fidem conversis, ab infamia eximendis; 64. Pro manumissionibus iu Ecclesia celebrandis; 65. Pro Equitio, Episcopo damnato, comprimendo. 66. Cum Donatistis agatur lenius. 67. Λ Judicibus petatur notitia actorum a Maximianislis. 68. Clerici Donatistas conversi recipiantur in Clero. 69. Dirigatur ad Donatistas legatio, pacis componendroergo. 70. Congruit cum 25°. 71. Nemo diutius absit a sua Ecclesia. 72. Absque scrupulo baptizetur, de cujus baptismo est dubium. 73. Indicetur dies Paschalis : dies Conciliis designatus observetur. 74. Episcopus vacanti Calhedrrodatus Vicarius, hanc non retineat; sed eligi Episcopum curet. 75. Defensor Ecclesiarum ab Imperatore postuletur. 76. Episcopi ad Concilia veniant, aul justas absentiæ causas perscribant. 77. Cresconius citetur ad pro-

ximum Concilium. 78. Disponitur de Ecclesia Equitii. 79. Clerici intra annum causam suam dicere négligentes, non audiantur postmodum. 80. Ex alieno Monasterio suscepti nec proficiantur Monasterio, nec ordinentur. 81. Episcopo, haereticos vel paganos hæredes scribenti, dicatur anathema. 82. Repetitur Canon 6 P3. 83. Memoria' Martyrum falsa» aboleantur: noxa» autem caute permittantur. 81. Idolorum reliquiæ extirpentur. 85. Ab Episcopo Carthaginensi subscribantur, si opus fuerit, liltero, omnium Episcoporum nomine. 86. Ordo Episcoporum desumatur a tempore ordinationis. 87. Dccausi QuodvultdeiEp. disponitur provisorie.88. Agitur de cessione facienda a Maximino. 89. Episcopi ordinati accipiant ab Ordinatoribus litteras testes cum die et Consule. 90. Qui vel semel legit in Ecclesia, ab alia in Clerum non recipiatur. 91. Episcopi in sua civitate conveniant Donatistarum prepositos; ad pacem tentandam. 92. Conventionis forma proscribitur. 93. Instructio, legatis contra Donatistas ad Imperatorem missis data, recitatur. 94. Index canonum in Concilio, expressis solis titulis, describitur cum correctionibus. 95. Concilium universale, nonnisi urgente necessitate, est faciendum. 96. Λ judicibus electis non liceat appellare. 97. Pro causis Ecclesiæ constituantur defensores Scholastici, seu Advocati. 98. Parochiæ, quæ non habuerunt Episcopum, talem non accipiant, nisi Primas et Episcopus, intra cujus Dioecesin Ecclesia est sita, consenserint, 99. Parochiæ Donatistarum conversa», si hsbcant Episcopum, illi relinquantur: si non habeant, vel sine Episcopo maneant, vel ad vicinum Episcopum sc adjungere permittantur. 100. Maurentio postulanti dantur judices in sua contra Xantippum causa. 101. Littera decernuntur pro pace Ecclesiam Romanam inter el Alexandrinam concilianda. 102. Dimissus ab uxore aut a marito dimissa reconcilientur aut alteri non jungantur. 103. Preces in Ecclesia, nonnisi approbatre in Concilio, adhibeantur. 101. Postulare ab Imperatore judicium Episcopale, non autem publicum, liceat. 105. Qui in Africa non communicant, communicare trans marc non prosumant. 106. Pergens ad Imperatoris comitatum vel Romano vd Carthagincnsi Episcopo reddat rationes. 107. Causam Episcopi cognosrcre, non unius, sed plurium sil Episcoporum. 108. Adoptatur Africa* Concilium contra Pelagium et Celeslium celebratum. 109. Inde statuitur, Adamuma Deo non factum mortalem ; 110. Parvulos in remissionem peccatorum baptizari; 111. Gratiam Dei remittere peccata, et prostare adjutorium, ue peccetur, 112. Gratiam tribuere scientiam ct inspirare charilatem; 113. Sine gratia nihil boni posse impleri: 111. Humilem el veracem esse Sanctorum vocem hanc, si dixerimus, quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus ; 115. Sanctos etiam pro se postulare in oratione Dominica, Dimitte nobis debita nostra; 116. hiema Sanctis orari veraciter. 117. Ecclesia Donatistarum conversa pertineat ad cathedram, ad quam Catholica ibidem jam exstans, spectat. 118. Divisio Diceceseos decernitur et regulatur, ubi Episcopo Don.ilista convers ·, duo in eadem Dioecesi erant Episcopi. 119. Episcopus, per se liberatam ab hærcsi Ecclesiam triennio possidens, eamdem retineat. 120. Nem·· Episcoporum irruat in Ecclesiam controversam, sed causam in Episcoporum judicio decerni curet ant expectet. 121. Episcopus, subditos suæ Ecclesiæconvertere négligeas, moneatur a vicinis Episcopis: illo negligentiam non emendante, quicumque conversionem effecerit, subditos facit suns. 122. Repetitur Can. 96 ’. 123. Episcopus suam Dioecesin negligens excommunicetur.

lil. Episcopus, Donatistas communicasse mentions, Episcopatum amittat. 125. Presbyteri et Clerici appellent tantum ad Concilia Africana. 126. Liceat Episcopis velare virgines viginti quinque annis minores, urgente necessitate vel periculo. 127. Ne ob Concilium Episcopi diutius absint, ex qualibet provincia illuc mittendi legentur tres. 128. Ad accusationem non admittantur «communicati; 129. Neque servi, liberti, aut infames; 130. Nec,qui in probatione unius criminis defecerint. 131. Qui accusatores esse nequeunt, nec lestes sint, et supra annum ætatis 14um. 132. Ob crimen, quod Episcopus sibi soli delectum fatetur, nemo excommunicetur. 133. Non temere quispiam communione privetur. 134. Recitantur Littero Concilii ad Bonifacium R. P.; 135. Cyrilli Alex, de canonibus Nicænis ad Africanos ; 136. Attici Constantiuopolitani ad eosdem; 137. Exemplar Cone. Nicæni; 138. Lilteræ Cone. Africani ad Cœlestinum Rom. Pontificem.

ijc.EHES : *Quœnam sit Theologorum et Canonistarum auctoritas, indeque fluens argumentationiis rectitudo et Cautela ?*

23-i. *Nota.* Quæ est Theologiæ et Jurisprudentiae Ecclesiasticae ex nuper dictis auctoritas, non eadem est Theologorum et Gasonistarum; cum hi principia earum subinde vel non sequantur, vel non assequantur. Principia ulrique disciplinae propria esse diversa, patet ex promissis : unde quamvis sub Capitis proloquium monuerimus Theologum citra Juris Ecclesiastici peritiam, el vicissim Jurisperitum sino Theologia perfectum non osse, pro more tamen hactenus tractatae a nobis geminae scientiæ, utriusque etiam cultores d magistros seorsim hic ct distinctos spectabimus. Eos caetera in prosens supponimus viros Catholicos, prudentes ac probos, atque disciplina), quam nomine et officio profitentur, non gnaros tantum, sed et ejusdem principiis utentes: qui enim conditionibus his carent, eorum rationem habendam esse nullam, proviejam damus.

235. *Respondeo 1.* Theologi et Canonist.!·:, in sua quilibet facultate et pro materia sibi propria, habent auctoritatem. *Ratio* est; tum quia doctissimis quibusque sua in arte habenda est fides; cum cujusque rei cognitio non diis certius meliusque obtingat, quam ejusdem rei studiosis ac peritis : tum quia Pontifices et Concilia etiam œcumcnica, præserlim posteriora, in decernendis quaestionibus dogmaticis cl canonibus statuendis, illorum judicia sibi et perquirenda el sequenda consuerunt : tum quia Ecclesiæ Doctopibus et Sanctis Patribus iidem, in minore tamen auctoritatis gradu, successerunt; utGreg. L. 36. ?>Ior. c. 17. similitudine *virgultorum ex succisis arboribus mnrtsis succrescentium* declarat. Quare fundatum in hujusmodi auctoritate aignmcntum est probabile; cum probabilitas argumenti extrinseca desumatur ab auctoribus fidem merentibus.

Non tamen sufficiunt 1°. Auctores qiialcscumque, sed graviores tantum ac illi, qui prudenter æslimari poterunt, et ratione doclrinæ suæ potuisse, et ratione probitatis voluisse, ct ratione diligentiæ ac prudentiæ reipsa non omisisse recte examinare quaestionem propositam : 2°. Nec sufficit Auctor unicus; prout notare licet ex hac ab Alex. VII. damnata propositione, quæ num. 27' sic habet: *Si liber sit alicujus junioris et moderni, debet opinio*

censeri probabilis, dum non constet rejectam esse a sede Apostolica tanquau improbabilem. Quid tamen de auctore unico quidem, sed omni exceptions majore, dici possit, vid. in Tr. de Act. hum.

236. *Respondeo II.* Auctoritas Theologorum et Canonistarum nec semper crescit ex numero; nec major etiam, si contradicant alii, est irrefragabilis. *Ratio primi* est; tum quia in utraque disciplina, ubi auctores non sunl meri testes traditionis aut praxis, non tam numeranda quam ponderanda sunt suffragia : tum quia numerum subinde faciunt vel jussi jurare in verbi scholæ aut magistri, vel soliti præeuntem sequi turmalim ut grues aut oves, vel dotibus non pollentes aut quandoque cum bono Homero dormitantes : quorum primi auctoritatem duntaxat sui magistri obtinent, medii absque examine proruentes vix ullam merentur, postremi illam vel non possident vel amittunt. *Ratio secundi* est, tum quia Theologorum et Canonistarum auctoritas nunquam est æqualis auctoritati Patrum, sed inferior: tuinquia scholæ sæpius integræ opponuntur scholis, atque in pugna hujusmodi etiam inæquali auctoritas Doctorum ad faciendam fidem plus non valet, quam ratio illorum probet : tum quia patet experientia, sententias olim multorum jam antiquatas, paucorum autem invaluisse. Itaque argumentum ex auctoritate multorum, seu unam scholam conficientium seu ex diversis in aliqua opinione consentientium, contra alias scholas aut viros graves alios, non et certum, ac sæpe ne probabilius quidem. Præterea

Sequitur 1°. pnejudiciis illos male abripi, qui alterius vel scholæ vel opinionis viros aut doctrinam vituperant, aut notis facile impetunt : 2°. observandum etiam esse ab Ecclesiarum præsidibus monitum illud, quod Benedictus XIV. Lib. 7. de Syn. Diœces. c. 11. §. 2. circa contendentes inter se Theologos præscripsit.

237. *Respondeo III.* Auctoritas Theologorum aut Canonistarum in sententia, quantumvis ab Ecclesia nondum definita, conspirantium est tanla, ut illi refragari sit temerarium. *Ratio* est; tum quia imprudentiæ aut insolenti? gemis videtur, nolle acquiescere concordi peritorum suffragio : tum quia res satis perspicua censeri potest, in qua diversarum scholarum sectatores aut alia in cæteris passim dissentientes conveniunt : tum quia Cone. Viennense ob concordem suæ œtatis Theologorum sententiam, rem licet sub opinionis tantum gradu assertam, proposuit tamen omnibus tenendam. Hinc quod in notata etiam materia ex concordi Theologorum aut Canonistarum sententia fit argumentum, velmoralitercertum est, vel saltem unice probabile.

Est tamen 1°. cavendum, ne unanimis Doctorum consensus nimis confidenter aut temere asseratur; nisi saltem inspectio praecipuorum aut magis celebrium auctorum de reliquis id contestantium fidem fecerit: sicut nec curandum, si unus aut alter obscurioris nominis auctor, absque efficacibus rationibus et responsis,contra torrentem nitatur et extra chorum communem saltet. 2°. Observanda est auctorum sive asserentium sive contrariantium ratio enuntiandi, an absolute scilicet edisserant ac simpliciter, ancum modo: au tanquam de **fide**, fidei proximum, certum, probabilius, probabile etc.

238. *Rèspôndeô IV.* In iis, quæ ad fidei dogmata aut morum principia pertinent, indeque indubie deducuntur, unanimis Theologorum sententia majorem etiam auctoritatem habet ac tantam ut eidem contradicere saltem bæresi aut errori proximum videatur. *Halio* est tum quia unanimis ejusmodi consensus est testimonium plusquam probabile, articulum, in quem consentitur, esse traditum; *Quod enim,* u ITertvl. L. de Præscript. ait, *apud mullos unum invenitur, non est erratum sed traditum:* tum quia sententia Theologorum concors, ct erronea, in errorem induceret Ecclesiam; sive quod ejus Pastores docendo, prædicando, ct adhortando ovibus instillarent unanimia Theologorum asserta : sive quod Ecclesia nunquam repudiet concors Theologorum placitum, sic tamen statuente Can. 3. Dist. 83., *errorem, cui non resistit, approbaret, et veritatem, quam non defendit, opprimeret.* Inde patet, argumentum ex ejusmodi unanimi conspiratione depromptum omnino pro certo esse habendum.

Neque pro hac auctoritate necessarium est Canonistarum suffragium ; quia quodMelch. Canus L. 8. de Loc. Thcol. c. 7. inquit, in his, quæ ad tidem perlinent, Jurisconsultorum auctoritate Theologus non eget : quin potius eorum titulorum expositionem Legis peritus a Theologo mutuari debet. Eamdem in rem Benedictus XIV. tum Card. Dominici Pinellii sententiam adducit, tum ipse enuntiat Instil. Eccles, lust. 57. scribens, ad Theologum perlinere, dogmata proferre in medium atque de illis disputationem instituere; Canonum interpretem autem ea habere pro certo, et ca Theologia desumpta. Quibus dictis simile aliud in Præf. ad Comment, de Fest. Domini videre licet.

239. *Observa.* Facultates suis in censuris ac responsis eadem gaudent auctoritate, «piam Theologis aut Jurisperitis pluribus supra tribuimus. In his tamen Facultatum sententiis, pro merito aestimandis, attendere oportet f· cx parte rei. ad rationum momenta, queis nititur doctrinale judicium : 2*ciparte judicii; an fuerit unanime, legitime latum, etiam liberum tum apræjudicio Scholae, tum a dominatu cujuscumque sive intra sive extra congregationem ciga consultantes prævalentis : 3° cx parte personarum ; an suffragatores sint numerosi, an eruditionis ac sapienliæ fama floreant, invaleant usu rerum et experientia etc.

DE RATIONE ET HISTORIA HUMANA

Rafioncm humanam, contra, ac in tractatus ingressu factum est, Hisloriæ prrponimiis, eo quod ampliores quam alias usus habeat, et diffusa ad scientias significatione, illam liic accipere materia superstes jubeat. Constat autem Rationem humanam sub hac latitudine sumptam non minus ac historiam a sacris Libris distinctam locos Thcologiæ extraneos constituere ct ex alienis disciplinis assumptos : unde de utraque dicturi duntaxat sumus uni-

versim cl breviter, adjecta sub finem recensione bæresum ac propositionum damnatarum, quæ pars historian, præter alias in superioribus jam cxpodlv. putissimum Theologi® conducere potest.

ARTICULUS I.

Quœnam sit Rationis humanœ utilitas et cautio in Theologicis?

249. *Nota.* Rationis human e nomine tum congenitam cognoscendi veniîa pütentiam seu facultatem naturalem ratiocinandi, tum naturale medium cognoscendi verum indicare licet. Medium hoc naturale triplex præcipuede-prehenditur : *Philosophia* scilicet, quæ rerum sive in essendo sive in cognoscendo causas naturales investigat ct prodit; *Juris Naturœ cognitio, quj* innata justiliæ principia honestati morali superaddit ; *Jurisprudentia Civi. lis,* quæ quamvis plurimum ex libera imperantis voluntate habeat, æquilatem tamen naturalem ubique sectatur aut supponit. De facultatis rationalis viribus agendique modis supervacaneum foret, post logicae rudimenta hk disserere. Quænam sil Philosophiæ notio et amplitudo, quæve illius sint partes seu theoretic® seu practicæ, cæque vel physica vel moralia spectantes, prænosci a Theologo, ante accessum ad sacram scientiam, debent. Unde si qua notitia adhuc exigitur,'ea dc Jurisprudentia tum naturali tum civili danda est. Sed enim dc Jure naturali, officiisque erga Deum, seipsum el proximum, naturali ac indispcnsabili obligatione debitis, horumque principiis tum constitutivis tum cognoscitivis saltem agitur in Tract, de Legibus aut de Jure ct Justitia : de Jure civili autem, quamvis particulare illud ac pro variis civitatibus vel regnis sit varium idcoquc minus cognoscendum, ut tamen commune est receptum a pluribus, ex corpore Juris Justinianai haud difficulter perspicitur.

Præter Gregorium ct Hermogenem ICtos Romanos, ediderat quidem an. 435. Theodosius Junior Orientis Imperator Legum civilium collectionem libris scxdccim distinctam, quæ ab Eodem *Codicis Theodosiani* nomen accepit : praevaluit tamen poslmodum Opus, quod universum jus Romanum complexum post Imperii sui exordia an. 525. posita Justinianus itidem Imp. Orientis colligi curavit, post varias autem vicissitudines Maximilianus I. per Recessus Imperii etiam Germaniæ observandum praescripsit. Corpus hoc juris, a suo editore *Justinianœum* dictum, continet Institutiones, Digesta seu Pandectas el Codicem repetit® lectionis an. 533. simultanés, promulgatione confirmatas, nec non Authenticas seu Novellas an 559. publice dein additas.

Institutiones, quæ sunt velut elementa civilis Jurisprudentiæ, versantur circa jus triplex, Personarum scilicet, Rerum ct Actionum : constant libris quatuor, divisis in titulos nonaginta novem, qui secantur in Paragraphes.

Digesta seu *Pandecta* secundum rem et nomen digerunt et comprehendunt praecipua de plerisquc Juris quæstionibus antiquorum Juris Consulturum placita ; definiuntur Libris quinquaginta ; qui in Titulos quadringentos et amplius, sicut hi in Leges dividuntur ; ne quid dicam dc Digestorum divisione, alia in septem partes ab Imp. Justiniano, alia in duo volumina ab Irncrio, alia in Jus vetus. Infortiatum seu intermedium, ct novum a Bulgaro, Bononiensibus see. duodecimi jurisperitis fac ta.

Codex complectitur constitutiones Ethnicorum æque ac Christianorum Imperatorum ex Grcgoriana, Hcrmogencana et Theodosiana Collectionibus compilatas, adjectis tum antiquorum ibidem omissis, tum novis Theodosii ac succedentium Impp. editis legibus : his in repetita lectione, h. c. secunda editione auctorifativa, accesserunt quinquaginta Decisiones Justiniani cum novis constitutionibus; tandemque postea inserlæ sunt authentic®, id est derogationes vel confirmationes legales, quas vel ex Novellis Justiniani vel ev Friderici primi ac secundi Impp. constitutionibus desumptas minore litterarum charactere inspersit auctor incertus. Conflatur autem Codex ex Libris duodecim; libri ex Titulis pluribus ultra septingentos; Tituli ex Legibus ct authenticis.

Authentica; seu *Novella;* vocantur constitutiones, quas post 1res priores Juris partesconjunctim editas ab anno scilicet 533. ad an. 559. usque varias condidit. Earum in Juris Corpore extant centum sexaginta octo, non tamen observato temporis ordine : Collectio ista dispescitur in Collationes novem; collationes secantur in Titulos, quorum singuli singulas Novellas proponunt; Novell® exhibent Præfalioncm, Legem et Epilogum; Lex sæpius iu capita scinditur.

Ad calcem memoratarum Juris civilis partium apponuntur aliquando varia imperatorum *Edicta ct Novella;* Constitutiones item et *Feudorum* consuetudines libris quinque comprchcnsæ, *Leges duodecim Tabularum, Fasti consulares* el alia, quorum tamen vis exolevit.

2ü. *Dico I.* Ratio humana, accepta pro facultate rationali, non utilis solum est, sed cl necessaria Theologo. *Ratio* est; tum quia facultas hæc juxtaPsal. 4. tslquredam luminis divini participatio homini concessa ad comparandam icritatis cognitionem ; hac vero sublata, ut Canus L. 9. de Loc. Theol. c. 4. inquit, « Non dico inter rusticum ct Theologum, sed inter Theologum et pecudem aut saxum etiam aut truncum nihil interest: » tum quia sine rationis naturalis usu conclusio Theologica nulla haberi potest; utpotc quæ propositionem naturaliter certam et perspicuam inter præmissas exigit: tum quia illius subsidium requiritur, ut quis comprehendat exponatque motiva credibilitalis ; percipiat el teneat substantiam saltem articulorum fidei; parato denique sit ad satisfactionem omni poscenti rationem de ea, quæ in . nobis est, spe fundata scilicet in fide, ut 1. Pel. 3. v. 15. dicitur.

Cavendum tamen 1° ne ratio naturalis rapiat sibi partes primas, sed discat servire, seque in captivitatem redigi in obsequium fidei : 2° ne eadem pro mensura credendorum adhibeatur ; cum plura mysteria sint supra naturam, possitque Deus plura facere, quam capere humana ratio: 3° ne pïæfidenlior iitsibique nitatur, aut ductum auctoritatis respuat; nc curiosa nimium in iHissimas res penetrare præsumat; ne frivola denique sit, el inanes acotiojasquæstiones immisceat materiis Theologicis.

2»-. *Dico II.* Ratio humana, sumpta pro Philosophia, suam in Theologicis utilitatem habet. *Ratio* est; tum quia servit ratione P.ermemæad legitimum ■trborum et propositionum Theologicarum sensum, ratione syllogisticos ac Ttbodi ad probationem ct convictionem fidei, ratione Naturalis scientia* ad Parabolarum. Historiarum ac Descriptionum sacrarum expositionem, ratione

Ethices ad virtutum vitiorumve tractatum: tum quia juvat ad edocent gentiles, convincendos Naturalistas et Atheos, refellendos Sophistas, delàlandes eruditos, instruendos rudes etc.; quo consilio cl Paires pleriquein suis scriptis, el post D. Thomam Theologi suis in Summis aut sententiarum commentariis mullum philosophati sunt.

Curandum tamen 1°. Ut Philosophia sit vera in principiis, adcoqueb» nihil negent aut statuant universaliter circa superiora natunc; quia fides de potentia Dei. Trinitate et Eucharistia, hujusmodi assumpta plura dedant falsa, v. g. .Nihil ex nihilo (it; Quæ sunt eadem uni tertio, sunt eadem inter se ; Exactum sensuum omnium testimonium non fallit etc. : 2°. Ut silani in doctrinis, quæ proin non repugnent rectæ rationi aut dogmatibus orthodoxis. Quamvis enim Philosophi® sua sit libertas et propria regio;prior amen limitibus rectæ rationis definiri debet, ne sentiendi libido evadat: posterior autem veritati fidei obstare nequit, cum hæc ipsa oppositio fabitatein alias prodat : 3°. Ut sit cauta in delectu opinionum , inter Christianos innocue controversarum, eamque eligat, quæ cum modo loquendi Ecclesiastico cohæret ; ab hoc enim recedere Catholico non licet absque temeritatis nota vel suspicione : 1°. Ut sit sobria in usu, ideoque nec prasumatnaturali ratione evincere, quod sola revelatione constat; nec omittat c sua penu addere, quod in fidei dogmatibus ad illustrandum, in morum principiis ad confirmandum conferre poterit ; nec tamen nimium Philosophi® principiis ac principibus tribuat; cum ancillari illam non autem dominari oporteat; nec quæsliones et speculationes Philosophicas in Theologiam invehat; cum ea hinc sterilis ac inutilis evadat: nec etiam ratiunculas quascumque arripiat; cum frigidum alias ct impotens fiat adminiculum.

213. *Dico III.* Ratio Himvxa, accepta pro Juris naturalis scientia, non mediocrem in Theologia usum obtinet. *Ratio* est ; tum quia principia morum, qu® sive a Moyse in Tabulis sive a Christo in Evangelio prolata sunt, pleraque jarn scripta fuerant in cordibus nostris, et a Jure natur® ordinantur: lum quia qua ex parte Religio nostra est naturalis, per sese jus natur® admittit; qua vero ex parte supernaturalis est, qua supposita revelatione et institutione, jus idem subintrat, et pro determinati status conditione obligare incipit: tum quia hanc juris materiam tanquam sibi propriam el ad Religionis officium pertinentem assumpserunt ex SS. Patribus quidem Clemens Alex. LL. 8. Stromatum , Terlul. Apolog. adv. gentes et LL. adv. Judæos ac Marcionem , Euseb. Demonstratione Evangelica, Lactantius LL. Institutionum, Aminos. LL. 3. de Officiis , Chrysost. Homiliis in Genesin, Augustin. LL. dc Civitate Dei et cont. Faustum etc. : ex Interpretibus Alphonse Tostatus, Cornelius a Lapide, Nicolaus Serarius, Eslius, Pineda, Bontrerius, Marius, Pererius, Lorinus etc. : ex Theologis S. Thomas LL. cont. Gentesd Sum. 2. 2., Solus, Cajetanus, Medina, Sylvester, Victoria, Molina, Suarez, Lessius aliique innumeri.

i.olligere hinc licet I'. Penes Ecclesiam esse, interpretari Jus naturæ, quod Moysis et Eluisti promulgatione evasit Divinum, eamque in hac interpretatione esse iiilallihileni : 2°. Sicut Ecclesia potestatem hanc sæpius jam exercuit damnando propositiones varias; sic ejus auctoritatem in hoc usu a Catholicis ornmbus colendam reverendamque esse : 3°. Cavendum hic slib

iliosius, ut principia el dogmata hujus Scienti® vera sint ac sana : P. Tutissimam ea eruendi viam patere in libris sacris el Patrum Interpretum ac Theologorum lucubrationibus; cujus rei specimen ante vicennium *Theses Scripturisticæ Colonienses* dederunt.

21-l. *Dico* /U. Ratio Hcmaxa, sumpta pro Jurisprudentia civili, non caret utilitate, in Theologicis. *Ratio* est tum quia in materia juslitiæ normam positivam aliunde, quam ex hoc jure, frequenter non habemus: tum quia in materiis aliis ab hac prudentia vel Jus naturale determinatur vel explicatur, vel augetur: tum quia Superioribus et Legibus etiam civilibus, nihil iniquum jubentibus, obediendum esse Jus naturale et Divinum præcipit.

Advertendum tamen ; 1°. In causis spiritualibus ct Ecclesiasticis attendi solum Jus canonicum : 2°. Inter personas Ecclesiasticas in causis etiam profanis præferri Jus canonicum civili : 3°. Si de conscientia et peccato agitur, ab omni Catholico servari Jus canonicum discrepans a civili : 4°. Legem civilem canonizatam, h. e. vel per observantiam vel per expressos Canones comprobatam, obtinere in foro Ecclesiastico : 5°. Ubi jus alterutrum aut ex obscuritate aut ex casus præterilione deficit, deficiens suppleri ab altero : 6°. Occurrente antinomia legis et canonis in materia indifférente, quodlibet jus valere in foro sibi proprio. *

2Io. *Observa.* Quod de *Jure naturali* dictum est, dici etiam cum proportione potest *de Jure gentium* ; quamvis recte pluribus titulis ab illo distinguatur. Praeterquam enim quod cum aliis hactenus memoratis in aliqua acceplione human® rationis possit comprehendi ; consideranti facile patet, quod analogam cum Jure naturali pro publicis gentium negotiis utilitatem in Theologia præstet : sed et hinc similibus illud cautelis limitandum esse, planissima illatione constat.

ARTICULVS II.

Quonam sint Historice humance commoda et cautelæ pro usu Theologico?

246. *Xota.* Ut, quam appellationem a Cicerone accepit, Histoiua dici magistra ct lux veritatis mereatur, comites quidem Geographiam et Chronologiam. ducem autem artem Criticam habere oportet. Dividitur in Sacram ct Profanam, prout gesta, quæ perscribuntur, ad unam alleramvc rerum classem pertinent. De profana hic dicere nihil attinet, nisi quatenus cum sacra connectitur, hujusque seu partem constituit, seu notitiam illustrat: de sacra autem, quæ scriptores Canonicos pro parentibus habet, neque num dicendum restat; cum illuc perlinentia in prima de scripturis sacris Dfcpntalionc attigerimus; ut adeo dc historia Ecclesiastica pnccipuus nobis «πὸο relinquatur. Porro per sese liquet, sive ad cognoscenda facta, sive ad a rite distinguenda, sive ad eadem in manu memoriaque habenda, commodum illud ingens, quod liberalitcr confert Geographia œqiic ac Chronologia !im scicnlifica, quæ scilicet monumentis ex historia et mathesi depromptis tatim annumque gestorum probat et determinat quam praclica, quæ nimirum aut recensionibus, scriptis aut mappis tabnlisquc incisis eadem exhibet ; onde, præter pauca Corollario innectenda. de neutra hic tractabitur.

E contra vero, quamvis de Arte Critica el rudimenta jam tradantur iu Philosophia, et a nobis etiam, ubi de libris Canonicis cl Patrum openbus egimus, nonnulla fuerint dicta, instituti tamen ratio videtur exigere, ut aliqua ad res Ecclesiasticas magis pertinentia subjiciamus. Nititur autem lut ars, præter testimonium seu auctoritatem testium, quod est commune cum historia fundamentum, tanquam propriis suis principiis, cl conjectura seu reflexione prudenti ad verosimilitudinis criteria; ct traditione, non quidem divina aut Ecclesiastica, nec tamen mere vulgari, sed inter utramque media; ct sensu aut observantia Ecclesiæ sive universalis sive particularis, quam vel e\ Martyrologiis, Missalibus, Breviariis, Calendariis aliisque monumentis, vd ex solemnitatibus, moribus, memoriis aliisque institutionibus colligere datur.

247. *Dico I.* Historia plurimum subsidii præstal sacræ scientiae. *Ratio*est tum quia Religio per historiam primis mundi ætalibus tradita, a Moyse ad Christum usque conservata, abhinc in omnem terram ætatemquc propagata fuit : tum quia Theologia per historiam accipit pnecipua sua principia,maxime directiva; doctrinæ, disciplinæ ac rituum antiquitatem vel novitatem inlel-ligil; dogmatum fidei ac principiorum moralium occasionem, certitudinem ac sensum discit; rerum Ecclesiasticarum originem, usum, conslauliamquc aut varielalenfcognoscit : tum quia per historiam sæpe facilius quam per ratiocinationem docetur ct discitur fides; solidius confirmantur dogmata; efficacius refelluntur errores; illustrius exponuntur mysteria; potentius persuadentur instituta; stabilius servantur ordinata.

I t vero hic fructus sperari possit, ncc recipere historiam quaincumque oportet, nec omnem historiam abjicere decet; sed prudens inter historias delectus est faciendus.

Porro *rejici* historia debet aut potest : 1°. quæ impossibilia aut aliena a vero· simili narrat : 2°. quæ volui apocrypha aut subleste fidei damnatur ab auc-toritate publica vel communi eruditorum sententia : 3°. quæ est vel ano-nyma seu incerti saltem ct ignoti auctoris; vel pseudonyma, seu auctori cuipiam falso inscripta, vel scotonyma seu auctoris obscuri el nullius famæ: 1". quæ multo post factum tempore primum enata, caret testium ct monu-mentorum antiquorum auctoritate.

Recipi e contra meretur historia : 1°. quæ quamvis stupenda ct naturam excedentia referat, fundamento tamen non caret pro miraculo : 2°. quæ judi-ciali auctoritate, aut consentiente scriptorum judicio firmatur : 3". quæ coram multitudine rerum curiosa nec rei admodum favente contigit; aut in lucem similis multitudinis sine contradictione fuit evulgata, aut a scripto-ribus refertur, quorum intererat illam silere vel labefactare: 4°. quæ ab origine fuit notissima el contestata a scriptoribus coævis.

In delectu: 1°. Pensanda est tum facti publicitas, celebritasctconstantia; tum narrationis veritas, asseverantia et uniformitas saltem quoad substan-tiam; tum Scriptorum prudentia ct probitas, ab allectu el partium studio immunitas, famæ et æstimationis celebritas. 2°. Præferrc decet Historic** præsentes et ex visu testantes absentibus ct auditu duntaxat edoctis; coœvos aut suppares posterioribus et ætate sejunctis; veteres dumum, si æqualibus dotibus polleant, junioribus aut recentibus. 3°. Inter eosdem unus aut alter, qui factum refert, audiendus est potius, quam qui de eo silent ; negantibus

Qulein aliis, eumdem audiri non convenit : variantibus aut discrepantibus nier se scriptoribus pluribus, ex solo numero fides non est decernenda ; sed vel ad qualitates testium a clad alia criticos subsidia recurrere oportet.

248. *Dico 11.* Ans Cr it ic a utilitatem habet in Theologicis, non tamen indefinitam. *Datio primi* est tum quia Theologia non minus crisi sanoque judicio opus habet quam recta ratione : tum quia germana critice pneter textus sensusque genuini demonstrationem, veterum monumentorum authen- liain el testium scriptorum auctoritatem exponit : tum quia prudentes eruditorum animadversiones, populorum persuasiones et Ecclesiarum opiniones sacram scientiam juvant et illustrant. *Batio secundi* est tum quia sacrarum litterarum sensus, librorum Canonicorum aulhentia, Traditionum, Conciliorum et Patrum auctoritas judicio Ecclesiæ, non crisi humanæ, examinanda divino jussu ac privilegio est tradita : tum quia critice, quod facillime fit, limites sibi fixos transvecta in sacrum tribunal inducit privatum spiritum; simplicitatem fidei ac certitudinem evertit, Ecclesiam opinamenlis-, dubiis aut divinationibus implet: tum quia ars hæc posteriore primum ætate nata, neque nunc etiam certis omnino regulis firmata, et abusibus hactenus potius quam prosperis effectibus famosa, utilitatem indefinitam habere aut promittere nequit.

Ubi tamen crisi locus esse potest, advertendum est quidem : Circa *Conjecturam* : 1°. Non sufficere, quod ea rationi non adversetur ; sed requiri, ut argumento positivo nitatur : 2°. Conjecturæ vim vel ex intrinsecis historiae principiis vel exlrinseco sapientum dc ea judicio ponderari : 3°. Si firma sit et partem contrariam explorate vincat, certitudinem quamdam nancisci : 4°. Conjecture hujusmodi cedere auctoritatem incertam; vicissim autem ab hac illam superari, si auctor tide dignus nec contradictionem coætanei expertus, rem diserte et citra ambiguitatem affirmet : 5°. In auctoritatis et conjecturæ rquilibrio præsumi pro veritate hisloriæ ; cum auctoritas c possessione deturbari nequeat, nisi argumentis certis.

Circa *Traditionem et sensum Ecclesiasticum* autem : 1°. Nihil in his lolerarisuperstitiosuin, vanum aut inutile; nihil nocens, indecorum aut ridendum; nihil incredibile, contradictorium aut fabulosum ; nihil absonum ab usu temporum aut dignitate hominum, quibus actio vel res tribuitur ; i*. Debere legitime posse præsumi, ros vel actiones easdem diuturnitate vel usu non fuisse adulteratas, nec ctiam ptimum. coepisse absque ratione sufficiente, quamvis ea nunc designari nequeat : 3°. Requiri, ne scriptores coa vi, aliqui, aut alii auctoritate pollentes illas impugnarint vel dauinarint; aut difficultates obstent, quæ nequeant solide elidi.

Circa ipsam *crisin* denique : 1°. Non esse transiliendos limites humanæ disquisitioni fixos supra designatos; nec negandam submissionem judicio Ecclesiæ; nec omittendam reverentiam antiquitati merito æstimalæ debitam : 2®. Communius acceptata vel antiquitus indubia non esse abjicienda vel ex conjecturis levissimis vel ex argumento mere negativo; sed ad hoc requiri argumenta convincentia : 3°. Nihil concedendum esse effectui cuipiam inistro; nihil detorquendum male, arguendum praecipitantius aut exaggerandum invidiosius ; non facile etiam credendum criticis, affectus hujusmodi vel defectus prodentibus.

249. *Observa.* Pro commodo ex *Geographia el Chronologie* capiendo, non tam faciunt regulæ, quam librorum notitia, in quibus Theologus subsidium paratum inveniat. Inter hoc vero pro inlelligcndis Vel. .NoviqueTestamenti Codicibus serviunt præprimis Theatrum Terra» sancta) ab Adhano Adiuchomio editum, Mappæ Geographia» sacræ a Nicolao Sanson tabulis Iribus incisæ, duo item volumina Savivei.is Bocu vrpi, Geographiam Terra sancti complexa : pro historia primitiva» Ecclesiæ cognoscenda prodest ev veteribus Geographia tum Strabonis tum Ptolemei ; ex recentioribus Philippi Ferrvri Topographia in Martyrologium Romanum cl Arnoldi Meermanni Theatrum conversionis gentium totius orbis : pro dignoscendis rebus Ecclesiasticis a Constantini ætatc usque ad Honorii tempora praestat, qua» anlonomastice dicitur. Notitia utriusque Imperii sub initium seculi 5. scripta, a Glidone Pancirolo nolis illustrata; cui adjungi potest Index Geographicus editioni Conciliorum Labbeanæ subjectus : pro noscendis Ecclesiis ad quinque Patriarchatus pertinentibus consuli praesertim merentur Geographia Caroli Vialai, (dim dicti a S. Pallo, Ep. Abrincensis, Jus Græco-Romanum Joan. Leunclavii, Officia Ecclesiæ Constantinopolitanæ Georgii Codini, ac domum Notitia Episcopatuum Alberti Mir.ei : pro hodierno tandem statu Episcopatuum discendo, præter postremi memoratam Notitiam, Politiam et Geographiam Ecclesiasticam, conducit Apparatus ad novam Conciliorum editionem, auctus ab Harihino, etcorreclior a Coleto Venetiis editus.

Chronologie notitiam suppeditant Scaliger dc Emendatione temporum, Calvisius in Chronologia, Bevf.regius in Institutionibus Chronologicis, Petavius in Rationario el in Doctrina temporum, Riccioi.ius in Chronologia reformata, Salianus et Isserils in Annalibus, Brietius in Chronico universali, aliique tum antiqui tum reccntiorcs, quorum amplissimos labores brevi libello complexi sunt Musantius in Tabulis Chronologicis el Calmetcs in Chronologica Epitome. Ex his autem alter alterum correxit sæpius, aut diversam annorum seriem ordinavit, partim quod ipsi scriptorum primsvi fontes deficerent, variarent, vel fluctuarent ; partim quod epocharum, aerarum, periodorum aliarmnque notarum Chronologicarum initia, ordo ac usus incerti variique forent : unde sub extremum valeat hæc Gencbrardi observatio: In Chronologicis satis est, si probabilissimus veroque proximus calculus teneatur.

APPENDIX I.

DE H.ERESIBÜS 15 ECCLESIA SUBOR'JS·

250. *Nota.* Ex historicis pro Theologia subsidiis restat notitia de seclis erroneis ; quæ quamvis sparsim et pro opportunitate materiae in Institutionibus Theologicis etiam amplior detur, eam tamen pro Principiorum Adjuvantium supplemento hic adjungendam duximus, ut et aliorum moram imitemur, ct hanc Theologica· eruditionis partem desiderari haud patiamur. Sectarum hujusmodi, ut de Virt. Theol. dicemus, 1res universim classes munerantur. Paganismus nempe. Judaismus et Iberesis. Ad *Paganismum* referuntur Athei. Deisla», Polythci et Mahumetani : sub *Judaismo* comprehendebantur olini Samaritani. Sadducæi. Pharisæi, Hemero-baplistæ, Herndiani. Galilæi cum Nazanciset Esseuis, utrique Ecclesiæ conununibus; nunc

veroJudæi in Camilas traditionem respuentes el Rabbinistas illam recipientes scinduntur : *llæreses* in Ecclesia Christi invaluerunt plures, quam ut paucis eas titulis recensere liceat, nisi forte ad certos fidei articulos, quos principaliter negarunt, eos reducere liberet.

Porro sicut in Disp. 2a. a prioribus duabus partibus oppugnandis abstinuimus, sic neque nunc in iis uberius referendis detinebimur; partir» quod errores earum characteristic! vel ex ipsomel nomine vel ex alibi dictis jam constent. alii vero inter hærcses etiam occurrant : partim quod sectariorum illorum apud nos vel minor sil frequentia vel rarior oppugnandi occasio; iiiide el titulum de solis hæresibus inscripsimus. Acturi autem de his , eruditioni id dabimus, ut plerasque secundum seculorum seriem, annotatis nomine, auctore ct anno, atque erroribus praecipuis indicatis referamus: brevitatis autem studio id concedemus, ut minus famosas nec postea reviviscentes suis in tenebris relinquamus ; vitam hæreticorum et mores historicis enaTrandos relinquamus ; oppugnatores etiam, damnatores ac judices bæresum, ulpote magnam partem in recensione Conciliorum, Pontificum el Patrum jam annotatos, hic prælermiItamus.

SECULÜM I.

Simoniani, dicti a Simone Mago, an. 40. Docebant mundum ab Angelis Legem a sinistra Intelligentia conditam; Christum apparenter duntaxat passum; dari melempsychosin ; resurrectionem carnis non fore; promiscuum fœminarum usum licere; nulla opera bona requiri.

A Simonis discipulis, pauca mutantibus, provenerunt Menandriani, qui immortalitatem corporum promittebant in nomine Menandri baptizatis, Dôsitheani,Gi.eobani, Gortheni, Masbothei, Adrianistæ, Eütychist.e, Canistæ; quorum omnium brevissima duratio erat.

Cerinthiani, a Cerintho proselyto ex Judaismo, an. 51. Statuerunt Angelos mundi conditores adorandos; Jesum distingui a Christo, illumque commercio maritali natum, passum, necdum resurrexisse; hunc subcolumbæ specie descendisse;elsub passionem discessisse; abjecto, præter Evangelium Matthæi, nee illud integrum , novo Testamento, servandam legem Mosaicam; baptismum pro mortuis non baptizatis suscipiendum; fore millenarium regnum deliciis carnalibus abundans, post resurrectionem, Hierosolymis agendum.

Nicolait.e, a .Nicolao Diacono, non quidem auctore, sed occasione, an. Go. Prater errorem de conditoribus mundi barbaronymis, volebant licitam idoklhylorum comestionem; scor tationem ac indiUerentem uvorum usum non tantum licitum, sed et meritorium et ad salutem necessarium.

Ebioxit.e, ab Ebionc, sive voce *mendicum* significante, sive persona sic rppeilata, an. 72. Credebant Christum ex conjugio Josephi et Maria» carnali natum; obligabant ad legalia; virginitatem rejiciebant; permittebant uvonim pluralitatem.

Nazailei, item Ess.ei, aut Essem cir. an. 82. erant e Synagoga Christiani; qui sicut fidei in Christum addebant necessitatem observationis legalium, ita sectis antiquis appellari potius amabant, quam dici Christiani.

Hujus seculi hrereticis addi a quibusdam solent Capharnait.e discipulatum Christi deserentes ob crudiorem comestionis Eucharistica) acceptionem ;

Hymex Eis item Alexander et Piiii.etls cum aliis Corinthiis resurrectionem mortuorum negantes, traditi satana* a Paulo: plures denique tumPsum-ciiristi seu Messiam se tingentes, tum Pseudoapostoli vel PsEinopRoriinr. quorum plerique observationem legalium urgebant, aliqui etiam aut impuritatum licentiam docebant, aut magistralibus gentilibus obedieiiliam prostandam negabant.

Secvlvm II.

Caimt.e, ab æstimatione Caini fratricidae sic dicti, an. 101. QuosSenptura pessimos depinxit, hi celebrabant vehit optimos, a Sophia contra llysteram protectos, queis nominibus virtutes rerum creatrices, illam fortiorem, hanc infirmiorem colebant, ex Evangelio Judro proditoris conficio ita edocti. Senserunt male dc expiatione peccatorum per Christum, martyrio et idolothytis.

Hei.ces.ei, ab Elaxai sive Helerno Pseudopropheta appellati, an. 1(13. Tribuebant Christo et Spiritui S. certas quantitatis mensuras; illum apparuisse tantum licet sæpius, hunc sexu fcemineo formatum dicebant: religionis partem exoticis jurisjurandi formulis definiebant; in persecutione fidem libere negabant.

Saturniam, a Saturnino Menandri discipulo, an. 107. Fingebant septem angelos mundi et hominis conditores; eorum unum esse Deum Judaonini, sed a Christo superatum : duplex haberi hominum genus, matrimonium a satana esse inductum, esum animalium illicitum.

Basilidiam, a Basilide etiam Menandriano, an. 110. Præter Saturnini errores docebant ab ingenito Patre prognatam .Mentem, a Mente Verbum, aVeri» Prudentiam, ab hac Sapientiam ct Potentiam, ab his Virtutes Principes et Angelos primos, a primis cœlnm supremum et Angelos alios, ab his cœlnm secundum ct itidem alios, ac sic deinceps, donec per continuam propagationem formarentur 3G5 cœli ; quem numerum in se contineat nomen *Abraxas,* quoad rem Deus, rerum omnium principium: Christum, virtutem incorp* ream sed omnis tamen figurae potentem, sub specie Simonis Cyrenaei evasisse, dum hic crucifigeretur; nude nec in crucifixum credendum, nec martyres, utpote Cyrenaeo tantum similes, honorandae: animas ob peccata olim commissa nunc pati; fidem homini naturalem esse ac congenitam: disciplinam arcani more Pythagoricorum servandam.

Gnostici a scientia, Carpocratiam a Carpocrate anciore dicti, an 120.Statuerunt Theogoniam Saturniann· in mullis similem, diversam quoad primum Deum *Harbelo* nuncupatum ct alterum *Sabbaoth* cudi septimi incolam niundique conditorem: Christum hominem purum ct carne tantum apparente indutum: duas in homine animas, bonam alteram el ratione pnwlikim, alteram malam ct rationis expertem; carumdem metempsychosin; carnis resurrectionem et judicium nullum; licitam a fide defectionem, idololatriam, omnemque libidinem; aversanda jejunia et procreationem proliurn; ne quid dicam de nefandis mysteriis. I

Λιάιιτ.ι.. quod nuditatem Adami innocentis in conventibus imitarentur, sic nominali, an. 130. Prodicum Carpot ratis discipulum pro auctore habentes, enabant ciica unitatem Dei ; permissa libidine promiscua improbabant nuptias; lapsos ex Ecdcsia, quam Paradisum dicebant, ejicere soliti

VAtmixiAM, appellati a Valentino an. 110. Suo de -Eonibus hunim,»

genealogia systemati, ex Platonis ideis, Theogoîlia Hesiodi, pt Evangelio S. Joannis misere compilato, addiderunt errores de Deo corporeo, decorpore Christi cœlcsti, de nativitate ejusdem mere transitoria, de triplici genere hominum Pneumaticorum, Psychicorum ct Choicorum, deque corporum resurgentium spiritualilate, etc.

Ex Valentini sectariis, specialem subin errorem addcntilms, alii usurpabant nomen al> auctoribus, quales sunt Secdndiani, novam .Eonnm seriem el naturam statuentes; IIeracleonitæ, animam mortalem ct corruptibilem volentes; Marcosii Deum quaternilate el Pleroma litteris alphabeti complectentes; Colurdasii vitam ct gratiam hominum in septem sideribus constituentes; cæleriquc a Floiuno, Blasto, Bardesane, Berone et Alexandro nomen el singularem insaniam mutuantes : alii appellationem derivabant aliunde, uti Opbit.e seu serpentini a serpente Paradisi, quem auctorem scientiæ boni et mali, quin ipsum esse Christum delirabant; Archontio seu principales a principe, pro quo seu rerum omnium principio spirituales substantias habe* haut; Adelit.e, qui Abdem, Setiuani, qui Selhuin Patriarcham fuisse Christum contendebant.

Cerdomam, a Cerdone an. 141. Admittebant duo rorum principia ælerna, alterum bonum ct Christi patrem ; malum alterum et Legis ac Prophetarum auctorem.

Marcionit.e, a Marcione an. 142. Assumptis duobus Cerdonis principiis et Valentini Æonibus, adjunxerunt Christum duplicem, alterum apparentem tantum et passum, alterum judicem olim venturum: damnarunt conjugium elgenerationem; vetuerunt baptismum conjugatorum: exercuerunt anabaplisrnum etc.

Marcionis discipuli Lucianos et Apelles cum Philomena sectas quidem a nomine suo distinctas, a Mareionilis autem dogmate non admodum diversas fecere. Ex his posterior voluit fidem sine examine retineri, quam quilibet a nativitate ac institutione parentum acceperit.

Theodotiani, a TheodotO Coriario an. 146. Asserebant filium Deiel Angelos, animas etiam ac dæmoncs esse corporeos; dari in Angelis differentiam sexus; ipsum Jesum habuisse opus redemptione, (juam columba* in baptismo apparentis beneficio acciperit; Deum Patrem in Christo passum; a Christo patiente recessisse animam spiritualem et divinam, remanente materiali; astra rebus inducere fatum etc. Dicebantur etiam Alogi, h. e. Verbo carentes. nb negatam Verbi divinitatem, atque hinc S. Joannis Apocalypsin ac Evangelii initium erasum.

Excratlle, Ii. e. continentes, orti a Tatiano lapso, an. 171. Admittebant Valentini /Eones; rejectis pro libitu variis Scriptura; libris, sectabantur Evangclift apocrypha; Legis el nuptiarum auctorem statuebant dromonem; Tibeaindem originem abstinebant a carne el vino, adhibita etiam in Eucharistie sacriflcio sola aqua, inde IIydroparastatæ dicti.

Montaniste a Montano, Cataphryges a regione, Pepuziani a vico dicti an. 171 Fingebant Sp. Sanctum in Montanum ejusqne scoria, Priscillam ct Mniinillarn descendisse; damnabant secundas nuptias; inhibebant fugam in persecutione ; imminuebant potestatem clavium; indicebant nova ct singularia jejunia.

Hontanistis acccnsentiir quintilliani, a Quintilia psetldoprophctissa, Arto-

tyrit.e, panem et cascum in Eucharistia adhibentes; Tascodrugit#, inter orandum naso digitum indicem imponentes; Ascodrugit.e, utrem inflatum in conventibus exponentes; Tertullianist.e a Tertulliano Scriptore Ecclesiastico, animas esse corporeas, et lias olim in daunones convertendas asserente etc.

Ad hoc secuiuin pertinent Millenarii verecundiores a Papia an. 109. exorti: Epiphanes Carpocratis filius an. 120. a sua secta honore divino singulis mensium Calendis cultus : Hermogenes Stoicus an. 179. docens materiam improdiictam, æternam, et rerum omnium conprincipium : Seleccvs et Hermias an. 190. sentientes cum Hermogene, nec resurrectionem aliam, quam generationem ordinariam admittentes: Artemon an. 191. negansdivinitatem Christi, falsamque ad Apostolorum doctrinam et traditionem provocans.

SECULIM III.

Patropassiam vel Monarchic! sic dicti , quod Patrem divinum esse passum admitterent, vel admittere cogerentur ; quia in Deo statuebant personam re unam, nomineduntaxat vel operatione trinam, quæ frequentius Pater, sæpe Filius aut Sp. Sanctus dicebatur. Appellationes varias capiebant a variis hujus erroris vel solitarii vel aliis conjuncti auctoribus, scilicet Praxe.cia Praxea Asiatico an. 205; Noetiani a Noeto Smyrnensi an. 239; Sabellianis Sabellio Ep. Ptolemaidis an. 257, qui et Christo divinitatem detraxit; Paulum a Paulo Ep. Samosaleno an. 2G3 ; quamvis hic distinxerit Verbum ct Spiritum Deo internum et cum Patre unum a Spiritu et Verbo externo acprolatitio, immediate unito cum Christo.

Novatiani tum a .Novato Carthaginensi, tum a.Novatiano Romano Presbyteris an. 251. Lapsis negabant poenitentiam; baptizatos extra suam seciam rebaptizabant, negligehant Confirmationem, contemnebant Martyres et Martyrum reliquias, secundas nuptias damnabant. Dicebantur etiam *Catharich* jactatam suorum munditiam.

Mamcilei a Manete seu Manicbæo, mancipio Persa an. 277. Statuebant duo principia, alterum bonum seu lucem et boni causam, alterum malum scu tenebras, et mali, quod substantia etiam sit, auctorem; unde fabulosam rerum omnium et mundi ex boni malique mixtione conflati genesin deducebant. I trique principio tanquam affectus tribuebant bonos vel malos ignem, aquam, ventum et aera; bono praeterea solem et lunam, malo carnem et vinum adseribebant. Faciebant Deum corporeum et nomine duntaxat trinum : Christum volebant sine vera carne, adeoque mere apparenter natum passum et redivivum, ad solas salvandas animas missum. Homini negabant libertatem, admissis in eo duabus animabas, ex natum sua faciente altera bonum,altera malum, prout alterutra foret superior. Rejiciebant Testamentum Actus, fidei baplisinique necessitatem et utilitatem. Reliquiarum Sanctorum venerationem, matrimonium, resurrectionem carnis; abstinebant a vino, carne, ovis, lacte, occisione animalium, evulsione plantarum, quin et a pane, quem nonnisi cxecralione expiatum manducabant ; credebant inctempsych isin ct substantia divina* particulas rebus omnibus inexistentes; conspurcabant Eucharisticum panem: jejunabant diebus solis et hiiiæ: mille impudicitiis, maxime eorum Electi, se inquinabant etc.

Ilieiucit.e, ab Hierace Medico Ægyplio an. 290. Loquebantur male de Filii dhinitate et generatione; Melchisedechum habebant pro Spir. Sancto; ne^ gabautParadisum fuisse sensibilem, aut fore carnis resurrectionem ; volebant nuptias convenisse tantum veteri Testamento; cum baptismo etiam decedentes ante rationis usum fieri extorres regno cœlorum.

Hue spectant Docet e seu opinatores, orti a Julio Cassio an. 201. Incarnationem pro mera apparentia habentes; unde et Piiantasiastæ dicti : Melchisuiecuiani, ortum a Theodolo Trapezita an. 217. nomen trahentes a dogmate, quo .Melchisedechum Virtutem coelestem, et Christo præcellenliorem ferebant: Aalesiani a Valesio Arabe an. 240. concupiscentiam, qua tolli libertatem putabant, ex sectione tum propria tum aliena corrigere studentes : Arabes quidanicir.au. 219. mori animum et cum corpore suscitari docentes: Aquarii sub secali medium et persecutionis tempus sacrificium aqua conficientes, ne ex vini odore dignoscerentur.

SECULUM IV.

Doxatistæ, a Donato casarum nigrarum an. 311. Contendebant Ecclesiam, obcommunionem cum Cæciliano ubique terrarum velnt contagione extinclam, in sola Africa penos Donati partem remansisse; ideoque extra suam sectam baptizatos et ordinatos jubebant iterare Sacramenta. Dicebantur etiamJIontenses, Rupitani, Campitæ a monte, rupe aut campo, queis celebrabant suos conventus; Rogatiani, Claldianenses, Primianistæ, Maxlmianist.e aschismatis, quo inter se scindebantur, auctoribus; Circumcelliones a quorumdam circa rusticanas cellas victus gratia vagantium usu; qui etiam sponte se aliis occidendos præbebant aut ipsi inferebant sibi mortem, captata bine Martyrii gloria et *Agonosticorum* appellatione.

Amant, ab Ario Presbytero Alexandrino anno 319. Profitebantur 1res qui<>mpersonas; sed Patrem solum asserebant Deum verum ælernumel immutabilem: Filium etiam dicebant natura perfectissimum, ante mundi initia iulum, ac instrumenti loco ad omnium creationem assumptum, quin et Dei filium ac Deum ; non tamen Patri consubstantialem, nec attributis et gloria qualem, nec per essentiam bonum, sed creaturam et gratia tantum et adoptione Deum : Spiritum sanctum item statuebant creaturam Filii, dignitate inferiorem Patre et Filio, cooperatum in creatione universi.

Successu temporis dividebantur Ariani in varias sectas. Alii erant Anomoei, qui Filium Patri omnino *dissimilem,* heterousium ct subjectum dicerent: kibebanlque pro auctoribus Aetiim Diae. Alexandrinum an. 338; Euzoilm Ep.Antiochenum an. 3G0; Eunomium an. 3G2. qui circa Dei cognitionem, baptismi formam et animam Christi, errores cumulabat ; Eudoxium Ep. Consiwtinopolitanum an. 3G7. aliosque; unde et appellationem capiebant. Alii Semamani dicebantur, qui Filium Homoeusium seu *per omnia similem* statuebant, auctoribus Basilio Ancyrano, Georgio Laodicen» ct aliis an. 347, ineuntibusjam an. 331. Eusebio Nicomediensi et Cæsareensi, unde et Eusemim vocabantur. AIü Omoei similem faciebant Filium, præscindendo tamen n in omnibus ac essentia foret similitudo; quorum caput an. 3il. erat Vaqis Ep. Cœsareensis, a quo Acaciam appellabantur.

Pηοπνiλvι a Photino Episc. Sirmiensi an. 343. Conjungentes Sabcllii ct

Pauli Samosateni hæresin, dicebant Deum esse solitarium; nullam Verbi et Spir. Sancti esse personam, sed meram temporariam Patris extensionem ad extra; Christum accepisse ex Maria initium, rnerumqiie esse hominem.

Aeriam, ab Aerio Presbytero anno 350. .Eqiiabanl Presbyteros Episcopis; damnabant sacrificia, orationes et bona opera pro defunctis; rejiciebant jejunia ab Ecclesia statuta et Paschalem celebritatem.

Macedonian!, a Macedonio Episc. Constantinopoli tnno, Pxeimatoïacbii dogmate an. 302. Non differebant a Semiarianis, nisi quod errarem de Spiritu Sancto impotentius divulgarent, quem divinitatis expertem, creaturam, famulum et ministrum blasphemabant.

Apollinaristæ. ab Apollinari patre et filio Presbyteris an. 377. Errabant circa Trinitatem jam cum Sabellio jam cum Ario: Verbum dicebant supplevisse in Christo jam totam animam, jam solam mentem : in eodem negabant veram carnem : post resurrectionem universalem fingebant redituram Vet. Legis observantiam.

Priscilliamstæ, a Priscilliano Hispano an. 380. Erroribus Sabellii, Arii. Manichaei et Gnosticorum capitalibus addebant ex suo fatura astralogiciim. licentiam mendacii et perjurii, facultatem docendi datam fœminis.

Jovimamstæ, aJoviniano monacho anno 3S9. Spernebant coelibatum el monachatum; reprobabant jejunia et abstinentiam a certo ciborum genere; negabant inæqualitatem peccatorum, meritorum et præmiorum cœlestium. item gratiæ arnissibilitatem ; affirmabant Virginitatem Beatissimæ in partu læsam.

Massaliani seu Elchitæ a precibus, et Enthvsiastæ a visionibus an. 390. Solis precibus tribuebant omnia, nihil Sacramentis, jejunio aut labori; illusoriis revelationibus se aliosque fallebant, oculis corporeis Deum a se videri et Spiritus Sancti adventum percipi menlientes; peccatum originale per baptismum, intacta radice, tantum abradi effutiebant.

Eidem seculo adseribuntur Anthropomorphitæ sic dicti, quod Deum pnlarent corporeum et ad ejus imaginem hominem etiam secundum corpus fuisse factum ; qui an *Melitoniani* a Melitone Episc. Sardensi an. 170. vd *Awliani* ab Audio vel Audœo an. 3.50. jure dici queant, vid. in Tr. de Deo: Triformh, prioribus ætate ac dogmate vicini, Deum triformem ex Patre.Filio ac Sp. Sancto, tanquam tribus partibus constantem, fingebant: QuartoiæciMxNiab an. 325. hærelici , qui post Decretum Nicænum nihilominus i» paschale luna I4l celebrando persistebant : Colluthiani a Colhltlio Presb. Alexandrino, prope idem tempus ordinante Presbyteros, el Deum auctorem pœnæac mali negante: Eistatiiiam ab Eustathio Sebastcno cir. med. see. prater nuptias ct carnem damnantes primitias, agapas ct conventus Ecdesiastieo Collyridixm an. 377. dicti a placentis, quas Arabes offerebant in honorem] Deipara pro Dea honoratæ : Antidicojîartanitæ, h. c. adversarii Mariie an. eod. dicti. quod Deiparam plurium adhuc ex Josepho prolium matrem facerent : Helvidius an. 382. ejusdem erroris socius et matrimonium virginitati æquans.

SECÜLUM V.

Pelagiam a Pelagio, Monacho Laico, an. 405. Errarunt docendo, Adarnum esse conditum mortalem, ct miseriis vitae subjectum æque ac ad meritum

el demeritum potentem : primævum hunc hominis statum fuisse conditionem nature?, non culpa? meritum nec gratiæ beneficium : peccando Adarnum nocuisse sibi soli, non posteris, nisi exemplo : nasci homines de facto, sicut Adam conditus fuerat : nec contrahi nascendo culpam : ideoque parvulos non egere baptismo ad delendum peccatum originale, sed ad intrandum in regnum cœlorum, a vita æterna distinctum : congenitas homini vires ac libertatem sufficere ad omnes tentationes vincendas, ad peccata omnia vitanda, ad omnia Dei mandata servanda, ad opera meritoria peragenda, ad beatitudinem adipiscendam : ad ista, non quidem simpliciter, sed tantum facilius posse, gratiam Dei esse necessariam : hanc reipsa dari, non tamen gratuito, sed secundum merita naturalia : eam, quæ detur, externam esse ac illustrationis, non internam et voluntatis : convenire huic etiam vitee impeccantiam et justitiœ perfectionem : prædeslinationem ad gratiam et gloriam non fieri. Dicti sunt iidem Coelestiani a Cœleslio, primario Pelagii discipulo et haeresis adjutore.

Semipelkgiani ab imminuto Pelagianismo, et Massilienses a civitate, in qua spargi errores cœperunt, an. -427. Retinuerunt ex Pelagianornm erroribus Ium illum, quod natura se sola sufficiat saltem ad initium fidei, adeoque jusliliæ et salutis ; tum eum, quod propter naturale opus detur gratia ad Iidem et justificationem, adeoque ut, ubi opus ejusmodi v. g. in infantibus praecedere nequeat, Deus tamen collationem vel negationem gratiæ omnino ojinmensurcl ad merita naturalia vel demerita condilionate prævisa, quæ scilicet infantes habituri essent, si diutius vixissent. Addebant hinc Deum *indifferenter et (ci/ue* velle omnes salvos fieri, si ipsi velint, voluntate nimirum ex solis viribus naturalibus agente ; Christum etiam simili indifferentia d aequalitate pro omnibus passum, et hos sub eadem conditione fieri participes redemptionis, ideoque electos nihil habere, ex parte allectus et voluntatis Dei, præ reprobis; nec dari vocationem secundum propositum; nec gntuilam et a merito naturali indcpendenlem prædestinalionem sive ad gratiam sive ad gloriam.

Nestoriani a Nestorio Ep. Constantinopolitanoan. 428. Distinguebant pernam Verbi a persona Hominis in utero Deipara· formati; nec inter utrumque unionem admittebant substantialem ac physicam, sed accidentalem dunlaiat et moralem : unde Incarnationem dicebant esse meram inhabitationem Verbi iu homine vehit in templo ; negabant Deum esse natum, passum aut mortuum; non patiebantur B. Virginem vocari Θεοτόκον seu Deiparam, sed Χρστατόκον tantum aut ἈνΟρω-οτόκον, seu Christi vel hominis matrem.

Eittchiaxiab Eulychete Archimandrita Conslanlinopolilano,Moxopuysitæ a digmate dicti an. 448. Statuebant Christum quidem esse ex duabus, non autem in duabus naturis, adeo, ut, sicut per et post unionem Verbi cum h-iminc in Christo una duntaxat est persona, sic una etiam lautum sil sub-«bnliaet natura; explicando hanc unitatem evenisse sive per compositionem ant mixtionem aut confusionem utriusque naluræ, sive per conversionem unius natura? in aliam, sive per alterius ab altera absorptionem.

Multiplex hujus seefæ appellatio aut ab Eutychelis discipulis aut ab erroribus addilis hoc et sequenti seculo emersit. Tiieopaschitæ dicebantur, qui lactore Petro Gnapheo seu Fullone Pair. Antiocheno an. 471. divinitatem cruci affixam docebant; hinc Trisagio *Sancitis* Deus etc. illud : *Qui cruci-*

fixus es pro nobis, addentes. Acepiiau, qui a Petro .Mongo Pair. Alexandrino, ob pacem cum Aeacio Constantinopolitano an. 182. initani, discesserunt, communionem deinceps suam *sine capite,* h. e. sine ullo Episcopo habenks. Corrittico l.e, qui Christi corpus corruptioni seu infirmitatibus humanis,ei necessitate quidem, subjectum dicebant, auctoribus an. 51 ‹S. Severo Pair. Antiocheno el Theodosio Alexandrino; unde et Severiam aut Theodosiam audiebant. Incorrlpticol.e aut Apiitiiardocet.e, ac Piiantasiast.e, qui Cbrish corpus penitus incorruptibile tribuebant, docentes hinc illuni specieleaiB tantum exhibuisse allectiones humanas, auctoribus an. S19. GajanoEp, Alexandrino et Juliano Halicarnasseo, appellatione inde sectariis adhaerente. Agnoet.e seu ignorantes, qui auctore Themistio Diae. Alexandrino, an. 530. præter alias infirmitates Christo ignorantiam extremi judicii aliorumque tribuebant.

Predestixatiaxi, dicti a primario errore, quo docebant ex mera Dei voluntate alios ita praedestinari ad vitam, ut perire non possint ; alios ad mortem, ut salvari nequeant. Addebant, Deo haud inesse voluntatem salvandi omnes; nec Christum mortuum esse pro omnibus; nec relinqui libertatem hominibus ; nec Sacramenta in prædeslinatis ad mortem habere vim remittendi peccata aut conferendi gratiam. Hujus hæresis ortum probabilius affigendum esse postrema' seculi 5. medietati, ostenditur inTr. deDeosub finem.

Praesenti seculo tribuuntur Abeliani an. 402. xrelut *Abelis* continentiam profitcnles. probatis quidem nuptiis, operam dare liberis nefas ducentes, s&l horum defectum adoptione supplentes : Vigilantius Presb. Barcinonensis an. 406. reprobansSanctorum Martyrum invocationem, Reliquiarum venerationem, vigiliarum celebrationem, Clericorum cælibatum cum virginitate, monachorum institutionem, eleemosynarum in Monachos, Virgines ei Viduas distributionem :Coelicor. «an. 408. admixto Christian® fidei Jndaismo, insuper cum paganis sidera seu cirium adorantes : Xenaias Ep. Ilieropolitanusan. 486. religiosum imaginum cultum persequens.

SECLUM VI.

Jacobite, a Jacobo Zinzalo Syro, baptismum igne conferente, dicti an.535. Hoc nomine ab eo tempore Ei rvcin \m per orientem plerique omnes, maxiine autem Armem, se distinguebant a Catholicis, quos *Melchitas* h. e. Imperatorios compellabant, eoquod Marciani Imperatoris fidem in Cone. Chalcedonensi sancitam sectarentur. Præter communem hæresis errorem varii varios singularium sectarum errores assumebant, ritibus etiam plurimis exoticis circa sacrificium, festa, jejunium el imagines adjunctis.

5»

Commemoratis priori seculo Eulychianismi surculis accesserunt Semidv-LiT.E. etiam Barsamam a Barsano Acephalo an. appellati, qui digito farina' intincto et ad os admoto Eucharistiam celebrabant. Item Tritiieue. seu 1res Deos confessi, an. ‘537. a Joanne Philopono Grammatico Alexandrino orti, qui 1res in dix initate substantias seu naturas, et hinc 1res Deos, admisit vel admittere vi consequenti® cogebatur.

ii

Origexistie, qui errores Origeni. sive proprios sive imputatos, sedabantur,

in Cone. œcumeuico V. damnati, quod vide ; ubi etiam *de Tribus capitulis* in controversiam adductis mentio habetur.

Contemporanei sunt Deuterius an. 506. baptismi formulam usurpans in numine Patris per Filium in Spiritu Sancio; Acoemet.e seu vigilantes, Monachi sic dicti ob perpetuum chorum, qui an. 553. Ncstorianismum aut ejus suspicionem incurrerunt, quod obstinate negarent, de Trinitate unum in carne passum.

SECULUM Vil.

Moχοτπει.ιτ.ε a processione unius in Christo voluntatis dicti an. 633. Quamvis ab Eulychianis se distinguerent, duas in Christo naturas prædicando; ab conun tamen consectariis non recedebant, unam duntaxat Christo voluntatem. unamque itidem energiam theandricani seu operationem Deivirilem statuendo, ea ex ratione, quod humanam in Christo naturam solum ut a divinitate motam, nunquam motu proprio, agere opinarentur. Vide Cone. (Ecumenic. VI.

Paluciam a Paulo Annono an. 633. Admittebant duo Manichaeorum principia; Deipara negabant maternitatem; Baptismum et Eucharistiam reponebant in solis Christi verbis ; Prophetas, Sanctos, et Crucis lignum spernebant; mendacium el religionis simulationem permittebant; præterea in omne libidinis genus liberrime effusi.

Temporibus his adseribuntur a Damasceno Ciiristolytæ, solam Christi divinitatem ascendisse in coelum rati, et sic Christum *solventes* ; Gsosimachi, omnem *scientiam,* etiam sacram, respuentes; Et iixopiiroxi, superstitionem *Gentilium* sectantes ac *Sapientes·*, Parermemt.e, Scripturam sacram pro libitu *interpretantes* : quos tamen sufficiat nominasse.

Eodem etiam seculo, sera anno 622. affixa, ortum habuit Mahumetismus, cujus praecipua capita sunt, Deum non esse personis trinum ; Christum quidem Prophetam sanctum. non tamen Deum esse nec passum; nulla esse Christianorum Sacramenta; beatitudinem voluptatibus carnis definiri ; esse circumcisionem necessariam, pluralitatem uxorum licitam, usum vini prohibitum etc.

SECULUM VIII.

Icoxohacih ab hostili in sacras Imagines animo dicti an. 723. Earumdem non aliter,ac si idola forent, usum, memoriam ac venerationem insectabantur, dimovendo eas ex Ecclesia et conspectu, ludibrio et exeeratione habentes, igne ferroque abolentes. Vide Cone. œcum. VII.

Adoptiaxi a dogmate Elipandi Ep. Toletani an. 783. et Felicis Ep. L'rgeîitanianno 791. edito, quo uterque Christum vocabat filium Dei adoptivum, resuscitato .Nestorii errore.

Errarunt hac retate, et quidem an. ~*ll.* tum Ai.dedertus natione Gallus, mendax sui ipsius jactator et invocationem ad Angelos ignoti nominis præsribens; tum Clemens Scotus, Christi redemptionem ad damnatos extendens, predestinationis doctrinam pervertens, Ecclesiasticos canones el /'atrum auctoritatem respuens, defundi fratris uxori nuptias cum fratre concedens; necnon an. 748. Samson Scotus, contendens sola Episcopi manuum imposi-

tione Christianum fieri sine baptismo, et Vnum.ius infra nos mundum alium hominesque diversos somnians : tandem an. 796. Bagnolenses vel Cozomvsb, ex loco dicti. Manicheismo resuscitato addentes, juramentum omne Christianis esse interdictum.

SECVLVM IX.

Piiotiani, aPholio Pair. ConstanUnopolilano, Gr.eci Schismatici a scissione Orientalis Ecclesiæ ab Occidentali an. 838. Schisma subin auxerunt erroribus de processione Spiritus Sancti, de beatitudinis et damnationis initio, de purgatorio, de pane Eucharistico, de Primatu Pontificis. Vide Cone, cecum. Vili. XIV. et XVI.

Scculum istud foedarunt erroribus ct sectis Sergius et Baanes Pauliciani an. 810. Michael Balbus Imp. mortuorum resurrectionem et dænionuiu exislentiam negans, approbans vero scortationem an. 825. Claudius Cleo Ep. Taurinensis Iconomachus an. 828. Thiota pseudo-prophclissa de inundi fine an. 647. Gotesciialcls prædesliuatianus an. 810. Joannes Scotcs Ebigena, circa Eucharistiam et praedestiuatianem hallucinalus an. 850.

SECLU M X.

Hæresis hoc seculo nova refertur nulla : antiquæ Eulychianorum el Amienorum novos subinde motus prodiderunt: Anthropomorphitæ etiam in Italia et Manichaei in Syria revixerunt.

SECULUM XI.

Manich.ei Novi, qui hoc seculo plurimos Manetis errores in Occidentem intulerunt, varia sortiti sunt nomina. Dicebantur Stephanit.e aut Lisoi.oia StephanoS. Puellaris Scholastico et Lisoio S. Crucis canonico in urbe Aurelianensi an. 1017. Gandllfivni a Gandulfo Italo suos errores in Dicetesi Camcraccnsi disseminante an. 1025. Bogomili, Bulgarica lingua *dilecti Deo* an. 1058. Eorum primi addebant Manichæismo *carnem cœlestem,* quo nomine indicabant infantem ex promiscua suis in conventibus libidine natum, et octavo post die flammis in cineres redactum : secundi contemptum omnium sacrarum rerum etsepulturæ Christian®, lapsisque post professionem pœnitentiam interclusam : tertii fabulosam Filii ct Sp. Sancti nec non satanægenesin, Angelorum connubia, daemonum officia ct venerationem, ritum baptismi verbis consummatum.

Berengariam a Bercngario Archidiac. Andegavensi, Sacramentarii a primario errore an. 1050. Dogmatizabant non fieri transubsiantiationem Eucharisticam, solamque hic haberi figuram corporis et sanguinis Dominici: baptismum parvulinum esse frustraneum. et scortationem licitam.

Trithf.it.e a Roscellino, Dialectico Compendiensi, an. 1002. docente. Ires personas in Deo esse tres res ab invicem distinctas, ad morem trium Angelorum aut hominum, una tamen eademque voluntate ct potestate prædilas; omnes eamdern assumpsisse naturam humanam; vereque dici posse tres Deos, si usus admitteret.

.Evi ejusdem sunt duo fanatici an. 1001, alter Leutardvs, a decimis sol·

icndis dispensans cl parti dimtaxat a Prophetis revelationem fidem præstans; idler ViLGARus dictis poetarum etiam fidem prœçipiens: Simonianj, Concubiwrh, Incestiosi, an. 1065., quorum priores Clerici emptionem beneficiorum ct usu inconjugii sibi licitum tuentes; postremi Laici post gradum consanguinitatis tertium, quem, ipsi sextum volebant, matrimonia passim celebrantes: Wecilo an. 1085. negans scculares ullatenus subjacere judicio Ecclesiastico aut posse excommunicari.

SECLUM XII.

Manicileorlm propago erant tum Petrobrusiani aul Henriciani, a Petro Brush» sivede Bruis magistro cl Henrico illius discipulo monacho apostata an. 1120, tum Albigenses ab Albiga, urbe Tolosæ vicina an. 1147. appellati. l'Irique antiquis erroribus adjungebant novos; primi quidem docentes, missæ sacriiicium nihil esse, baptismum absque tide parvulis conferre nihil, fidelium preces non prodesse defunctis: postremi vero negantes resurrectionem camis, purgatorium et infernum, Sacramenta et jurisdictionem Ecclesiasticam. Accesserunt his in Germania Apostolici an. 1148. ortum ab Apostolis elpotestatem consecrandi sibi usurpantes; necnon in Belgio Publicatu aut Poplicum an. 1167. nomen hoc a corrupta Pauliciani voce adepti: utrique maniebaeorum insaniam exercentes.

Arnaldist.e ab Arnaldo Brixensi an. 1139. Præter erroneas de Eucharistia d Pædobaptismo opiniones contendebant bona temporalia omnia deberi laicis, ea injuste detineri a Clericis, salutem non posse consequi Episcopos Regalia, aut Monachos possessiones habentes.

Waldenses dicti a Petro Waldo mercatore, Pauperes de Lugduno a professione utæ, Leonist.e a memorata urbe, Catiiarj vel Puritani ab aflectata munditia, Sabbatati agallico nomine calceorum ligneorum. Ortum habuerunt au. 1160. Errores numerarunt plures, quos recensitos vide in Cone, œcum. XI. historia.

Addendi sunt huic ætati Tanchelinus an. 1121. explodens ministerium Episcoporum ct Sacerdotum tanquam inane, et Eucharistiam volui inutilem .ac nullam : Petrus Abailardus an. J140.de viginti erroribus hærcsin Arii Nestorii,Manichæi, Eutychclis et aliorum repetentibus accusatus : Gilbertus Kmetanxs an. 1118. deum a deitate, Personas a proprietatibus, essentiam ab attributis distinguens, naturam divinam incarnatam negans, Sacramenta et opera meritoria evacuans : Demetrius quidam Græeus an. 1166. Filium Iki incarnatum Patri inferiorem ullo modo dici posse inticians : Folmarus Prap. Triefleuslcinensis an. 1175. integritatem corporis Christi in Eucharistia negans, errorem tamen post retractans. Almarici Parisiensis el JoaanniAbb. Floriaccusis errores circa finem seculi editos legere licet in hist. Gone. œcum. XI1.

SECULUM XIII.

Stuungi, a patria in Frisiæ ctSaxoniæ finibus sita compellati, an. 1252. M neglectam, quia ob negatas diu decimas correcti erant, excommunicationem, mores et doctrinam Manichæorum passim sequentes, inter cœtcra Paschali solum communione utebantur, ad horrendum sacrilegium, exspuitione hosliæ iu latrinam, exercendum.

Flagellantes a flagellatione publica aliisque pænitenliæ operibus dicti an. 1259. Docebant extra suam seciam salvari neminem; ipsi quantumvis laici audita mutuo confessione sese invicem absolvebant, aucto pbrpostea sequenti scculo succedentes errorum et insaniarum numero.

Fraticelli seu fraterculi aut Bizochi a mendicorum mantica dicti an. 1296. apostat® erant ex diversis ordinibus etiam fæminæ, aperte contra Romanam Ecclesiam rebelles et caluinniantes, damnantes opera manu,ilia, sibique vindicantes donum Spiritus sancti ct potestatem absolvendi.

Contemporanei fuerunt David de dinando an. 1209. Deum esse materiam primam asserens : Circumcelliones, Waldensium soboles, an. 1249. spargentes defecisse Ecclesiam. Verbum Dei a Pontifice, Episcopis et Sacerdotibus esse corruptum : Pastorith, auctore Jacobo quodam Hungaro, an. 1251.non tam ad Cruciatam, quam ad rapinas et contumelias fidei ac Pontifici impingendas seducti : Giii.ielmus de S. Amore cum quibusdam Doctoribus Parisiensibus an. 1255. injuriosa ct erronea plura contra Ordines meûdicantes et Ecclesiam Romanam evomens : Geraldus Segarellus novorum Apostolicorum auctor an. 1300. insanis cærimoniis Christum et Apostolos imitari conatus, de divina mundi gubernatione male locutus, pejus caritatis nomine ad promiscuam libidinem abusus.

SECCLÜM XIV.

Dulcinist.e a Dulcino Novariensî an. 1308. Tradebant a tempore Silvestri defecisse Ecclesiam Romanam, Ordines Religiosos esse fidei noxios, hias non teneri ad decimas, omnia esse communia.

Beguardi mares et Begun e fæminæ an. 1312. per Germaniam plurimum diffusi, præter errores in Cone. œcum. XV. recensitos, sub pietatis specie tegebant maximas turpitudines voce ct facto proditas.

Loliiardi auctore quodam Waltero Lolhard an. 1350. Negabant Deo esse cognita, quæ sub terram fiunt; item natum a Deipara hominem; habebant Angelos malos honorifice, bonos contemptui : spernebant Sanctos, Sacramenta , ritus Ecclesiasticos, jejunia, sacrificium miss® etc.

Fratres spirituales aut de vita paupere Minoritarum apostatæ au. 1318. ducibus Henrico de Ceva in Sicilia, Angelo dc Valle in Italia, Petro Joanne de Oliva in Gallia, quos ex parte sequebantur postea Michael de Cœsaiact Wilhelmus Ochamus in Germania. Fingebant sub adventum S. Francisa Ecclesiam Romanam factam esse meretricem Babylonicam, Papam vero Autichristuin; veram Ecclesiam penes se stare paupertate firmatam ; Christum nihil unquam habuisse proprii ; sacerdotes peccatores excidere potestate et jurisdictione etc.

Palamit.e a Gregorio Palama. Quietist.e a contemplatione, Lmbilicami situ inter precandum appellati an. 1341. Persuasum sibi aliisque Volebant, in quiete mentis, dum capite versus umbilicum flexo meditabantur, conspicuo circa eutndem quasi animæsedem coelesti quodam et increato, sed tamen corporeo lumine se perfundi Demnque videre; cujus generis fuerit el illuti lumen rhaboriticum Christo transfigurato circumfusum.

Ti-RLVPiNi, Beguaidonun vel pars vel propago an. 1373. Docebant nihil pudere quemquam debeie. quæ a natura accepimus ; quo ex principio posita

verecundia omni incedebant nudi et palam exercebant impudica : orandum pneterca dicebant, non voce, sed corde tantum et Spiritus libertate, nullis divinis legibus subjecta.

Wicleffist.e a Joanne Widen'an. 1377. Eorum errores plurimos recensitos vide in Cone. Constantiensi.

Errarunt hoc scculo Arnaldus de Vh.lanova an. 1317. prædicens finem mundi, ac praeterea inficiens religionem circa misericordiæ opera, et fidem circa Incarnationem, dæmoncs et animas: Martinus Pastre an. 1322. insurgens contra Incarnationem et præsentiam Christi Eucharisticam : Marsilws Menandrius el'Joannes Jandunus an. 1324. docentes Christum ex debito solvisse vectigal, Apostolos auctoritate Petro fuisse æqualcs, Ecclesiam temporalia)ossidere non posse, Imperatoris potestatem etiam in sacris pnevalere, etc. mfa

Damnati etiam sunt Joannes de Mercuria an. 1347, Nicolaus de Ultricuria ap. 1318. Simon Parisiensjs Magister an. 1351, Martinus GuNmsALvusan. 1352. Fr. Goiooan. 1353, Bertholdus de Rohrbach el Nicolaus Calaber an. 1356, Bartiiolom.els Janovezius an. 1360, Ludovicus Parisiensis Magister an. 1362, Joannes de Calore ei Dionysius de Soulechat an. 1363. Joannes de Latone ct Petrus de Bonageta an. 1371, quorum varios et plurimos errores sed sine sequacibus vide ap. Natalem Alexandrum et alios. De Raymundi Lulli, an. 1315. mortui, erroribus controversia adhuc viget inter Scriptores.

seculum xv.

Hssit.e, a Joanne Huss an. 1402. Adoptatis Wiclefii erroribus addebant alios, quos recensuimus in Hist. Cone. Constanliensis. Dicti sunt Thaboiut.e a monte in quo sub Duce Joanne Zisca se collegerant; Horebit.e a monte Horeb, in quo promulgatam legem sanctiorem negabant quam suam fidem; Orpham post mortem Ziscæ secutam ; Cai.i.ixtini ob necessitatem communionis sub specie utraque designatam per calices ubique depictos ; diversitate appellationis non quidem diversas semper Sectas, sed distinctas tamen Sectariorum'turmas indicante. Inter Hussi discipulos famosiores sunt Hieronyxvs dePp.aga an. 1416. Petrus Dresdensis cl Jacobellus Misniensis an. 1418.

Adamit.e Novi hoc Seculo emergentes, alii dicebantur Picardi ab auctore suoPicardo an. 1418. in publico nudati et palam promiscuis connubiis addidi libidinem accendebant ct exercebant omnem : alii Fossarii, circa finem seculi, appellabantur a fossis ct locis reconditis, ubi prioribus verecundiores iuæ libidini indulgebant.

Præsentis seculi sunt Ægidius Cantor Laicus ct Wilhelmcs de Hildenlssen Religiosus an. 1111. spargentes plures Circa dogmata ac mores insanias, quas uti et Sectam suam nomine *Intellif]entia'* insigniebant i Joannes Petit Theol. Parisiensis, Tyrannicidii defensor cl approbator an. 1407. Fr. Matthæus Grabon an. 1415. devotarias scculares scriptis exagitans., et in errores circa observationem Consiliorum Evangelicorum prolapsus : Augustinus de Roma an. 1435. erronee Christo tribuens quæ Ecclesiæ fidelibus congruunt, Christique humanæ naturæ concedens, quæ divinæ sunt propria : Quidam Mendiantes an. 1444. circa hicrarchieam disciplinam énonce pronuntiantes : Petris de Osna au. 1478.circa contritionem, satisfactionem, purgatorium, claves

Ecclesiæ el auctoritatem Sedis Romanic exerrans : Joannes de Wesaua an. 1179. negans infallibilitatein Ecclesiæ el peccatum originale, ac respuens ritus Ecclesiasticos, continentiam Clericorum, jejunium el indulgentias, etc.

SECVLUM XVI.

Lütiierani, a Luthcro religioso Apostata an. 1517. Protestantes ah opposita in Comitiis Imperii Spirensibus protestatione 1529. Confessionis™ah Augustanæ Confessionis formula an. 1530. Evangelici ab arrogata Evangdii observantia dicti: Traditionibus et Patribus explosis, auctoritate Ecclesiæ et Pontificis Primatu sublatis, statuebant solani Scripturam, sed inultis partibus mutilam et alias depravatam, sectandam : minuebant universim Sacramentorum numerum et efficaciam; circa ministrum, materiam et formam in qualibet ferme specie errabant ; reponebant justificationem in sola tide, justitiam autem in extrinseco ; tollebant liberum arbitrium homini, meritum bonis operibus, observationis possibilitatem praeceptis Divinis ; reprobabanl Sanctorum Invocationem, reliquiarum cultum, Indulgentiarum el Suffragiorum pro Defunctis usum ; ridebant Ecclesiasticas ceremonias, Censuras, Leges, Religionis vota, jejunia el opera supererogaloria etc. Quid de Gratia erraverint, alibi dicendum.

Inter Lutheri Discipulos vel asseclas praecipui erant Philippus Melanciiton an. 1518. Confessionis Augustanæ Compilator, ct Molliorum Luthcranorura Dux ; Andreas Carlostadius et Huldricus Zwinglius an. 1519. Sacramentariorum Auctores; Joannes Œcolampadiüs an. 152-1. Figuristarum Princeps; Nicolaus Storkius et Thomas Munzerus an. 1525. Anabaptistarum Patres; Jacquis Schmidelints an. 1527. Ubiquistarum Praeformator ; Martinis Blceris an. 1528. Caput Luthcro-Zwinglianorum ; Joannes Agricola an. 1538. Auctor Antinomorum, seu necessitatem Legum omnem negantium; Joannes llRENTiisan. 1540. Ubiquistarum Auctor; Gaspar Schwenkfeldius an. 1511. Scriptura· ct potestatis Ecclesiastic® contemptor; Andreas Osiander an. 1550. Justificationem hominis in Divinitate, Franciscus STA.NCAiiisan.eod. in Humanitate Christi sanctificante statuentes; Matthias Flaccus Illyricus an. 1557. peccatum originale asserens aniin® substantiam; Martinus Chemnitiuscum Jacobo Andreæ an. 1579. formulæ Concordiæ fabricator, etc.

Anabaptiste an. 1525, quod in infantia baptizatos rebaptizarent, sic dicti. Præter communes cum Lulhcranis errores rejiciebant Pædo-baplismum: illicitum Christianis putabant jurare, litigare, tractare arma, Magistratum gerere etc. Dividuntur in Sectas quamplurimas, quæ cum particularibus erroribus, vel a diversis urbibus, ubi grassabantur, uti *Monasterienses;* vel a diversis auctoribus, uti *Huttitæ, Euckoldiani* etc.; vel a diversis factis, uti *Ejulantes, Effrontes* etc. appellationem capiebant.

Libertini, ab clfraeni credendi libertate, Auctore Joanne Qitntino an. 1530. appellati. Prater Deum nullum agnoscebant Spiritum, ridebant Scripturas, pleraque M\stcria rejiciebant; omnia a Deo. etiam peccata fieri docebant; licita volebant omnia omnibus.

Anti–l RiNiTVRii vel l nitarh a Dogmate, Sf.rvetiani a Michaêle Serveto an. 1531, So» inivni a FaustoSocino an. 1561. auctoribus dicti. Exploso Trinitatis Myslei io unum Patrem dicebant Deum; Verbum per Incarnationem

primo natum, Spiritum Sanctum virtutem tantum et efficaciam Dei statuebant: negabant Jesum Christum esse Deum, aut Mediatorem inter Deum ac homines, aut satisfecisse pro peccatis nostris, aut poenas inferni aeternas : In digmate de Eucharistia Zwinglium, in aliis Calvinum sectabantur.

Calvixiani a Joanne Calvino an. 1535, Reformati a prælensa Ecclesiæ Reformatione, IIugonottt in Gallia a celebratis ad Nugonis portam Turoncn-$em conventiculis, Geusii in Belgio a mendicabuli scommate in sc objecto compellati, t itra alios, quos cum Luthero communes habent errores, renovabanl errorem Pracdestinalianorum : faciebant Deum auctorem peccati : volebant Christum pro solis praedestinatis mortuum, eumdemque in cruce desperatum, in descensu ad Inferos Damnatorum poenas sustinuisse. Asserebant hominem lapsum, licet sponte, tamen necessario peccare, voluntatem in bono agendo nullas habere partes : Sacramenta admittebant duntaxat duo, Baptismum et Cœnam: affirmabant baptismum filiis Infidelium prodesse nihil; fidelium filiis in materno utero jam justificatis non necessarium, sed sigillum tantum esse foederis et justitiæ prrchabitæ: in Eucharistia negabant veram realcm et substantialem Christi praesentiam; volebant per panem tanquam figuram corporis solum excitari memoriam Dominic® passionis.

Celebriores Calvini Discipuli erant Petrus Martyr, proprio alias nomine *Vernilius,* anno 1519. negans possçDcum efficere ut Christi corpus pluribus simul locis existât: Theodorus Beza au. 1550. Calvini in Ecclesia Gencvensi Successor: Clemens Marottus an. 1514. mortuus, Psalterii Davidici in Gallicos veraus translati Auctor lhereliens etc.

Schisma Anglicanum ab Hernico VIII. Rege an. 1534. coeptum, in aperias demum hærescs, variasque Secias erupit. Ex his Anglo-Calviniani, item Episcopales an. 1562. nuncupati, agentibus Thoma Crammer Archi-Ep. Cauluaricnsi, ct Elisabetha Regina, Secla ex Luthcranismo et Calvinismo constituta, Ecclesiæ Anglican® Caput agnoscebant Regem vel Reginam; admittebant llierarchiam aliquam Ecclesiasticam ex Episcopis aliisque gradibus conflatam; Altaria insuper, superpellicea, cereos, crucem, et signum cnicis in baptismo retinentes ct usurpantes. Puritani a pura Calvini doctrina, Presmtemani a primario dogmalean. 1568. dicti, negabant Regi in Ecclesia primatum; cl a presbyteris lanium, id est, Senioribus eam gubernari volebant; omnem Hierarchiain, Liturgiam , rilusque Ecclesiæ potissimum Romania respuentes. Independentes circa idem tempus dicti, quod cuique coetui vel Ecclesiæ suminum et independens in sacris jus concederent; nullam alia esse siqæriorem vellent; nec Rege, nec Episcopis, nec Presbyteris ad gubernationem admissis; concessa autem Seclis omnibus plena pro libitu credendi libertate. Ilis Oliverius Cromnvellüs Regni Protector scculo sequenti praesertim favit.

Bajani a Michaele Bajo, sive dc Bay an. 1551. orti errabant circa gratiam Angelorum et primi hominis, circa merita operum tum in statu innocenti, turn in alio quocumque, circa liberum arbitrium el ejus vires, circa pecca-» tamtam personale quam originale, circa charilatem et implelionem legis, circa justificationem ct sacramentorum eHeclum, denique circa solutionem pœnæ temporalis. Errores singulos in 79. propos, damnalis videre licet inapp. seq.

Ex eodem scculo memorandi sunt Fratres Bohemi an. 1504. Callixlmorum

soboles, genuinos Hussi Discipulos se gloriantes, baptismum extra suam sa* tam collatum repudiantes; Missæ sacrificium, Transubstaiiliationcm, cultum Sanctorum abominantes; Sumini Pontificis Primatum, preces pro defunctis et Purgatorium explodentes : David Georgius an. Kilo, in Frisia sc Dei nepotem ex Spiritu natum, verum Messiam, tertium Davidem ct alia plura insaniens : Desiderivs Erasmus a loco Nativitatis Rotfer ODamus an. 1530. turbarum hujus seculi se ipso judice Auctor, dubiæ fidei homo, de quo Germani : uErasmus innuit, Lutherus irruit ; Erasinus parit ova, Lutheruscxcludil pullos; Erasmus dubitat, Lutherus asseverat; vel Erasinus Lulherizat, vel Lutherus Erasmizat. » Sebastianus Castellio an. 1543. Indifferentistarum parens, Cantica Canticorum rejiciens : Bernardinis Ociiinus an. 1546. sexagenarius Apostata. Arianus et Polygamiam permittens; Adiai'Horist.e vel Interimist.e an. 1548. sic dicti ab observatione formulas, quam CarolusV. conscribi, et inierim servari jussit, dum Controversia a Conc. Trid. definiretur : Gulielmus Postellis an. 1560. multa dc Trinitate, Christo intoxicato, redemptione fœminarum, matrice mundi, aliisque mysteriis sibi per Angelum Raphael revelatis somnians; Joannes Sturmius an. 1578. novam Seciam inter Catholicos et Protestantes mediam inducere conatus : Pastillaku in Slievia Ministri, inde nomen sortiti quod Christum dicerent in Eucharistia eo fere modo esse præsentem, quo farina^cst in pastillo.

SECL'LUM XVH.

Jansenist.e, a Cornelio Jansenio Ep. Iprensi, cujus liber Augustini nomine inscriptus, contentæque in eo Prop, quinque solemniori censura an. 1653; damnabantur. Sic autem illæ habent : 1. *Aliqua J)ei præcepta hominibus justis volentibus et conantibus secundum præsentes, quas habent, vires sunt impossibilia; deest quoque illis gratia, qua possibilia fiant.* 2. *Interiori gratia in statu natura' lapsæ nunquam resistitur.* 3. *Ad merendum et demerendum in statu naturæ lapsæ non requiritur in homine libertas a necessitate; sed sufficit libertas a coactione.* -4. *Semipelagiani admittebant præcentenlis gratia· interioris necessitatem ad singulos actus, etiam ad initium fidei; et in hoc erant hæretici, quod vellent eam gratiam esse talem, cui posset humana voluntas resistere vel obtemperare.* 5. *Semipe.lagianum est dicere, Christum pro omnibus omnino hominibus mortuum esse, aut sanguinem fudisse.*

Occasione formulae an. 1664. ab Alex. VH. propositæ, Jansenistæ scissi sunt in Molliores, sub variis effugiis et amphibologiis , Janscnii sensu mente retento, subscribentes; et in Rigidiores, sine manifesto perjurio id fieri posse negantes.

Jansenii Magister ct Bajauismi propagator assiduus erat Joannes Vergefuvs Abbas *Sancyranu** an. 1620. in Ecclesiam apprime injurius, Synodum Tridcnliuam Scholasticorum vile conventiculum appellare ausus. Inter Sectatores præcipui erant : Antonius Arnaldvs an. 1656. ob negatam Petro peccanti gratiam sufficientem, et inductam quæstioncm facti .Janseniani a Sorbona expulsus, Ordinis Janseniani Abbas a suis vocatus : Ludovicvs de Svncto Amori: huic Arnahli exclusioni subscribere detrectans et ipse paulo post proscriptus; (fABRiEL Gerberox an. 1682. in Hollandiam profugus, scriptorum Baii cl aliorum libellorum damnatorum editor ac defensor : Elge-

sics de Geldern itidem c Monasterio elapsus, in ipso libello ad Innocentium XI. an. 1689. supplici, in Summos Pontifices contumeliosus, Janseniiet Molinosi propugnator : Candidus, sive. Ægidius de Witte circa finem hujus seculi Janscnislarmn rigidiorum Princeps : item Moniales Portus Regii rurales, instructore Sancyrano, Duce Angelica Arnaldi sorore, in Sedem Apostolicam Episcoposque contumaces, soli Deo, ut aiebant, in Spiritu Ecclesiæ confiteri solitæ.

Qüietist.e novi, alii Carnales a Dogmate, aut Molinosistæ a Michaelc Molinos an. 1665. dicti, Dulcinistarinn el Beguardorum nepotes, sub specie contemplationis, sui annihilalionis, perfect® quietis interioris el totalis unionis cum Deo, reliquos omnes Virtutis actus ac bona opera rejiciebant ut superflua, tingentes, interna hac quiete semel habita, peccari amplius non posse, niliilque sanctitati officere; inde in fœdissima quæque prolapsi : alii Spirituales an. 1698. orti occasione libri, cui titulus : *Placita Sanctarum* explicata super viam interiorem, ab Illustrissimo. D. Francisco de Salignae Fenelon Archiep. Cameracensi · conscripti. Propositiones hic statuebantur Molinosistarum principiis affines, sed castigatiores : ipsi itidem moribus ab omni sorde el impuritate alieni.

Inter Calvinianos oriebantur Armimam a Jacobo Arminio, Molles a mitigata Calvini Doctrina, Demonstrantes a scripto, quod Ilollandi® Ordinibus oblatura *remonstrationem* dicebant, an. 1609. nuncupati; admittebant in Deo voluntatem salvandi omnes et Decretum dandi sufficientia salutis media; Electionem absolutam fieri cum respectu ad cujuslibet fidem et perseverantiam. similiterque reprobationem etc. : Contra vero Gomaristæ a Francisco Gomaro. Bigidi a Doctrina Calvini servata, Contra-Remonstrantes a libello Arminianisopposito an. eod. dicti, contendebant posse hominem inieternum perire defectu misericordi® Divin® ; Deum solo suo placito reprobare quosdam; non omnibus dari media ad salutem sufficientia etc. Piscatoriam a Joanne Piscatore an. 1620. nuncupati, justitiam Christi in activam el passivam dividebant, illam soli Christo, hanc fidelibus tribuentes, qua formaliter justificarentur; Iu Goena Domini fractionem panis essentialem statuebant; Legem Mosaicam quoad judicialia et pœnaruurgenera nolebant abolitam; in reliquis quoque de prædeslinatione et poenitentia locuti modo singulari.

ExLutheranis nati sunt Pietist.e an. 1670. auctore Jacobo Speimero, communione æque ac doctrina segregabantur a reliquis Luthcranis; qua in postrema, circa bona opera, mandatorum observationem, consiliorum approbationem el pietatis exercitia ad Catholicos magis accedunt. Dividuntur ipsi inter sese in J *isionislas, Renatos, Contemplativos,* ct alios diversissimi nominis.

Hoc pariter seculo, et quidem sub initium, insanierunt in Gallia Μεταιιιο-rkt.e. auctore Daniele Chamierio, asserentes, Filium Dei non esse proprie Verbum aut imaginem Patris, sed metaphorice; item sumptionem Eucharistia· nonnisi rnetaphoricam esse comestionem ; Inspiratist.e in Germania Ducibus Valentino Weigelio et Jacobo Bœhmio falsas diversasque rerum ideasdisseminanles : Illiminati in Hispania, Beguardorum sequaces cl Quieiistarum novorum prodromi. Subin accesserunt Mennomst.e aMermoneSimonis an. 1616. Anabaplistarum proles, Veius Teslamentum rejicientes, a nomine Trinitatis abstinentes, corpus ex Divinitatis substantia Christo

tribuentes, animam peccato infici negantes Labatist.e a Joanne tabadlc anno 1630. Deum decipi et decipere posse blasphemantes. Pii.elηλμιτ.e auctore Isaaco Porerio an. 16X1. lingentes Adarnum primum parentem fuisse tantum judæorum, anteque illum jam extitisse homines alios, quos Preada·initas vocant: Qiakeri vel Tremii.wtf.s an. 1636. in lictis Ecstasibus loto corpore contremiscentes ; respuentes verbum Dei scriptum; abnegantes Trinitatem, corporum resurrectionem, cœlum et infernum: Coccejam an. 16110. a Joanne Coccejo Theologia? Typicœ et Prophetic® auctore : Benedictts Spinosa an. 1670. Atheismum professus, dum Deum esse substantiam extensam et cogitantem, omnia entia in mundo hujus substantial modificationes, religiones pacandis solum civibus inventas esse, aliaque absurda scriberet; cui adjungi debent *Julius Caesar Caninus, Thomas Ifobbesius, Hcrberlusde Cherbury,* aliique similis aut pejoris furfuris Atheist®. His addi possunt Fanatici in Anglia an. 1680. ad id a Deo se vocatoseffutientes, ut Monaithas omnes, quos carnales vocabant, everterent : item sub finem seculi Claudus, negans immediatam Spiritus Sancti in animam hominis operationem; et Balthasar Beckervs omnem Spirituum in corpora actionem inficiatus.

SECLU M xvni.

Qiesneli.ist e a PaschasioQuesnello, Appellantes ab interjecta ad Concilium GEciunenicum appellatione dicti, damnatis an 1713. Per Bullam *Unigenitus* centum et uni propositionibus suffragati. Harum et quidem 43 primarum Argumentum universim versatur circa gratiæ naturam et distributionem; medianun num. 28. circa virtutes, Fidem, Spem, Charitalem, Timorem, vitiaque his opposita; postremarum 30. circa Ecclesiam, variamque ejus disciplinam : Verba dabimus quæst. seq.

Labcnte hoc Scculo, præter auctas Pietistarum Sectas (ad quarum classem etiam Zinzendorfiani ab auctore vel Hernhuttiani a loco dicti referri possunt) pœnitentiæ hostem se professus est Fridericüs Leenhoffus ; Arianismura tutati sunt Wilhelmcs Whistonus, cISamlel Clarkics; Liberlinismum professi sunt Tollandcs et Collines ; denique Manichæismum Petris B ELirs, aliique alios errores renovarunt.

invaluerunt item Liberi Mvrarh, præter indicia graviorum causarum violenta, vel ob solam Arcani disciplinam nulla ratione violabilem satis suspecti, atque hinc tum a Clemente XI. et Benedicto XIV. damnati, tum a pluribus Suminis Principibus proscripti : Deist.e, unum fidei suae articulum de uno Deo pro libitu colendo et adorando professi, reliquis vel contemptis vel in ordinem Adiaphororum relegatis : Indifferentist.e ab indifferenti in religionem animo, opinantes nihil referre, quam quis religionem amplectatur, modo hæc Christiana sit, et cum diversae religionis asseclis pacem is colat, sibi et reipublicæ proficuus : Naturalistæ vel Philosophi naturales sic dicti, quod unam naturam vel rationem sequantur, revelationis inimici, religionem ipsi arbitrio et genio suo accommodatam consuentes, quique heroico nomine Fortes Spiritus cum Deistis et Inditferentistis dici jam amant.

Hujus doctrina? ac Materialism) scripta plurima vulgata hactenus vidimus sub variis titulis vel Litterarum, vel Tragoediarum, vel historiarum aut fabularum, vel operum philosophicorum, aut Dissertationum de Lege , Revelatione,Natura aliisque objectis; quorum hallucinationes, sophismata, fallacias et insanias, maximam partem, suis in Litteris Criticis Abbas Gauchat, aliaque Virorum Bcligiosorum Societas ostendere coeperunt et refutare ctiarninim pergunt.

251 *Observa.* Ne, pro aliorum more, Schismata etiam singillalim subjungeremus hæresibus, hactenus tractatorum ratio fecit. Jn Conciliorum enim historia, tum de Schismate Occidentalium, et præsertim Islriensiurn , tum ile magno Orientalium Schismate actum fuit : quas vero Papalis Electio scissiones in Ecclesia fecit, Anlipapis ubique adnotatis, in Pontificum syllabo indicavimus : denique in hoc ipso hærcticorum Catalogo, Schismata in hæreses mox transgressa retulimus ; uliNovaliani,Donatistæ, Anglicani, aliique testantur : unde non alia forsan superant, quam particularia, leviora, et pauciora.'Cujusmodi sunt in sec. 1. *Antiochenum* circa necessitatem circumcidendi novos Christianos; *Corinthiacum* duplex, aliud a Paulo, aliud, a Clemente sopitum: see. 4. *Meletianum* aMeletio Ep. Lycopolitano, ob Idoloduliam per Alexandrinos Patres deposito, Episcopalia nihilominus munia continuante, et communionem sibi singularem formante : *Luciferianum,* auctore Lucifero Ep. Calaritano se segregante, quod Ecclesia Episcopis, qui Arianis communicarant, pœnitentibus communionem daret : see. 5. *Ephesinum* inter Cyrillum Alexandrinum et Joannem Antiochenum : *Alexandrinum* inter Timotheum Ælurum et Timotheum Solophaciohim : *Antiochenum* interStephanum juniorem et Petrum Mongum : *Constant inopolitanum* inter Aeacium Constanlinopolitanum et Simplicium successoresque Pontifices ob Joannem Talaiam a Sede Alexandrina ejectum : see. 7. *Alexandrinum* inter Melchitas et Jacobitas etc. Sed hæc innuisse sufficiat.

APPENDIX II.

DE PROPOSITIONIBUS DAMNATIS.

352. Nota. Ad Catalogum Hæresuin adjicimus mantissam *propositionum damnatarum,* quæ tametsi nec hæreticæ omnes, nec censuris aliis Theologicis certis singulae ac determinatis in individuo notatae, sed universim et in globo, ut dicimus, confixae ac proscriptae sint, omnes tamen ceu syrles ac scopuli tum minime ignorari, tum quam maxime in universa Theologia, tam speculativa quam practica et morali, declinari ac vitari debent. Ejus generis sunt imprimis 4o *Joannis Wicleff,* 30 *Joannis Huss,* et 41 *Martini Lulheri* articuli; quos tamen hic recensere supersedemus; cum in actis Concilii Conslanliensis, in quo priorum, et Trideulini, in quo posterioris errores damnati sunt, abunde referantur. Deinde huc pertinent *Michaelis Baii, Michaelis Molinos, Francisci de Salignae Fenelon, Paschasii Qucsnelli,* aliorumque diam innominatorum Auctorum propositiones a pluribus Summis Pontificibus damnalæ ; quas priusquam ad verbum referamus, brevem hic earum synopsin praemittimus, intersertis nonnullis propositionibus aliis, singillalim ac seorsim proscriptis, idcirco hic collocandis, ne, cum alibi locum non inveniunt, cum nullibi habeant.

Damnavit.	*Die.*	*Anno.*		*Propositiones.*
Urbanus VHI. .	6. Mart.	1611.	79.	*Baii*..... (
Paulus V. . .	14. Jun.	1603.	1.	
Innocentius X. .	29. Jan.	1647.	1.	' - - - - - - - -
Alexander MI. .	30. Jan.	1639.	6.	.....J,
Alexander VII. .	24. Sept.	1663.	28.	..... *B.*
Alexander VII. .	18. Mart.	1G66.	17.	..... *C.*
Innocent. XI. .	2. Mart.	1679.	63.	' . . . =¥= - - - Λ
Innocent. XI. .	23. Nov.	1679.		..... ı *B.*
Innocent. XI. .	18. Nov.	1682.	1.	..... *C.*
Innocent. XI. .	19. Nov.	1687.	G8.	*Mich. Molinos* . . .
Alexander VHI .	24. Aug.	1690.	0	..... .4.
Alexander VHI .	7. Dec.	1690.	31.	.....*B.*
Innocent. XU. .	12. Mart.	1G99.	23.	*Francisa Fenelon, vulgo Cameracenses.* . .
Clemens XI . .	8. Sept.	1713.	101.	*Quesnelli*.....
Benedictus XIV.	12. Nov.	1732.	ü.	..... (1)

Has referemus digestas in certos materiarum, ad quas pertinent, titulos, secundum ordinem quo illas materias Γ). Thomas in Summa sua Theologica tractat. Lileræ.i, *B, C,* per compendium designabunt propositiones, quibus subjunguntur, pertinere ad primam, vel secundam, vel tertiam classem propositionum ab illo Pontifice damnatorum. Numerus cuique propositioni post auctoris sui aut Pontificis, a quo damnata est, nomen in fine additus indicat quota illa in sua classe sit.

PARS I. SUMM E THEOLOGICÆ.

DE DEO.

Deus nobis donat omnipotentiam suam, ut ea utamur, sicut aliquis alteri donat villam vel librum. *Innoc. XI. B.* 1.

Deus subjicit nobis omnipotentiam suam. *Innoc. XI. B.* 2.

Omnes, quos Deus vult salvare per Christum, salvantur infallibiliter. *Ques.* 30.

DE CREATIONE HOMINIS.

De fine hominis. Absurda est eorum sententia, qui dicunt, hominem ab initio dono quodam supernatural! et gratuito supra conditionem naturæ suæ fuisse exaltatum, ut tide, spe ct charitate Deum supernaturaliter coleret. *Bai.* 23.

De conditione primi Hominis. Humanæ naturæ sublimalio et exaltatio in consortium naturædivina*debita fuit integritati primffi conditionis, et proinde naturalis dicenda est, et non supernaturalis. *Bai.* 21.

A vanis et otiosis hominibus, secundum insipientiam Philosophorum, excogitata est sententia, hominem ab initio sic constitutum ut, per dona naturæ

(I) His addere visum est eas quas in Bulla *Auctorem Fidei* Pius VI, affixi singulis nola, proscripsit Pistoriensis concilii Propositiones. Discriminantur his litteris: (P. P·)

superaddita, fuerit largitate Conditoris sublimatus et ad Dei filium adoptatus. *Hui.* 24.

Integritas primæ conditionis non fuit indebita naturæ humanæ exaltatio, sed naturalis ejus conditio. *Bai.* 26.

Deus non potuisset ab initio talem creare hominem, qualis nunc nascitur. *Bai. 55.*

Immortalitas primi hominis non erat gratiœ beneficium, sed naturalis conditio. *Bai.* 78.

Falsa est Doctorum sententia, primum hominem potuisse a Deo creari ct institui sine justitia naturali. *Bai.* 79.

P.P. IG. Doctrina Synodi de statu felicis innocentiae, qualem eum repraesentat in Adamo ante peccatum, complectente non modo integritatem, sed et justitiam interiorem, cum impulsu in Deum per amorem charitatis, atque primævam sanctitatem aliqua ratione post lapsum restitutam, — Quatenus complexive accepta innuit statum illum sequelam fuisse creationis, debitum ex naturali exigentia el conditione humanæ naturæ, non gratuitum Dei beneficium;—Falsa, alias damnata in Baio et Quesnello, erronea, favens hæresi Pelagianæ.

P.P. 17. Propositio his verbis enuntiata: *Edocti ab Apostolo, spectamus mortem non jam ut naturalem conditionem hominis, sed revera ut justam prrnam culpa originalis;* — Quatenus, sub nomine Apostoli subdole allegato, insinuat mortem, quæ in præsenti statu inflicta est vehit justa pœna peccati, per justam subtractionem immortalitatis, non fuisse naturalem conditionem hominis, quasi immortalitas non fuisset gratuitum beneficium, sed naturalis conditio; — Captiosa, temeraria, Apostolo injuriosa, alias damnata.

PRIMA SECUNDÆ.

DE ACTIBUS HUMANIS.

De voluntario. In omnibus actionibus suis peccator servit cupiditati dominanti. *Bai.* 40. - , · Vl.-,

.Tametsi detur ignorantia invincibilis juris naturæ, hæc in statu naturæ hpsæ operantem reipsa non excusat a peccato formali. *Alex. VIII. B.* 7.

De libertate. Quod voluntarie fit, etiamsi necessario fiat, libere tamen fit. *Bai.* 30.

Is libertatis modus, qui est a necessitate sub libertatis nomine, non repentur in Scripturis, sed solum nomen libertatis a peccato. *Bai.* 49.

Sola violentia repugnat libertati hominis naturali. *Bai.* GG.

Homo peccat etiam damnabiliter in eo quod necessario facit. *Bai.* G7.

In statu naturæ lapsæ ad peccatum mortale et demeritum sufficit illa libertas, qua voluntarium ac liberum fuit in sua causa, peccato originali et voluntate Adami peccantis. *Alex VIII. B.* 1.

De moralitate. Illa quoque distinctio, qua opus dicitur bifariam bonum, vel quia ex objecto et omnibus circumstantiis rectum est et bonum (quod moraliter bonum appellare consueverunt), vel quia est meritorium regni ademi, eo quod sit a vivo Christi membro per Spiritum charitatis, rejicienda palatur. *Bai.* 62.

Comedere et bibere usque ad satietatem ob solam voluptatem non est peccatum, modo non obsit valetudini ; quia licite polest appetitus naturalis suis actibus frui. *lunae.* Λ7. .1. 8.

Omnis humana actio deliberata est Dei dilectio vel mundi: si Dei, charilas Patris est; si mundi, concupiscentia carnis, hoc est, mala est. *Alex. VIII. B.I.*

Non sunt uisi duo amores, unde voliliones el actiones omnes noslrænascuntur: amor Dei, qui omnia agit propter Deum, quemque Deus remuneratur : et amor quo nos ipsos ac mundum diligimus, qui, quod ad Deum referendum est, non refert, et propter hoc ipsum fit malus. *Ques.* 41.

Amore Dei in corde peccatorum non amplius regnante, necesse est ut in eo carnalis regnet cupiditas, omnesque actiones ejus corrumpat. *Quesn.* 45.

De Conscientia. Si liber sit alicujus junioris et moderni, debet opinio censeri probabilis, dum non constet rejectam esse a Sede Apostolica tanquam improbabilem. *Alex. VILA. ï~.*

Generatim, dum probabilitate sive intrinseca sive extrinseca quantumvis tenui, modo a probabilitatis finibus non exeatur, confisi aliquid agiffljB, semper prudenter agimus. *Innoc. .XL A.* 3.

Ad dubia, quæ accidunt, rectene procedamus an non, non est necesse reflectere. *Molin.* 11.

Non licet sequi opinionem probabilem vel inter probabiles probabilissimam, *A lex. VHI. B.* 3.

Ubi quis invenerit doctrinam in Augustino clare fundatam, illam absolute potest tenere et docere, non respiciendo ad ullam Pontificis Bullam. Jter. *VIII. B.* 30.

De passionibus. Per hanc viam internam pervenitur, etsi cum inulta tolerantia, ad expurgationem et mortificationem omnium passionum, ita ut nihil amplius sentiatur, nihil, nihil plane : neque percipiat quis inquietudinem ullam, perinde ut corpus quoddam mortuum, neque anima se amplius in diversa transferri sinat. *Molin.* 55.

Duæ leges et duæ voluntates, altera aniinæ, ahera amoris proprii, durant quamdiu amor proprius durat. Unde, ubi hic expurgatus ct mortuus fuerit, uti fit per viam internam, non amplius ibi sunt duæ illæ leges neque duæ voluntates; nec ultra fit ulla subreptio aut motus improvisus, neque aliquid porro sentitur, nec unum quidem veniale peccatum. *Molin.* 56.

Pervenitur etiam, mediante via interna, ad mortem sensuum; imo signum, quod quis in nihilo illo consistat, id est, mortuus sit morte mystica, est, si sensus externi non magis jam repraesentent res sensibiles, quam si non existèrent, quandoquidem non efficiant ut intellectus se iis applicet. *Molin.* 63.

In extremis probationibus pro purificatione amoris fit quædam separatio partis superioris animæ ab inferiori.....In ista separatione actus partis inferioris manant ex omnino cæea cl involuntaria perturbatione; nam totum, quod est voluntarium et intellectuale, est partis superioris. *Camerae.* 14.

De virtutibus. Nemo meditativus exercet veras virtutes internas, quales non possunt cognosci a sensibus : perdere oportet virtutes. *Molin.* 31.

In occasione tentationum etiam vehementium, non debet anima facere actus explicitos virtutum oppositarum; sed tenere se in supradicto amore ct resignatione. *Molin.* 37.

CniK voluntaria mortificationum gravis est el sine fructu, ideoque omittenda. *Molin.* 38.

Opera sanctissima et auctoritates, quas sancti subierunt, non sufficiunt ad animam vel unoassultu liberandam. *Molin.* 39.

Sancti mystici excluserunt a statu animarum transformatarum exercitationes virtutum. *Camerae.* 21.

DE PECCATIS ET VITIIS.

De essentia peccati. Ad rationem et designationem peccati non pertinet voluntarium, nec definitionis quaestio est, sed causæ et originis, utrum omne peccatum debeat esse voluntarium. *Bai.* 49.

Unde peccatum originis vere habet rationem peccati sine ulla relatione ac respectu ad voluntatem a qua originem habuit. *Bai. M.*

Ex habituali voluntate dominante fit ut parvulus decedens sine regenerationis Sacramento, quando rationis usum consecuius erit, actualitcr Deum odio habeat, Deum blasphemet el legi Dei repugnet. *Bai.* 49.

Peccatum Philosophicum seu morale est actus humanus disconveniens natura rationali et rationi; Theologicum vero mortale est transgressio libera divinæ legis. Philosophicum quantumvis grave, in illo qui Deum vel ignorat vel de eo actu non cogitat, est grave peccatum, sed non est offensa Dei, neque aeterna pcena dignum. *Alex. VIII. A.* 2.

De reatu peccati. In peccato duo sunt, actus et reatus ; transeunle autem actu, nihil manet, nisi reatus sive obligatio ad pœnam. *Bai.* 56.

De poena peccati. Omnes omnino justorum afflictiones sunt ultiones peccatorum ipsorum : unde Job et Martyres, quæ passi sunt, propter sua peccata passi sunt. *liai.* 72.

Nunquam Deus affligit innocentes; et afflictiones semper serviunt vel ad puniendum peccatum, vel ad purificandum peccatorem. *Quesn.* 70.

De peccato veniali. Nullum est peccatum ex natura sua veniale, sed omne peccatum meretur pœnam æternam. *Bai.* 20.

De peccato originali. Peccatum originis est habituali parvuli voluntate voluntarium, et habitualiter dominatur parvulo, eo quod non gerit contrarium voluntatis arbitrium. *Bai.* 48.

Omne scelus ejus est conditionis, ut suum auctorem et omnes posteros eo modo inficere possit, quo infecit prima transgressio. *Bai.* 52.

Quantum est ex vi transgressionis, tantum meritorum malorum a generante contrahunt, qui cum minoribus nascuntur vitiis, quam qui cum majoribus. *Bai.* 53.

Nemo præter Christum est absque peccato originali. Hinc Beata Virgo nwtuaesl propter peccatum ex Adam contractum, omnesque ejus afflictiones in hac vita, sicut et aliorum justorum, fuerunt ultiones peccati actualis vel originalis. *Bai.* 73.

P. P. 26. Doctrina, quæ vehit fabulam Pelagianam explodit locum illum inferorum (quem Limbi puerorum nomine Fideles passim designant), in quo mima decedentium cum sola originali culpa poena damni citra pœnam unis puniantur, — Perinde ac si hoc ipso, qui pœnam ignis removent, inducerent locum illum, et statum medium expertem eulpæ, et pœnœ inter

regnum Dei el damnationem æternam, qualem fabulabantur Pelagiani.- Falsa, temeraria, in scholas catholicas injuriosa.

De concupiscente. Prava desideria, quibus ratio non consentit, et quae homo invitus patitur, sunt prohibita præcepto : *Xon concupisces. Bai.* 50.

Concupiscentia sive lex membrorum et prava ejus desideria, quæ inviti sentiunt homines, sunt vera legis inobedientia. *Bai.* 51.

Concupiscentia in renalis relapsis in peccatum mortale, in quibus jam dominatur, peccatum est, sicut et alii habitus pravi. *Bai.* 74.

Motus pravi concupiscentiae sunt pro statu hominis vitiati prohibiti : .V.n *concupisces.*. Unde homo eos sentiens et non consentiens transgreditur præceptum : Aon *concupisces;* quamvis transgressio in peccatum non deputetur. *Bai.* 73.

De occasione peccandi. Proxima occasio peccandi non est fugienda, quando causa aliqua utilis aut honesta non fugiendi occurrit. *Innoc. XI.* J.fâ.

Licitum est quaerere directe occasionem proximam peccandi pro bono spirituali vel temporali nostro vel proximi. *Innoc. XI.* J. 63.

De cooperatione ad peccandum. Famulus, qui submissis humeris scienter adjuvat heruin suum ascendere per fenestras ad stuprandam virginem, el multolies eidem subservit deferendo scalam, aperiendo januam, aut quid simile cooperando, non peccat mortaliter, si id faciat metu notabilis detrimenti, puta ne a domino male tractetur, ne torvis oculis aspiciatur, ne domo expellatur. *Innoc. XI.* J. 51.

Si propriis defectibus aliquis scandalizat alterum, non est necesscadid facere reflexionem, dummodo non sit voluntas scandalizandi; el non posse reflectere ad proprios defectius est donum Dei. *Molin.* 10.

De Luxuria. Est probabilis opinio, quæ dicit esse tantum veniale osculum habitum ob delectationem carnalem et sensibilem, quæ ex osculo oritur, secluso periculo consensus ulterioris et pollutionis. *Alex.* 1*II. B.* 40.

Tam clarum videtur, fornicationem secundum se nullam involvere malitiam , et solum esse malam quia interdicta, ut contrarium rationi dissonum videatur. *Innoc. XI.* J. 48.

Mollities jure naturæ prohibita non est : unde, si Deus eam non interdixisset, sæpe esset bona, et aliquando obligatoria sub mortali. *Innoc. XI. A.* 49.

DE LEGIBUS.

De lege Divina. Definitiva hæc sententia, Deum homini nihil impossibile præcepisse, falso tribuitur Augustino, cum Pelagii sit. *Bai.* 54.

Homo ob sui conservationem potest sese dispensare ab ea lege, quam Deu? condidit propter ejus utilitatem. *Quesn.* 71.

De potestate legislat. humana. Risu digna est doctrina quædam nova in Ecclesia Dei, animam, ad interna quod attinet, gubernari debere per Episcopum, et, si is idoneus non fuerit, mundem anima cum suo Directore adeat. Dico novam, quia nec Scriptura Sacra, nec Concilia, nec Canones, nec Bulke, nec Sancti, nec Auctores unquam id dixerunt neque dicere possunt; quia Ecclesia non judicat de occultis, habelque jus anima, ut eligat, quem maluerit. *Molin.* 66.

Dicere opus esse ut internum manifestetur tribunali externo Superiorum

el esse peccatum, nisi liat, ea est deceptio manifesta ; quia Ecdcsia non judicat de occultis; atque aniraâbus suis damnum adferunt fraudibus hisce et fictionibus. *Molin.* 67.

In mundo non est facultas nec jurisdictio ad mandandum, ut manifestentur litteræ Directoris circa internum animne; et idcirco monitos esse oportet, esse hunc assultum quemdam Salanæ. *Molin.* G8.

De acceptatione legis. Populus non peccat, etiamsi absque ulla causa non recipiat Legem a Principe promulgatam. *Alex. VII. B.* 28.

De jurisdictione sacra. Regulares mendicantes petere possunt licite a Judicibus secularibus, ut injungant Episcopis, quatenus ipsis mandata concedant ad praedicandum in Adventu el Quadragesima; quod si renuant facere Episcopi, decretum judicum secularium tanlumdern valet, ac si permissio dictis Religiosis concessa fuisset. *Alex. VILA.* 6.

De privilegiis. Regulares possunt in foro conscienti® uti privilegiis quae sunt expresse revocata per Tridentinum. *Alex. VII. C.* 36.

DE PRÆCEPTIS ECCLESIÆ.

De diebus festis. Praeceptum servandi Festa non obligat sub mortali, deposito scandalo, si absit contemptus. *Innoc. XI. A.* 52.

De audienda missa. Satisfacit præcepto Ecclesiæ de audiendo Sacro, qui duas partes, imo quatuor, simul a diversis celebrantibus audit. *Innoc. XI.* J. 53.

De Jejunio. Frangens jejunium Ecclesiæ, ad quod tenetur, non peccat mortaliter, nisi ex contemptu vel inobedientia hoc faciat, puta quia non vult se subjicere præcepto. *Alex. VII. B.* 23.

In die jejunii qui scépius modicum quid comedit, etsi notabilem quantitatem in fine comederit, non frangit jejunium. *Alex. VII. C.* 29.

Omnes officiales, qui m republica corporaliter laborant, sunt excusati ab obligatione jejunii, nec debent se certificare an labor sit compatibilis cum jejunio. *.4leæ. VII. C.* 30.

Excusantur absolute a præcepto jejunii omnes illi qiii iter agunt equitando, utcumque iter agant, etiamsi iter necessarium non sil, ct etiamsi iter unius diei conficiant. *Alex. VII. C.* 31.

Non est evidens quod consuetudo non comedendi ova et lacticinia in quadragesima obliget. *Alex. VII. C.* 32.

De Confessione annua. .Nullus in foro conscientiæ parochiæsuæ intéresse tenetur, nec ad annuam confessionem, nec ad Missas parochiales, nec ad audiendum verbum Dei, divinam legem, fidei rudimenta, morum doctrinam, quæ ibi in catechesibus annuntiantur et docentur. *Alex. VII. A.* 1.

Talem legem in hac materia neque Episcopi neque Concilia Provincialia iel Nationum sancire, neque delinquentes aliquibus poenis aut Ecclesiasticis censuris mulctarc possunt. *Alex. VII.* .1.2.

Satisfacit præcepto annuæ confessionis, qui confitetur Regulari Episcopo praesentato, sed ab eo injuste reprobato. *Alex.* **I***II. B.* 13.

Qui facit confessionem voluntarie nullam, satisfacit præcepto Ecclesiæ. 41α. 17/. *B.* 14.

Di: Communione Paschali. Praecepto Communionis annuæ satisfit per sacrilegam Domini manducationem. *Innoc. A'I.* .1. 55.

DE GRATIA.

De gratiæ essentia. Dona concessa homini integro et Angelo forsitan nwi improlianda ratione possunt dici gratia; sed quia secundum usum Scriptura nomine gratia» tantum ea munera intclliguntur, quæ per Jesum male merentibus ct indignis conferuntur, ideo neque merita neque merces, quæillis redditur, gratia dici delæt. *Bai.* 9.

Gratia non est aliud quam voluntas omnipotentis Dei jubentis et facientis quod jubet. *Quesn.* 11.

Dei gratia nihil aliud est quam ejus omnipotens voluntas : hæcest idea quam Deus ipse nobis tradit in omnibus suis Scripturis. *Quesn.* 19.

Vera gratiæ idea est quod Deus vult sibi a nobis obediri, et obeditur; imperat, et omnia fiunt; loquitur tanquam Dominus, ct omnia sibi submissa sunt. *Quesn.* 20.

Nulla· dantur gratiæ, nisi per fidem. *Quesn.* 26.

Fides est prima gratia et fons omnium aliarum. *Quesn. 2.I.*

Prima gratia, quam Deus concedit peccatori, est peccatorum remissio. *Quesn.* 28.

P. P. 21. Propositio quæ asserit, *lumen gratiæ, quando sit solum, non prvstare, nisi ut cognoscamus infelicitatem nostri status, et gravitatem nostri mali; Gratiam in tali casu producere eumdem effectum, quem lex producebat; ideo necesse esse ut Deus creet in corde nostro sanctum amorem, et inspiret sanctam delectationem contrariam amori in nobis dominanti : hunc amorem sanctum, hanc sanctam delectationem esse proprie gratiam Jesu Christi, inspirationem charitatis, qua cognita sancto amore faciamus; hanc esse illam radicem, e qua germinant bona opera; hanc esse gratiam novi Testamenti, quæ nos liberat a servitute peccati, et constituit filios Dei ;* — Quatenus intendat eam solam esse proprie gratiam Jesu Christi, quæ creet in corde sanctum amorem, et quæ facit ut faciamus, sive etiam qua homo liberatus a servitute peccati constituitur filius Dei, et non sil etiam proprie gratia Christi ea gratia, qua cor hominis tangitur per illuminationem Spiritus sancti (Trid. sess. G. cap. 5), ncc vera detur interior gratia Christi, cui resistitur, — Falsa,captiosa, inducens in errorem in secunda propositione Janscnii damnatum ut hærelicum, eumque renovans.

P. P. 22. Propositio, quæ innuit Fidem, *a qua incipit series gratiarum, et per quam velat primam vocem vocamur ad salutem et Ecclesiam,* esse ipsaminet excellentem virtutem Fidei, qua homines fideles nominantur, el sunt ; — Perinde ac prior non esset gratia illa, quæ *ut prævenit voluntatem, sic prævenit ct fidem.* — Ex S. Aug. de Dono persev., c. 16., n. 41. — Suspecta de hæresi, eamque sapiens, alias in Qucsnello damnata, erronea.

P. P. 23. Doctrina, Synodi de duplici amore dominantis cupiditatis, ct charitatis dominantis, enuntians hominem sine gratia esse sub servitute peccati, ipsumque in eo statu per generalem cupiditatis dominantis influxum omnes suas actiones inficere et corrumpere;—Quatenus insinuat in homine, dum est sub servitute, sive in statu peccati, destitutus gratia illa qua liberatur a servitute peccati el constituitur filius Dei, sic dominari cupiditatem, nl per generalem hujus influxum omnes illius actiones in se inficiantur ct corrumpantur; aut opera omnia, quæ ante justificationem fiunt, quacumque ratione liant, sint peccata, — Quasi in omnibus suis actibus peccator serviat dominanti cupiditati ; Falsa, perniciosa, inducens in errorem a Tridenlino damnatum ut hærcticum, iterum in Baïo damnatum, art. 40.

P. P. 21. Qua vero parte inter dominantem cupiditatem, ct charitatcm dominantem, nulli ponuntur allectus medii a natura ipsa insiti, suapteque natura laudabiles, qui una cum amore bealitudinis, naturalique propensione ad bonum *remanserunt vehit extrema lineamenta et reliquiæ imaginis Dei ;* — Ex S. Aug. dcSpir. ct Lilt., c. 28. — Perinde ac si *inter dilectionem dicinamqua.' nos perducit ad regnum, et dilectionem humanam illicitam qiue damnatur,* non daretur *dilectio humana licita·, quæ non reprehenditur.* —Ex S. Aug. Scrm. 349. de Charit. Edit. Maur. —Falsa, alias damnata.

1)E GRATIA PRIMI HOMINIS, EJUSQUE DIFFERENTIA A GRATIA CHRISTIANA. Gratia Adami non producebat, nisi merita humana. *Quesn.* 34.

Gratia Âdami est sequela creationis et erat debita naturæ sanæ et integræ. Quesn. 33.

Differentia essentialis inter gratiam Adami el status innoccntiæ ac gratiam Christianam est, quod primam unusquisque in propria persona recepisset, iitavero non recipitur, nisi in persona Jesu Christi resuscitati, cui nos uniti sumus. *Quesn.* 36.

Gratia Adami sanctificando illum in semetipso erat illi proporlionata : gratia Christiana nos sanctificando in Jesu Christo est omnipotens el digna Filio Dei. *Quesn.* 37.

De discrimine inter V. L. et N. L. quoad GRATIAM. Discrimen inter fœdus Judaicum et Christianum est, quod in illo Deus exigit fugam peccati et implementum legist peccatore, relinquendo illum in sua impotentia; in isto vero Deus peccatori dat quod jubet, illum sua gratia purificando. *Quesn.* 6.

Quæ utilitas pro homine in veteri foedere, in quo Deus illum reliquit ejus propriæ infirmitati, imponendo ipsi suam legem? quæ vero felicitas non est admitti ad foedus, in quo Deus nobis donat, quod petit a nobis. *Quesn. I.*

P.P. 19. Item (Propositio) quæ subjungit, hominem sub lege *cum esset impotens ad eam observandam, prævaricatorem evasisse, non quidem culpa legis, quæsanctissima erat, sed culpa hominis, qui sub lege sine gratia magis magisqwpranaricator evasit;* superadditque, *legem, si non sanavit cor hominis, effecisse ut sua mala cognosceret, ct de sua infirmitate convictus desideraret gratiam Mediatoris* ; —Qua parte generaliter innuit hominem praevaricatorem evasisse per inobservantiam legis, quam impotens esset observare; quasi *r isibile aliquid potuerit imperare qui justus est, aut damnaturus sit homir.tm pro eo quod non potuit vitare, qui pius est,* — Ex S. Cæsario, Serin. 73. in append. — S. Aug. Senn. 723, Edit. Maur. — Ex S. Aug. de Nat. el Grat, c. 43. — Dc Grat, el lib. arb., c. 16. —Enar. In Psalm. 56. n. 1. — Falsa, scandalusa, impia, in Baio damnata.

P. P. 20. Qua parte datur iutclligi, hominem, sub lege, sine gratia, potuisse concipere desiderium gratiæ Mediatoris ordinatum ad salutent promissam per Christum, quasi *non ipsa gratia faciat ut invocetur a nobis,—Ex* Concil.

Araus. II. Can. 3. — Propositio, ut jacet, captiosa, suspecta, favens Imi Semipelagianæ.

De efficacia grati.e. Gratia Christi est Gratia suprema, sine qua confiteri Christum nunquam possumus, ct cum qua nunquam illuni abnegamus. *Quesn.* 9.

Gratia est operatio manus omnipotentis Dei, quam nihil impedire potest aut retardare. (Juesn. 10.

Quando Deus vult salvare animam, quocumque tempore,quocumque loco, effectus indubitabilis sequitur voluntatem Dei. *Quesn.* 12.

Quando Deus vult animam salvam facere, ct eam tangit interiori gratic suæ manu, nulla voluntas humana ei resistit. *Quesn.* 13.

Quanlumcumquc remotus a salute sit peccator obstinatus, quando Jesus « ei videndum exhibet lumine salutari suæ gratiæ, oportet ut sc dedat, accurrat, sese humiliet, et adoret Salvatorem suum. *Quesn.* 14.

Quando Deus mandatum suum et suam externam locutionem comitatur unctione sui Spiritus et interiori vi gratiæ, operatur illa in corde obedientiam, quam petit. *Quesn.* 15.

Nullæ sunt illccebræ, quæ non cedant illecebris gratiæ, quia nihil resistit omnipotenti. *Quesn.* 16.

Semen verbi, quod manus Dei irrigat, semper affert frudum suum. *Quesn.* 18. 0 H

Desideria Christi semper habent suum effectum : pacem intimo cordiuiu infert, quando cis illam optat. *Quesn.* 31.

De natura grati.e efficacis. Gratia Jesu Christi est gratia fortis, potens, suprema, invincibilis, utpote quæ est operatio voluntatis omnipotentis, sequela ct imitatio operationis Dei incarnanlis et resuscitantis Filium suum. *Quesn.* 21.

Concordia omnipotentis operationis Dei in corde hominis cum libero ipsius voluntatis consensu demonstratur illico probis in incarnatione veluti in foule, atque archetypo omnium aliarum operationum misericordi® et gratiæ. qui omnes ita gratuit® atque ita dependentes a Deo sunt, sicut ipsa originalis operatio. *Quesn.* 22.

Deus ipse nobis ideam tradidit omnipotentis operationis suæ gratiæ, eam significans per illam, qua creaturas e nihilo producit et mortuis reddit vitam. *Quesn.* 23.

Justa idea, quam Centurio habet de omnipotentia Dei et Jesu Christi in sanandis corporibus solo motu suæ voluntatis, est imago idcæ quæ haberi debet de omnipotentia suæ gratiæ in sanandis animabus a cupiditate. *Quesn.* 24.

Deus illuminat animam eteam sanat æque ac corpus, sola sua voluntate: jubet, et ipsi obtemperatur. *Quesn.* 25.

De gratia sufficiente. Gratia sufficiens statui nostro non tam utilis, quam perniciosa est, sic ut proinde merito possimus petere: *A gratia sufficient! libera nos Domine! Alex. VIII. B.* 6.

Gratia est vox illa Patris, qu® homines interius docet, ac eos venire facit ad Jcsiini Christum : quicumque ad eum non venit, postquam audivit vocem exteriorem Filii, nullatenus est doctus a Patre. *Quesn.* 17.

De nécessita té GRAFi.E. Cum Pelagio sentiunt, qui textum Apostoli ad

ftoin. 2. *(lentes, quæ legem non habent, naturaliter, qua· legis sunt, faciunt;* intelliguul de gentibus fidei gratiam non habentibus. *Bai.Vl·.*

I.ilieniinarbitrium, sine gratiæ Dei adjutorio, nonnisi ad peccandum valet. M27.

Pclagianus est error dicere quod liberum arbitrium valet ad ullum peccatum litandum. *Bai.* 28.

Non soli fures el latrones ii sunt, qui Christum viam et ostium veritatis ct vite negant; sed etiam quicuinquc, aliunde quam per Christum, in viam jysliliæ, hoc est, aliquam justitiam conscendi posse dicunt; /tai.29.

Alit Imitationi ulli, sine gratiæ ipsius adjutorio, resistere hominem posse, sicut ineam non inducatur, aut ab ea non superetur. *Bai. 30.*

Distinctio illa duplicis amoris, naturalis videlicet, quo Deus amatur ut auctor naturæ, ct gratuiti, quo Deus amatur ut beatificator, vana est et commentitia, et ad illudendum sacris litteris ct plurimis veterum testimoniis excogitata. *Bai.* 31.

Omne quod agit peccator, vel servus peccati, peccatum est. *Bai.* 35.

Amor naturalis, qui cx viribus naluiic exoritur, cx sola Philosophia, per elationem praesumptionis humanæ, cum injuria crucis Christi, defenditur a nonnullis Doctoribus. *Bai.* 36.

Cum Pelagio sentit, qui boni aliquid naturalis, hoc est, quod ex solis naturæ viribus ortum ducit, agnoscit. *Bai.* 37.

Omnis amor creaturae rationalis aut vitiosa est cupiditas, qua mundus diligitur, quæ a Joanne prohibetur, aut laudabilis illa charitas, qua per Spiritum Sanctum in corde diffusa Deus amatur. *Bai.* 38.

Nonnisi Pelagiano errore admitti potest usus aliquis liberi arbitrii bonus, sivenon malus; et gratiæ Christi injuriam facit, qui ita sentit ct docet. *Bai.* 65.

Quid aliud remanet animæ, quæ Deum atque ipsius gratiam amisit, nisi peccatum et peccati consecutiones, superba paupertas, ct segnis indigentia, hoc est, generalis impotentia ad laborem, ad orationem ct ad omne opus* bonum ? *Quesn.* J.

Jesu Christi gratia, principium efficax bonicujuscumque generis, necessaria est ad omne opus bonum. Absque illa non solum nihil fit, sed nec fieri p>test. *Quesn.* 2.

In vanum, Domine, præcipis, si tu ipse non das quod praecipis. *Quesn.* 3.

Ita, Domine, omnia possibilia sunt ei cui omnia possibilia facis, eadem operando in illo. *Quesn.* 4.

Quando Deus non emollit cor per interiorem unctionem gratiæ suæ, exhortationes et gratiæ exteriores non inserviunt, nisi ad illud magis obdurandum. Qucui. 5.

Nos non pertinemus ad novum fcedus, nisi in quantum participes sumus ipsius novæ gratiæ, qua operatur in nobis id, quod Deus nobis praecipit. Qu«n. 8.

Peccator non est liber, nisi ad malum, sine gratia Liberatoris. *Quesn.* 38*

Voluntas, quam gratia non praevenit, nihil habet luminis, nisi ad aberrandum ; ardoris, nisi ad se praecipitandum ; virium, nisi ad sc vulnerandum: est capax omnis mali et incapax ad omne bonum. *Quesn.* 39.

Smc gratia nihil amare possumus, nisi ad nostram condemnationem. *fyttsn.* 10.

Omnis cognitio Dei, etiam naturalis, etiam in Philosophis Ethnicis, non potest venire nisi a Deo, et sine gratia non producit nisi pnesumptioncin, vanitatem et oppositionem ad ipsum Deum, loco affectuum adorationis, gralitudinis et amoris. *Quesn.* 41.

P. P. 18. D >elrina Synodi enuntians *post lapsum Adami, Deum annuntia® promissionem futuri Liberatoris, et voluisse consolari genus humanum ptr spem salutis, (piam Jesus Christus allaturus erat;* tamen *Deum coluisse ut genus humanum transiret per varios status, antequam veniret plenitudo temporum,* ac primum ut in statu naluræ *homo relictus propriis luminibus de swi cœca ratione diffideret, et* e.r suis *aberrationibus moveret se ad desiderandis auxilium superioris luminis:* — Doctrina, ut jacet, captiosa, atque intellecta dc desiderio adjutorii superioris luminis in ordine ad salutem promissam per Christum, ad quod concipiendum homo relictus suis propriis luminibus supponatur sese potuisse movere, — Suspecta, favens hæresi Scmipclagianr.

Qcibvs gratia detur. Pagani, Judæi, Haeretici aliique hujus generis nullum omnino accipiunt, a Jesu Christo influxum; adeoque hinc recte inferes, in illis esse voluntatem nudam et inermem sine omni gratia sufficiente. *Alex. VIII. B.* 5.

Extra Ecclesiam nulla conceditur gratia. *Quesn.* 29.

De Justificatione. Justitia, qua justificatur impius per fidem, consistit formalitcr in obedientia mandatorum, quæ est operum justitia; non autem in gratia aliqua animæ infusa, qua adoptatur homo in filium Dei, et secundum interiorem hominem renovatur, ac divinæ naluræ consors efficitur, ut sic, per Spiritum Sauctum renovatus, deinceps bene vivere et Dei mandatis obedire possit. *Bai.* 42.

In hominibus pcenitenlibus ante Sacramentum absolutionis et in catechumenis ante Baptismum est vera justificatio, separata tamen a remissione peccatorum. *Bai.* 43.

Operibus plcrisquc, quæ a fidelibus fiunt, solum ut Dei mandatis pareant, cujusmodi sunt obedire parentibus, depositum reddere, ab homicidio, a furto, a fornicatione abstinere, justificantur quidem homines, quia sunt legis obedientia et vera legis justitia, non tamen iis obtinent incrementa virtutum. *Bai.* 44.

Sed et illa distinctio duplicis justitiæ, alterius quæ lit per Spiritum cha* ritatis inhabitantem , alterius quæ fit ex inspiratione quidem Spiritus Sancti cor ad poenitentiam excitantis, sed nondum cor inhabitantis ct in eo charttalem diffundentis, qua divinæ legis justificatio impleatur, odiosissima et pertinacissima rejicitur. *Bai.* 63.

Denique ct illa distinctio duplicis vivificationis, alterius qua vivificatur peccator, dum ei poenitentia et vitæ novæ propositum ct inchoatio per Dei gratiam inspiratur, alterius qua vivificatur, qui vere justificatur ct palmes virens in vite Christo efficitur, commentitia judicatur et Scripturis minime congruens. *Bai.* 64.

Justificatio impii fit formalitcr per obcdicnliam legis, non autem ρσ occultam communicationem et inspirationem gratiae, quæ per cam jiistiticalos facial implere legem. *Bai.* 69.

De Merito. Nec Angeli nec primi hominis adhuc integri merita recte vocantur gratia. *Bai.* 1.

Skill opus malum ex natura sua esl mortis æternæ meritorium, sic bonum opus ex natura sua est vitæ æternæ meritorium. *Bai.* 2.

Et bonis Angelis et primo homini, si in statu illo persévérassent usque ad ultimum vitæ, felicitas esset merces, et non gratia, *liai.* 3.

Vila æterna homini integro ct Angelo promissa fuit intuitu bonorum operum, et bona opera ex lege naluræ ad illam consequendam per se sufficiunt. *Bai.* 4.

In promissione facta Angelo et primo homini continetur naturalis juslitiic constitutio, qua pro bonis operibus sine alio respectu vita æterna justis promittitur. *Hai.* o.

Naturali lege constitutum fuit homini **ut**, si in obedientia perseveraret, adeam vitam pertransiret in qua mori non posset. *liai.* 6.

Primi hominis integri merita fuerunt primæ creationis mimera ; sed juxta modum loquendi Scripturæ sacræ non recte vocantur gratia; quo fit ut tantum merita, non etiam gratia, debeant nuncupari. *Bai.* 7.

Quedpie et juste in hac vita mortali usque in finem conversati vitam conscquiinurælcrnam, id non proprie gratiæ Dei, sed ordinationi naturali, statim initio creationis constitutae, justo Dei judicio, deputandum est; neque in hac retributione bonorum ad Christi meritum respicitur, sed tantum ad primam institutionem generis humani, in qua lege naturali constitutum est ut justo Dei judicio obedientiæ mandatorum vita æterna reddatur. *Bai.* 11.

Pelagii sententia est : Opus bonum, citra gratiam adoptionis factum, non est regni Coelestis meritorium. *Bai.* 12.

Opera bona, a filiis adoptionis facta, nôn accipiunt rationem meriti ex eo qu d fiunt per Spiritum adoptionis inhabitantem corda filiorum Dei, sed tantum ex eo quod sunt conformia logi, quodque per ea praestatur obedientia legis. *liai.* 13.

Opera bona justorum non accipiunt in dic judicii extremi ampliorem merccdcm, quam justo Dei judicio mercantur accipere. *Bai.* 14.

Balio meriti non consistit in eo quod , qui bene operatur, habeat gratiam ctinhabitantem Spiritum Sanctum, sed in eo solum quod obedit divinæ legi. *Bai.* 15.

Sentiunt cum Pelagio, qui dicunt esso necessarium ad rationem meriti, ut homo per gratiam adoptionis sublimetur ad statum Deiticum. *Bai.* 17.

Opera catechumenorum, ut fides et poenitentia, ante remissionem peccatorum facta, sunt vitæ æternæ merita; quam vitam ipsi non consequantur, nisi prius praecedentium delictorum impedimenta tollantur, *liai.* 18.

Illa Doctorum distinctio, divinæ legis mandata bifariam impleri, altero modo, quantum ad præccptoruin operum substantiam tantum, allero, quantum ad certum quemdam modum, videlicet, secundum quem valeant operantem perducere ad regnum æternum, hoc est ad modum meritorium) commentitia est ct explodenda. *Bai.* 61.

SECUNDA SECUNDÆ.

DE VIRTUTIBUS THEOLOGICIS.

Homo nullo unquam vitæ suæ tempore tenetur elicere actum fidei, spei et charitatis, ex vi praeceptorum divinorum ad eas virtutes pertinentium *Alex. VII. B.* 1.

Quid aliud esse possumus nisi tenebrae, nisi aberratio et nisi peccatum, inc fidei lumine, sine Christo ct sine charitate? *Quesn.* 48.

bk FIDE.

De natura fidei. Voluntas non potest efficere ut assensus fidei in se ipso sil magis firmus, quam meretur pondus rationum ad assensum impellentium. *Innoc. XI.* .4. 19.

Hinc potest quis prudenter repudiare assensum, quem habebat supernataralem. *Innoc. XI.* .4. 20.

Assensus fidei supernaturalis et utilis ad salutem stat cum notitia solum probabili revelationis, imo cum formidine, qua quis formidat ne non sit locutus Deus. *Innoc. XI.* .4. 21.

Quando in magnis peccatoribus deficit omnis amor, deficit diam fides;ei etiamsi videntur credere, non est fides divina sed humana. *Alex. VIII.BAÎ.*

Fides, usus, augmentum et praemium fidei totum est donum puræ libe· ralilatis Dei. *Quesn.* 69.

De effectibus fidei. Fides justificat, quando operatur; sed ipsa non operatur nisi per charitatem. *Quesn.* 51.

Omnia alia salutis media continentur in fide, tanquam in suo germine el semine; sed hæc fides non est absque amore et fiducia. *Quesn.* 52.

Dei bonitas abbreviavit viam salutis, claudendo totum in fide el precibus. *Quesn.* 68.

De necessitate fidei. Omnia opera infidelium sunt peccata, et Philosopho· rum virtutes sunt vitia. *Bai.* 25.

Nonnisi fides unius Dei necessitate medii necessaria videtur, non autem explicita Remuneratoris. *Innoc. XI.* .4. 22.

Fides late dicta, ex testimonio creaturarum similive motivo, ad justificationem sufficit. *Innoc. XI.* .4. 23.

Necesseest tntidelem in omni opere peccare. *Alex. VIII. B.* 8.

Omne quod non est ex fide Christiana supernatural), quæ per dilectionem operatur, peccatum est. .-l/ez·. *VIII. B.* 11.

Sola gratia Christi reddit hominem aptum ad Sacrificium fidei : sine bx nihil nisi impuritas, nihil nisi indignitas. *Quesn.* 42.

De pr.ecepto fidei. Fides non censetur cadere sub praeceptum speciale et secundum sc. *Innoc. XI.* .1. 16.

De actu fidei. Satis est actum fidei semel in vita elicere. *Innoc. XI.* .4.17-

Sufficit illa mysteria semel credidissse. *Innoc. XI.* .4. 65.

De professione fidei. Si quis a potestate publica interrogetur, fidem ingemit' contileii. ut Deo el fidei gloriosum, consulo; tacere, ut peccaminosum per se non damno, innoc. A7. .4, 18.

De infidelitate. Infidelitas pure negativa, in his quibus Christus non est prædicatus, peccatum est. *liai.* 68.

Ab infidelitate excusabitur infidelis, non credens ductus opinione minus probabili. *Innoc.* Λ7. .4. 4.

De jleresi. Quamvis evidenter tibi constet Petrum esse hæreticum, non teneris denuntiare, si probare non possis. *Alex. VII. Ii.* 3.

De Scriptura Sacra. Utile ct necessarium est omni tempore, omni loco, et omni personarum generi, studere et cognoscere Spiritum, pietatem et mysteria Sacræ Scripturæ. *Quesn.* 79.

Lectio Sacræ Scripturæ est pro omnibus. *Quesn.* 80.

Obscuritas sancta Verbi Dei non est laicis ratio dispensandi se ipsos ab ejus lectione. *Quesn.* 81.

Dies Dominicus a Christianis debet sanctificari lectionibus pietatis, et superomnia, sanctarum Scripturarum. Damnosum est velle Christianum ab hac lectione retrahere. *Quesn.* 82,

Est illusio sibi persuadere quod notitia mysteriorum religionis non de? beat communicari feminis lectione Sacrorum librorum. Non ex feminarum simplicitate, sed ex superba virorum scientia ortus est Scripturarum abusus, etnatæsunt hæreses. *Quesn.* 38.

Abripere a Christianorum manibus novum Testamentum, seu eis clausum tenere, auferendo eis modum illud inlelligendi, est illis Christi os obturare. *Quesn.* 84.

Interdicere Christianis lectionem Sacræ Scripturæ, præsertim Evangelii, est interdicere usum luminis filiis lucis, et facere ut patiantur speciem quamdam excommunicationis. *Quesn.* 85.

P. P. 67. Doctrina perhibens a lectione Sacrarum Scripturarum *nonnisi ieram impotentiam excusare,* subjungens ultro se prodere obscurationem, quæ ex hujusce pnecepti neglectu orta est super primarias veritates religionis, — Falsa, temeraria, quietis animarum perturbativa, alias in Quesnello damnata.

De Ecclesia. Nola Ecclesiæ Christianæ est quod sit catholica, comprehendens ct omnes Angelos coeli et omnes electos ac justos lerræ et omnium seculorum. *Quesn.* 72.

Quid est Ecclesia nisi coetus filiorum Dei manentium in ejus sinu , adoptatorum in Christo, subsistentium in ejus persona, redemptorum ejus sanguine, viventium ejus spiritu, agentium per ejus gratiam, el exspectantium gloriam futuri seculi. *Quesn.* 73.

Ecclesia, sive integer Christus, incarnatum Verbum habet ut caput, omnes vero Sanctos ut membra. *Quesn.* 74.

Ecclesia est unus solus homo, compositus ex pluribus membris, quorum Christus est caput, vita, subsistentia ct persona; unus solus Christus compositus ex pluribus Sanctis, quorum est Sanctificator. *Quesn.* 75.

Nihil spatiosius Ecclesia Dei ; quia omnes electi ct justi omnium scciilorum illam componunt. *Quesn.* 76.

Qui non ducit vitam dignam Filio Dei et membro Christi, cessat interius habere Deum pro Patre et Christum pro capite. *Quesn. Ti.*

Separatur quis a populo electo, cujus figura fuit populus Judaicus ct caput

est Jesus Christus, tam non vivendo secundum Evangelium, quam non credendo Evangelio. *Quesn.* 78. 4 MB1

1'. P. IS. Doctrina quæ proponit Ecclesiam *considerandam relui unum corpus mysticum coagmentatum* e.r *Christo Capite et fidelibus, qui sunl ejus membra per unionem ineffabilem, qua mirabiliter evadimus coin ipso unus solus Sacerdos, una sola Victima, unus solus Adorator perfectus Dei Patris in spiritu el veritate;* — Intellecta hoc sensu, ut ad corpus Ecclesiæ nan pertineant nisi Fideles, qui sunt perfecti adoratores in spiritu el veritate,— Hæretica.

De Capite Ecclesie. S. Petrus et S. Paulus sunl duo Ecclesiæ Principes, qui unicum efficiunt. Il·/: Sunl duo Ecclesiæ Catholicæ Coryphæi ac supremi Duces summa inter se unitate conjuncti. *Vel :* Sunt geminus universalis Ecclesiæ vertex, qui in unum dix inissime coaluerunt. *Vel :* Sunt duoEcclesiæ Summi Pastores ac Presides, qui unicum caput constituunt. *Innoc.* X.

Futilis et toties convulsa est assertio de Pontificis Romani supra Concilium œcumenicum auctoritate atque in fidei quaestionibus decernendis infallibilitate. *Alex. VUI. B.* 29.

Bulla Urbani VIII. *In eminenti,* est subreptitia. *Alex. VIII. B.* 31.

P. P. 2. Propositio quæ statuit *potestatem a Deo datam Ecclesiæ, ul communicaretur Pastoribus qui sunt ejus Ministri pro salute animarum; — Sv* intellecta, ul a Communitate Fidelium , in Pastores derivetur Ecclesiastici ministerii ac regiminis potestas,—Hæretica.

P. P. 3. Insuper quæ statuit *Romanum Pontificem esse Caput minisleriale;* — Sic explicata, ut Romanus Pontifex non a Christo, in persona B. Petri, sed ab Ecclesia potestatem ministerii accipiat, qua vehit Petri Successor, verus Christi Vicarius ac totius Ecclesiæ Caput pollet in universa Ecclesia,— llærelica.

P. P. 6. Doctrina Synodi, qua profitetur *persuasum sibi esse Episcopum accepisse a Christo omnia jura necessaria pro bono regimine suæ Diœcesis;*— Perinde ac si ad bonum regimen cujusque Diœcesis, necessariæ non sint superiores ordinationes spectantes sive ad fidern et mores, sive ad generalem disciplinam, quarum jus est penes Summoé Pontifices et Concilia generalia pro universa Ecclesia,— Schismatica, ad minus erronea.

P. P. 7. Item in eo quod horiatur Episcopum *ad prosequendam naviterperfectiorem ecclesiastice? discipline? constitutionem ,* idqtie *contra omnes contrarias consuetudines, exemptiones, reservationes qua' adversantur bono ordini Diœcesis, majori gloriæ Dei et majori œdificationi Fidelium;* — Per id quod supponit Episcopo fas esse, proprio suo judicio ct arbitratu, statuere ct decernere contra consuetudines, exemptiones, reservationes, sive quæ in universa Ecclesia, sive etiam in unaquaque Provincia locum habent, sine venia ct interventu superioris hierarchic® potestatis, a qua induci® sunt, aut probal®, el vim legis oblinent. — Inducens in schisma ct subversionem hierarchici regiminis, erronea.

P. P. 8. Item, quod ct sibi persuasum esse ait, *Jura Episcopi, aJesu Christo accepta pro guber nanda Ecclesia, nec alterari, nec impediri posse; et ubi contigerit horum jurium exercitium quavis de causa fuisse interruptum, posse semper* ***Epi^rn*** *«c d.bm nrininnrin ma jura mjreU, aaatiacummu id tmil ma)», Ivmm smEttksiar;— m qll01| innui, jllriuln ; „*

cilium nulla superiori potestate praepediri aul coerceri posse, quandocumquc Episcopus proprio judicio consuerit minus id expedire majori bono suæ Ecclesiæ, — Inducens in schisma ct subversionem hierarchici regiminis, erronea.

P.P. 9. Doctrina, quæ statuit, *reformationem abusuum circa ecclesiasticam disciplinam, in Synodis Diœcesanis, ab Episcopo el Parochis œqualiter pendere ac stabiliri debere, ac sine libertate decisionis, indebitam fore subjectionem suggestionibus el jussionibus Episcoporum;* — Falsa, temeraria, episcopalis auctoritatis lœsiva, regiminis hierarchici subversiva, favens hærcsi Aerian® a Calvino innovatae.

P. P. 10. Item doctrina, qua Parochi, aliive Sacerdotes in Synodo congregati, piOinniliantur una cum Episcopo judices fidei, et simul innuitur judicium in causis fidei ipsis competere jure proprio, et quidem etiam per ordinationem accepto,— Falsa, temeraria,ordinis hierarchici subversiva,detrahens firmitati definitionum, judiciorumve dogmaticorum Ecclesiæ, ad minus énonça.

P. P. 11. Sententia enuntians veteri majorum instituto ab aposlolicis usque temporibus ducto, per meliora Ecclesiæ secula, servato, receptum fuisse *ul decreta, aut definitiones, aut sententiæ, etiam majorum Sedium, non acceptarentur, nisi recognita fuissent et approbates a Synodo Diœcesana,* — Falsa, temeraria, derogans pro sua generalitate obedientiæ debitæ Constitutionibus Aposlolicis, tum et Sententiis ab hierarchica superiore legitima potestate manantibus, schisma fovens et hæresim.

P. P. 12. Assertiones Synodi complexive acceplatæ circa Decisiones in materia fidei ab aliquot seculis emanatas, quas perhibet velut Decreta ab una particulari Ecclesia vel paucis Pastoribus profecta, nulla sufficienti auctoritate suffulta, nata corrumpendæ puritati fidei ac turbis excitandis, intrusa per vim, c quibus inflicta sunt vulnera nimium adhuc recentia; — Fais®, captiosæ, temerari®, scandalosæ in Romanos Pontifices et Ecclesiam injuriosae, debitæ Aposlolicis Constitutionibus obedientiæ derogantes, schismatic®. perniciosae, ad minus errone®.

P.P. 13. Propositio relata inter acta Synodi, quæ innuit Clementem IX. pacem Ecclesiæ reddidisse per approbationem distinctionis juris et facti, in subscriptione Formularii ab Alexandro VII. prescript!,— Falsa, temeraria, Clementi IX. injuriosa.

P.P. 14. Quatenus vero ei distinctioni suffragatur, ejusdem fautores laudibus extollendo, ct eorum advcisarios vituperando, — -Temeraria, perniciosa, Summis Pontificibus injuriosa, schisma fovens cl hæresim.

P. P. 8o. Propositio enuntians qualemcumque cognitionem Ecclesiastic® llistoriæ sufficere, ut fateri quisque debeat convocationem Concilii Nationalis unam esse ex viis canonicis, qua finiantur in Ecclesia respectivarum .Nationum controversi.® spectantes ad Religionem,—Sic intellecta, ut controversia! ad fidem et mores spectantes in Ecclesia quacumque suborlæ, per nationale Concilium irrefragabili judicio finiri valeant, quasi inerrantia in fidei et morum quaestionibus National! Concilio competeret; — Schismatica, hæretica. ' JSj

De doctrina Ecclesiæ. Quamvis hæc doctrina *{depuro amore)* esset pura et simplex perfectio eyangelica in universa traditione designata; antiqui Pas-

tons non proponebant passim multitudini justorum, nisi exercitia amoris interessali eorum grati® proportionna. *Camerae.* 22.

Nihil pejorem de Ecclesia opinionem ingerit ejus inimicis, quam videre illic dominatum exerceri supra fidem fidelium, el foveri divisiones propter res quæ nec fidem laedunt nec mores. *Quesn.* 79.

Veritates eo devenerunt ut sint lingua quasi peregrina plerisqua Christianis, ct modus eas praedicandi est veluti idioma incognitum : adeo remotus est a simplicitate .Apostolorumelsupra communem captum fidelium: neque salis advertitur quod hic defectus sit unum ex signis maxime sensibilibus senectutis Ecclesia? et iræ Dei in filios suos. *Quesn.* 95.

P. P. 1. Propositio quæ asserit *postremis hisce seculis sparsam esse generalem obscurationem super veritates gravioris momenti spectantes ad Religionm cl qwe sunt basis fidei et moralis doctrine? Jesu Christi,* — hærctica.

P. P.76. Insectatio qua Synodus Scholasticam exagitat, velut eam *qiue fiam aperuit inveniendis novis et inter se discordantibus systematibus, quoad veritates majoris pretii, ac demum adduxit ad probabilismum et laxismum;* — Quatenus in Scholasticam rejicit privatorum vitia, qui abûti *ea* potuerunt aut abusi sunt, — Falsa, temeraria, in sanctissimos viros et Doclores,qui magno Catholicae Religionis bono Scholasticam excoluere, injuriosa, favens infestis in eam hæreticorum conviciis.

P. P.77. Item in eo quod subdit *mutationem forma? regiminis ecclesiastici, qua factum est ut Ministri ecclesiæ in oblivionem venirent suorum jurium, quæ simul sunt eorum obligationes, eo demum rem adduxisse, ut obliterari faceret primitivas notiones Ministerii Ecclesiastici et sollicitudinis Pastoralis;* —Quasi per mutationem regiminis, congruentem disciplina* in Ecclesia constituta? et probatæ, obliterari unquam potuerit et amitti primitiva notio Ecclesiastici Ministerii, Pastoralisve sollicitudinis, — Propositio falsa, temeraria, erronea.

P. P. 78. Praescriptio Synodi de ordine rerum tractandarum in Collationibus, qua posteaquam praemisit, *in quolibet articulo distinguendum id quod perlinet ad fidem et ad essentiam religionis, ab eo quod est proprium disciplina,* subjungit *in hac ipsa* (disciplina) *distinguendum quod est necessarium aut utile ad retinendos in spiritu fideles, ab eo quod est inutile, aut onerosius quam libertas Filiorum novi Foederis patiatur, magis vero ab eo quod est periculosum aut noxium, utpote inducens ad superstitionem et materialismum;*— Quatenus pro generalitatc verborum comprehendat, et praescripto examini subjiciat, etiam disciplinam ab Ecclesia constitutam et probatam, quasi Ecclesia, qute Spiritu Dei regitur, disciplinam constituere posset non solum inutilem, et onerosiorem quam libertas Christiana patiatur, sed et periculosam, noxiam, inducentem in superstitionem et materialismum; — Falsa, temeraria, scandalosa, perniciosa, piarum aurium offensiva, Ecclesiæ ac Spiritui Dei, quo ipsa regitur, injuriosa, ad minus erronea.

P. P. 79. Assertio quæ conviciis ct contumeliis insectatur sententias in Scholis Catholicis agitatas, et de quibus Apostolica Sedes nihil adhuc definiendum aut pronuntiandum consuit, — Falsa, temeraria, in ScholasCatholu iujuiiosa, debitæ Apostolicis Constitutionibus obedienti® derogans.

De libris prohibitis. Libri prohibiti, *donec expurgentur*, possunt retineri, usque dum. adhibita diligentia, corrigantur. I/λγ. *VII C* 45

P. P. 68. Laudatio, qua summopere Synodus commendat Quesnelli Commentationes in novum Testamentum, aliaque aliorum Quesnellianis erroribus faventium opera, licet proscripta; eademque Parochis proposuit, ut ea tanquam solidis religionis principiis referta in suis quisque Paroeciis populo post reliquas functiones perlegant ; — Falsa, scandalosa, temeraria, seditiosa, Ecclesiæ injuriosa, schisma fovens et hæresim.

DE SI'E.

De notione Spei. In hoc statu *{extremarum probationum)* anima amittit omnem spem sui intéressé proprii; sed nunquam amittit in parte superiori, id est, in suis actibus directis et intimis, spem perfectam, quæ est desiderium disinteressatuin promissionum. *Camerae.* 11.

Totum deest peccatori, quando ei deest spes; et non est spes in Deo, ubi non est amor Dei. *Quesn.* 57.

De fundamento Spei. Proh ! quantum oportet bonis terrenis et sibimetipsi renuntiasse ad hoc, ut quis fiduciam habeat sibi, ut ita dicam, appropriandi Christum Jesum, ejus Amorem, Mortem et Mysteria, ut facit S. Paulus dicens: *Qui dilexit me, et tradidit semetipsum pro me. Quean.* 33.

De operibus ex spe factis. Intentio, qua quis detestatur malum et prosequitur bonum, mere, ut coelestem obtineat gloriam, non est recta nec Deo placens. *Alex. VIII. B.* 10.

Quisquis etiam æternæ mercedis intuitu Deo famulatur , charitate si caruerit, vitio non caret, quoties intuitu licet beatitudinis operatur, Jter. *VIII. B.* 13.

De Timore. Timor gehennæ non est supernaturalis. *Alex. VIII. B.* 14.

Timor nonnisi manum cohibet ; cor autem tamdiu peccato addicitur, quamdiu ab amore justitiae non ducitur. *Quesn.* 61.

Qui a malo non abstinet, nisi timore pœnæ, illud committit in corde suo, et jam est reus coram Deo. *Quesn.* 62.

Sub maledicto legis nunquam fit bonum, quia peccatur sive faciendo malum, sive illud nonnisi ob timorem evitando. *Quesn.* 64.

Moyses, Prophetæ, Sacerdotes et Doclores legis mortui sunt absque eo quod ullum dederint Deo fdium, cum non effecerint nisi mancipia per timorem. *Quesn.* 65.

Qui vult Deo appropinquare, nec debet ad ipsum venire cum brutalibus passionibus, nec adduci per instinctum naturalem aut per timorem, sicut bestiæ, sed per fidem et per amorem, sicut filii. *Quesn.* 66.

Timor senilis non sibi repraesentat Deum, nisi ut Dominum durum, imperiosum, injustum, intractabilem. *Quesn.* 67.

DE CIIARITATE·

De objecto charitatis. Qui amat Deum, prout illum ratio argumentando repraesentat, aut intellectus comprehendit, non amat Deum verum. *Mohu.* 19.

De perfectione charitatis. Datur habitualis status amoris, qui est charitas para et sine ulla admixtione motivi proprii intéressé. Neque limor pœnanun. neque desiderium reinuneralioimm habent amplius in eo partem.

Non amatur amplius Deus propter meritum, neque propter perfectionem, neque propter felicitatem in eo amando inveniendam. *Camerae.* I.

Purus amor ipse solus constituit novam vitam interiorem, etluucevadit unicum principium et unicum motivum omnium actuum, qui deliberati el meritorii sunt. *Camerae.* 23.

De oppositione charitatis cum peccato. Charitas perfecta el sincera, qut est ex corde puro et conscientia bona et fide non ficta, tam in catecbiimenis quam in pcenitenlibus, potest esse sine remissione peccatorum, *liai,* 31.

Charitas illa, quæ est plenitudo legis, non est semper conjuncta cum remissione peccatorum. *Bai.* 32.

Catechumenus juste, recte et sancte vivit, et mandata Dei observat, at legem implet per charitatem, ante obtentam remissionem peccatorum qire in Baptismi lavacro demum percipitur. *Bai.* 33.

Homo existons in peccato mortali, sive in reatu æternædamnationis,potest habere veram charitatem; et charitas etiam perfecta potest consistere cudi reatu ætemæ damnationis. *Bai.* 76.

De necessitate charitatis. Non est vera legis obedientia, quæ iit sinecharitate. *Bai.* 16.

Cupiditas aut charitas usum sensuum bonum vel malum faciunt. Quwn.li.

Obedientia legis profluere debet ex fonte, et hic fons est charitas. Quando Dei amor est illius principium interius, et Dei gloria ejus finis, tunc purum est; quod apparet exterius; alioquin non est, nisi hypocrisis aut falsa justitia. *Quesn. 4".*

I t nullum peccatum est sine amore nostri; ita nullum est opus bonum sine amore Dei. *Quesn.* 49.

Frustra clamamus ad Deum : *Pater mi,* si Spiritus charitatis non est ille qui clamat. *Quesn.* 50.

Sola Charitas christiano modo facit (actiones Christianas) per relationem ad Deum et Jesum Christum. *Quesn.* 53.

Sola charitas est quæ Deo loquitur : eam solam Deus audit. *Quesn.* 54.

Deus non coronat nisi charitatem : qui currit ex alio impulsu et alio motivo, in vanum currit. *Quesn.* 55.

Deus non remunerat nisi charitatem; quoniam charitas sola Deum honorat. *Quesn.* 56.

Nec Densest, nec religio, ubi non est charitas. *Quesn.* 58.

De præcepto charitatis. An peccet mortaliter, qui actum dilectionis Dei semel tantum eliceret in vita, condemnare non audemus. *Innoc. XI. A. S,*

Probabile est, ne singulis quidem rigorosc quinquenniis perse obligare praeceptum charitatis erga Deum. *Innoc. XI. A.* 6.

Tunc solum obligat, quando tenemur justificari, et non habemus aliam viam qua justificari possimus. *Innoc. XI.* J. 7.

Bonitas objectiva consistit in convenientia objecti cum natura rationali; formalis vero in conformitate actus cum regula morum : ad hoc sufficit ut actus moralis tendat in finem ultimum interpretative. Hunc homo non tenetur amaie neque in principio neque in decursu vitæ suæ mortalis.

De amore proximi. Non tenemur proximum diligere actu interno el formali. *Innoc. XI.* .1. 10.

Præcepto proximum diligendi satisfacere possumus per solos actus externos. *Innoc, XI, A* ,11.

Si cum debita moderatione facias, potes absque peccato mortali dc vita alicujus tristari, et de illius morte naturali gaudere, illam inefficaci afiectu petere et desiderare, non quidem ex displicentia personæ, sed ob aliquod temporale emolumentum. *Innoc. XI. A.* 13.

Licitum ost absoluto desiderio cupere mortem patris, non quidem ut malum patris, sed ut bonum cupientis; quia nimirum ei obventura est pinguis hæreditas. *Innoc. XI. A.* 14.

Licitum est filio gaudere de parricidio Parentis a se in ebrietate perpetrato, propter ingentes divitias inde ex hæreditate consecutas. *Innoc. XI.* .l. 15.

De eleemosyna. Vix in Secularibus, etiam in Regibus, invenies superfluum statui; el ita vix aliquis tenetur ad eleemosynam, quando tenetur tantum ex superfluo statui. *Innoc. XI.* J. 12,

DE JUSTITIA.

De Judice. Quando litigantes habent pro se opiniones æquc probabiles, potest Judex pecuniam accipere pro ferenda sententia in favorem unius præ alio, *Alex. VII. B.* 26.

Probabiliter existimo Judicem posse judicare juxta opinionem etiam minus probabilem. *Innoc. XI. A.* 2.

De Lsura. Licitum est mutuanti aliquid ultra sortem exigere, si se obliget ad non repetendam sortem usque ad certum tempus. *Alex. VII.* C. 42.

Contractus Mohatra licitus est, etiam respectu ejusdem personae, et cum contractu relrovendilionis praevie inito cum intentione lucri. *Innoc. XI.* .L 10.

Cum numerata pecunia pretiosior sit numeranda, et nullus sil qui non majoris faciat pecuniam praesentem quam futuram , potest creditor aliquid ultra sortem a mutuatario exigere, et eo titulo ab usura excusari. *Innoc. XI.* .L 41.

Isura non est, dum ultra sortem aliquid exigitur tanquam ex benevolentia et gratitudine debitum; sed solum si exigatur tanquam ex justitia debitum. *Innoc. XI. A.* 42.

De Furto. Permissum est furari non solum in extrema necessitate, sed etiam in gravi. *Innoc. XI. A.* 36.

Famuli et farnulæ domesticæ possunt occulte heris suis surripere ad compensandam operam suam, quam majorem judicant salario quod recipiunt. *Innoc. XI. A. 3'I.*

De Restitutione. Non tenetur quis sub poena mortali restituere quod ablatum est per parva furta, quantumcumque magna sil summa totalis. *Innoc. XI. A.* 38.

Qui alium movet aut inducit ad inferendum grave damnum tertio, non tenetur ad restitutionem illius damni illati. *Innoc. XI. A.* 39.

De Calumnia. Quidni nonnisi veniale sit detrahentis auctoritatem magnam sibi noxiam falso crimine elidere. *Innoc. XI.* J. 43.

Probabile est non peccare mortaliter, qui imponit falsum crimen alicui,

ut suam justitiam et honorem defendat ; et si hoc non sit probabile, vix ulh opinio erit probabilis in Theologia. *Innoc. XI.* J. 44.

De Defensione Occisiva. Est licitum Religioso vel Clerico calumniatorem gravia crimina de se vel de sua religione spargere minantem occidere, quando alius modus defendendi non suppetit; uti suppetere non videtur, ὐ calumniator sit paratus vel ipsi Religioso vel ejus religioni publice elcoram gravissimis viris prædicta impingere, nisi occidatur. *Alex. VII. B.* 17.

Licet interficere.falsum accusatorem, falsos testes, ac etiam Judicem, aqw iniqua certo imminet sententia, si alia via non potest innocens damnum evitare. *Alex. VII. B.* 18.

Fas est viro honorato occidere invasorem, qui nititur calumniam inferre, si aliter hæc ignominia vitari nequit. Idem quoque dicendum, si quis impingat alapam vel fuste percutiat ct post impactam alapam vel ictum fustis fuciat. *Innoc. XI.* Λ. 30.

Regulariter occidere possum furem pro conservatione unius aurei, k- *noc. XI.* J. 31.

Non solum licitum est defendere occisiva defensione quæ actu possidemus. sed etiam ad quæ inchoatum habemus, et quæ nos possessuros speramus. *Innoc. XI.* .4. 32.

Licitum est tam hæredi quam legatario, contra injuste impedientemue vel hæreditas adeatur vel legata solvantur, se taliter defendere; sicut et jus habenti in cathedram vel præbendam, contra earum possessionem injuste impedientem. *Innoc. XI. A.* 33.

De Procuratione Abortus. Licet procurare abortum ante animationem fœtus, ne puella deprehensa gravida occidatur aut infametur. *Innoc. XI.* .4.34.

Videtur probabile omnem foetum, quamdiu in utero est, carere animi rationali, et tum primum incipere eamdem habere, cum parilur; acconsequenler dicendum erit, in nullo abortu homicidium committi. Innoc. XI. .4. 33.

De Duello. Vir equestris ad duellum provocatus potest illud acceptare.ne timiditatis notam apud alios incurrat. *Alex. VII. B.* 2.

Vir militaris qui, nisi offerat vel acceptet duellum, tanquam formidolosus, timidus, abjectus et ad officia militaria ineptus haberetur, indeque officio, quo se suosque sustentat, privaretur, vel promotionis alias sibi debitr ac promeritæ spe perpetuo carere deberet, culpa et poena vacaret sive offerat sive acceptet duellum. *Benedict. XIV.* 1.

Excusari possunt etiam honoris luendi vel humanæ vilipensionis gratia duellum acceptantes vel ad illud provocantes, quando certo sciunt pugnam non esse secuturam, utpote ab aliis impediendam. *Benedict. XIV.* 2.

Non incurrit ecclesiasticas pcenas, ab Ecclesia contra ducllantes latas, Diu vel Officialis militiae acceptans duellum ex gravi metu amissionis famæ et officii. *Benedict. XIV.* 3.

Licitum est in statu hominis naturali acceptare ct offerre duellum ad servandas cum honore fortunas, quando alio remedio carum jactura propulsari

Asserta licentia pro statu naturali applicari etiam potest statui civitatis

male ordinat®, in qua nimirum vel negligentia vel malitia magistratus justitia aperte denegatur *Benedict. XIV.* 5

DE RELIGIONE.

De oratione. Qui resignatus est divinæ voluntati, non debet a Deo quidquam petere; quia petere est imperfectio, cum sitaclus propriæ voluntatis et electionis, ct est quodammodo velle ut divina voluntas nostræ se conformet, et non nostra voluntati divinæ : el illud : *Petite et accipietis,* ex Evangelio, non fuit dictum a Christo pro animabus internis, quæ nolunt habere voluntatem : quin cl islæ eo deveniunt, ut non possint a Deo quidquam petere. *Molin.* 14.

Inde sicut nihil a Deo debent rogare, sic etiam non debent reddere illi gratias pro ulla re, quia ulrumque est æqualiler actus propriæ voluntatis. *Molin.* 13.

Qui moratione utitur imaginibus, figuris, speciebus et propriis conceptibus, non adorat Deum in spiritu et veritate. *Molin.* 18.

Quæcumque cogitationes inter orandum accidant, etiam impuræ, quin ct contra Deum et Sanctos, contra fidem ct Sacramenta, si non voluntarie foveantur, neque actu aliquo voluntatis rejiciantur, sed cum indifferentia ct resignatione tolerentur, non impediunt orationem fidei ; imo illam reddunt perfectiorem, quia anima est magis resignata voluntati divinæ. *Molin.* 24.

Tametsi superveniat somnus et dormiatur, omnino tamen oratur, ct contemplatio fit actualiter; quia oratio et resignatio, resignatio el oratio totum est idem ; et quamdiu continuatur resignatio, utique etiam oratio continuatur. *Molin.* 23.

Deo gratias agere lingua vel verbis non est animarum internarum, quarum est in silentiose tenere,nonpræbentesDeo impedimentum, quo minus in iis operetur, el quanto amplius se Deo resignant, tanto magis experiuntur impotentiam dicendi: *Pater noster. Molin.* 34.

Oratio impiorum est novum peccatum,, ct quod Deus illi concedit, est novum in cos judicium. *Quesn.* 39.

P.P. 31. Propositio Synodi enuntians conveniens esse, pro divinorum Offiriorum ordine et antiqua consuetudine, ut in unoquoque Templo unum tantum sit altare, sibique adeo placere morem illum restituere, — Temeraria, perantiquo, pio, mullis abhinc seculis in Ecclesia praesertim Latina vigenti, ct probato mori injuriosa.

P. P. 32. Item pricscriptio vetans ne super Altaria sacrarum Reliquiarum these iloresvc apponantur, — Temeraria, pio ac probato Ecclcsiæ mori injuriosa.

P. P. 33. Propositio Synodi qua cupcre se ostendit ut caitsæ tollerentur, per quas exparte inducta est oblivio principiorum ad Liturgiæ ordinent tyttlanlium, *revocando illam ad majorem rituum simplicitatem, eam vulgari* lingtw *exponendo ct elata voce proferendo;* — Quasi vigens ordo Liturgiæ ab Ecclesia receptus et probatus aliqua ex parte manasset ex oblivione priucipionimquibus illa regi debet; — Temeraria, piarum aurium offensive, in Ecclesiam contumeliosa, favenshærcticorum in eam conviciis.

P. P. 64. Doctrina, quæ velut superstitiosam universe notat *quamcumque*

efficaciam, quæ ponatur in determinato numero precum cl piarum salutationum; — Tanquam superstitiosa censenda esset efficacia quæsumitur, ex numero in se spectato, sed ex præscriplo Ecclesiæ, certum numerum pacum vel externarum actionum præfinientis, pro indulgentiis conseque^, pro adimplendis pœnitentiis, el generatim pro sacro ct religioso cultu riled ex online peragendo; — Falsa, temeraria, seandalosa, perniciosa. picini Fidelium injuriosa, Ecclesiæ auctoritati derogans, erronea.

P. P. 65. Propositio enuntians *irregularem strepitum novarum insliluionum, quæ dictce sunt Exercitia, vel Missiones...., forte nunquam, aut salle, perraro eo pertingere, ut absolutam conversionem operentur, et exteriora ilk< commotionis actus, qui apparuere, nil aliud fuisse quam transeuntia naturalis concussionis fulgura;* — Temeraria, male sonans, perniciosa, moripie salutariter per Ecclesiam frequentato et in verbo Dei fundato injuriosa.

P. P. 73. Propositio enuntians novorum Festorum institutionem, dECglectu in veteribus observandis, et ex falsis notionibus nature cl finis canin? dem Solemnitalum,originem duxisse,— Falsa, temeraria, seandalosa, Ecclesiae injuriosa, favens hærcticorum in dies festos per Ecclesiam celebrates conviciis.

P. P. 7-1. Deliberatio Svnodi de transferendis in diem Dominicum Feslii per annum institutis, idque pro jure, quod persuasum sibi esse ait Episcopo competere super disciplinam ecclesiasticam in ordine ad res mere spirituales; ideoque et præceptum Missæ audiendæ abrogandi, diebus in quibus ex pristina Ecclesiæ lege viget etiamnum id præceptum,· tum etiam in eoqued superaddit de transferendis in Adventum episcopali auctoritate jejuniis per annum ex Ecclesiæ præcepto servandis; — Quatenus adstruit Episcopo fas esse jure proprio transferre dies ab Ecclesia præscriptos pro Festis jejuniisre celebrandis, aut indictum Missæ audiendæ præceptum abrogare, — Propositio falsa, juris Conciliorum Generalium et Summorum Pontificum kesiva. seandalosa, schismati favens.

De Voto. Vota faciendi aliquam rem sunt impediliva perfectionis. *Jlolin.3.*

Superioribus obediri debet in exteriore, et latitudo voti obedieuliæ Religiosorum pertingit solummodo ad exterius : aliud est in interiore, quo solus Deus el Director intrant. *Molin.* 65.

De Juramento. Vocare Deum in testem mendacii levis non est tanta irreverentia, propter quam velit aut possit damnare hominem. *Innoc. XI. A.* il.

Cum causa licitum est jurare sine animo jurandi, sive res sit levis, rive gravis. *Innoc. XI. A.* 25.

Si quis vel, solus vel coram aliis, sive interrogatus sive propria sponte,rive recreationis causa sive quocumque alio fine, juret se non fecisse aliquid quod revera fecit, inlclligendo intra se aliquid aliud quod non fecit, vel aliam viam ab ea in qua fecit, vel aliud quodvis additum verum, revera non mentitur, nec est perjurus. *Innoc. XI. A.* 26.

Causa justa utendi his amphibologiis est, quoties id necessarium aut utile est ad salutem corporis, honorem, res familiares tuendas, vel ad quemlibet alium virtutis actum; ita ut veritatis occultatio censeatur tunc expediens el studiosa. *Innoc. XI.* 27.

Qui mediante commendatione vel munere ad magistratum vel officium publicum promotus cA. poterit cum restrictione mentali præstare juramen-

Ium, quod dc mandato Regis a similibus solet exigi, non habito respectu ad intentionem exigentis; quia non tenetur fateri crimen occultum. *Innoc. XI.*

Nihil spiritui Dei et doctrinæ Jesu Christi magis opponitur, quam communia facere juramenta in Ecclesia ; quia hoc est multiplicare occasiones pejerandi, laqueos tendere infirmis et idiotis, cl efficere ut nomen ct verilas Dei aliquando deserviant consilio impiorum. *Quesn.* 101.

P. P. 7o. Doctrina quæ perhibet, beatis temporibus nascentis Ecclesiæ, juramenta visa esse a documentis divini Praeceptoris, atque ab aurea evangeliea simplicitate adeo aliena, ut *ipsummet jurare sine extrema et ineluctabili necessitate reputatus fuisset actus irreligiosus, homine Christiano indignus;* insuper *continuatam Patrum seriem demonstrare juramenta communi sensu pro vetitis habita fuisse;* indeque progreditur ad improbanda juramenta, quæ Curia ecclesiastica, jurisprudents fcudalis, ut ait, normam secula, in Investituris et in sacris ipsis Episcoporum Ordinationibus adoptavit, staluitque adeo implorandam a secular! potestate legem, pro abolendis juramentis quæ in Curiis etiam ecclesiasticis exiguntur pro suscipiendis munus cl officiis, et generatim pro omni actu curiali, — Falsa, Ecclesiæ, injuriosa, juris ecclesiastici læsiva, disciplinae per Canones inductæ cl probate subversiva.

De Beneficiis Ecclesiasticis. Cum dixit Concilium Tridcntinum, cos alienis peccatis communicantes mortaliter peccare, qui, nisi quos digniores ct Ecclcsi® magis utiles ipsi judicaverint, ad Ecclesias promovent; Concilium vel primo videtur per hos digniores non aliud significare velle, nisi dignitatem eligendorum, sumpto comparativo pro positivo; vel secundo locutione minus propria ponit digniores, ut excludat indignos, non vero dignos ; vel tandem loquitur tertio, quando iit concursus. *Innoc. XI. A.* 47.

De Breviario. Restitutio a Pio V. imposita beneticiatis non recitantibus, non debetur in conscientia ante sententiam dcclaratoriam Judicis, eo quod sit pœna. *Alex. VII. B.* 20.

Habens capellaniam collativam aut quodvis beneficium Ecclesiasticum, si studio literarum vacet, satisfacit suae obligationi, si officium per alium recitet. zffcæ. *VU. B.* 21.

Restitutio fructuum ob omissionem horarum suppleri potest per quascumque eleemosynas, quas antea Beneficiarius de fructibus sui beneficii fecerit. *Alex. VIII. C.* 33.

In die palmarum recitans officium Paschale satisfacit praecepto. Afeæ. *VII.*

Unico officio polest quis satisfacere duplici præcepto pro die præsenti cl crastino. *Alex. VII. C.* .36.

Qui non polest recitare Matutinum cl Laudes, potest autem reliquas horas, ad nihil tenetur, quia major pars trahit ad se minorem. *Innoc. XI. A.* 55.

De Simoxia. .Non est contra justitiam Beneficia non conferre gratis; quia collator conferens illa Beneficia Ecclesiastica, pecunia interveniente, non exigit illam pro collatione Beneficii, sed veluli pro emolumento temporali, qwd tibi conferre non tenebatur. *Alex VII. B.* 22.

Dare temporale pro spirituali non est Simonia, quando temporale non datur tanquam pretium, sed duntaxat tanquam molivum conferendi vel

efficiendi Spirituale ; vel etiam, quando temporale iit solum gratuita compensatio pro spirituali, aut e contra. *Innoc. AT. A.* 45.

Et id quoque locum habet, etiamsi temporale sil principale molitum dandi Spirituale ; imo etiamsi sit tinis ipsius rei spiritualis, sic ut illud pium aestimetur quam res Spiritualis. *Innoc. X.* .1. 46.

DE CONTEMPLATIONE.

De ejus utilitate. Per contemplationem acquisitam pervenitur ad statum non peccandi amplius seu mortaliter seu venialiter. *Molin. ol.*

De illius modo. Dicere in oratione utendum osse discursu ct cogilatilrs tum cum Deus non loquitur animæ, est ignorantia. Deus non loquitur unquam; illius loqui est operari, semperque in anima operatur, dum ista suis discursibus, cogitationibus et operationibus cum non impedit. Jfo/m. 20. æ E

In oratione manendum est in fide obscura et universali, cum quiete et oblivione omnis alterius cogitationis particularis et distinct® attributorum Dei et Trinitatis, atque standum in præsentia Dei ad eum adorandum, amandum, eique serviendum, verum sine productione ullorum actuum; Deus namque id genus rebus non delectatur. *Molin.* 21.

Non est hæc cognitio fidei actus quispiam productus a creatura, sed cognitio quædam illi a Deo data, quam creatura non novit se habere, neque aib postea scit se habuisse; idemque dicendum de amore. *Molin.* 22,

Mystici, cum S. Bernardo in *Scala Claustralium,* distinguunt quatuor gradus, lectionem, meditationem, orationem ct contemplationem infusam. Qui semper est in primo, nunquam transit ad secundum ; qui semper est in secundo, nunquam ad tertium pertingit, quæ est contemplatio nostra acquisita, ubi consistendum est tota vita, dummodo Deus non trahat animam nihil tale exspectantem ad contemplationem infusam : ct hac cessante, redeundum est animæ ad gradum tertium, ct in eo consistendum, non amplius revertendo ad secundum aut primum. Λio/ὖι. 23»

Qui desiderat et amplectitur devotionem sensibilem, isncc desiderat,neo quærit Deum , sed se ipsum : ct qui per viam internam incedit, male facit eam desiderando ct habere conando, sive in locis sacris, six e in diebw solemnibus. *Molin. "21.*

Cum anima interne fastidit discursus dc Deo et virtutibus, manelipie frigida, non sentiendo se ad fervorem accendi, bonum signum est. *Molin. ii*

Quidquid sensibile in vita spirituali percipitur, illud omne abominabili est, sordidum ct immundum. *Molin.* 30.

Male facit anima, quæ via ista interna graditur, si diebus solemnibus facere velit conatum aliquem particularem ad habendum sensum aliquem dexotionis; quia animabus internis omnes dies sunt pares, omnes festi; idemque est dc locis sacris. cum omnia loca his animabus sint narh. *Molin.* 33.

Ad ejusmodi statum *(contemplationis aequisilce)* pervenitur non faciendo retlexienem a<l operat,unes proprias, quia defectus nascuntur ex refleatate. *Molin.* 58.

lu statu vitæ contemplativas sive unilivæ, amittitur omne motivum inlejfssatum amoris el Spei. *Camerae.* 2.

Meditatio constat discursivis actibus, qui a se invicem facile distinguunlur.... Ista compositio actuum discursivorum et reflexorum est propria exercitatio amoris inleressali. *Camerae.* 13.

Datur status contemplationis adeo sublimis adeoque pcrfcctæ ut fiat habitualis. ita ut quoties anima actu orat, sua oratio sit contemplativa, non discursiva. Tum non amplius indiget redire ad meditationem ejusque actus methodicos. *Camerae.* 16.

Animæ contemplativo; privantur intuitu distincto, sensibili el reflexo Jesu Christi duobus temporibus diversis... Primo, in fervore nascente carum contemplationis.... Secundo anima amittit intuitum Jesu Christi in extremis probationibus. *Camerae.* 17.

De dispositione ad contemplationem. Theologus minus est dispositus, quam simplex et idiota, ad hoc, ut sit contemplativus; primo, quia non habet fidem tam puram ; secundo, quia non est tam humilis ; tertio, quia non curat perinde desua salvatione; quarto, quia habet caput plenum phantasmatibus, speciebus, opinionibus et speculationibus, etc. in cum nequit verum lumen intrare. *Molin.* G4.

DE PERFECTIONE.

De constitutivis perfectionis. Necessarium est annihilare potentias, el hæc est via interna. *Molin.* 1.

Velle operari active est offendere Deum, qui vult solus agens esse, et ideo necesseest derelinquere se in illo, ct deinde se habere corporis mortui instar. *Molin.* 2.

Activitas naturalis est inimica gratiæ, cl impedii operationem Dei ct veram perfectionem, quia Deus vult operari in nobis sine nobis. *Molin.* 4.

Aoima nihil operando annihilat sc, et redit ad suum principium el ad suam originem, quæ est essentia Dei, ubi manet transformata cl divinizala; ct tunc Deus manet in se ipso; quia tunc non sunt amplius duæ res unitæ, sed una sola, et sic vivit et regnal Dens in nobis, ct anima.se annihilat in esse operative. *Molin.* 5.

Interna via est illa in qua non cognoscitur aut lumen aut amor aut resignabo, neque necessarium est cognoscere Deum, ct sic bene proceditur. *Molin.* 6.

Non debet anima cogitare aut præmium aut poenam, aut paradisum aut infernum, aut mortem aut æternitatem. *Molin.* 7.

Nondebel velle scire an ambulet cum voluntate Dei, an sit resignata illi vel non; nec est nccesse ut velit cognoscere suum statum, nec proprium nihilum; sed sese habeat quasi corpus mortuum. *Molin.* 8.

Non debet anima memor esse vel sui ipsius, vel Dei, vel ullius rei, ct in via interna omnis reflexio est nociva, etiam reflexio supra suas actiones humanas ac proprios defectus. *Molin.* 9.

Uni dedit liberum arbitrium Deo, non debet curare de ulla re, nec de inferno, nec dc paradiso, nec dc habendo desiderio suæ propriæ perfediouis, nee virtutum, nec propriæ sanctitatis, nec propriæ salutis, a cujus etiam spe se purgare debet. *Molin.* 12.

Dum consignatum fuerit liberum arbitrium Deo, illi debet relinqui cura et cogitatio omnium rerum nostrarum, ct permitti ut in nubis sine nobis faciat divinum suum velle. *Molin.* 13.

Tres hæ viæ, purgativa, ilinminaliva ct unitiva, ineptia est maxima, quæ unquam prolata sit in ipsa Mystica; cum non sit nisi via unica; id est, via interna. *Molin.* 35.

Animabus hujus viæ internai non convenit ut faciant operationes etiam virtuosos ex propria electione et activitate ; alioquin niortuæ non forent : u« debent facere actus amoris erga D. Virginem, Sanctos, Humanitatem Christi; quia, cum hæc sint objecta sensibilia, talis est amor erga illa. *Molin.* 12.

Nulla creatura, neque D. Virgo nec Sancti sedem habere debent in conte nostro, quia Deus solus vult occupare illud ct possidere. *Molin.Mi.*

Spirituales illi viæ ordinariæ in hora mortis se delusos ct confusos invenient cum omnibus passionibus in altero mundo expurgandis. *Molin.M.*

Via interna separata est a confessione, a Confessants ct casibus conscientiae, a Theologia et a Philosophia. *Molin.* 59.

Anima, cum ad mortem mysticam pervenit, non potest tdtra velle aliud, quam vult Deus, quia non habet amplius voluntatem, et Deus illam ipsi ademit. *Molin.* 61.

Per viam internam pervenitur ad continue consistendum immobiliter in pace quadam imperturbabili. *Molin.* 62.

Jd quod est essentiale in directione animæ, est non aliud facere quam sequi pedetentim gratiam cum infinita patientia, praecautione el subtilitate. Oportet se intra hos limites continere, ut sinatur Deus agere, el unquam ad purum amorem ducere, nisi quando Deus per unctionem interiorem incipit aperire cor huic verbo, quod adeo durum est animabus adhuc sibimet affixis, et adeo potest illas scandalizare aut in perturbationem conjicere. *Camerae.* 3.

In statu sanctæ indifierentiæ anima non habet amplius desideria voluntaria et deliberata propter suum intéressé, exceptis iis occasionibus, in quibus loti suæ gratiæ non fideliter cooperatur. *Camerae.* 4.

In eodem statu sanctæ indifierentiæ, nihil nobis, omnia Deo volimras. Nihil volumus, ut simus perfecti ct beati propter intéresse proprium; sed omnem perfectionem et beatitudinem volumus, in quantum Deo placet efficere ut velimus res istas impressione suæ gratiae. *Camerae, o.*

In hoc statu sanctæ indifierentiæ nolumus amplius salutem, ut salutem propriam, ut liberationem æternam, ut merccdem nostrorum meritorum, ut nostram intéressé omnium maximum ; sed eam volumus voluntate plena, ut gloriam et beneplacitum Dei. ut rem quam ipse vult, el quam nos vult velle propter ipsum. *Camerae.* 6.

In statu passivo exercentur omnes virtutes distinctæ, non cogitando quod sint virtutes. In quolibet momento aliud non cogitatur, quam facere id quod Deus vult: amplius et amor zelotypus simul efficit nequis sibi virtutem velit, nec unquam adeo sit virtute præditus, quam eum virtuti amplius affixus non est. *Camerae.* 18.

Potest dici in hoc sensu, quod anima passiva et desinteressata nec ipsum amorem vult amplius, quatenus est sua perfectio et sua felicitas, sed solum quatenus est id quod Deus a nobis vult. *Camerae.* 19.

De awvjientis perfectionis. Bonnin est tædium rerum Spiritualium, quia sic ab amore proprio expurgamur. *Molin.* 28.

B. Virgo nunquam opus aliquod externum fecit, et omnium Sanctorum fuit sanctissima: igitur perveniri potest ad Sanctitatem sine opere externo. *Molin.* 10.

Deus, ut nos humiliet, et ad veram transformationem pertingere faciat, permittit el vult in animabus quibusdam perfectis, etiam non arrcptiliis, ut Dæmon operetur violentiam in carum corporibus, illasqnc committere faciat actus carnales etiam in vigilia et sine mentis offuscatione, movendo illis physice manus aliaque membra contra earum voluntatem : et idem dicendum est in ordine ad actus alios perse peccaminosos ; quo casu non sunt peccatum, quia non adest consensus. *Molin.* 41.

Potest dari casus, quo bæ violentiae ad actus carnales existant in eodem tempore cx parte duarum personarum, et consequatur actus ex parte amborum. *Molin.* 42.

Deus temporibus proderitis faciebat Sanctos per medium tyrannorum; hodie eos facit per medium Daemonum, qui, dum illis causant dictas violentias, facit ut ii magis se vilificent et annihilent in se ipsis, seque in Deo resignent. *Molin.* 43.

Job blasphemavit, el tamen in eo *non peccavit labiis suis,* quia id fuit per violentiam Dæmonis. *Molin.* 44.

Sanctus Paulus passus est in suo corpore tales violentias Dæmonis, unde scripsit: Aon, *quod volo bonum, hoc ago; sed, quod nolo malum, hoc facio. Molin.* 45.

llæviolentiæ sunt medium magis proportional uni ad annihilandam animam, canique promovendam ad veram transformationem ct unionem, neque alia est via facilior ct securior. *Molin.* 46.

Cum lue violenliæ accidunt, oportet sinamus Satanam agere, non utendo propria industria aut viribus, sed consistendo in nihilo nostro; ac tametsi accidant pollutiones, atque etiam his magis insolita ct peregrina, non opus est his inquietari ; sed excludendi sunt scrupuli, dubia, timores; quia anima magis illuminata robusliorquc et candidior efficitur, ct acquiritur sancta libertas. At imprimis non oportet ea confiteri, iilque sanctissime illa non confitendo; quia sic vincitur Dæmon, ct thesaurus quidam pacis oblinetur. *Molin.* 47.

Satanas, qui facit tales violentias, suggerit deinde esse graves defectus, ad inquietandam animam, ut non progrediatur in via interna : unde ad tollendas illi vires præstal ea non confiteri, quia nequidem sunt peccata venialia. *Molin.* 48.

Job per violentiam Dæmonis faciebat pollutiones manibus suis eo ipso tempore, quo *mundas habebat ad Deum preces. Molin.* 49.

David, Jeremias, ctmulti c Prophetis Sanctis patiebantur ejusmodi violentias harum impurarum operationum externarum. *Molin.* 50.

In Scriptura Sacra multa sunt exempla violentiarum ad actus externos peccaminosos, ut Samsonis, qui per violentiam occidit seipsum cum Philis·4 læis, uxorem duxit alienigenam, fornicatus est cum Dalila meretrice; quæ alias erant res prohibitæ, cl fuissent peccata. Item Judith, quæ mentita est Holofemi; Elise], qui pueris maledixit; Eliæ, qui igne consumpsit duos

Duces cum cohortibus Regis Aehab. An autem fuerit violentia facta immediate a Deo. vel Dæmonis ministerio, ut in aliis accidit aniniabus, in dubio relinquitur. *Molin.* 51.

Quando hæ violentia* etiam impura veniunt sine mentis offuscatione, tum anima potest se unire Deo, el reipsa semper magis unitur. *Molin.* 52.

Ad cognoscendum in praxi, au aliqua operatio in aliis personis fuerit violenta, regula, quam ea de re habeo, non solum est quod proteslentur ha* animæ sc non consensisse, vel quod non possint jurare se consensisse, ac quod videamus, esse animas, quæ profectum faciunt in via interna; sed praesertim me dirigo lumine quodam actuali, et quod superius est cognitione humana ac theologica, quo cognosco certo, cum interna securitate, operationem ejusmodi esse violentam : et hoc lumen certus sum venire a Deo; quia mihi venit conjunctum cum securitate quod veniat a Deo, ncqne mihi vel umbram dubii in contrarium relinquit, eum in modum, quo interdum accidit ut Deus, revelando rem quampiam, eodem tempore animam securam reddat, se esse qui eam revelationem facit, neque anima possit in contrarium dubitare. *Molin.* 53.

De Probationibus Perfectionis. Ex quo traditum est Deo liberum arbitrium, cura etiam ac cogitatio animæ nostrae, non debent ulterius æstimari tenlationes, nec alia fieri illis resistentia, nisi negativa, non utendo industria;el,si natura inde patitur, necesseest illam sinere pati, quia natura est. *Molin.* 17.

Derelictio non est nisi abnegatio, seu sui ipsius renuntiatio, quam Jesus Christus in EvangeBo a nobis requirit, postquam externa omnia reliquerimus. Ista nostri ipsorum abnegatio non est, nisi quoad intéressé proprium. Extremai probationes, in quibus hæc abnegatio ct sui ipsius derelictio exerceri debet, sunt tentationes, quibus Deus æmulator vult purgare amorem, nullum ei ostendendo perfugium, neque ullam spem quoad suum intéressé proprium etiam æternum. *Camerae.* ~.

Omnia Sacrificia, quæ fieri solent ab animabus quam maxime desinteressatis circa earum æternam beatitudinem, sunt conditionalia... Sed hoc sacrificium non potest esse absolutum in statu ordinario : in uno extremarum probationum casu, hoc sacrificium fit aliquo modo absolutum. *Camerae.*

In extremis probationibus potest animæ invincibiliter persuasum esse persuasione reflexa, et quæ non est intimus conscicntiæ fundus, se juste «reprobatam esse a Deo. *Camerae.* 9.

Tunc anima divisa a semetipsa exspirat cum Christo in cruce dicens: *Deus, Deus meus, ut quid dereliquisti me?* In hac involuntaria impressione desperationis conficit sacrificium absolutum sui intéressé proprii quoad ælernilalem. *Camerae.* 10.

Director tunc potest huic animæ* permittere, ut simpliciter acquiescat jactunesui proprii intéressé et justæ condemnationi quam sibi a Deo indictam credit. *Camerae.* 12.

P.P.80. Regula Ia. quæstatuit universeel mdiscriminatmi.sta/umfle/p/fa*rem aut Monasticum naturel sua componi non posse cum animarum cura, cumque vitee pastoralis muneribus, nec adeo in partem venire posse ecclesiastica? Hierarchies, quin ex adverso pugnet cum ipsiusmet cita? Monastica principiis;* — falsa, perniciosa, in sanctissimos Ecclesiæ Paires el Pnvsnles, Qui regulatis 'ilæ intitula cum Clericalis Ordinis muneribus consociarunt,

injuriosa, pio, vetusto, probato Ecclesiæ mori, Summommque Pontificum sanctionibus contraria : *Quasi Monachi quos inorum gracilas, et vitæ ac fidei institutio sancta commendat,* non rite, nec modo sine Religionis offensione, sed ct cum multa utilitate Ecclesiæ *Clericorum Officiis aggregentur.* — Ex. S. Siricio Epist. Decr. ad llimerium Tarracon. c. 13.

P. P. 81. Item in eo quod subjungit, sanctos Thomam et Bonavcnturam sic in tuendis adversus summos homines [Mendicantium institutis versatos esse, ut in eorum defensionibus minor aestus, accuratio major desideranda fuisset, — Scandalosa, in sanctissimos Doctores injuriosa, impiis damnatorum Auctorum contumeliis favens.

P. P. 82. Regula 2a. *Multiplicationem Ordinum ac diversitatem naturaliter inferre perturbationem et confusionem ;* — Item in eo quod praemittit. §4. *Regularium Fundatores,* qui post Monastica Instituta prodierunt, *Ordines superaddentes Ordinibus, Reformationes Reformationibus, nihil aliud effecisse, quam primariam mali causam magis magisque dilatare;* —Intellecta de Ordinibus et institutis a Sancta Sede probatis, quasi distincta piorum munerum varietas,quibus distincti Ordines addicti sunt, natura sua perturbationem ct confusionem parere debeat ; — Falsa, calumniosa, in sanctos Fundatores, eorumque Fideles Alumnos, tum et in ipsos Summos Pontifices injuriosa.

P. P. 83. Regula 3a. qua, postquam præmisit *parvum Corpus degens intra civilem societatem, quin fere sit pars ejusdem, parvamque monarchiam figit in statu semper esse periculosum,* subinde hoc nomine criminatur privata Monasteria, communis instituti vinculo sub uno praesertim capite consociata, véîut speciales totidem monarchias civili reipublicæ periculosas et noxias;— Falsa, temeraria, Regularibus Institutis a Sancta Sede ad Religionis profectum approbatis injuriosa, favens haereticorum in eadem Instituta insectationibus et calumniis.

P.P. 81. De systemate seu ordinationum complexione ducta ex allatis regulis, et octo sequentibus articulis comprehensa, pro Reformatione Regularium : Art. 1. *De uno duntaxat Ordine in Ecclesia retinendo, ac de seligenda pro? caderis Regula sancti Benedicti, cum ob sui præstantiam, tum ob pnedara illius Ordinis merita ; sic tamen ul in his, quæ forte occurrent temporum conditioni minus congrua, instituta vitæ ratio ajmd Portum-Regium lucem præferat ad explorandum quid addere, quid detrahere conveniat. — -- A> compotes fiant ecclesiastica' Hierarchiæ, qui se huic Ordini adjunxerint, nec ad sacros Ordines promoveantur, pra ferquam ad summum unus,* te/ *duo, initiandi tanquam Curati vel Capellam' Monasterii, reliquis in iimplici laicorum ordine remanentibus.* — 3. *Unum tantum in unaquaque Civitate admittendum Monasterium, idque extra mœnia Civitatis in locis Mitioribus et remotioribus collocandum.* — 4. *inter occupationes vitæ mows!icee, pars sua labori manuum inviolate servanda, relicto tamen congruo tempore psalmodia' impendendo, aut etiam, si cui libuerit, litterarum studio. Psalmodia deberet esse moderata, quia nimia ejus prolixitas parit præcipitantiam, molestiam, erugationem. Quo plus aucter sunt psalmodier, orationes, preces, lantumdem pererqua proportione omni tempore imminutus fervor tfl, sanetBasque Regularium.* —5. *Nulla foret admittenda distinctio Monadw inter sive Choro sive Ministeriis addictos; inerqualilas istheeç gravissi-■'vomni tempore lites excitavit ac discordias, cl a Communitatibus Regula-*

num spiritum caritatis expulit. — 6. lolmn *perpetua stabilitatis* nunquam *tolerandum. Xon illud norant veteres Monachi qui tamen Ecclesiæ consolato» et Christianismi ornamentum extitérant. Vota Castitatis, Paupertatis tt Obedientia non admittentur instar communis ct stabilis regular. Si quis tu voto, aut omnia, aut aliqua facere voluerit, consilium el veniam abEphwpo postulabit, qui tamen nunquam permittet ut perpetua sint nec anni /mesem· dant. Tantummodo facultas dabitur ea renovandi sub iisdem conditionibiu.* — 7. *Omnem Episcopus habebit inspectionem in eorum vitam, studia, pjth gressum in pit late; ad ipsum pertinebit Monachos admittere et expellere, semper tamen accepto Contubernalium consilio.* — 8. *Regulares Ordinum, qui adhur remanent, licet Sacerdotes in hoc Monasterium admitti etiam possent, iwh in silentio et solitudine propriæ sanctificationi vacare caperent; (pio casu diipensationi locus fieret in generali Regula num.* 2. *statuta, sic tamen ne file institutionem sequantur ab aliis discrepantem, adeo ut non plusquam* usa *aut ad summum dua· in diem Missæ celebrentur, satisque exteris Sacerdotibus esse debeat una cum Communitate concelebrare.* — Item pro Reformatione Monialium : *Vota perpetua usque ad annum* 40 *aut* 45 *non admittenda. Moniales solidis exercitationibus, speciatim labori addicenda; a carnalispiritualitate, qua pleraque distinentur ; avocanda, expendendum, utrum, quod ad ipsas attinet, satius foret Monasterium in Civitate relinqui.* — Systema vigentis atque jam antiquitus probatæ ac receptæ disciplinæ subversmnn, perniciosum, constitutionibus Apostolicis, et plurium Conciliorum etiam gencralium, tum speciatim Tridentini Sanctionibus oppositum et injuriosum, favens luereticorum in Monastica Vota ct Regularia instituta, stabiliori consiliorum evangelicorum professioni addicta, conviciis ct calumniis.

PARS 111. EJUSQUE SUPPLEMENTUM.

DE INCARNATIONE.

De Operibus Christi. Opera justitiæ et temperantiœ, quæ Christus fecit.« dignitatis jærsonæ operantis non traxerunt majorem valorem. *Bai.* 19.

Inferior Christi pars in cruce non communicavit superiori involuntarias perturbationes. *Camerae.* 13.

De Morte Christi. Dedit semetipsum pro nobis oblationem Deo, non pro solis electis, sed pro omnibus et solis fidelibus. *Alex. Vili. B.* 4.

Jesus Christus se morti tradidit ad liberandum pro semper suo sanguine Primogenitos, id est, electi s, dc manu Angeli exterminatoris. Quesn. 32.

P. P. 71. Propositio quæ asserit *adorare directe Humanitatem Christi, magis vero aliquam ejus partem, fore semper honorem divinum datum eratune;* — Quaternis per hoc verbum *directe* intendat reprobare adorationis cultum,quem Fideles dirigunt ad Humanitatem Christi, perinde ac si talis adoratio, qua Humanitas ipsaque caro vivifica Christi adoratur, non quidem propter se et tanquam nuda caro, sed prout unita Divinati, foret honor divinus impertitus creatura·, et non potius una cademqne adoratio, qua Verbum incarnatum cum propria ipsius carne adoratur ex Concil. C. P. Gen. V. Can. 9. — Valsa, captiosa, pio ac debito cultui Humanitati Christi a Fidelibus præstito ac pnestando detrahens, el injuriosa.

. Doctrina quæ devotionem erga sacratissimum Cor Jesu rejicit inter devotiones quas notat velul novas, erroneas, aut saltem periculosas;— Intellecta de hac devotione, qualis est ab Aposlolica Sede probata; — Falsa temeraria, perniciosa, piarum aurium ofiensiva, in Apostolicam Sedem **injuriosa.**

P. P. 63. Item in eo quod cultores Cordis Jesu hoc etiam nomine arguit quod non advertant sanctissimam Carnem Christi, aut ejus partem aliquam, aut etiam Humanitatem totam, cum separatione aut præcisione a Divinitate adorari non posse cultu latriœ; — Quasi Fideles Cor Jcsn adorarent cum separatione, vel præcisione a Divinitate, dum illud adorant, ut est Cor Jesu, Cor nempe Personæ Verbi cui inseparabiliter unitum est, ad eum modum quo exsangue Corpus Christi in triduo mortis sine separatione aut præcisione a Divinitate adorabile fuit in sepulchro;—Captiosa, in Fideles Cordis Christi cultores injuriosa.

De Matre Christi. Oblatio in templo, quæ fiebat a B. V. Maria in die purificationis suæ per duos pullos columbarum, unum in holocaustum et alterum pro peccatis, sufficienter testatur, quod indiguerit purificatione, el quod Filius, qui offerebatur, etiam macula Matris maculatus esset secundum verba legis. .-Ilea·. *VIII. B.ii.*

Laus, quæ defertur Mariæ ut Mariæ, vana est. *Alex. VIII. B.* 26.

De Usu Imaginum. Dei Patris simulacrum nefas est Christiano in templo collocare. *Alex. VIII. B.* 25.

P. P. 69. Præscriptio, quæ generaliter et indistincte inter Imagines ali Ecclesia auferendas, velul rudibus erroris occasionem præbentes, notat Imagines Trinitatis incomprehensibilis, — Propter sui generalitatem, temeraria ac pio per Ecclesiam frequentato mori contraria; quasi nullæ extent Imagines sanctissimæ Trinitatis communiter approbate ac tuto permittendae. — Ex Brevi *Sollicitudini nostræ.* Boned. XIV. an. 1745.

P. P. 70. Hem doctrina et præscriptio generatim reprobans omnem specialem cultum quem alicui speciatim Imagini solent Fideles impendere, et ad ipsam potius quam ad aliam confugere; — Temeraria, perniciosa, pio per Ecclesiam frequentato mori, tum et illi Providentiæ ordini injuriosa, quo *ita Dm nec in omnibus memoriis Sanctorum ista fieri voluit, qui dividit propria unicuique prout vult.*— Ex S. Aug., Ep. 78, Clero, Senioribus, et universal Plebi Ecclesiæ Hipponensis.

il. Item quæ velat ne Imagines, præsertim B. Virginis, ullis titulis distinguantur, praeterquam denominationibus quæ sint analog® Mysteriis de. quibus in sacra Scriptura expressa fit mentio; — Quasi nec adseribi possent Imaginibus piæaliæ denominationes, quas vel iu ipsisraet publicis precibus Ecclesia probat et commendat; —Temeraria, piarum aurium ofiensiva, venerationi præsertim Virgini debite injuriosa.

P. P. 72. Hemquæ vehit abusum exstirpari vult morem quo velate asservantur ccrLe Imagines;— Temeraria, frequentato in Ecclesia el ad Fidelium pietatem fovendam inducto mori contraria.

DE SACRAMENTIS.

Decorum effectu. 1'iiiJp, in Sacramento Baptismi, aut Sacerdotis absolutione proprie reatus peccati duntaxat tollitur, ct ministerium Sacerdotum jolum liberat a reatu, *liai. oï.*

De illorum Administratione. Non est illicitum in Sacramentis conficiendis sequi opinionem probabilem 'de valore Sacramenti, relicta tutiore, nisi id velet lex, conventio, aut periculum gravis damni incurrendi. Hinc sententia probabili tantum utendum non est in collatione Baptismi, Ordinis Sacerdotalis aut Episcopalis. *Innoc. AI. A.* 1.

Urgens metus gravis est causa justa Sacramentorum admiiiislralionem simulandi. *Innoc. AI. .1.* I.

De illorum usu. Frequens confessio et communio etiam, in his qui gentiliter vivunt, est nota praedestinationis. *Innoc. AI.* .1. 56.

P. P. 27. Deliberatio Synodi, qua praetextu adhæsionis ad antiquos Camines, in casu dubii Baptismatis, propositum suum declarat de omittenda forma* conditionalis mentione; — Temeraria, praxi, legi, auctoritati Ecdesœ contraria.

DE BAPTISMO.

De forma Baptismi. Valuit aliquando Baptismus sub hac forma collatns: *In nomine Patris etc.* prælermissis illis : *Ego te baptizo. Alex. VIII. B.il.*

De effecti· Baptismi. Primus effectus gratiæ bapfismalis est facerent moriamur peccato adeo, ut spiritus, cor, sensus non habeant plus vit® pro peccato, quam homo mortuus habeat pro rebus mundi. *Quesn.* 43.

Baptizatus adhuc est sub lege, sicut Judæus, si legem non adimpleat, aut adimpleat ex solo timore. *Quesn.* 63.

De intentione baptizantis. Valet Baptismus collatus a Ministro, qui omnem ritum externum formamque baptizandi observat, intus vero in corde suo apud se resolvit : Non intendo quod facit Ecclesia. *Alex. VIII. B.* 28.

DE EUCHARISTIA.

De Communione. Nec aille nec jiost communionem alia opus estpraparatione aut gratiarum actione (pro animalius hisce internis), quam ut se teneant in solita resignalione passiva, quia in hac invenitur amor, qui supplet modo perfectiori quam omnes alii virtutum actus, qui fieri possunt et fiunt in via ordinaria. Et si in hac occasione communionis accidant motus humiliationis, petitionis aut gratiarum actionis, reprimi debent, quoties non cognoscuntur esse speciales Dei impulsus; aliter enim sunt impulsi» naluræ nondum morluæ. *Molin.* 32.

Sacrilegi sunt judicandi, qui jus ad Communionem percipiendam prætendunt, antequam condignam de delictis suis poenitentiam egerint. *Alex. VIII. B.* 22.

Similiter arcendi sunt a Sacra Communione, quibus nondum inestanior Dei purissimus et omnis mixtionis expers. *Alex. VIII. B.* 23.

De Sacrificio Misse. Sacrificium Missæ non alia ratione est sacrificium, quam generali illa, qua omne opus, quod fit, ut sancta societate homo Deo mhæreat. *Bai.* 4u.

Quartus decimus gradus conversionis peccatoris est. quod, cum sit jam reconciliatus, habet jus assistendi Sacrificio Ecclesia*. *Quesn.* 89.

P. P. 28. Propositio Synodi, qua, postquam statuit *Victimæ parlicipationem esse partem Sacrificio essentialem,* subjungit *non tamen se damnare ut*

illicitas Missas illas, in quibus adslantes sacramentaliter non communicant, ideo quia isti participant licet minus perfecte de ipsa Victima, spiritu illam wi/aem/o; —Quatenus insinuat ad Sacrificii essentiam deesse aliquid in eo Sacrificio, quod peragatur sive nullo adstante, sive adslantibus qui nec sacramcnlaliler, nec spiritaliter de Victima participant ; et quasi damnandae essent ut illicite Missa illae, in quibus solo Sacerdote communicante, nemo adsit, qui sive sacramentaliler, sive spiritaliter communicet; — Falsa, erronea, de hæresi suspecta, earnque sapiens.

P. P. 29. Doctrina Synodi, qua parte tradere instituens fidei doctrinam de ritu Consecrationis, — remotis quæstionibus scholasticis circa modum quo Christus est in Eucharistia, a quibus Parochos docendi munere fungentes abstinere hortatur, duobus his tantum propositis : 1. Christum post Consecrationem vere, rea!iter, substantialiter esse sub speciebus; 2. Tunc omnem Panis et Vini substantiam cessare, solis remanentibus speciebus,—prorsus omittit ullam mentionem facere transsubstantiationis, seu conversionis totius substantia* Panis in Corpus et totius substantial Vini in Sanguinem, quam velut articulum fidei Tridentinum Concilium definivit, et quæ in solemni Fidei professione continetur ; —Quatenus per inconsultam isliusmodi, suspiciosamque omissionem, notitia subtrahitur tum articuli ad fidem pertinentis, tum etiam vocis ab Ecclesia consecratae ad illius luendam professionem adversus hærcses, lenditque adeo ad ejus oblivionem inducendam, quasi ageretur de quæstione mere scholastica; — Perniciosa, derogans expositioni veritatis catholicæ circa dogma transsubstantiationis, favens haereticis.

P. P. 30. Doctrina Synodi, qua dum profitetur *credere Sacrificii oblationem extendere se ad omnes, ita tamen ut in Liturgia fieri possit specialis commemoratio aliquorum tam vicorum, quam defunctorum, precando Deum peculiariter pro ipsis;*— dein continuo subjicit :.Von *tamen quod credamus in arbitrio esse Sacerdotis applicare fructus Sacrificii cui vult ; imo damnamus hunc errorem velut magnopere offendentem jura Dei, qui solus distribuit [rudus Sacrificii cui vult, et secundum mensuram quæ ipsi placet;* Unde ct consequenter traducit velut *falsam, opinionem invectam in populum, quod illi, qui eleemosynam subministrant Sacerdoti sub conditione quod celebret unam Missam, specialem fructum ex ea percipiant ;* — Sic intellecta, ut præter peculiarem commemorationem et orationem, specialis ipsa oblatio seu applicatio Sacrificii, quæ fit a Sacerdote, non magis prosit, cætcris paribus, illis, pro quibus applicatur, quam aliis quibusque ; quasi nullus specialis fructus proveniret ex speciali applicatione, quam pro determinatis personis, aut personarum ordinibus faciendam commendat ac præcipit Ecclesia, speciatim a Pastoribus pro suis ovibus, quod velut ex divino præceplo descendens a sacra Tridentina Synodo diserte est expressum, Sess. 23. c. 1. de Reform. — Bened. XIV. Const. *Cum semper oblatas,* § 2. — Falsa, temeraria. perniciosa, Ecclesiæ injuriosa, inducens in errorem alias damnatum in Wiclefib.

De Lingua, in qua dicitur Missa. Eripere simplici populo hoc solatium, jungendi vocem suam voci totius Ecclesiæ, est usus contrarius praxi Apostolic® et intentioni Dei. *Quesn.* 8G.

P. P.C6. Propositio asserens *fore contra Apostulicam praxim et Dei consilia, niti Populo faciliores vice pararentur vocem suam jungendi cum voce totius*

DE PRINCIPIIS ADJUVANTIBUS.

Ecclesiæ; — Intellecta de usu vulgaris linguœ in lilurgicas preces inducenda? — Falsa, temeraria, ordinis pro Mysteriorum celebratione proscripti perlurbativa, plurium malorum facile productrix.

De dispositione Sacerdotis celebrantis. Mandatum Tridentini factum sacerdoti sacrificanti ex necessitate cum peccato mortali, confitendi quamprimum, est consilium, non praeceptum. *Alex. VII. B.* 38,

Illa particula, *Quamprimum,* mtclligitur, cum sacerdos suo temporecmfitebitur. *Alex. VII. C.* 39.

De stipendiis pro Missa leg. Duplicatum stipendium potest Sacerdos pra eadem Missa licite accipere, applicando petenti pariem etiam sjieiialissimam fructus ipsimet celebranti correspondentem, idque post decretum Urbani VIH. *Alex. VII. C.* 8.

Post decretum Urbani, potest Sacerdos, cui Missæ celebranda· traduntur, per alium satisfacere, collate illi minore stipendio, alia parte stipendii sibi retenta. **J**/λγ. *VII. B.* 9.

.Non est contra justitiam pro pluribus Sacrificiis stipendium accipere, et Sacrificium unum offerre; neque etiam est contra fidelitatem, etiamsi promittam promissione per juramentum firmata danti stipendium, quod pio nullo alio offeram. *Alex. VU. B.* 10.

Annuum legatum pro anima relictum non durat plus quam per decem annos. *Alex. VII. C.* 43.

DE POENITENTIA.

De virtute pœnitentiæ. Homo debet agere tota vita poenitentiam pro peccato orieinali. *A lex. VIII. B.* 19

De Sacramento Pœnitentiæ. Animabus profectis, quæ reflexionibus mori incipiunt, quin et eo, ut mortuæ sint, jam pertingunt, Deus nonnuuquam impossibilem reddit confessionem, ipseque supplet tantumdem ipsis largiendo gratiæ praeservantis, quantum reciperent ex Sacramento; ideoquehis animabtis non expedit eo casu ad Sacramentum Pœnitentiæ accedere, quii non possunt. *Mohn.* GO.

De effectu Sacram. Poenit. Peccator pœnitens non vivificatur ministerio Sacerdotis absolventis, sed a solo Deo, qui poenitentiam suggerens et inspirans vivificat eum *et* resuscitat; ministerio autem Sacerdotis solum reatus tollitur. *Bai. 58.*

De Ministro hujus Sacramenti. Concilium Tridentinum non obligat Régulai•es ad obtinendas approbationes ab Episcopis, ut Seen larium confessiones audire possint; neque de illius Concilii auctoritate privilegia Regularium restringi possunt; cum in Gallia receptum non sit, praeterquam in decisionibus fidei, neque Bulbi Pii IV. pro confirmatione illius Concilii promulgata. .I *lex.* ❙*II.* .1. 1.

t bi Concilium Tridentinum est receptum, non possunt Episcopi restringere vel limitare approbationes, quas Regularibus concedunt ad confessiones audiendas, neque illas ex ulla causa revocare. Quinimo Ordinum Mendicantium Religiosi ad eas approbationes obtinendas non tenentur, et, si ab Episcopis Religiosi non approbentur, rejectio illa valet tantum ac si approbatio concessa fuisset. *Alex. VII.* **J**. 2.

Regulares Ordinum mendicantium semel approbati ab uno Episcopo ad

DE PROPOSITIONIBUS DAMNATIS.

confessiones audiendas in sua Diœcesi habentur approbati in aliis, ncc nova Episcoporum indigent approbatione. Regulares habent potestatem absolvendi n peccatis Episcopo reservatis, etiamsi ab Episcopo auctoritas indui la ipsis non fuerit. *Alex. VII. A.* 3.

Qui beneficium curatum habent, possunt sibi eligere in Confessarinm simplicem Sacerdotem non approbatum ab Ordinario. *Alex. Vil. B.* 1G.

Confessiones apud Religiosos factæ, pleræque vel sacrilegæ sunt vel invalidai. *Alex. VIII. B.* 20.

Parochianus potest suspicari de Mendicantibus, qui eleemosynis communibus vivunt, de imponenda nimis levi et incongrua poenitentia seu satisfactione ob quæslum seu lucrum subsidii temporalis. *Alex. VIII. B.* 21.

De modo administrandi Sacram, poenit. Ordinem praemittendi satisfactionem absolutioni induxit non politia, aut institutio Ecclesiæ, sed ipsa Christi lex ct praescriptio, natura rei idipsum quodammodo dictante. *Alex. VIII. B.* 16.

Per illam praxim mox absolvendi ordo Pœnitentiæ est inversus. *A lex. VIII.*

Consuetudo moderna quoad administrationem Sacramenti Pœnitentiæ, etiamsi eam plurimorum hominum sustentet auctoritas, et multi temporis diuturnitas confirmet, nihilominus ab Ecclesia non habetur pro usu, sed abusu. *Alex. VIII. B.* 18.

P. P. 34. Declaratio Synodi, qua postquam praemisit ordinem pœnitentiæ canonicæsic ad Apostolorum exemplum ab Ecclesia statutum fuisse, ut esset communis omnibus, nec tantum pro punitione culpæ, sed praecipue pro disposition^ ad gratiam, subdit, se *in ordine illo mirabili et augusto totam agnoscere dignitatem Sacramenti adeo necessarii, liberam a subtilitatibus φια ipsi decursu temporis adjunctæ sunt;* — Quasi per ordinem, quo sine peracto canonicæ pœnitentiæ cursu hoc Sacramentum per totam Ecclesiam administrari consuevit, illius fuisset dignitas imminuta; — Temeraria, scandalosa, inducens in contemptum dignitatis Sacramenti, prout per Ecclesiam totam consuevit administrari, Ecclesiæ ipsi injuriosa.

P. P. 35. Propositio his verbis concepta: si *caritas in principio semper debilis est, de via ordinaria ad obtinendum augmentum hujus caritatis, oportet ut Sacerdos præcedere faciat cos actus humiliationis et pœnitentiæ, qui fuerunt omni ætate ab Ecclesia commendati; redigere hos actus ad paucas orationes, aut ad aliquod jejunium post jam collatam absolutionem, videtur potius materiale desiderium conservandi huic Sacramento nudum nomen pœnitentiæ, quam medium illuminatum et aptum ad augendum illum fervorem caritatis, (pii debet præcedere absolutionem : longe quidem absumus ab improbanda praxiimponendi poenitentias etiam post absolutionem adimplendas; si omnia metra bona opera semper adjunctos habent nostros defectus, quanto magis verni debemus, ne plurimas inperfectioncs admiserimus in difficillimo et magni momenti opere nostræ rcconciHalonis ;* — Quatenus innuit pœnitenlias, quæ imponuntur adimplendæ post absolutionem, spectandas potius esse velut supplementum pro defectibus admissis in opere nostræ reconciliationis, quam ut pœnitentias vere sacramentales, et satisfaclorias pro peccatis confessis : quasi ut vera ratio Sacramenti, non nudum nomen, servetur, oporteat de via ordinaria, ut actus humiliationis et pœnitentiæ, qui imponuntur per modum

satisfactionis sacramentalis, praecedere debeant absolutionem; – Falsa, temeraria, communi praxi Ecclesiæ injuriosa, inducens in errorem hæreticali nola in Petro de Osma confixum.

P. P. 38. Item Doctrina, qua—postquam Synodus professa est *senonpw non admirari illam adeo venerabilem disciplinam antiquitatis, quæ,* ut ait,(d *poenitentiam non ita facile et forte nunquam eum admittebat qui post prima peccatum et primam reconciliationem relapsus esset in culpam,* — subjungit. *per timorem perpetua? exclusionis a communione el pace, etiam in orlieul, mortis magnum frenum illis injectum iri qui parum considerant malum pacati, et minus illud timent ;* — Contraria Can 13. Concilii Nicæni 1, Decretili Innocent» 1. ad Exuperium Tolos.,tum et Decretali Cælestini I. ad Episcope Viennen. et Narbon. Provinciæ, redolens pravitatem quam in ea Decretali sanctus Pontifex exhorret.

P. P. 39. Declaratio Synodi de peccatorum venialium confessione, quam optare se ait non tantopere frequentari, ne nimium contemptibiles reddantur ejusmodi confessiones; —Temeraria, perniciosa, Sanctorum ac piorumpraxi a S. Cone. Trid. probatæ contraria.

De dispositione poenitentis. Non est obligandus Concubinarius ad ejiciendam concubinam, si hæc nimis utilis esset ad oblectamentum coucubinarii. vulgo *Regalo,* dum, deficiente illa, nimis ægre ageret vitam , et aliæepulæ tædio magno concubinarium afficerent, et alia famula nimis difficile inveniretur. ζI/αγ. *VII. C.* 41.

Pœnitentî habenti consuetudinem peccandi contra legem Dei, naturæaul Ecclesiæ, etsi emendationis spes nulla appareat, nec est neganda, nec differenda absolutio, dummodo ore proferat, se dolere et proponere emendationem. *Innoc. XI. A.* GO.

Potest aliquando absolvi, qui in proxima occasione versatur peccandi, quam potest et non vult omittere, quinimo directe et ex proposito quærit. aut eo se ingerit. *Innoc. AI. A. 61.*

Absolutionis capax est homo, quantumvis laboret ignorantia mysteriorum fidei, et etiamsi per negligentiam etiam culpabilem nesciat mysterium Sanetissîmæ Trinitatis et Incarnationis Domini nostri Jesu Christi. *Innoc. A'I.AAA.*

In confitendo debent anima* transformatæ sua peccata detestari, ct condemnare se. et desiderare remissionem suorum peccatorum, non ut propriam purificationem et liberationem, sed ut rem, quam Deus vult, et vult nos velle propter suam gloriam. *Camerae.* 20.

P. P. 36. Doctrina Synodi, qua— postquam præmisil *: Quando habebuntur signa non æquivoca amoris Dei doihinantis in corde hominis, posse illum merito judicari dignum, qui admittatur ad participationem Sanguinis lesu Christi, (pice fit in Sacramentis,*— subdit *supposititias conversiones, quæ funt per attritionem, nec efficaces esse solere nec durabiles :* consequenter. *Pastorem animarum debere insistere signis non cequivocis caritatis dominantis antequam admittat suos pernitentes ad Sacramenta ;* quæ signa, nt deinde tradit. *Pastor deducere poterit ex stabili cessatione a peccato el fervore m operibus bonis;* quem insuper *fervorem caritatis* perhibet vehit dispositionem, quæ*debet præcedere. absolutionem:* — Sic intellecta, ut non solum Conti ilio imperfecta, quæ passim attritionis nomine donatur, etiam quæ juncta sit dim dilectione, qua homo incipit diligere Deum tanquam

omnis justitiæ fontem, nec modo Contritio caritate formata, sed et fervor caritatis dominantis, ct ille quidem diuturno experimento per fervorem in operibus bonis probatus, generaliter et absolute requiratur, ut homo ad sacramenta, ct specialim pœnilentesad absolutionis beneficium admittantur; — falsa, temeraria, quietis animarum perlurbativa, tutæ ac probatæ in Ecclesia praxicontraria, Sacramenti efficaciae detrahens et injuriosa.

De Contritione. Per contritionem etiam cum charitate perfecta et cum volo suscipiendi Sacramentum conjunctam non remittitur crimen extra casum necessitatis aut martyrii sine actuali susceptione Sacramenti, *Bai.* 71.

De Attritione. Probabile est sufficere attritionem naturalem, modo Iwneslain. *Innoc.* Λ7. J. 57.

Revera peccat, qui odio habet peccatum mere ob ejus turpitudinem el disconvenientiam cum natura, sine ullo ad Deum offensum respectu. .Hat. 17//. *B.* 9.

Attritio, quæ gehennæ et poenarum metu concipitur, sine dilectione benevolenti® Dei propter se, non est bonus motus ac supernaturalis. *Alex. VIII. D.* 15.

Si solus supplicii timor animat poenitentiam, quo hæc est magis violenta, eo magis ducit ad desperationem. *Quesn.* GO.

P.P. 25. Doctrina quæ timorem poenarum generatim perhibet *duntaxat i nposse dici malum, si saltem pertingit ad cohibendam manum;* — Quasi limor ipse gehennæ, quam fides docet peccato infligendam, non sit in se bonus ct utilis, vehit donum supernaturalc, ac motus a Deo inspiratus præprans ad amorem juslitiæ; — Falsa, temeraria, perniciosa, divinis donis injuriosa, alias damnata, contraria doctrinæ Concilii Tridentini, tum et communi Patrum sententiæ: *opus esse,* juxta consuetum ordinem præparalionis ad justitiam, ut *intret timor primo per quem veniat caritas, timor medicawnlum, caritas sanitas.* — Ex S. August, in Epist. Jo. c. 4; Tract. 9, n. 4,5. — In Jo. Evang. Tract. 41. n. 10. — Enarratione in Psalm. 127, n.7. — Sermone 157. de verbis apostoli, c. 13. — Sermone 1G1. de verbis Apostoli, n. 81. — Sermone349. de Caritate, n. 7.

De Confessione. Licet per litteras sive per internuntium Confessario absenti Sacramenta!i1er coniiterij et ab eodem absente absolutionem petere. *Paul.* Γ.

Peccata in confessione omissa seu oblita ob instans periculum vitee aut ob aliam causam, non tenemur in sequenti confessione exprimere. *Alex. VII.* ΛII.

Mollities, Sodomia, bestialitas sunt peccata ejusdem speciei iniimæ, ideoquesufficit in confessione dicere, se procurasse pollutionem. J/az·. *VII.*

Qui habuit copulam cum soluta, satisfacit confessionis praecepto dicens : mmisi cum soluta grave peccatum contra castitatem, non explicando copulam. *Alex. VII. II.* 25.

Xm tenemur Confessario interroganti fateri peccati alicujus consuetudinem. *hmoc XI. A.* 58.

Licet Sacramental!1er absolvere dimidiate tantum confessos ratione magni nuirais pœnitentium, qualis v. g. potest contingere in die magute alicujus festivitatis aut indulgenliæ. *Innoc. AI. A.* 59.

De Absolutione. Sententia asserens Bullam Cœnæ solum prohibere alw lutionem hæresis et aliorum criminum, quando publica sunt, el id non derogare facultati Iridentini, in qua de occultis criminibus sermo est, anno 1629. die 18. Julii in Consistorio S. Congregat. Eminentis. Cardin, visa et tolerata est. *Alex. VII. [i.* 3.

Prælali Regulares possunt in foro conscientiæ absolvere qiioscumquescoilares ab hæresi occulta et ab excommunicatione peream incursa. .-Ita. 17/ *B.* 4.

Mendicantes possunt absolvere a casibus Episcopis reservatis, non obtenta ad id Episcoporum facultate. *Alex. VII. B.* 12.

P. P. 37. Doctrina Synodi quæ de auctoritate absolvendi accepta per ordinationem enuntiat, *post institut innem Diœccsium et Parochiarum, conreniciu esse ut quisque judicium hoc exerceat super personas sibi subditas sire* ratione *territorii, sive jure quodam personali,* propterea quod *aliter confusio induceretur et perturbatio;* — Quatenus, post institutas Dioeceses ct Parochias, enuntiat tantummodo *conveniens esse ad praecavendam confusionem, ut absolvendi potestas exerceatur super subditos ;* sic intellecta tanquam ad validum usum hujus potestatis non sit necessaria ordinaria vel subdelegata illa jurisdictio, sine qua Tridentinum declarat nullius momenti esse absolutionem a Sacerdote prolatam; — Falsa, temeraria, perniciosa, Tridcntino contraria et injuriosa, erronea.

P. P. 44. Propositio Synodi asserens *reservationem casuùm, num temporis, aliud non esse quam improvidum ligamen pro inferioribus Sacerdotibus, tl sonum sensu vacuum pro pernitentibus assuetis non admodum curare hanc rtservationem;* — Falsa, temeraria, male sonans, perniciosa, Concilio Tridentino contraria, superioris hierarchic® potestatis læsiva.

P.P. 45. Hem de spe quam ostendit fore, *ut reformato Rituali et ordine pœnitentiæ nullum amplius locum habitura sint hujusmodi reservaliona;-* Proul attenta generalitale verborum innuit per reformationem Ritualis et ordinis pœnitentiæ factam ab Episcopo vel Synodo, aboleri posse Casus qut«s Tridentina Synodus (Sess. l i., c 7) declarat Pontifices Maximos potuisse,pro suprema potestate sibi in universa Ecclesia tradita, peculiari suo judicio reservare; — Propositio falsa, temeraria, Concilio Tridentinoet summorum Pontificum auctoritati derogans ct injuriosa.

De Satisfactione. Solutio pœnæ temporalis, quæ, peccato dimisso, sæpe remanet, et corporis resurrectio, proprie nonnisi meritis Christi adseribenda est. *Bai.* 10.

Quando per eleemosynas aliaque pœnitentiæ opera Deo satisfacimus pro pœnis temporalibus, non dignum pretium Deo pro peccatis nostris offerimus, sicut quidam errantes autumant; nam alioquin essemus saltem aliqua ei parte redemptores; sed aliquid facimus, cujus intuitu Christi Satisfactio nobis applicatur et communicatur. *Bai.* 39.

Satisfactiones laboriosæ justificatorum non valent expiare de condigno pœnam temporalem restantem post culpam condonatam. *Bai. TI.*

Pœnitens propria auctoritate substituere sibi alium potest, qui loco ipsius poenitentiam adimpleat. .Ita·. 17/. *B.* 15.

Modus plenus sapientia, lumine et charitate est dare animabus tempus porlandi cum humilitate et sentiendi statum peccati, petendi Spiritum paralenti® et contritionis, et incipiendi ad minus satisfacere justitiæ Dei, antequam reconcilientur. *Quesn.* 87.

Ignoramus quid sit peccatum el vera poenitentia, quando volumus*statim restitui possessioni bonorum illorum, quibus nos peccatum spoliavit, et deIredanius separationis istius ferre confusionem. *Quesn.* 88.

DsSigillo confessionis. Scientia ex confessione acquisita, modo fiat sine directa et indirecta revelatione et gravamine pœnitentis, uti licet, si aliud multo gravius ex non usu sequatur, in cujus comparatione prius merilo contemnatur. *Innoc. XI. C.*

De sollicitatione in confess. Confessarius qui in Sacramentali Confessione tribuit pcenitenti chartam postea legendam, in qua ad venerem incitat, non censetur sollicitasse in confessione, ac proinde non est denuntiandus. .Ita. *VII. B.* 6.

Modus evadendi obligationem denuntiandæ sollicitationis est, si sollicitatas confiteatur cum sollicitante. Hic potest ipsum absolvere absque onere denuntiandi. *Alex. VII. B.* 7.

De Censuris. Quoad forum conscientiæ, reo correcto cjusque contumacia cessante, cessant censuræ. *Alex. VII. C.* 44.

Ecclesia auctoritatem excommunicandi habet, ut eam exerceat per primos Pastores de consensu saltem praesumpto totius corporis. *Quesn.* 90.

Eicommunicationis injustae metus nunquam debet nos impedire ab implendo debito nostro. Nunquam eximus ab Ecclesia, etiam quando hominum nequitia videamur ab ea expulsi, quando Deo, Jesu Christo atque ipsi Ecclesiæ per charitatem affixi sumus. *Quesn.* 91.

Pali potius in pace excommunicationem et anathema injustum, quam prodere veritatem, est imitari Sanctum Paulum : tantum abest ut sit erigere se contra auctoritatem aut scindere unitatem. *Quesn.* 92.

Jesus quandoque sanat vulnera, quæ præceps primorum Pastorum festinaÜomfligit sine ipsius mandato ; Jesus restituit, quod ipsi inconsiderato zelo rescindunt. *Quesn.* 93.

Deus permittit ut omnes potestates sint contraria? praedicatoribus veritati-. ut ejus victoria attribui non possit nisi divinæ gratiæ. *Quesn.* 96.

.Nimis sæpe contingit, membra illa, quæ magis sancte el magis stricte unita Ecclesiæsunt, respici atque tractari tanquam indigna ut sint in Ecclcʊ vel tanquam ab ea separata; sed justus vivit ex fide, ct non ex opinione hominum. *Quesn.* 97.

Status persecutionis et poenarum, quas quis tolerat tanquam haereticus, flagitiosusct impius, ultima plerumque probatio est et maxime meritoria^ atpotequæ facit hominem magis conformem Jesu Christo. *Quesn.* 98.

Penicacia, prœventio, obstinatio in nolendo aut aliquid examinare, aut .Tkscerc sc fuisse deceptum, mutant quotidie quoad multos in odorem mortis id quod Deus in sua Ecclesia posuit ut in ea esset odor vitæ, v. g. tonos libros, instructiones, sancta exempla etc. *Quesn.* 99.

Tempus deplorahile, quo creditur honorari Deus persequendo veritatem -jusque discipulos'. Tempus hoc advenit... Haberi ct tractari a Religionis Ministris tanquam impium ct indignum omni commercio cum Deo, tanquam wtnbnim putridum capax corrumpendi omnia in societate Sanctorum , est i- minibus piis morte corporis mora terribilior. Frustra quis sibi blanditur

de suarum intentionum puritate el zelo quodam Religionis, persequendo flamma ferroque viros probos , si propria passione excæcalus est, aulabreptus aliena, proplerea quod nihil vult examinare. Frequenter credimus micare Deo impium ; el sacrificamus Diabolo Dei servum. *Quesn.* 100.

P. P. 4. Propositio affirmans *abusum fore auctoritatis Ecclesiæ, transferent illam ultra limites doctrina» ac murum, ct eam extendendo ad res exteriora, et per vim exigendo id quod pendet a persuasione et corde;* tum etiam, *multa minus ad eam pertinere exigere per vim exteriorem subjectionem suis Decretis;* — Quatenus indeterminatis illis verbis : *extendendo ad res exteriora,* notet velut abusum auctoritatis Ecclesiæ usum ejus potestatis accepte a Deo, qua usi sunt et ipsimel Apostoli in disciplina exteriore constituendael sancienda ; — Hærelica.

P. P. 5. Qua parte insinuat Ecclesiam non habere auctoritatem subjectionis suis Decretis exigendæ, aliter quam per media quæ pendent a persuasione ; — Quatenus intendat Ecclesiam *non habere collatam sibi a* Dw *potestatem, non solum dirigendi per consilia et suasiones, sed etiam jubaii per leges, ac devios contumacesque exteriore judicio ac salubribus panis coercendi atque cogendi;* — Ex Bened. XIV., in Brevi *Ad assiduas,* anni 1755. Primati, Archiepiscopis et Episcopis Regni Polon. — Inducens insjstenu alias damnatum ut haereticum.

P. P. 46. Propositio asserens *effectum excommunicationis exteriorem duntaxat esse quia tantummodo natura sua excludit ab exteriore communicatione Ecclesiæ;* — Quasi excommunicatio non sit pœna spiritualis, ligans in cœlo, animas obligans; — Ex. S. Aug. Ep. 250. Auxilio Episcopo, Tract. 50. in Joan. n. 12. — Falsa, perniciosa, in art. 23. Lutheri damnata, ad minus erronea.

P. P. 47. Item, quæ tradit necessarium esse juxta leges naturales et divinas, ut sive ad excommunicationem, sive ad suspensionem, præcedere debeat examen personale, atque adeo sententias dictas *ipso facto,* non aliam vim habere nisi seriæ comminationis, sine ullo actuali effectu; — Faba, temeraria, perniciosa, Ecclesiæpotestati injuriosa, erronea.

P. P. 48. Item, quæ pronuntiat *inutilem ac vanam esse formulam nonnulli» abhinc seculis inductam absolvendi generaliter ab excommunicationibus, in quas fidelis incidere potuisset ;* — Falsa, temeraria, praxi Ecclesiæ injuriosa.

P. P. 49. Item quæ damnat ut nullas et invalidas *suspensiones ex informata conscientia;* — Falsa, perniciosa, in Tridentinurn injuriosa.

P. P. 50. Item in eo quod insinuat soli Episcopo fas non esse uti potestate, quam tamen ei defert Tridentinurn (Sess. 14. c. 1. de Ref.) suspensionis « *informata conscientia* legitime infligendæ ; — Jurisdictionis Praelatorum Ecclesiæ læsiva.

De Indulgentiis. Per passiones Sanctorum in indulgentiis communicatas non proprie redimuntur nostra delicta; sed per communionem chariUtij nobis eorum passiones impertiuntur, ut digni simus qui pretio Sanguini' Christi a poenis pro peccatis debitis liberemur. *Bai.* 60.

Indulgenti® couccssæ Regularibus et revocatae a Paulo V. hodie sunt revalidatæ. *Alex. VU. C.* 37.

Non oportet quærere indulgentias pro pœna debita peccatis propriis, φώ melius est satisfacere divinæ justitiæ, quam quærere misericordiam; nam

illud procedit ex puro Dei amore, el hoc ex amore inlcressato, id est, personalis commodi nostri, et non est res grata Deo ncc meritoria; quia est velle subterfugere crucem. *Molin.* 16.

I'. P. 10. Propositio asserens *indulgentiam, secundum suam proecisam notionem, aliud non esse quam remissionem partis ejus pœnitentiæ quæ per Canones statuta erat peccanti;* — Quasi indulgentia præter nudam remissionem pœnæ cationicæ non etiam valeat ad remissionem pœnæ temporalis pro peccatis actualibus debitæ apud divinam justitiam; — Falsa, temeraria, Christi meritis injuriosa, dudum in Art. 19. Lutheri damnata.

P. P. 41. Item in eo quod subditur, *Scholasticos suis subtilitatibus inflatos invexisse thesaurum male intellectum meritorum Christi el Sanctorum, el clarce notioni absolutionis a pœna canonica, substituisse, confusam el falsam applicationis meritorum;* — Quasi thesauri Ecclesiæ,unde Papa dat indulgentias non sint merita Christi ct sanctorum ; — Falsa, temeraria, Christi et Sauciorum meritis injuriosa, dudum in Art. 17. Lutheri damnata.

P. P. 42. Item in eo quod superaddit *luctuosius adhuc esse quod chimerica islhac applicatio transferri solita sit in defunctos;* — Falsa, temeraria, piarum aurium oflensiva, in Romanos Pontifices, et in praxim et sensum universalis Ecclcsiæ injiudosa, inducens in errorem hæreticali nota in Petro deOsma confixum, iterum damnatum in Art. 22 Lutheri.

P.P. 43. In eo demum quod impudentissime invehitur in Tabellas indulgentiarum, Altaria privilegiala, etc; — Temeraria, piarum aurium oflensiva, scandalosa, in summos Poutiflccs atque in praxim tota in Ecclesia frequentatam contumeliosa.

DE ORDINE.

P. P. 51. Doctrina Synodi quæ perhibet, in promovendis ad Ordines, hanc de more et instituto veteris disciplinai rationem servari consuevisse, ut *si quis Clericorum distinguebatur sanctitate vitee et dignus æstimabalur qui ad Ordines sacros ascenderet, ille solitus erat promoveri ad Diaconatum, vel Sacerdotium, etiamsi inferiores Ordines non suscepisset, neque tum talis ordinatio dicebatur per saltum, ut postea dictum est;*

P. P. 52. Item quæ innuit non alium titulum ordinationum fuisse quam depulationem ad aliquod speciale ministerium, qualis præscripta est in Concilio Chalcedonensi ; subjungens, quamdiu Ecclesia sese his principiis in delectu sacrorum ministrorum conformavit. Ecclesiasticum ordinem floruisse; verum beatos illos dios transiissc, novaque principia subinde introducta, quibus corrupta fuit disciplina in delectu ministrorum Sanctuarii ;

P. P. 53. Item quod inter hæc ipsa corruptionis principia refert quod recessum sil a vetere instituto, quo, ut ait, Ecclesia insistens Apostoli vestigiis neminem ad Sacerdotium admittendum statuerat nisi qui conservasse! innocentiam baptismalern ;

Quatenus innuit corruptam fuisse disciplinam per decreta ct instituta 1. Sive quibus ordinationes per saltum velitæ sunt; 2. Sive quibus pro Ecclesiarum necessitate ct commoditate probata· sunt Ordinationes, sine titulo specialis officii, velut specialiw a Tridenlino Ordinatio ad titulum patrimonii (salva obedientia, qua sic Ordinali Ecclesiarum necessitatibus des:r>ire debent ii- obeundis officiis, quibus pro loco ac tempore ab Episcopo

admoti fuerint, quemadmodum ab aposlolicis temporibus in primitiva Ecclesia fieri consuevit) ; 3. Sive quibus jure canonico facta est criminum distinctio, quæ delinquentes reddunt irregulares ; quasi per hanc disliintioucni Ecclesia recesserit a spiritu Apostoli, non excludendo generaliter el indistincte ab ecclesiastico ministerio omnes quoscumque qui baplismalem innocentiam non conservassent; — Doctrina singulis suis partibus falsa, temeraria, Ordinis pro Ecclesiarum necessitate et commoditate inducti perlurbaliva,in disciplinam per Canones et speciatim per Trid. Decreta probatam injuriosa.

Il. P. 51. Item quæ velul turpem abusum notat unquam praetendere eleemosynam pro celebrandis Missis et Sacramentis administrandis, sicuti et accipere quemlibet proventum dictum *Stulte,* ct generating quodeumquestipendium et honorarium quod suffragiorum, aut cujuslibet parochialis functionis occasione offerretur; — Quasi turpis abusus crimine notandi essent ministri Ecclesiæ, dum secundum receptum et probatum Ecclesiæ morem et institutum, utuntur jure promulgato ab Apostolo, accipiendi temporalia ab iis quibus spiritualia ministrantur ; — Falsa, temeraria, Ecclesiastici ac pastoralis juris læsiva, in Ecclesiam ejusque ministros injuriosa.

P. P. 55. Hem qua vehementer optare se profitetur, ut aliqua ratio inveniretur minutuli Cleri («pio nomine inferiorum ordinum Clericos designat) a cathedralibus et collegiatis submovendi, providendo aliter, nempe per probos et provectioris aetatis Laicos, congruo assignato stipendio, ministerio inserviendi Missis et aliis Officiis, velut Acolythi, etc., ut olim, inquit, fieri solebat, quando ejus generis Officia non ad meram speciem pro majoribus Ordinibus suscipiendis redacta erant ; — Quatenus reprehendit institutum quo cavetur ut *minorum Ordinum functiones per eos tantum præstenlur, exerceanturre, qui in illis constituti, adscriptive sunt* (Concil. Prov. iv. Mediol.) idque ad mentem Tridentini (Sess. 23. c. 17.) *ut sanctorum Ordinum a Diaconatu ad ostiarialum functiones ab aposlolicis temporibus* in *Ecclesia laudabiliter receplæ, et in pluribus locis aliquandiu intermissa juxta sacros Canones revocentur, nec ab hæreticis tanquam otiosæ traducantur;*— Suggestio temeraria, piarum aurium ofiensiva, ecclesiastici ministerii perturbativa; servandae, quoad fieri potest, in celebrandis mysteriis decentis imminutiva, in minorum Ordinum munera et functiones, tum in Disciplinam per Canones et speciatim per Trid. probatam injuriosa, favens bærelicorum in eam conviciis et calumniis.

P. P. 5G. Doctrina quæ statuit conveniens videri in impedimentis canonicis, quæ proveniunt ex deliciis injure expressis, ullam unquam nec concedendam nec admittendam esse dispensationem ; •Equitatis ct modcrationis canonicæ a sacro Concilio Tridentino probatæ læsiva, auctoritati et juribus Ecclesiæ derogans.

P. P. 57. Praescriptio Synodi qnæ generaliter et indiscriminalim velul abusum rejicit quamcumque dispensationem, ut plus quam unum residentiale beneficium uni eidemque conferatur ; — Item in eo quod subjungit, certum sibi esse, juxta Ecclesiæ spiritum, plus quam uno beneficio tametsi simplici neminem hui posse ; — Pro sua generalitate derogans moderationi Tridentini Sess. 7. c. 5. et Sess. 24. cap. 17.

DE MATRIMONIO.

Non peccat maritus, occidens propria auctoritate uxorem in adulterio deprehensam. *Alex. VU. 11.* 19.

Opus conjugii ob solam voluptatem exercitum omni penitus caret culpa ac defectu veniali. *Innue. XI.* Λ. 9.

Copula cum conjugata, consentiente marito, non est adulterium ; adeoque sufficit in confessione dicere, se esse fornicatum. *Innoc. XI. A.* 50.

P. P. 58. Propositio quæ statuit Sponsalia proprie dicta actum mere civilem continere, qui ad matrimonium celebrandum disponit, eademque civilium legum praescripto omnino subjacere; — Quasi actus disponens ad aeramentum non subjaceat sub hac ratione juri Ecclesiæ; — Falsa, juris Ecclesiæ, quoad effectus etiam e Sponsalibus vi canonicarum sanctionum profluentes, læsiva, disciplina? ab Ecclesia conslilulæ derogans.

P. P.59. Doctrina Synodi asserens *ad supremam civilem potestatem duntaxat originarie spectare contractui matrimonii apponere impedimenta ejus generis, quæ ipsum nullum reddunt, dicunturque dirimentia,* quod *jus originarium* prætcrca dicitur *cum jure dispensandi essentialiter connexum;* subjungens, *supposito assensu vel conniventia Principum, potuisse Ecclesiam juste constituere impedimenta dirimentia ipsum contractum matrimonii;* -Quasi Ecclesia non semper potuerit ac possit, in Christianorum matrimoniis, jure proprio impedimenta constituere, quæ matrimonium non solum impediant sed ct nullum reddant quoad vinculum, quibus Christiani obstricti teneantur etiam in terris infidelium, in eisdeinque dispensare; — Canonum 3. 4. 9. 12. Scss. 24. Concil. Trid. eversiva, hæretica.

P.P.G0. Item rogatio Synodi ad Potestatem civilem, ut *e numero impedimentorum tollat cognationem spiritualem, atque illud quod dicitur publica honestatis, (piorum origo reperitur in collectione Justiniani;* tum ut *restringat impedimentum affinitatis et cognationis ex quacumque licita aut illicita conjunctione provenientis ad quartum gradum, juxta civilem computationem per lineam lateralem et obliquam, ita tamen ut spes nulla relinquatur dispenmtionis obtiiiendæ;*—Quatenus civili potestati jus attribuit sive abolendi ; sive restringendi impedimenta Ecclesiæ auctoritate constituta vel comprobata; -Item qua parte supponit Ecclesiam per potestatem civilem spoliari posse jure suo dispensandi super impedimentis ab ipsa constitutis vel comprobatis; -Libertatis ac potestatis Ecclesiæ subversiva, Tridentino contraria, ex bæreticali supra damnato principio profecta.

0. A. M. D. G.

CONSPECTOS TOMI PRIMI

PARS PRIOR.

DE PRINCIPIIS THEOLOGICIS

Principiorum notio ct divisio

DISPUTATIO I.

DE PKJ7SCIPI1S CONSTITUTIVIS.

CAPUT I. — DE SCRIPTURA SACRA.

Artic. I. — *Quid ea sint, quos ad Scripturos Sacros notionem faciunt.*

Pag.

I. — Scriptura Sacra est Verbum Dei scriptum..... 3
II. — Dividitur in V. et N. Testamentum, in Libros Legales, Historicos, Sapientiales et Propheticos; item in Canonicos et Apocryphos.....
III.— Canon Scripturæ alius Hebraicus, alius Christianus : Libri Proto vel Deuterocanonici..... 5
IV.— Lingua originalis Hebraica aut Græca..... 6
V. — Editio vel versio Hebraica, Græca, Latina, Vernacula..... 6
VI.— Sensus Litteralis vel Mysticus; isque Allegoricus, Anagogicus, Tropologicus cum Accommodatitio..... 8

Quebes : *Quid de Historia Versionis* 70. *Interpretum sit censendum?*

Synopsis Historiæ ex **Aristæa**..... 9
— Quoad substantiam non videtur commentitia..... 9
II. — Quoad circumstantias ipsam versionem spectantes videtur probabilior. 10
III,— Quoad modum version» non est satis explorata..... 10

Aine. 11. — /In *existât Scriptura Sacra?*

Probatio ex alibi statutis : Auctores Sacrorum Librorum..... 11
I. — Libri Scripturæ Sacræ non sunt supposititii..... 12
II. — Nunquam perierunt penitus..... 12
Discant igitur Increduli, quibus ab ore Christiano profluens veritas omnis desipii, ab infideli ct Pagano verba veritatis : «Quod si omnes Mundi partes ita constitutae sunt, ut neque ad usum meliores potuerint esse, neque ad >peciem pulchriores : videamus, utrumne ea fortuita sunt, an eo statu, quo cohaerere nullo modo potuerint, nisi sensu moderante, divinaque providentia... SI ergo meliora sunt ea, quæ natura, quam quæ arte, perfecta sunt, nec ars efficit quidquam sine ratione, nec natura quidem expers rationis est habenda. Qui igitur convenit, signum aut tabulam pictam cum aspexeris, sire adhibitam esse artem; cumque procul cursum navigii videris, non dubitare, quin id ratione atque arte moveatur ; aut cum solarium vel descriptum, intex aqua contemplcre, intelligere declarari horas arte, non casu ; mimdum autem, qui et has ipsas artes el carum artifices et cuncta complectatur, consilii ct rationis expertem putare... præsertim cum multis partibus sint illa naiura perfecta, quam hæc artium simulata, solerlius? » Cicero, L. 2. *de nat. Deorum,* Tandon) concludat Athf,mçoiias : « Satis liquet, qnod |n|ui|u

primariæet universalis rationis, hominem Deus creaverit ob seipsum suamque et bonitatem et sapientiam, quam in omnibus facile perspidas. » *De Resurrect,* c. 11.

§ III. COROLLARIA.

Si Deus est, qui fecit Mundum et omnia, quæ in eo sunt : Si ex uno omne genus hominum inhabitare fecit super universam faciem terne, definiens statuta tempora et terminos inhabitationis eorum : Si ipse dat omnibus vicani et inspirationem et omnia : Si in ipso vivimus, movemur et sumus, sicut et quidam gentilium Poetarum dixerunt : *Ipsius enim et genus sumus;* non aliud contra Incredulos, quam quod contra Ethnicos a Doctore gentium inferri test ac debet, quærendiim esse Deum, si forte attrectent cum, aut inveniant, quamvis non longe sit ab unoquoque nostrum; hunc cœli et terra Dominum agnoscendum, adorandum ac diligendum esse, qui cum sit conditor hominum in laudem gloriæ divinæ, etiam Religionis uti objectum, ita auctor est. Numquid enim mentem indidit homini ad cognoscendum venim, Dens autem prima et summa veritas est? Numquid cor immersit corpori hominis ad amandum bonum, summa vero ct infinita bonitas Deus est! Numquid libertate donavit hominem, ut cum possit, libere velit Deum, sicut cognovit, glorificare? Numquid omnis alia creatura quamvis tot prorogativis destituta, quoquomodo potest, suum dilaudat Conditorem; cum nulla earum tam sit exilis, quæ non illius magnitudinem commendet; nulla tam magnifica, qua* se non subdat illius immens® potestati; nulla tam abjecta, quæ illius non exaltet infinitam majestatem; nulla tam sublimis, quæ se non demittat, sternam illius voracitatem ac sapientiam ut eloquatur?

SECTIO III.

DE DEO PROVIDENTE, ET FINE RELIGIONIS.

§ 1. PRECOGMTA.

I. Epicuri de grege sunt, qui humana Diis cordi et cur® esse negant. Deos quidem agnovit Ericini s, sed qui turpi languentes otio nec orbis eflorniationi piwfiierint, nec illius conservationi invigilent, nec entium, ex quibus componitur Mundus, provideant necessitatibus. Hoc nempe impio consilio, ut leges, pœuas, premia. el cum ipsa honestate omnem exterminent ex orbe terrarum Religionem, quæ tota posita est in divinæ Providenti® nobis semper invigilantis, rationem habentis meritorum, et vota recte supplicantium exaudientis sensu et persuasione. Quin et inter Providentiam ac Existentiam Dei nexus intercedit arctissimus, adeo ut nullus unquam fuerit, qui admisso Numine, Numinis Providentiam serio negaverit, Inde veteres Philosophi

omnes fidenter asseverabant, quod Epicurus tollendo Providentiam reipsa sustulerit Deos, ac ideo solum Deorum nomen reliquerit, ut fucum faceret imperitis, et atheistic® impietatis infamiam aliquatenus vitaret. Ilis fere succenturiantur vesani quique Philosophastri, qui vel providæ gubernationi Conditoris optimi, sapientissimi ac potentissiini, fatum, fortunam, casum cœcaiiique necessitated! substituunt; vel Dei Providentiam solis cœli orbibus includunt, terrena, minutiora et viliora, omniaque individua et singularia eidem subducentes.

ll. Per Providentiam divinam intelligimus cum Boetio infinitam illam et efficacdn mentis divmæ cogitationem, quæ continet ac determinat ordinem et statum rerum omnium ; complectens omnia tempora, omnia entia, omnes eventus, unamque componens immensam et cohaerentem seriem, quam tempus fluendo etlabendo perpetuo explicat et in aeternum explicabit. Tres habere partes concipitur ; Creationem, dc qua hucusque diximus ; Conservationem seu vim illam, quæ perpetuo rerum omnium vires et ipsum esse producit ; et Gubernationem sive illam procurationem, qua Deus illa omnia, quæ sunt conservantia status creaturarum, praeparat, et quæ sunt noxia, removet. Attributa divinæ Providentiæ sunt, Sapientia seu constans voluntas prosequendi optimos fines per optima media ; Sanctitas, quæ excludit umbram omnem malitiæ, invidi®, inimicitiae, vindici®, crudelitatis, injustitiae, falsitalis, et cujuscumque demum defectus; Justitia, quæ leges divinas confirmat sanctione poenarum ct praemiorum; Bonitas seu benigna voluntas communicandi cum suis creaturis felicitatem, quæ si bona dividit non merentibus, gratia dicitur; si pro malis tribuit bona, misericordia; si malos tardat punire, longanimitas appellatur. Demum Providentia alia dici potest Naturalis, quam experientia el ratione intelligimus ; aliasupernaluralis, quam nobis divinitus accepta Revelatio aperuit, quæ ad restitutionem generis humani in primævum perfectionis et felicitatis supernatural is statum, Christi mediatione et Spiritus Sancti administratione procedit.

Itemur autem hic sola ratione, imitati S. Augustinum contra Manichæos. Lucis vero non parum hinç afferemus quaestioni de origine mali ex Revelata Religione, quæ docet mala graviora vitam humanam vexantia non esse ex primo Dei consilio, sed pœnam peccati.

§ II. THEMATA.

I. *Certissima est veritas hujus dc Deo sententice : Tua, Paler, Providentia gubernat omnia.*

Probatio. Deus ut sit perpetuus Mundi rector, ab infinita sua sapieutiaita adstringitur, ut hoc Imperio l'niversi abdicare sc non possit, quin ipse se deneget, suainque naturam aspernetur. Nimirum dictante sapientia is debet moderari cuncta, qui fines optimos novit, mediaque ad fines optimos obtinendos aptissima. Sed Deus is est, et nullus alius praeter auctorem Mundi otis habet exploratas suæque voluntati subditas rerum naturas, *moins* cogilalionisque principia, ut queat causarum vim susjiendere vel dirigere, cordibus hominum consilia seu indere seu evellere, appetituum vim frenare.

Imperiorum fata nunc sustinere, nunc inclinare, cavere, no quid detrimenti ex partium damnis vel erroribus immensa rerum summa capiat, ac efficere, ut ex ipso malo bonum et admirabilis ordo ex ipso discordia? sinu oriatur. Ipsi proin ac soli Deo divina sapientia commisit imperium universi, ut recte inferat Tullius : « Deo nihil praestantius; ab eo igitur necesse est, Mundum regi. » Porro Deus seipsum amat necessario, atque suas perfectiones ipse veneratur et colit; nequit ergo Mundum, qui impressum gerit characterem istarum perfectionum, quas amat et in quibus gloriatur, alienum a se putare, sicut nec architectus suum excellens ædificium. Demum hornis imo optimus est Deus, nulla ratione ad condendum hunc Mundum adductus, (piam ex bonitate; ab hac vero bonitate Conditoris divini abhorret maxime, suarum creaturarum nequicquam curare perfectionem ac felicitatem, sed eas omnes fortmiæ ac temeritati committere.

Praeclare hic Ambrosius : « Quis, inquit, operator negligat operis sui curam? quis deferat aut destituat, quod ipse condendum putavit? Si injuria est regere, nonne major injuria est fecisse; cum aliquid non fecisse, nulla injustitia sit, non curare, quod feceris, summa inclementia? » L. de offic. c. 13. Nec minus scite arguit Nemesius : « Si Deus Mundum non regit, causa est vel inscitia, vel impotentia, vel defectus voluntatis: atqui Deo omnipotenti nihil difficile, omniscienti nihil occultum, optimo nulla ignavia est, quæ ne in stupidissimas quidem pecudes cadit; nam et illæ suos fœtus curant, nec ita delicatæ sunt, ut viliores aspernentur. »

II. *Provida Dei gubernatio attingit a fine usque ad finem fortiter, et disponi! omnia suaviter.*

Probatio. Summœ inscitiæ ac stupiditatis est, Entis supremi atque infinite perfecti vires expendere ad modulum nostra: imbecillis naturae, cujus cogitatio tantam rerum multitudinem complecti non possit. Longe majus spatium est illud, quod patet ab homine ad Deum, quam id quod ab animantibus ad nos; et plurima tamen facit hominis industria, qiue comparata cum facultatibus animantium videntur impossibilia. .Numquid angusta etiam hominis ratio, quæ perexigui corpusculi foramina qnædam prospicit, mnlh simul negotia variis in locis animadvertere, ac sine magna perturbationi'et molestia gubernare potest ; et quanto magis Deus, ante quem orbis terrarum est tanquarn momentum statera; et tanquam gutta roris antelucani, qur descendit in terram; et qui omnibus rebus substantia et virtute præsens esi. cum summa facilitate cuncta provideat, et dextera verset ac gubernet?

Vanissimum quoque est, Dei Majestate indignam videri procurationem terrestrium adeo rerum et quarumvis etiam vilissimarum : quasi vero non sit alienum a bonitate Creatoris, suum denegare praesidium illis creaturis, que plus illo indigent ob varias mutationes, quibus terra obnoxia est, et appetituum passionuinque procellas, quibus ejus incolæ perpetuo jactantur? Quasi vero non sint ordinati ipsi coeli et astra ad usum hominum; et.τριιιιιι non sit. ut magis curetur id, cujus gratia est aliud, quam quod in iisiim alterius comparatum est ? Item cur magis Deo indignum sil minora curaro, quam fecisse? Nonne cum grandioribus natura? partibus ita conjuncta sunt

minora, ut nullatenus possint illa administrari a Deo, quin et horum habeat rationem? Cum nec Imperantes, nec Patres familias, nec navium mbematores, nec machinarum fabri sua arte aut officio rite fungi censeantur, nisi æqualegc et majores res et minores ingenio comprehensas habeant, suisque consiliis et rationibus temperent.

Nec mitius falluntur, qui individua et singularia subducunt divin® Providentiæ: nam genera non subsistunt nisi in singulis, ita ut si singula perire possint deserta a Deo, possent et ipsa genera, quorum conservandorum milia alia Deo causa osse potest, quam benefica ejus in singulos voluntas. Sane si Deo mei aliorumve singularium cura non est, cui bono erunt leges, pomæ, premia, minæ, consilia, adhortationes, ipsaque Religio ? Ais : non quidem cum, qui male egerit, sigillatim puniri, sed cum tota communitate, ubi hæc a Deo castigatur. Infero : is ergo, qui inter mille pericula et scandala improborum in probitate tamen ac integritate perstat, non erit magis probus ac laudabilis, quam is, qui inter probos probus est ; imo quamvis probitate antecellat iste, gravioribus tamen pœnis subjiciendus, ubi pravorum communibus suppliciis ipse etiam involvendus est? En! quam indigna affingant Increduli Deo, de "quo sentiendum nonnisi in bonitate, qui in bonitate ct justitia, in sapientia et sanctitate, in fortitudine et suavitate ordinat universa.

«Caveamus, inquit Plato, ne Deum mortalibus opificibus viliorem putemus : isti sane quanto peritiores sunt, tanto arte sua et parva simul et magna exquisitius absolutiusque perficiunt. » L. 10. de LL. El quæ demum nature pars vilis dici queat? num minima? Sed ut a Plinio notatum : « Herum natura nusquam magis, quam in minimis tota est. »

III. *Argumenta Incredulorum contra sapientiam, sanctitatem, justitiam et bonitatem divinas Providentiæ vana sunt et fatua.*

Probatio. Mulla sunt equidem, imo plurima, quæ ex malis physicis et moralibus, nec non ex inæquali poenarum ac præmiorum distributione «•acervant Increduli adversus suavem æque ac fortem oeconomiam divinæ Providenti® ; sed quia his omnibus abunde satisfit a Philosophis æque ac Theologis, consulto abstinemus ab operosa confutatione, hac generali dumImt responsione suam incredulis vafriliem et vesaniam exprobrantes :

1·. Systema Providenti® divinæ, quod non unius tantum alleriusve entis historiam aut fortunam, sed divini imperii universitatem, ejusdemque imperii undequaque connexi vices omnes complectitur, immensum, æternnmct infinitum est respectu nostri, adeoque incomprehensibile. Sive enim spectetur physica, sive moralis rerum administratio; illinc stupenda connexio et subordinate perpetua innumerabilium causarum et effectuum, finium, antecessionum, præparalionum, adjunctorum, et consequentiarum; hic vero exercitationes virtutis in hoc statu militia! et probationis, vitiis hia licentia, tempora exercendis Dei judiciis statuta, praedestinata divinorum judiciorum instrumenta, præmiorum et pœnarum distributiones, atque omnes actus juslitiæ et bonitatis, quamvis undique connexi, plane necessarii. et ad bonum commune præordinati ; ex proprietate tamen infinito?

sapientia? omnino superant mentis humanæ sagacitatem. Excpiplp sil uum ex innumeris Josephus, de quo si nihil aliud relalmn fuisset, nisi quod venditus a fratribus fuerit, deportatus in .Egyptum, etob injustam aitusitionem conjectus in carcerem; severitate erga eum usam esse Providentiam divinam putaremus : sed ubi intelligimus, hosce omnes eventus fuisse totidem gradus ad imperii summam in .Egypto obtinendam, el ad salutem sui generis, sortem Josepiu nequicquam miseramur.

2°. Sapiens .Mundi administratio et sapienlissimæ regiminis leges poslulant vias secretas et occultas : nam major in nobis excitatur admiratio,qui parvi pendimus obvia , et nonnisi a communi hominum sensu valde dujuncta suspicimus. Sine incerto exitu rei uni humanarum et recondita dhiiu Providentia?ratione,nullus esset locus probationi hominum, neque exercitio summarum virtutum, fidei, spei, fiduciæ et devotæ erga Deum voluntati». .Num fuisset lain admirabilis Job patientia et tides, si antea intellexisset, brevissimas suas ærumnas ipsi allaturas esse majora præmia, vilain longiorem, subolem numerosiorem, majores divitias et famam? Eadem rati) providendi magis est accommodata hominum libertati : si enim boni semper felices, et mali infelices in hac vita essent; nullus ioret optioni locus, an vellent homines boni vel mali esse. Secus, ubi eventus incertus est, atque hinc spes, illinc metus sollicitat, sicquc et merito ct demerito locus datur. Demum optima quoque ex eo est, quod, cum homo ad immortalitatem destinatus sit, cum abducat a vanitatibus hujus vitae, et ab illecebris voluptatum hujus seculi ; adducat vero ad spem aeternorum et futura· vitadesiderium inspiret.

3°. Hæc divinæ Providentia? ratio incomprehensibilis manifeste convincit Incredulos, errare homines in multis, el posse res sapienlissimas nobis videri alienas a sapientia; ut dum ignoramus, quid cujusvis rei naturæ conveniat, el quibus legibus quæque res gubernari et possit et debeat; dum a finibus non discernimus media, et in mediis desideramus finium excellentiam; dum partes sumimus pro toto, et in parte aliqua desideramus totius pulchritudinem et convenientiam. Eadem vero inscrulabiiitas divinæ Providento Deum absolvit tum in illis omnibus actibus, in quibus nihil intrinsece malum deprehendimus, adeoque objectum illorum ub sapientes justasque causas nobis licet incognitas permitti potuit; tum in illis etiam actibus, qui dici possunt suprema? auctoritatis, nimirum contenti intra limites justi et redi, quorum nullam aliam rationem quaerere debemus præter Dei arbitrium et beneplacitum, cujusmodi et supernaturalis illa in genus humanum oeconomia et inaequalis distributio gratiarum. Eant ergo Increduli, et tanquam sapientes Philosophi Dei agant consiliarios, caque infinitae sapientia? suggerant media,queis Deus diversissimis diversissimorum hominum studiis,afleclibus, volis ac indigentiis (ad ipsorum fanatismuin) faciat satis; aut saltem ad respondendum suis dubiis .Numen adstringant sempiternum minuti Philosophi !

Legant Increduli magnifica divinæ Providenliæ præconia apud Tcijjik I.. 1. *de nat. Deorum:* apud Tertullianim L. *contra Marcion.* c. 24; apud Lactantium L. *de. ira Dei* c. 9. contra Epicurum ; apud S. Augustinum *de reri*

SECTIO HI. DE DEO PROVIDENTE.

§ 111. COROLLARIA.

Cum igitur verissimum sil, quod monet Seneca: « Quocumque te Hexeris, ibi Deum videbis occurrentem libi. Nihil ab illo vacat, opus suum ipse implet. Ergo nihil agis, ingratissime mortalium, qui te negas Deo debere, sed naturæ, fato aut fortuna?. Officium, si quod a Seneca accepisses, Annæo te dia'res debere vel Lucio, non creditorem mutares, sed nomen: quoniam sive prænomen ejus, sive nomen dixisses, sive cognomen, idem tamen ille esset. Sic naturam voca, fatum, fortunam, omnia ejusdem Dei nomina sunt, varie utentis sua potestate. » L. IV. *de Benefic.* c. 7. Itaque Providentiam Numinis infinite sapientem, o homo, prædica, sanciam adora, bonam ama, justam lime. Fundat hæc divinæ Providenliæ tides fiduciam erga Deum maximam; huic fidei ceu fulcro firmissimo insistit Religio, cum summam hominis a Deo dependentiam illustret, ac pietati omnium virtutum suggerat actus : ex liac fide pendebat salus Reipublicæ Judaicæ, quam illa deficiente premebant fames, pestis, bellum, arma Providenliæ vindicantis ; ct quam illa vigente ac reviviscente Providenliæ miserentis ac largientis munera recreabant.

Quin omnium temporum monumenta exhibent aptissima divinorum judiciorum exempla, insignium sceleratorum tragicos exitus, criminum secretissime admissorum detectionem et pœnam, gentium, dum probitatem ac virtutem coluerunt, felicitatem, carumdem in vilia ac irreligionem prolapsarum ruinam el interitum; et tam miris sæpe modis, lamquc contra omnem exspectationem, ul ex iis omnibus ælcrna ac infinita Dei Providentis apientia, potentia ct justitia clarissime elucescat. Igitur in omnibus provida· Dei voluntati non modo assentiendum, sed, ul præçipit Epictetus, tueri etiam apud alios oportet divinam Providentiam, ac imitari magnum illud palicnliæ exemplar Jon, cum diceret : *Dominus dedit, Dominus abstulit : sit nomen Domini benedictum.*

Incredulorum exceptiones nervose compressas exhibent Scherlock *dc haul. Dei.* Butler *Analogia Religionis naturalis cum revelata.* Youngius *in dtn Xachlgedanken,* pag. 297-99. Leonard Lessius, S. J. *de Provid. ct irnmorlal.animæ.* Georg. Stexgelius S. J. in Libro: *Mundus ct Mundi paries divina· bonitatis preeeones,* Jngolstadii 1645. P. Henr. Kilber, S. J. in Inst. Thcol. *Deo.* Augusti Noesselt *Verlheidigung der Wahrheil und Gœlllichkeit der l'hrisllichen Religion* Hallæ 1766

SECTIO IV.

DE DEI PROVIDENTIS OECONOMIA CIRCA RELIGIONEM.

§ 1. PR.ECOGNITA.

Vere problema dici potest vita humana, quod ut solvant, omnes Religio^ adlatorant. Quid est homo? cur terram inhabitat? unde venit? quo vadit? quæstiones sunt non parum arduæ, quibus ut satisfaciant, omnium gentium ac temporum sapientes eo modo respondent, quem sua cuilibet Religio dictat. Videtur ergo præhabènda cæteris ea Religio ceu sapientissima sanctissimaque, quæ isthæc quæsita expediat optime, modo scilicet, qui sil Deo dignissimus ac homini optatissimus. Quis vero sit modus iste, brevis divinæ œconomiæ circa veram Religionem descriptio et successivæ dispensationi? historia elucidabunt. Juvat autem praegustare primi hominis statum, nemp: creationem, lapsum et reparationem.

1°. Perfecta Mundi fabrica hominem formavit Deus innocentem et rectum, sive, ut aiunt, injustitia originali, quæ est prima hominis stola ac beati conditio, tot juribus ac privilegiis exornans primum omnium parentem. Nempe homo Deo chartis erat, angelis fere par, contra diabolicos insulte probe munitus, animo rerum cognitione et scientia amplissima, divinaque gratia et reliqua virtutum supellectili instructo, corpore vero perfecta? habitudinis sine vitio ac nævo gaudebat. In eo perfecta libertas, summa quies animi, nulli passionum ac perturbationum tumultus; divina identidem colloquia recreabant; fundebat tellus facilem jucundumque victura; posita vitæ arbor immortalitatis alimentum; divinam in homine imaginem bestir adeo venerabantur; divinæ gratiæ radius ubertim affluebat, et inhabitate! Spiritus Dei ac gratia sanctificans, vitæ interioris et spiritualis principium supernalurale. Videlicet cuncta suppetebant ad beatam vitam in terrisdegendam, ac caelestem deinde multo beatiorem obtinendam; licet enim terrestris tractus incola esset, coelestis tamen civitatis municeps erat.

2°. Verum homo, cum in honore esset, ab eo descivit, ct carpendo lethal? arboris mala, quibus illum interdixerat optimus parens, eam naturæ integritatem amisit, quam cum divina gratia acceperat; hinc natura corrupts status; hinc Dei hostis factus, qui ei prius erat in deliciis; stola prima spoliatus ac cœlesti excidens municipio, angelis horrori, dænioni ludibrio fuit; hinc paradiso ejectus in terram incultam; hinc morti addictus ac mortalibus ærumnis obnoxius, cujus jam nec formam amplius tremebant animantes, nec vocem agnoscebant. Libertas agendi relicta quidem est, sed longe debilior evasit . fomite peccati accenso , irritata concupiscentia, motibus passionum tumultuantibus, obductis ignorantiæ errorumque tenebris. Ita peccatura in summas animi et corporis angustias hominem redegit, ut nisi denuosuccurrisset divina bonitas, spe salutis omni caruisset,

3e. Homo lapsus cum non posset satisfacere læsæ Majestati, nec pristinam recuperare potuit felicitatem; et sicut Adam, si stetisset, eaindern naturamintegram iisdemque dotibus ac prærogativis instructam in totum genus humanum derivasse!, ita per obsequii desertionem ex pristino gradu dejectus et sceleris notatus infamia, hanc quoque posteris inussit, ut proscriptus a Deo gigneret filios justitiæ originalis expertes, iisdem ærumnis et miseriis obnoxios, paterni reos criminis, damnationis et maledictionis ejus hærcdes. Res hu^ manæin pejus semper ruissent, ac animæ immortales solutæ corporibus in ælcma morte cum Dæmone permansissent ; sed Deus stupendo charilatis mysterio (in quo vere justitia ct pax osculatæ sunt) in gratiam hominem recipit, et capitis sententiam in exilii pœnam mutat propter merita futuri Liberatoris. Hujus mediatione novum sancitur pactum (vere pietatis magnum Sacramentum) Unigenitus Dei Filius, assumpta ex Virgine natura, postquam decrevit eam offerre Deo plenissimam satisfactionem, quam ipsi reddere homo natura filius iræ ct debitor non potuit, factus propitiatio pro delictis totius Mundi delevit chirographum, quod erat contrarium nobis, exspoliavit principatus et potestates, atque ab æterna morte totum genus suum liberavit. Hisce praenotatis divina circa Religionem oeconomia splendidius illucescet.

§ II. THEMATA.

1. *Deus salis providit homini dc vera Religione in Lege Naluræ.*

Probatio. Deus sicut jamdum ab origine Mundi leges quasdam tulit ac promulgavit, quibus homines contineret, ut sibi propositum finem æternæ bcatiludinis prosequerentur; ita primis in curis semper habuit, ut veram Religionem ccu medium unicum obtinendi illius finis homines edocerentur. Et quidem in Lege Naluræ, Deus privatis quibusdam hominibus sui Spiritus copiam faciebat, a quibus dein alii rescirent, quis sit ille cultus Deo acceptus. Qeterum nullam iis legem scripto tradidit, sufficere ratus iis temporibus, quibus longæva esset hominum vita, continuatam primorum dogmatum ac preceptorum a Majoribus ad posteros transmissorum consecutionem. Ita primis nostris parentibus statim post lapsum patefecit venturum aliquando Liberatorem ex semine mulieris, qui antiqui serpentis caput contereret, veniam peccatis hominum mereretur, et cohæredcs regni sui cos efficeret, qui fide ipsi conjuncti pie et recte viverent ; pollicilusque est propter hujus seminis benedicti merita, se humano generi non defuturum; utque hujus Mediatoris memoria diutius vigeret, mactationibus bestiarum coli voluit, quibus clare significabatur, homines morti destinatos Agni immaculati cruento sacrificio aliquando liberandos fore.

Hujus neglectum ac despectum Religionis (cum omnis caro corrupisset nam suam) generali quidem diluvio justitia divina vindicavit; in Noemo tamen ejusque familia, quam suis Deus itidem promissis benignissime consolatus est, camdem conservavit. Tum vero 400. annorum spatio jam iterum evanescente vera Religione, cum Deum non mente, sed oculis quærerc homines coepere, solem et stellas colere alii, demortuos alii patentes et Reges adorare, alii muta et frigida simulacra venerari ; succuuil iiusum

hei benignitas, decernitquc unam a Nationibus caderis gentem segregare, cujus ipse esset gentilitius ct tutelaris Deus, quamque singulari cura tueret, augeret, institueret. In hanc adoptionis gratiam assumpsit Abraudiim, cum quo pactum iniit, cujus pars altera temporalis pertinebat ad progeniem carnalem et terram Chanaan, pars spiritualis altera ad semen benedicturi et universam gentem humanam ; quodque solcmni ritu et jurejurant sanctum voluit, Isaaco etiam el Jacobo confirmatum, ita ut appellari non st dedignatus omnipotens, *Deus Abraham, Deus Isaac et Deus Jacob,* Gcn.XVD. et XX.

11. *Plenius veram Religionem Deus edocuit in Lege Scripta.*

Probatio. In Lege Scripta (quæ successit Legi Naturæ, et pro qua Deas Mosis operam adhibuit) sacri ritus a Deo ordinati, qui religionem Judaicam ab aliis distinguerent, horum item rituum sacri ministri constituti cum potestate de rebus ad cultum divinum spectantibus judicandi : Prophète identidem divino afflati Spiritu oraculis ct miraculis divinam Religic" illustrabant : Summus etiam Pontifex Judaici ritus supremus judex fatidico instinctu concitus nonnunquam edebat vaticinia : tam vero peculiari providentia Deus semper rexit hunc populum suum, ut salus publica et reipublicæ incolumitas cum pietate et obedientia fuerit conjuncta, desolatioel afflictio rebellionem adversus Deum semper insecuta sit; quo modo apri populum duræ cervicis servata semper est vera Religio. Qua in re iduolandum praecipue, quod in Lege Mosaica ita Deus omnia disposuerit, ut ea, quæ acciderent, typi et tigune essent rerum futurarum; ut in ipsa Lege significaret venturum aliquando Prophetam similem Mosi, hoc est, Legislatorem et Mediatorem Testamenti, cui parendum sit etiam a Judaeis; utdemuinper continuam Prophetarum successionem, quo propiora erant Messiæ tempora, eo clarius illius personam, munera, vitamque omnem exprimeret.

111. *Plenissime Deus instruxit hominem de veritate Religionis in Lege Gratis.*

Probatio. In Lege Gratiæ (quæ est Evaiigclica) Deus multifariam multisque modis olirn locutus in Prophetis loqui nobis voluit per Filium, placiti veræ Religionis et verba salutis æternæ. Nascitur is Virgine .Matre, stirpe Davidica, in urbe Bethlehem. Templi Dominator et Angelus Testamenti; ab angelis annuntiatur pastoribus, sidere Magis innotescit, voce clamantis in deserto hominibus demonstratur, et clara etiam voce de coelo delapsa; quam Legationis suæ fungi munere incipit, instituens Ecclesiam, qnamm spiritu charitatis regit, suo sanguine pascit, sua gratia recreat, sua came saginat: in qua diversos Hierarchise gradus et ordines distinxit sub une supremo Capite, diversa ministeria constituit tum ad verbi Divini praedicationem. tum ad Sacramentorum adininislrationem, tum ad varium jurisdictionis Ecclesiastica· usum ; in qua indefectibilitas. perpetuitas, omnesqu·: præiOgatiyæ ac privilegia simul esse voluit, quæ in aliis duntaxat seorsim fuerant; iu qua demum propter passionem mortis gloria et honore coronaius, el summa rerum potitus Spiritum Sanctum illiusque dona distribuit, venturus aliquando cum gloria judicare vivos ct mortuos.

Hæc omnia, uti sunt cvidenlissima divinæ œconomiæ circa Veram Religionem aigumen Ia, ita sunt et ipsa tcslalissimæ fidei monumenta ex Sacris Annalibus Veræ Religionis, quorum summam itidem aulhentiani suo loco vindicaturi sumus.

DISSERTATIO

DE ItELIUOXE

sectio i.

NOTIO ET QUIDD1TAS RELIGIONIS.

§ 1. PRÆCOGMTA.

U ordinate procedant Nostra Vindiciæ, de Religione dicendum est primum generatim. Sicubi vero Religionis Christianæ prius occurrat mentio, quam ile Christianismo speciatim actum sit, hujus causa est, quod Vera Religio barum Dissertationum scopus sit; sera autem nonnisi una est, eaque Christiana. Faxit Deus, objectum, auctor, finis ac praemium Vera Religionis, ut dum versor in argumento tam gravi, scopo respondeat conatus et huic eventus; mens vero mea jugiter respiciat illam Salviam sententiam: « Tanta est Majestatis Sacra et tam tremenda reverentia, ut non solum ea, quæ ab impiis hominibus contra Religionem dicuntur, horrere ; sed etiam quæ pro Religione nos ipsi dicimus, cum grandi metu et disciplina dicere debeamus. »

§ II. THEMATA.'

1. *Religio est Cultus Dei Legitimus.*

I'ηυBAτιo. Qui non Deum, sed aliud quid veneratur ac colit sine ullo ad Deum respectu, cultum præstat non religiosum, sed vel officiosum, vel superstitiosum ; et qui Deo cultum exhibet, sed contra legem ac voluntatem Dei, Deum non tam colit, quam subsannat. Proin ut veri nominis Religio detur; cl Dei sit cultus, et legitimus sil, oportet. Cum vero Deus infinitis gaudeat perfectionibus, legitimus Dei cultus non est, nisi summus, summi amoris erga fontem lotius et perfectionis et felicitatis crcatæ, summiqueobsequii erga Conditorem, Moderatorem, Dominum, Patrem ac Finem Illinium creaturarum. Igitur Fundamentum Religionis csl primo exis en ia Creatoris infinite perfecti, qui, licet sibisufficientissimus atque ini se ipso · i i cissiinus creaturis ηιὺι indigeat; lamen inexplicabili boni a e cie

II·

didit uti ad suam gloriam, ita ad a ternam illarum beatitatem : Secundo existentia creaturarum, quæ sicut non sunt sine Deo, ita sine Deo felices es non possunt; ac proin se totas Deo debent, cl non tantum observantiam, subjectionem, obedienliam, fidem, pietatem, amoris timorisque allectum; sed officia et obsequia omnino omnia honoris, laudis, gratulationis, adorationis, ac quæcumque attestantur, Deum propter infinitam excellentiam dignissimum esse, pro cujus honore vitam cum sanguine profundamus.

II. *Religio exposcit ab homine tam intellectus quam voluntatis erga Deum obsequia.*

Probatio. Religio partim Theoretica est, quæ (cum præstalur ab intellectu) exigit, ut de natura el proprietatibus nature divinæ recte sentiamus: partim Practica, quæ (cum a voluntate exhibetur) postulat, ut Deum diligamus, invocemus, metuamus, colamus signis etiam externis. Itaque deficit Religio quoad officia Theoretica, ubi species Numinis corporea fingitur, qin omnis a divina Majestate aliena est ; ubi Atheismus est, Polythéisme. Theismus, Manichæismus, Epicureismus, Idololatria; quia qui vel nullum vel plures Deos vel Deum corporeum vel nostri incurium, vel pro Deo simulacra et bestias colit, Deo indignissima tribuit. Deficit quoad officia Practica. ubi vani et superstitiosi ritus sunt, quales crant apud Ethnicos Aiuspicum atque Augurant Religiones; ubi ludi, qui nedum foveant pietatem, »l avocent potius et abducant, quales erant Circenses ct Scenici; verbo, ubi cdium ct contemptus Dei, desperatio, superstitio, magia, infidelitasct krresis pro amoris et timoris obsequio redduntur Deo sapientissimo, veracissimo, providentissime, sanctissimo, ac in omni genere perfectissimo.

Demum ut plenissime satisfiat officiis erga Deum : si Deus leges ferat, iis exactissime parendum est; si quid vetet, fugiendum; si quid mandet, ewquendum ; si beneficia conferat, grates agendæ; si quid inferat pœnæ, æqiiinimiter tolerandum ; si re quapiam indigemus, ab eo summis precibus flagitanda ; si annuat, gratulandum; si renuat, acquiescendum est ; et si quid a nobis admittatur, quod cum recta ratione non consentiat, ct vel Deo ingratum, vel proximo grave sit, venia exoranda, culpa lacrymis cluenda est, ut sicut Deum cognoscimus, ita in omnibus glorificemus.

111. *Religio exigit cultum Dei non solum Internum, sed etiam Externum.*

Probatio. Religio, quæ solum exterius Deum colit, ncc Deo ncc homine sal digna Religio est, plebeia nimis ac fere paganica. Religio mere, interni et Deo ct homine digna magis, at minus plebi accommodata est; igitur vera et perfecta Religio est. quæ utrumque Deo cultum exhibet, tum ut rode vulgus erigatur ad interna, tum ut sapientes demittantur ad externa. Quippe oportet plebem nosse spiritum litterae, et doctos litteræ suum spiritum submittere per exterius obsequium. Hinc ubicumque invaluit Religio, invaluit exterior Dei cultus per templa, preces publicas et sacrificia, ita nl pro Impure Legis Nature hunc externum Deo cultum primus exhibuerit Exos.de quo etiam ipsa jamduin Abelis ct Caini ac postea Noemi sacrificia attestantur; in Lege autem Mosaica a Deo, et in Lege E' angelica a Christo cultus externm

ac publicus fuerit institutus. Idque ad nativam hominum constitutionem ac propensionem, qua non solum mentem ct voluntatem, sed omnes, quas natura dedit, facultates corporis ad Dei cultum conferre oportet, quo fiat tam corporis,quamanimæ sacrificium; animæ Deum super omnia diligentis, et corporis per externa signa testificantis, Deum vitæ ac mortis supremum arbitram esse.

Conditi nempe sumus propter Deum Ct in laudem gloriæ ejus; proin uti de Deo recte existimare ct bene erga cum affici, sic recte agere neeesse est. Et profecto exercitationes corporis externæ naturaliter comitantur internos animi motus, eosdem sensus in nobis intendunt, ct (quod in honore publico praecipuum est) contagione quadam excitant in aliis cultum itidem religiosum. Domum quia Religio publica in omnibus una esse debet, signorum quoque externorum conformités ad pacem ct mutuam gentium consensionem plurimum conducit.

Verum cum Nature Divinæ infinita majestas sil , testanda est sumina reverentia, maximaque in cultu externo gravitas, ne summa in Sacris reverentia Mahumetanorum a.c Ethnicorum confundat Christianorum irreverentiam; et cum Deussit Ens sanctissimum, simulque cordium scrutator oculatissimus, non solum admovenda est divinis Aris castimonia corporis, sed pura etiam ct incorrupta mente perfungi oportet officiis Religionis. Nam simulare pietatem contumelia est, et Sacris sese immiscere absque pio animo, contemptus est Majestatis. « Donis impii, ait Tllius, ne placare audeant ‹ Deos : Platonem audiant, qui vetat dubitare, qua sit mente futurus Deus, « eum vir nemo bonus ab improbo se donari velit. «

Objic.L Nequit Deus intendere quidquam prorsus inutile : sed cultus a creaturis exhibendus inutilis est; tum quia Deus in scipso perfectissimus ac felicissimus hoc cultu non indiget; tum quia sinit Deus, undique grassari impietatem atque irreligionem, quod seriæ voluntati divinæ de cultu ac obsequio Religionis omnino repugnat.

Resp, Frivolum hoc Tiiomasii argumentum 1°. nimium probat, videlicet Ileum ne Mundi quidem creationem potuisse intendere, eo quod nihil inde Itoni valeat percipere : 2°. Retorquetur a Cl. Heineccîo dc cultu interno, qui, licet Deus illo non indigeat, tamen Deo debetur ob summum in creaturas dominium, summamque creaturarum a Deo dependentiam. Deus itaque sui cultum intendit ab hominibus eo fere modo, quo Princeps de terra suscitans inopem hujus intendit gratitudinem, non ut bonum, quo ditetur ipse aul perficiatur; sed ut tributum, quod reddi pro beneficiis suprema ratio jubet. Impietatis ac Irreligionis fere per Universum dcbacchatio nihil prejudieat sunniæ Dei seu bonitati seu potentiæ. Nam divina omnipotentia dc his, qui non faciunt quæ vult, obediendo, facit ipsa quæ vult, puniendo. Infinita Dei bonitas, quod non redametur ab homine (cujus amori sese totam impendit pro odio identidem reddens amorem), vel exinde commendatur magis ccu dignissima omnium fide, amore, adoratione, confidentia, timore, gratiludinc, .'urnmaquc mentis et corporis subjectione. Principem beneficum ac lil>eraieru, quisquis vecors non fuerit, laudat, extollit, amat ct veneratur; ergo tanto plus Deo id præstandum, quanto humanis præstant divini fa voies,

Objic. II. Si Deus naturæ auctor Religionis etiam sil auctor, eadem universis mortalibus colendi Numinis ratio inde a natunc primordio proscribi debuit, ne diversitas cultus Divini diversas inter se gentes collideret. Verum quot sunt gentes ac nationes, tot fere sunt aut fuerunt cultus diversissimi.

Resp. Consensus populorum in admittendo exteriori Numinis cultu, in quantum auctorem habet Deum et concernit substantiam Religionis, semper fuit unanimis, pari vigens modo, ubicumque audita est vox naturæ; unde Cicero in Oratione pro Flacco : « Sua cuique civitati Religio est ; Deum quippe natura venerari novit ; nec quisquam est homo, qui lege, quæ hoc pneeipiat, carcat. » Signa xero cultus exterioris (modo indecori nihil habeant, et hominis in Deum declarent observantiam) varia pro varietate Regionum esse, haud obstat : sive enim alicubi stantes, alicubi flexo genu, alicubi expansis in cœlum manibus orent homines; sive Cain de fructibus terne, sive Abel de primogenitis sui gregis munera Deo offerat; ubique gratum Deo sacrificium, si pie oblatum. Attamen sacrificia liquorum et pecorum, exterior quædam corporis demissio in ipsa Dei invocatione, amor cl gratiarum actio, quæ primorem Dei cultum constituunt, pari omnium consensu recepta; et in Lege Nova unica oblatio munda in omni loco offertur et sacrificatui·.

Objic. III. Cultus Dei externus recens adinvenlus est, et quidem ab arbitrio, phantasia et superstitione hominum, adeoque indignus Deo cl natura rationali; hinc Seneca ridet Idololatras, quod exteriore cultu sua prosequantur Numina, cujus sententiam laudat S. Augustinus L. VII. de Civ. c. 10. Ita Rousseau *Emile* Tom. III. pag. 94. et Toussaint op. *Les Mœurs* P. I. c. 3. p. 64.

Resp. Hæc quam sint falsa, omnes omnium temporum, omniunique nationum historiæ eloquuntur; si quidem nulla unquam gens fuerit solo cultu Dei interno contenta; sed populi omnino omnes ritibus, ceremoniis et sacrificiis quibusdam externis suos Deos coluerint; atque ipse adeo Machiavelli» simulato cultui Religionis externo suam pseudopoliticen inniti voluerit. Cum igitur hæc persuasio hominum universalis ac ualuralis sit ; neccssum videtur, pro Vera Religione eum ritum externum fuisse aut generice (ut in Lege Naturæ) aut magis specifice (ut in Lege Mosaica et Evangelica) a Deo determinatum, ne is pro libitu hominum in ridiculos, superstitiosos ac sæpc detestandos abusus recideret. Idololatræ suis Idolis deferebaut cultum externum hominibus deferri solitum, ita ut crederent ex suis muneribus xel Diis commodum accedere, vel suum Diis internum allectum innotescere: quod utrumque merito ridet cum Seneca Augustinus ; quia Deus non eget nostris bonis, et scrutator cordium est.

Contra Rousseau cl Toussaint op. *Les Mœurs,* vide plura in D. Ernesti Vindiciis arbitrii in Religione constituenda.

Objic. IV. Deus in spiritu ct veritate adorandus est, ut docet ipsa Veritas apud Joannem. Deus non colitur, nisi amando, verba sunt S. Augustini. El Minutius Felix iu Octavio, « hæc nostra sacrificia (inquit hæc Dei sacra sunt; apud nos religiosior est ille, qui justior. » Non ergo colendus est Dcfc signis externis ac corporeis.

Resp. Christi et Augustini verba hoc sensu intelligenda sunt, quod sine interno affectu nihil prosint externa opera pietatis; atque id contra errorem Juditorum, quibus tota ratio divini cultus in solis externis ceremoniis erat, t lrumque internum el externum cultum Christus conjungi voluit,ita ut interior cultus per opera externa manifestetur, atque exterior vclut animetur ab interiore. Hinc multa discipulis servanda ipse mandavit; hinc Pharisæis hypocritis dixit : *Hæc oportuit facere, et illa non omittere.* Minutius Felix non cultum exteriorem vere Christianum, quem pie ac devote obiit ipse, sed vanas ac impias Gentilium superstitiones redarguit. (’trinque S. Thomas vere Angelicus : *Adoratio corporalis,* ait, *etiam in spiritu fit, in quantum ex spirituali deootione procedit, et ad eam ordinatur.* 2. 2. q. 84. a. 2. ad 1. *Idololatre? deridentur ex hoc, quod ea, quæ ad homines pertinent, Idolis exhibeant, non tanquam signa excitantia eos ad aliqua spiritualia ; sed tanquam per se iis accepta, ei præcipue quia erant vana et turpia.* 2. 2. q. 31. a. 7. ad 3. Constat itaque vera in Deum pietas (ex omnium Patrum ac TT. sensu) his Iribus: reverentissirnis de Deo sententiis, piissimis in Deum affectibus, et cultu Dei externo honorificentissimo.

SECTIO II.

UTILITAS RELIGIONIS.

§ I. PRÆCOGNITA.

Sub imperio sanctissimi et justissimi Numinis utilitas et pictas divisæ esse non possunt. Agnitionem et cultum veri Numinis ad hominum utilitatem privatam æque ac publicam conferre plurimum, demonstraturus sum adversus turbam Impiorum, quorum Corypbæi Cardanus et Hobbesius Religionem hominibus noxiam, Bayllus inutilem, Rousseau et Lasserrius rebus publicis minime convenientem pestiferis scriptis traduxerunt. Spinozæ vero systema, cui quamdam dedit auctoritatem novitas et forma geometrice elaborata, uti Religionis ita felicitatis humanæ eversivum, omnium perniciosissimum ac sceleratissimum est; cui tamen seu vesania seu impietate vix qiiicquam cedit Emilius Rousseau, in quo, ut omnem penitus Religionem eliminet, eam hominis educationem proponit, vi cujus homo non sola communicatione cum Deo, sed omni etiam humana societate ut ut innoxia spoliatus, ad bestias el infra sortem brutorum abjicitur.

Rousseau in Libro : *Principes du Droit Politique,* I762.Laserrius: in Libro: *lm vraie Religion démontrée,* 1745. Ejusdem impietatis est sebediasnia : *Naufrage des Isles flottantes,* 1753...

§ II. THEMATA.

I. *Hominis plurimum interest, sive ad conditionem privatam, sive ad societatem naturalem, esse Religionem.*

Probatio. Religio ceu agnitio et cultus existentis ac providentis Dei. homini aperit ordinem rerum maxime optandum, cum Irreligio inscenam immittat tristitia et horrore plenissimam. Quippe Religio nobis exhibet in renim universitate Rectorem sapientem, benevolum, beneficum, propter infinitas virtutes summe amabilem, cujus optimis et sanctissimis decretis cuncta primum constituta perpetuo ordine decurrunt Amplificat naturam hominis et auget ejus dignitatem persuadendo, nos divinam sortitos originem cnm optimo parente Deo, cum Ente infinite perfecto habere quamdam similitudinem et cognationem, atque esse quædam ejus simulacri». Adjunctam habet securitatem, summam spem atque solidam felicitatem docens, optimi parentis ditione cuncta contineri, ejusque beneficam erga bunœ voluntatem, propter infinitam sapientiam atque potentiam nunquam suis finibus frustrari; etiamsi adversa utamur fortuna, habere nos in spe divini praesidii maxima fortitudinis et constantiae adminicula; spem quoque injicit, non esse hujus mortalis ævi limitibus finitam hominum vitam, extremum diem nostrum, non extinctionem (quam refugit natura) sed commutationem tantum loci afferre, aeternique natalem esse. Tandem excitat ad omnes virtutes, quæ mentem exornant, pacem et tranquillitatem animis ingenerant, adjungunt nobis alios homines, et cujus commoda sunt infinita.

Irreligio vero Alheistica statuit, tenere in Mundo principatum vim quamdam infinitam sine ratione, sine consilio, sine benevolentia, temere el sine lege cientem motus necessarios : naturam humanam vilissimam, ejus originem fortuitam, et vitam acervum atomorum adslruit, quarum si commissurae dissolvantur, vitam nostram omnem interire neccssum sit : nullam affert securitatem, cum teneat fortuna imperium; Spem nullam, quia omne bonum nostrum constituit in iis, quæ nec in nostra sunt potestate, nec nos ut atomi ullo modo curant, aut juvare possunt : horrenda etiam expeclatione mortis omnes lætitias eorum inficit, qui in ea omnia putant interire, atque post exantlatos vitæ labores nihil homines manere, præter eïtinctionîs malum sempiternum : demum vitiorum laxat halienas, quæ mentis corporisque habitum corrumpunt, animum Aegritudinibus elidunt, alios homines a nobis alienant, contemptum cient cl odia, præter innumera alia incommoda. Praeterea cum irreligio seu alheistica impietas tollat necessitatem bene agendi ortam ex consideratione Numinis sanctissimi, omniscientiset omnipotentis; omnem quoque spem praemiorum, omnem metum suppliciorum, sicque honestatis ac felicitatis conjunctionem dirimat; mutua hominum erga se officia, eorumque perfectam obligationem penitus tollit cum summo detrimento societatis naturalis.

Quanto igitur præstat sapientia cæcitati, benignitas et beneficentia temeritati, ordo confusioni, gratissima concordia tristissimae anarchiæ, spes et securitas horrori ac desperationi, virtutum decora ac praemia vitiorum probris et suppliciis; tanto gratior est aspectus Religionis ad vitæ tam privatae, quam socialis commoda ulilissimæ.

II. *Religio præcipuum fundamentum est Status Civilis, cui illa optimos et Principes et Subditos effurmat.*

PnoBATio. Summa horninum in terris felicitas erit, si Imperantes æque ac subditi tales sunt, quales eflbrmat Religio, uti fraenum despolismi ac tyrannidis, frænumque rebellionis ac perlidiæ, sic calcar ad honestatem, ad virtutes, ad quæ\is summa et optima. Namque Principes efficit Religio semper memores, se Deos esse terrestres, omnes vero homines esse fratres; lotam suam potestatem a Deo esse, ut sit divinæ ajmula in bonum subditorum, sed ct Dominum Dominantium esse in cœlis, cui subdantur omnes Magnates terne; supremam judicandi ac vindicandi Regibus esse potestatem, esse vero judicem judicum, qui judicaturus sit universos eo districtius, quo major potestas el latius imperium homini concessum fuerit; eorum imperium omne his geminis duntaxat fulcris insistere : Deum diliges ex toto corde et proximum sicut teipsum; consciis suae fragilitatis humanæ conquiescendum esse in consilio prudenlum, in exemplis Majorum, in legum divinarum iiumanarumque regula, et in recto affectuum moderamine; Dei honorem quaqua via promovendum in primis curis esse debere, ut divino hoc studio divinam pro patria benedictionem demerentes, veros se probent patriæ Patres; nunquam a Principibus ceu vicariis Dei in terris permittendum esse, ut majestas nominis el muneris aut injustitiis aut oppressionibus subditorum inquinetur; imitatores divinæ fidelitatis in promissis., sapienliæ divinæ in administranda Republica, divinæ œconoraiœ in dispensatione gratiarum cl panarum, pacis et longanimitatis divinæ .in condonandis et vindicandis injuriis, esse Principes oportere.

Subditi autem quam erunt boni, qui colunt Religionem, eia Religione excoluntur? Cives nonnisi optimi esse possunt, ubi, duce Religione, conscientia perpetuus ac fidelis monitor inter ipsas vitæ distractiones sua ipsis officia elculpas ob oculos ponit ; ubi infirmitates corporis, vitæ hujus calamitates, rerum terrenarum vanitas, mors inevitabilis ac sœpe repentina fratrum continuo in mentem revocant rationem reddendam judici omniscienti ac omnipotenti, qui rimatur intima cordium, et nihil impunitum relinquit; ubi mentem identidem subit cogitatio, quod vita hæc brevissima ad œterna vel .audia vel supplicia hominem deducat. Sequantur subditi in omnibus ductum Religionis, et Deum in Principe suo reveriti ejus mandatis promptissime obsecundabunt, si bonum publicum ea spectant; sin, cum quodam etiam suo detrimento parebunt, ac simul pro suis Rectoribus ad Deum preces fundent. Ubiubi poterunt, sui Principis onus alleviabunt, ct nou tam timore ducti, quam amore, nec minimum aut fidei aut obsequii detrahent vel in iis etiam, quæ occultissima sunt, et fraudibus palent nunquam erupturis. Quidquid ore proment, corde recondent, aut opere exhibebunt, Deo et Regi grata aestatui proficua erunt. Dictet Religio.quæcumque erga Deum, seipsmn ut alios homines officia; adimplebunt omnia exactissime, Deum ex toto corde super omnia, seipsos amore ordinato, el proximum sicut seipsos diligentes propter Deum, non spe terrenorum sed bonorum coelestium; obedientes prepositis etiam discoli&non tantum propter iram, sed etiam propter conscientiam; inimicis pro malis bona et pro odio reddentes amorem ; ceu meub

bra ejusdem corporis totis viribus commune bonum procurantes, vitiorum osores, cultores v irtulum, vanitatum contemptores, Dei et Christi imitatores; indeque suorum hostium terror, amicorum fulcrum, patria? ornamentum, suorumque Principum gaudium et corona.

Fingamus autem omnes Reipublic® cives factos subito Incredulos, omni vacuos erga Deum et homines reverentia, omni sensu honoris et justitiae, omnique pudore; quis erit exitus? Existet (uti posuit Hobbesius) bellum omnium contra omnes, in quo licebit vi et dolo lentare omnia, atque ad communem salutem necessum erit, per leges et pœnas civiles adigere reluctantes ad illam temperationem morum, ad quam a Religione sine labore tinguntur; et ad illa invite praestanda officia, quæ imbuti veræ Religions sensu cum jucunditate obirent.

Objic. I. Religio enervat animos, exarmat manus ad fortia, impellit ad infima; ac totum fere Evangelium redundat prœceptis ac monitis ad injuriarum condonationem, vindictae odium, tolerantiam, suique abnegationem; et nimia simplicitate quam fidelibus inculcat, el nimia severitate qua illos constringit, omnem deperdit dignitatem ac utilitatem Religio praprimi? Christiana, qua? omnium maxime vera dicitur.

Resp. Evangelium Christi Christianis primorum temporum easpræcipuovirtutes commendat, qu® fervente tum persecutione fidelium pr® cæleris craul necessaria*; alias dum prêtent, non excludit, nec plane tacet alibi. Vincen· autem in bono malum et pali injuriam ex amore Dei, numquid generosissimum est? columba? simplicitatem admiscere serpeMisprudentiæ,numqiiid sapienti philosopho convenientissimum est? domare rebelles appetitus, el sui ipsius victorem esse, numquid spiritu forti dignissimum esi? Odisse inimicos, malefacere his qui oderunt nos, crudam ubique vindictam (parère, natur® corrupta· pravisque affectibus in omnibus fræna laxare; in his certe nec sapientia, nec vera fortitudo est, nec dignitas aut utilitas ulla; cum potius internecini odiis cives ista inter se collidant, statum fœdis cupiditatum mancipi et rempublicam truculentis facinoribus ac mille cædibti' perturbent.

Objic. II. Etiam ii, qui profitentur Religionem, etpræmii acponææk'rnilatem sperant aut metuunt, creduntque animorum immortalitatem, turpissimis se se Ilagitiis dedunt; cui igitur bono sit Religio? Ad hæc nulla unquam gens fuit, est aut erit, qua? ad normam Religionis exacte vivat, et felicitatem consequatur vi Religionis veræ obtinendam; dum interim falsis Religionibus consistant Regna ct floreant.

Resp. Quid tum? Numquid ex eo, quod peritissimus Regum aut Prindpurn minister, non obstante communis felicitatis melius procuranda· scientia, tamen rempublicam deperdat, rite concludas, haud necessum esse, ul alius quidam minister Regni quamvis imperitissimus suo munere misereat' infauste fungatur?Succumbet navis æque. sive imperitia sive ebrietas Navarchi eam praecipitaverit. Id certe evidens, quid valeat Religio, siquidem ah Imperantibus et subditis digne exculta; et contra quam pestilens sit Atheimnis aut Irreligio human® societati. Nec sane defuerunt unquam uti veræ Religionis cultores, ita veræ felicitatis 'consortes^ nec desunt hodie, qui pie·

talem ad omnia utilem esse, suis exemplis commonstrant. Sit vera undique llelido, sit exactus undique cultus veræ Religionis, sint omnium vita et inores ad praescriptum veræ Religionis; el Mundus erit paradisus, qui sine Religione tetrum chaos est. Demum apud eos, qui falsis Religionibus vivunt el conservantur, est non solum falsa Religio, sed aliud simul verissimum nalura· dielainen, a quo falsa etiam Religio totam vim suam salutarem accipit, videlicet vivendum esse cum Religione; quod si abesset, ncc ipsa? falsu Religiones, neque Regna persisterent aut perdurarent.

Objic. III. Omnis Religio verius est aut superstitionis filia,aut fructus panici timoris, quam Magistra pietatis et causa seu privatae seu publie® felicitatis; siquidem cervicibus hominum imponat sempiternum Dominum, quem dies el noctes timeat homo, omnia providentem, et cogitantem, et animadvertentem, el futurorum horrore mentes humanas percellentem.

Resp. Irreligionem poliori jure dixeris superstitionem, et turpissimam quidem. Docet namque Religio, Mundum et universa in Mundo regi ab infinita Dei Providentia ad sapientissimos fines, cum Impii ac Increduli eam denegent Providentiam, et Athei pro ea fatum aut cæcam necessitatem indurant. Atheismus nihil plane novit de Numine, et superstitio tale Numen effingit, quale si esset Deus, cessaret esse Numen. Ille negat Deo debitum ;· hæc pravo rere debitum exsolvit : illa Deum adorat, ne noceat, æque adoratura diabolum, ut absit metus ; hic de Deo ejusque justitia renuit scire, ne M judicis et futurarum poenarum cogitatio mentem concutiat. En, quam improbi timoris partus sit cum Atheismus, tum Superstitio. Vera Religio non habet quod metuat, cum sciat aut credat, Deum amore nostri totum hoc universum et omnes creaturas condidisse; Deum in omnibus Maritissimum esse patrem, qui nostras precesct vota praeveniat, qui dona sua gratis in nos congerat, e malis bonum nostrum eliciat, soletur in adversis, erigat a lapsu, et faciat cum tenlatione proventum ; Deum adeo protecturum suos, ul sine ejus nutu nec capillus de capite decidat ; Deum hujus vitæ felicitatem a suis voluisse praegustari ceu pignus futur® in altera vilaæternæ felicitatis.

Metus ille, quem incutit vera Religio, salutaris est, avocans voluntatem a vitiis, quorum natura maxime noxia est, excitans ad omnes virtutes, quarum infinita sunt commoda. Nec proprius Religionis effectus est metus turbulentus, cum illa potius suavem jucundamque spem mentibus ingeneret; hic vero improbos tantum afficiat, confitentibus Epicuro et Lucretio, « non posse jucunde vivi, nisi honeste vivatur. »

Objic. IV. Si vis tanta in Principes veræ inest Religioni, aiunt Increduli, deberent longe pinres reperiri in monumentis Imperiorum, quam reipsa inveniantur summi et optimi Principes ex eo, quod sint aut fuerint (idoles ac Christiani. Scilicet Principes etiam viri nascuntur communi fato haeredes uaturæcorruplæ et pravorum affectuum, quos nec splendor natalium eximii i majoribus fors periculis amittendæ integritatis, ab instrata rosis .via, quæ ducit ad devia, et ab adulatione mille modis adnitente, ut ne scipsosaut suæ dignitatis officia cognoscant.

Resp. Attamen sola est Religio, quæ arma subministrat Principibus ad dc-

pellendas hasce insidias. Praestantia Religionis in eo est, quod Imperaulesiis imbuat placitis, quæ et Principum et suorum subditorum felicitatem certissime promoveant. Si pravorum affectuum potius, quam Religionis ductum sequatur Imperans; quid culpæ recidat in Religionem; cum quotquot fuerint Principes verae Religionis cultores, totidem extiterint populorum deliciæ, fulcra et decora insignia imperiorum ? Enimvero recenseant suos Increduli summos et optimos sine Religione Principes. Princeps sine Religione, quhd Deum non novit, vel non colit, nonne sua superiorem libidine legem oneratur nullam, nec ullum sui judicem formidat, nec vitam sperat post hanc meliorem, suis duntaxat commodis se natum reputat, subditos pra se despicit ceu abjectissimos homulos in id propemodum natos, ut imperantium excessibus deserviant, vilissima irae, vindictae, superbiæ, ac cujusvis regii facinoris instrumenta? Num Irreligio vel unum Nekoxem aul Domiulxh commutavit in Titim aut Axtoxixljj? .Numquid solius Religionis opus esi ac fuit semper, ex leonibus eflbrmare agnos, et ex tyrannis Principes numeris omnibus absolutos, qui meritis praemia, demeritis supplicia decernant,tollant abusus, subditorum leniant onera, miserias sublevent, indigentiissuccurrant, bonos mores edictis et exemplis commendent, artes et scientias subministrent. pacem colant et tranquillitatem publicam, subditorum saluti sollicite invigilent, et ceu fratres ac filios paterna cura, favore clamore subditos complectantur?

Objic. F. Si vero tarn amplam pro Imperantibus auctoritatem, el laro cwcani pro obsequentibus submissionem decernat Religio ; facile ad despotismum ac tyrannidem deflectet potestas Principum, et in seditionem nimis dura subjectio populorum. Quotusquisqueenim estdesummis Imperantibus, qui ad praescriptum Religionis suum expleat munus? Si autem Deo et Religioni non Obsequantur Principes; ut quid subditi Principibus obediant. quorum duro nimis regimine opprimuntur populi? Ita Increduli, omnis scilicet jugi et divini et Immani impatientes.

Resp. Ex cantu avem, ex contemptu legum et Regum spiritum fortem, ex spiritu rebellionis et contra Deum el contra Dei in terris vicarios incredulum Theislam quis non internoscat? Verum audiant Impii, quid circa Principes, et quid circa subditos vera Religio constituat. Equidem Regum potestas inter homines summa est, sed relate ad Deum vicaria duntaxat potestas severissimo olim judicio Dei subjicienda, et relate ad subditos velut urbs refugii pro cunctis civium angustiis ac necessitatibus sublevandis; quapropter Christus, qui verbo et opere quamplurimum commendavit Magistratuum honorem ac reverentiam, tamen Reges hoc solum titulo decoravit , qui bene/ici *vocantur.* Ubi sacrae Pagina· de Imperantium Majestate ac potentia memorant, simul eosdem hortantur, ut vitent superbiam, metuant ac spernant adulationem, consilia optima exquirant, leges revereantur, justitiam colant, suorum mandatorum rigorem clementia temperent, faciles civium querelis aures, et liberales egentibus manus praebeant. Si vero monita hujusmodi haud satis coerceant justitiæ limites egressam Magnatum lerrte licentiam, minas et pœnas Regibus intentat gravissimas Religio.

Sapientiæ VI. 2. « Audite ergo Reges et intelligite. discite judices finium terrae Praebete aures vos. qni continetis multitudines, ct placetis vobis in lur

bis nationum : quoniam data est a Domino potestas vobis,et virtus ab Altissiino, qui interrogabit opera vestra, et cogitationes scrutabitur: quoniam cum essetis ministri Regni illius, non recte judicastis, nec custodistis legem justitiæ, neque secundum Dei voluntatem ambulastis. Horrende et cito apparebit vobis : quoniam judicium durissimum his, qui præsunt, fiet. Exiguo enim conceditur misericordia; potentes autem potenter tormenta patientur. Non enim subtrahet personam cujusqnam Deus, nec verebitur magnitudinem cujusquam, quoniam pusillum et magnum ipse fecit, et æqualiter cura est illi de omnibus. Fortioribus autem fortior instat cruciatio. Ad vos ergo Reges sunt hi sermones mei, ut discatis sapientiam et non excidatis. » Ecquidnam in hac tam fervida oratione Religionis ad Reges, quod despotismum inspiret, ant hrannidem foveat, cui nulla magis infesta Religio est, quam Christiana?

De subditorum vero obedientia quid tradit Religio? Non eam in ira aut vindicta, sed in conscientia; non in Legislatoris privatis dotibus, aut in leeum humanitate ac suavitate eam inniti vult, sed prtecise in auctoritate Imperantium ; quos qui audit, Deum audit, per quem Reges regnant, et leiuin conditores justa decernunt. Huic vero basi'insistens obsequendi necessilas quam parum adversus Deum, tam parum valet adversus potestatem divinitus concessam, quamvis ejusdem fiat abusus. Nam et discolis parendum esse non sine fructu patientiæ et merito gloriæ, monet Princeps Apojtnlonim. En, quam sancte provideat Religio et tranquillitati publica* civium simulet Principum securitati? Minime autem metuendum, ne subditorum bedienlia etiam facinorosæ Imperantium voluntati se conformet caeca nimis et phantastica: quippe injusta praecipienti reponet cum S. Petro, magis Deo, quam homini obediendum esse; et si facinus urgeat Imperans, minis ac vexationibus aliud non opponet, quam lacrvmas, preces, patientiam usque nax obedientia* legitimis Principum mandatis præstandse; at non minus reterens erga leges divinas, quarum violationem nulla potestas humana valeat imperare.

Objic. 17. Tametsi nulla sit Religio, quæ,Regum ac Principum commendet dignitatem, potestatem extollat, et pro Majestate summa deposcat obsequia; tamen ipsa sal dictat ratio, Caput reipublicae supremum Dei esse karium, et summo Principi summos deberi honores. Inde est, quod jamlumante legem seu Mosaicam, seu Evangelicam, gentes suis subjacerent I .ibus cum exacta obedientia, perfecto cum obsequio, ct cum stupenda non raro demissione ac veneratione.

Resp. Quandonam fuit Mundus, et non fuit Religio in Mundo? Eosdem um Mundi et hominis ortu natales Religio habet. Quamprimum ergo exorta •ant Regna el Imperia (quorum originem accuratius discutere hic non vacat) 'ium regimen Religio effinxit optimum; dc quo in Lege Veteri res plane indubia, cum regimen fuerit thearchicum ; Lex vero Evangclica omnium aaiime illud perficit, cum doceat, Deum ipsum et auctorem et exemplar ·".· omnis potestatis; Reges esse præcipuos Dei ministros ct vicarios Aitis- • mi: unice a Deo pendere coronam regiam ; ab omni humano judicio in Irtoporalibus exemptos esse summos Principes, ct soli Regi Regum eorum mbjici imperium ; Regibus proin obediendum esse in omni timore, quorum •d·?· solium penes suum Deus erigi voluit in conscientia subditorum. Igitur

non tam natura et ratio (quæ cordis humani libertatem magis, quam vincula allectant) rem istam perfecerunt ; sed præprimis Religio, exactissimam erga Imperantes observantiam ac obedientiam popidis persuadendo, el legum onus ut ut durum Dei amore magis, quam timore emolliendo.

111. COROLLARIA.

Qnam ergo vitæ et societati humante ac civili proficua Religio est, tam sunt eidem noxia Theistarumel Atheistarum scripta, quibus Religionem ceu basin felicitatis humanæ suffodere conantur. Exulet enim a Statu Religio, nec sil amplius obedientia populorum obligatio iu conscientia et meritum coram Deo; corruet slatim legum vis et auctoritas omnis, personæ Imperantium contemptui ac risui exponentur, et ex Republica bene ordinata exsurge! ananhiæ chaos funestissimum. Quippe norma Principum et fræuuiu subditorum est Religio ; et tamesti sua Principi voluntas suprema lex foret, nihilominus Religioni deferre debet propter subditos, quibus illa emollit Principis jugum, ita ut propter Deum humano Magistratui parere gestiant. Princeps, qui verbis aut factis derogat Religioni, quanto popidis scandalo, tanto suadignitatis periculo exponitur, semoto fere unico fulcro suæ Majestatis; in quam quid valeant subditi omnis Religionis expertes, occulte eorum machinae facile exhibebunt. Portentum hominis est Princeps, qui Religionem, tantillum solatii in laboribus et ærumnis, quæ subditorum libertatem indies magis coercent, subditis invideat, ac suam sibi securitatem.

SECTIO III.

NECESSITAS RELIGIONIS

§ J. PR «COGNITA.

Quod, quid tollit Deum et Religionem, veram ac propriam tollat potestatem Magistratuum parendique obligationem, quæ hominis conscientiam afficiat; patet cx Incredulorum utroque antesignano Spinoza el Hobbesio. quibus auctoritas omnis est in sola potestate cogendi, non in jure, sed in viribus, ita ut. si cives Magistratibus resistere possint impune, jure resistant. Qui cum politicam potestatem separent a Religione, sequitur etiam, quod illa pœnis tantum, non item praemiis suas sancire leges possit; cum Magistratus humanus non habeat vel sufficientem praemiorum supellectilem ad bonos omnes remunerandos; vel saltem omnium tenorum praemiandorum notitiam, eo quod hæc pendeat ex interno hominis consilio. Qua vero ratione hisce defectibus medeatur Religio, adverans Religionis æque ac Reipublic® hostes nunc decernendum.

ÿ 11. Themata.

l.Sine Belirjioue non est vera honestas, uti perperam prætenduni increduli.

Phobatio. Vera honestas nititur cumprimis vera dilectione proximi ad illam nonnam : *fac alteri, quod tibi vis fieri; non fac, quæ vis tibi ab altero m fieri.* Regnet in omnium cordibus hæc dilectio; ct nulla erit in .Mundo injuria, violentia, fraus, invidia, depraedatio, calumnia, aut quodvis aliud litium, quod turbat Rcmpublicam. Hanc Aero legem mire perficit ac vehementer inculcat his verbis Religio : *diliges proximum tuum, sicut teipsum;* non solum quia ejusdem naturæ sunt homines, aut cumdem omnes naturæ auctorem habent; sed ideo etiam, quia cuncti fidele^sunt filii Dei adoptivi, ipsius Dii initatis imagines, ejusdem Patris, qui Deus est, ejusdemque Matris, ijuæest Ecdcsia, dilectissima pignora, membra unius corporis sub uno capite Jesu Christo, qui est unigenitus Dei Filius, conjuncti in terris fidei imitate, coronidem mysteriorum participes, ac tandem ejusdem regni, quod est in lœlis sempiternum, hæredcs felicissimi. Imo ne quid deesset perfectioni hujus Legis, noluit Christus mutuæ dilectionis normam esse virtutes aut vitia proximi, injurias aut beneficia aliorum, sed universalem esse voluit erga probos ct improbos, amicos ct inimicos, concives et advenas ; hujus ipse in croce exemplar, Patrem exorans pro persecutoribus et deicidis.

Huic vero dilectioni Proximi adversatur, ceu infensissima hostis,philautia; quæ vero nomine audit in ^erbo Dei cupiditas ob eosdem utrinque malignos effecta : quod enim avarus immitis in pauperes et erga divites invidus ; 'uperbus contra æmulos virulentus ac factiosus machinator; voluptuosus ad 'occm honestatis et justitiæ obduratus sit; cx cupiditate, cx philautia, ex defectu mutuæ dilectionis christianæ est. Quantopere autem non detestatur 'era Religio cupiditatem ct philautiam? vocat laqueum diaboli, malorum universitatem, etætcrnum væ multoties utrique intentat. Adde, Irreligionem evlerminare metum gehennæ ac pœnarum æternitatem, sicque omnem honestatem : quid enim ad honestatis amorem et odium inhonestatis efficacius, quam illa etiam ad summos Principes, etiam inter secretissima crimina u« Religionis : omnium, quæcumque cogitas, desideras, perpetras, machinaris. omnium testis, judex et vindex est Deus omniscius ct omnipotens, item : *Nolite timere eos, qui possunt occidere corpus, animam vero'non possant occidere ; sed potius timete eum, qui potest et animam et corpus perdere in gehennam.*

II. *Nec vera Probitas consistere potest cum Irreligione.*

Probatio. Vera probitas non est nisi in vera virtute; vera autem virtus nulla est nec esse potest apud incredulos, utpote quorum virtus, ipso teste Rmiovirtutis alheisticæ laboriosissimo apologeta, non est aliud, quam temperamentum hominis, seu indoles bona, utilitatis propriæ studium, vanitatis nrtmetus humani cflcctus. Sola igitur Religio, quæ Deum *divinasque per*fedioneset agnoscit, el colit, el amat, ct imitetur exercitatione virtutum muinie arduaium ac vere heroicarum, veræ probitatis *magistra* est ; sunt

autem, diligere inimicos, potius mala omnia perpeti, quam malum facere, inter dirissimas persecutiones div ime voluntati se conformare, caduca Mundi bona omnia despicere, x i tam, famam et omnia Dei beneplacito consecrare... ad quarum virtutum fastigium nemo hactenus sine vera Religioneductalia est. Religio, impiam, quæ omnes hominis sententias, affectus, actione, atque externum etiam corporis habitum ex scientia veri el ex amore rreti constanter moderatur; (pial cum Deo sentit et judicat, cum Deo anutd desiderat, ministra est actionibus Dei, cujus cxeqtiitur voluntatem ct providentiam adjuvat; quæ obligationes nostras commutat in officia amoris el gralitudinis erga Deum; quæsimul arma subministrat, qumcuimpic virtutum obstacula perrumpendi; quæ ad virtutes excitat uti promissione divini subsidii, ita præmii ælerni certitudine juxta mensuram nostrorum in lue vita laborum, dolonmnac meritorum.

Vide Baylm *Pensées diverses,* § 129. — 133. Ita testantur Cr Ousazus in iw· Examine Pyrrhonismi, et Wariii ivrox Tom. I. P. I. § 4. de Div. Miss. Moώ.

Qtiam demurn cordi sit incredulis vera virtus ct probitas, vel c\ eo conjicies, quod cum Montesquieu virtutem saltem in .Monarchiis negent oblinere posse, imo cum .Mvndevh.lio etiam vitia statuant necessaria in Républicain, fere verbis : non tam virtute stant et flarent Respublical, quam civium intemperantia; experientia enim compertum habemus, privatorum vitia publica esse beneficia, el ad vires ac potentiam Imperii promovendam mullum conferre, videlicet proferendo commercia, ct celeriori mercium consumptioni occasionem praebendo; sic bibendi intemperantia quam multis prodest civibus? viifitoribus, qui colunt vincam, nautis ct rhedariis, qui advehunt, cauponibus, qui divendunt, publicae rei. cujus auget reditus :sk quoque .Magnatum luxus ingentem numerum mercatorum ad eoas ct ncciduas oras ire cogit. — Monstra hominum et opinionum ! sic quippe orale et parricidia quis vetabit, quis evitabit, cum sint aut vespilloni aut caniilki proficua? Monstra, inquam, ipsis etiam Ethnicis horrida!

Montesquieu in libro, *VEsprit des lois :* III. T. I. Mvxuevu.lus in libro. *Apiun Fabula,* qui initio Jacobi M vssti larvato nomini inscriptus fuerat. 1740. Quos vero P. Axro.x. Schmitt S. J. in Méditât, Philosoph. copiose ac solide confutavit, Hcidclbergm, !7tW. Quin et ab Ethnicis sonore vapulant, ducente Tullio : « Pervertunt homines ea, quæ mint fundamenta natmæ; Ônm utilitatem ab honestate sejungunt. Omnes enim expetimus utilitatem. ndcamqtK rapimur, tiec facere aliter ullo modo possumus. .Nam quis est, qui utiliafughll? aut quis potius, qui ea non studiosissime persequatur ? sed quia rtOsqmun possumus, nisi iti laude, decore, honestate utilia quærere. » Et Su.rrsno lestante : « Post subactam Graeciam primum fractæ eruperunt res Romain in pejus ruero, quia ibi insuevit exercitus populi Romani amaral, pilare, signa, tabulas pictas, vasa cælala mirari, ea privalim *et* publico rapen'. delubra spoliaro, sacra profanaque omnia polluere, nt ait Roratus :

" SteVlor armis
σ LuTurid iucubtiu, vk-lumque ulciscitur orbem. »

III. *Absiptc Hcliijione non est sive imperans sive subditus fpiisipiam statui rere pro/icuus.*

Probatio. Exulantc Religione erit in Repnblica pro lege fundamentali ; quod libet, licet ; procul erit tides el pietas; sinceritas vix ulla inter homines ixirsistcl; nihil in fœderibus publicis, in juramentis, in promissionibus, in contractibus ut ut solenmibiis et sacrosanctis contra vim et fraudem sal tutum ; amicus amico lupus erit, si c re sua videbitur; conjugii rumpetur vinculum, ubi charilas refrixerit; prolium vix curam habebunt parentes, ut sumptus suppetant patri ad pellices fovendas, et matri ad lusum ct luxum; a liberis nec parentes vitam vivent securam partim ob pauperiem, partim dicamdeni inorum contagionem ; bellis, furiis ac depraedationibus, aut certe injustitiis miscebuntur omnia; frustra invocabit subditus aut potestatem Principis, aut judicum lequilalcm·, cum hi secundum cruda Irreligionis principia maxime formidandi, quia polcnliorcs; populo tanidiu sui oppressio toleranda videbitur, dum desperatio adversus Imperantem promptis arma inanibus inferat ; ac demum quid viduis, pupillis, egentibus et tcnelb.e juventuti pie educandic liet, ubi suprema cuivis lex sua utilitas ct sua voluptas est? Paucis : erunt Principes crudelitatis ct ambitionis portenta, quotquot rem .Mlzkxtio Deorum el Sacrorum contemptores, erunt subditi, omnis ιψ·ιles Religionis, totidem suorum Principum ac Rcipublicæ proditores. Inde Co.xsr.vMiis Ciilorus quamvis idololatra, facta suis Aulicis Christianis iptimic, vel Christum ejurandi, vel aula excedendi, eos omnes cx Aula indignahiuidtis ejecit, qui suæ Religionis Christiana* desertores gratiam Imperatoris Christo anteferebant; ratus, non fore terreno Principi fideles, qui in Regum Regem perfidi sint.

Igitur sine Religione non est Magistratuum auctoritas veraci propria, nec perfecta legum civilium sanctio, ulpote ad pleraque societatis humaine officiante urgenda insufficiens,et nonnisi vindex publicorum criminum : «quatenus manu, nl ait Tullius, tenere potest. » Dum contra Religio nobis exhibeat Deum supra et circa nos stantem; factorum, dictorum, cogitnIwiiimque censorem, qui habiturus sit bonorum ct malorum rationem, bainines constituai in omnimoda necessitate parendi legibus, etiam in secretissimis locis, omnem tollendo spem fugiendi supplicii.

Atque hanc Religionis vim ad continendos cives intellexerunt Legislatores annes; idcirco studiose populorum animis inculcarunt esso Deos, ct ad wum tribunalia ciijusvis hominis vitam expendi; hinc non satis secura udebaliir subditorum fides, nisi jurejurando firmata, eo quod unius Reli-.'wiiis vini in subditos maximam censerent ; hinc periculosissima semper blbitaantiquæ Religionis immutatio laminam a Majoribus tradita», altumque mimis posterorum insidentis; hinc omnes ad unum Philosophi^ quamvis [•lures dispalando sustulerint Deum aut futuram vitam, hanc tamen opinionem animorum immortalium, Demumquc Religionem pro firmissimo lλτηιι praesidio habuerunt. Athei etiam hac manifestissima Religionis utilitate permoli in omni ævo decreverunt, illam a Legishlnribus inventam Muead salutem et incolumitatem Rcipublicæ. Jd certissimum ex lota anti-

quilale, quod Irreligionem nunquam non insecuta sil ruina Status, el cum Religione culta semper eMoruerit felicitas Imperiorum.

IV. *Incredulі uti Reipublicæ pestes, ita suorummel jurati hostes sunt.*

Probatio. Increduli ct sect alios, quos sua irreligione inficiunt,omni privant et fructu et solatio Religionis, æternique interitus præsentissiino periculo objiciunt. Sapientissimi quique Legislatores consuerunt, Religionem fortissimum esse vinculum vitæ Socialis, sine quo humanis officiis haud satisfiat, nec vera sit hominis felicitas. Non esse sine timore Domini sapientiam, cujus ille initium est. affirmat sapieulissimus Regum. Infelicem esse, qui in prosperis nesciat uti moderamine, et in adversis solamine carcat; utroque autem destitui, qui Religione destituitur, certissima docet experientia. Ethnici adeo Philosophi senserunt cum Apostolo, onmiumque gentium assensu firmata veritas est, quod pietas in Deum et hujus et futura vitæ repromissionem habeat; ipsaque ratio dictat, stultitiam esse maximam, qiwl impietatis socios, tot sibi metuendos hostes conquirere, atque in hac simul ct in altera vita summis sponte miseriis involvi.

Hæc autem omnia Incredulis conveniunt : nam Deum malorum vindicem negant existere, quod optant, sed non probant, nec unquam a tota Impiorum turba probari potuit; sicque in horrendas divini Judicis manus se sc ultro projiciunt. Quod est sine Religione Respublica, scilicet tetrum chaos, hoc est sine freno Religionis cor hominis, indomitis affectibus velutmare exaestuans; et in hoc mare scopulis ac syrtibus infestum se se precipitant increduli, dum favet fortuna, mente captis, dum non favet, desperabundis similes. Sapere supra modum affectant, et insipientissime® se produnt, cum quod dictat vera sapientia, ignorent aut despiciant, sibimet contradicant, virtutem a vitio non discernant, votum depravati cordis pro voce nature venditent, impios exoptent suos amicos; miserrimi in vita, quia pax impiis nulla, et ab impiis nulla securitas; miserrimi in fine vitæ, quia sine fide futurorum et sine spe melioris vitæ; miserrimi post hanc vitam, quia, cui credere, in quem sperare, quem amare impie recusarunt, ætemumsentient vindicem et propriae et alienæ impietatis.

Objic. I. Ratio Status, honos Monarchiæ. summa Imperantium auctoritas sufficiunt omnino ad obtinenda omnia subditorum officia, quin stimuli* addat Religio. Ad hæc leges humanæ pœnas decernuntct praemia, ceu inedia prorsus efficacia ad obtinendam subditorum exactissimam obcdienliam; Religionis ergo nulla est necessitas.

Resp. Ubi deficiunt vera virtus et probitas, quas Religio commendat et perficit, genuinus amor palriæ, verae studium gloriæ, sui abnegatio, terrenorum contemptus, cupiditatum refrenatio; cultus, timor et amor Dei subditorum ligantis conscientias, et pœnis aiternis seu inobediontiam populorum, seu crudelitatem Imperantium castigantis; pro securitate Principis, pro incolumitate Imperii, pro pace ct tranquillitate publica nihil veri subsidii habebit Status, sive a brachio semper extento Principis ad coercendos subditos, sive a praerogativa Regiminis Monarchic!, sive ab honore Status: quæ omnia sine vera virtute fallacissinia, cl sine Religione vanissima suut præsidia. Non eigo dignitas, utilitas et necessitas Religionis immolanda

toinniodisStatus; sed nexus utrinque cl subordinalio faustissima'piocurari debent.

Leges vero civiles externam quidem civium obcdienliam urgere valent; at non amorem sincerum, animi graliludinein, affectum compassionis, veram fiduciam, providam benevolentiam. Impediat humana potestas fraudes et injustitias publicas, furta, homicidia et seditiones; at non fallaces insidias, adutias, clandestinas strophas, aliasve reconditas animi pestes, quæ serius aut ocius hominem æque perimant, ac apertus invasor et homicida. Multa etiam mala nequidem velari aut puniri possunt legibus publicis, ac proin permittenda sunt ad evitandum majus malum. Quin ct omnes leges ac pœnæ vixdum proficient quidquam contra illos, qui aut effrenes spernunt, aut potentes illas non metuunt. Denique potestas humana omnis neque scit, neque si scit, valet omnia omnino aut praemiare bona, aut castigare mala; quod soli Deo proprium esse omniscienti et omnipotenti, dictat ratio, et docet Religio. Hæc quia animorum domina, ipsa subditorum corda sanctificat, potest ac debet actus etiam internos vel malos cohibere, vel bonos promovere, idque vel metu pœnæ, vel spe praemii sempiterni.

Oty./7.Frænum cupiditatum ac vitiorum, sat potens Incredulis, est horror dedecoris, et laudis cupiditas. Athei etiam servant sensum justi et injusti, ac inter bonum et malum discrimen percipiunt. Probant denique mores eorum, qui Deum et divinam Religionem olim ac nostris temporibus sustulere, quod in vita instituenda parum sectentur principia sua philosophica ; uti de Stoicis compertum habemus, et de conspicua Diagorae, Theodori, Evomeri, Nicanoris, Hipponis, ipsius Epicuri, Romani Cassii, Attici, Plinii antiquioris et aliorum virtute, memoriæ proditum est.

Baylius in Libro : *Pensées diverses sur la comète.*

Resp. Cicero, Plato aliique ad veram honestatem requirunt, ut propter seipsam virtus diligatur, et vitium odio habeatur ex nativo utriusque merito; cl inhonestissimum ipsis etiam Ethnicis moralioribus visum semper, colere virtutem, et vitare flagitia in oculis duntaxat hominum, at coram Deo oculatissimo æque ac sanctissimo, clam et impune si possis, perpetrare quæque tatpissima. Judex horret infamiam injuslitiæ; sed morum pravitas dudum ineocxlinxit lumen fidei chrislianæ; non jam cogitat aut metuit amplius judicem judicum; cupiditates, quarum cum Religione fraenum abjecit, exsatiare non potest sine læsione muneris sui ; quid fiet tandem? Sicut Reli-.ionem litavit morum licentiae, ita honorem muneris litabit pravis affectibus iniquissimus ibi judex, ubi non palam appareat iniquus. Quæ vero causa, tametsi æquissima, subsistet ad tribunal ejusmodi, quod honestatem ac Religionem dudum condemnavit? Num ipsi increduli optarent aut concederent sibi jus dici a tali judice Religionis experte, et non potius a judice, qui sit chrislianæ fidei etæquitalis?

Insit omnium hominum animis appetitus laudis; tamen apud vulgus vim cupiditatis nequaquam suspendet, qua in praesentia commoda ferri *solet.* Itirro favor popularis aurae semper adjunctus est divitiis et *polentiæ; proin* appetitus laudis magis stimulat ad has comparandas, quam ad *irtulis cxcrcilium. praesertim cum potentia et diviliæ cupiditatum omnium explenda-

rumineffa sint. Demum allectiones istæ non veram sinceramque virtutem sed hypocrisin tantum valent procreare; a publicis avocant sceleribus J privatis liabenas laxant. Quod sua principia non ubivis sequantur increduli id solum fit, vel dum contraria sunt sensibus internis, quos exuere non po^ sunt, vel opposita cupiditatibus, quarum vi abripiuntur; non item ubi sunt cupiditatibus consentientia. Nam res foret admiratione dignissima, si vis appetitus aucta principiorum atheisticorum auctoritate non inclinaret voluntatem atheisticam; cum plerumque habeat illam vim, etiam renilenie ratione et terrente conscientia, imo sub æternorum suppliciorum commi-natione, prout Christianis Increduli objiciunt.

Quod autem ad virtutes veterum Incredulorum attinet; cx paucorum hominum vita it s non conficitur, quia in hominibus ingenue educatis,d quorum ratio probe exculta est, quique se totos dederunt Philosophi® studio, servare vim magnam potuit sensus justi et injusti, atque nota rerum discri-mina, cum naturæ excultæ bonitate victi sint. Cumque etiam singularitate doctrinæ oculos in se omnium convertissent, non parum cos afticietut publica existimatio. Denique necessum quoque ipsis fuit, ut bona vita amo-verent publicam invidiam, quam ipsis conflabat philosophandi ratio abhor-rens a vulgi opinionibus. Hæc vero motiva in vulgus rude et incultum vim nullam habebant; neque in aliis veræ et perfectae virtutis, quæ ab omni vanitate et philautia longissime distat, laudem evincunt.

Obj.HI. Latum est discrimen, aiunt Increduli, inter nos et illos Const,vvtu Imperatoris aulicos viros : a nobis enim nonnisi persuasis de falsitate Reli-gionis Christian® Christus deseritur ; cum illis fidem Christianam, quam crederent vere divinam, repudiandi aliud motivum nullum esset, quam utilitas propria, gratia Principis et aulæ honos. Perperam quoque inter nos ct inter Epicurum aut Lucretium fit comparatio; cum nequaquam simus discipuli eorum, qui palam profitentur Atheismum , et nequidem legem sequuntur naturalem, quæ est nobis sacrosancta.

Resp. Si tam innoxii sunt a perfidia hodierni Increduli, occur Christi doctrinæ tum primum assentiri desierunt, cum inciperent Christi præccpU violare? Nonne vita in pejus commutata fidei pariter immutat® ratio fuit? parergo utrobique motivum defectionisa Christianismo. Si vero cordis depra-vatio tam altis lixam radicibus Religionem confcstim eradicavit; quid porn» non valeat etiam contra legem naturæ in Incredulis Christi desertoribus? Nam pravi allectus multo facilius virum honestum (cui sola lex naturæpr vitæ ct fidei regula est) transformant in hominem flagitiosum, quam Chri-stianum hominem suæ Religionis optime gnarum in virum plane incre-dulum.

Quod a primis ct celeberrimis suæ Irreligionis defensoribus et magistri? passum unum recedere amentur ; ct placet conatus, quo non obscure Calen-tur, quod ratio et lex naturalis luce Evangclii magis nunc collustrata aliquan-tum dispellat crassissimas ethnici Athcismi tenebras; ct non placet, quü Iheismus eorum reipsa non est aliud, quam infausta soboles Athcismi pa-ganici, iisdem nixa principiis, queis Epicuri ac Lucretii atheistica impietas.

Vide Dissertationis X. Sectionem II.

r 4T

i W

SECTIO III. NECESSITAS KELIGIOMS.

Obj. IV. Bcligio etiam Christiana impunita relinquit ilagitia societati liumanæ prorsus exitialia, si quando ipsi judices corumdern scelerum rei sunt; idque ad exemplum Christi circa Mulierem in adulterio deprehensam, quam pœnæ subduxit clam insinuando, judices ipsius æque reos esse. Et quot non sunt inter Christianos, qui tametsi Religionis tenacissimi sint, sine studio virtutis, sine observantia suorum officioi-um, stiarum passionum mancipia et probra honestatis?

Hesp. Ita videlicet Pharisæorum astutiam superare contendit malitia Incredulorum. Christum illi adoriuntur maligno consilio, quo vel reum crudelitatis, si adulteram condemnaret; vel legis inimicum, si eam absolveret, essent accusaturi : sed pudore suffusi a Christo nec verbulo obloquuntur, et majorem humana sapientiam in Christo suspiciunt. Increduli vero et Christum et Christi Religionem criminantur in hoc Christi gesto, quo nec legem violavit, nec pœnam in scelus statui prohibuit; sed ab insidiis se expedire, ct consilii malignitatem illaeso etiam honore malignantium patefacere sapientissime voluit. Non minus proterve vitia Christianorum ipsi impingunt Religioni; cum vitia hominum sint, non Religionis; cujus quotquot dogmata lidei et morum placita sunt secuti, ad virtutis et sanctitatis perfectionem pervenerunt, membra Ecclesiæ et Reipublicæ honestissima ac utilissima. Cedo vel unum vere Christianum, qui ad leges Evangelii exacte vixerit, ct bonus civis non fuerit? Cedo vel unum, qui abjurato Evangclio ad castra Impiorum transfuga melior factus sit civis, ac ante fuerat? Profecto si meminisse libeat, quod, si qua inde ab extremi belli tempore morum depravatio, et humanorum divinorumque officiorum quidam aut neglectus aut contemptus insedit terris antehac fervide Christianis, ex scriptis, dictis ct factis Incredulorum suam habeat originem ; evidens erit, Statum, quo addicliorem vene Religioni, eo feraciorem optimorum civium esse.

DISSERTATIO III.

SECTIO I.

QUIDDITAS, EXISTENTIA ET VERITAS RELIGIONIS.

§ I. PRÆCOGNITA.

Qui veram Religionem, quæ est Christiana, impugnant, pleriqueetiam Naturali Religioni reipsa excidium minitantur; maxime quod Scripturam sacram, uti omnem revelationem ceu Naturaliste abjiciant, in qua tamen vel continentur, vel fundantur officia omnia Religionis Naturalis. Hæc cum dictet et urgeat legum præcipue naturalium observantiam, de utrisque agendum. Lex vero et Religio Naturalis oriuntur ex summo jure divino imperandi, *et hoc non* tantum ex eo, quia omnipotens est; sed etiam quia Dei omnipotens voluntas sanctissima est, æquissima et sapientissima, quæesi ipsa lex æterna ac immutabilis, illi decernens jus imperandi,'qui fines optimos novit, mediaque maxime idonea ad hos optimos fines obtinendos; quique propter infinitam perfectionem omnia optime moderari et vult et potest. Eadem toti naturæ rationali imponit obedientiæ officium, cum ostendat, hoc Dei imperium omnibus profuturum.

§ II. THEMATA.

I. *Per Religionem Naturalem rite intelligitur collectio officiorum omnium,sive erga Deum, sive erga seipsum et proximum, quæ ex Divince Naturæ et conditionis humanae consideratione ratione investigari et concludi possunt.*

Probatio. Hæc notio vere constituit cultum Dei internum et externum, qualem recta ratio dictat naturæ rationali ; ac vere eumdcm discernit a Religione snpematurali, quæ insuper Mysteria continet intelligentiæ nostræ inaccessa, atque præcepta imponit viribus gratiæ supero® adimplenda, utraque a Deo auctore fidei et gratiæ supernaturalis mortalibus libere communicata. Igitur nature insita Religio Naturalis cum hominum sensibus nascitur cl explicatur: evolvitur argumentatione, et demonstratione fulcitur : naturalem

rerum ordinem et Providenti® naturalis leges inquirit, officiaque duce natura designat in cognitis rerum convenientiis posita, vere intrinseca, necessaria, indelebilis in animis hominum ratione utentium. Per Legem autem Rationis seu Natur® intelligitur collectio praeceptorum, quam sua cuique conscientia promulgat, aut quam sibi proprio marte potest conficere.

II. *Existit Religio Naturalis vera vereque divina, quam homo exequi tenetur.*

Probatio. Existit Deus summe perfectus et infinite sapiens natura rationalis Conditor ac Rector, qui ineundo consilium creandi Mundum non potuit non a natura rationali intendere tum sui cognitionem et amorem (ideo et in terra et in cœlo sapientiæ et magnificent!®' suæ explicans divitias, et unirarsa cœlestia et terrestria condens in hominis gratiam), tum sui venerationem per certos ritus et sacrificia. Hic vero est cultus Dei exterior ad contestandum supremum Dei dominium, ille autem interior ad redamandum tot bonorum auctorem, patrem optimum et summum benefactorem ; in quo utroque stat Religio ; naturalis, quam ipsa dictat ratio officiorum et praeceptorum naturalium præco ; vera vereque divina, quæ natura rationalis legisque naturalis auctorem et sui auctorem habet Deum.

Igitur merito Doctor Gentium Græciæ stultos potius quam sapientes pronuntiat inexcusabiles, qui cum per ea, quæ facta sunt,sempiternam Dei virtutem cognovissent, eum tamen non sicut Deum glorificaverunt, aut gratias egerunt; sed in cogitationibus suis perditi nefanda quæque perpetrarunt, non intelligentes, quoniam, qui talia agunt, digni sunt morte, ut qui perpetuam supremæ rationis legem offendant. Rom. I. 20.

III. *Existit Lex Naturæ nostræ congruens, diffusa in omnes, dictans officia naturæ rationalis, ac præprimis Religionem erga Deum.*

Probatio. Est quædam vite ratio, quam necessario probamus, et sunt quædam vivendi principia tam evidentis æquitatis et sapientiæ (e. g. suum cuique tribuendum, fidem servandam, beneficiis gratum animum deberi), quæ doctis et indoctis sponte innotescunt, temporum omnium et locorum omnium communia ; atque hinc sensus justi et injusti tam est naturalis, tam constans et uniformis, ut nullis possit praefocari praejudiciis, aut passionibus extingui, aut praemiis corrumpi ejus judicium, vigens in sceleratissimis·, quibus ita gratiosa est virtus, ut invite probent meliores. Est ratio in homine, quæ in vita instituenda et in singulis fere actionibus perpetuus et domesticus monitor est, et quidem cum tanta auctoritate, ut homo rationis monita nequeat contemnere, quin naturam hominis aspornetur, et ipse se fugiat. Est in singulis hominibus meriti et demeriti sensus, delicti et innocenti® conscientia, vel cum jucunda voluptatis affectione, quæ vitam ad dictata rationis institutam semper comitatur; vel cum angore et cruciatu, quibus perturbantur et eliduntur ii, qui magistram vit® sequi recusant Rationem; id quod de Impiis et Atheis confitetur Lucretius.

Sensui interno. Rationi et Conscienti® consentiunt naturales hominis propensiones. queis ad omnia vite officia commovemur: quis enim cogitaro

queat excellentissimam Dei naturam ac infinitas perfectiones, quin admiratione teneatur, et ad augustissimi Numinis adorationem, timorem et amorem rapiatur? unde factum, ut omnes gentes in colendo Deo consenserint. Quid magis a natura commendatum, quam diligere alios ct benefacere? Hujus generalis bcnevolentiæ et gratuits bonitatis tanta vis est in omnibus hominibus,ut ignotis periclitantibus ultro succurramus, et naturali commiseratione in omnium miserorum opem feramur. Demum quemque a natum excitari ad quaerenda ea, quæ sunt conservantia sui status el ejusdem perficientia, nullus dubitat.

De ingenio et moribus aliorum hominum quid? Certissima est illa Socratis et Platonis observatio, nullum esse juvenem rudem et omni vacuum praejudicio, qui si recte ac methodice sive de rerum veritatibus, sive deregulis morum interrogetur, non apte respondeat; ex quo experimento alii concludebant, scientiam esse reminiscentiam ; alii veritates primas esse homini innatas; inde vero certum, eas ab ipsa natura edoceri. Experientia constat, perditos homines æquum ferre judicium de aliorum hominum actionibus. Novimus, quod etiam flagitiosi aliquam virtutis rationem habeant. Nullus est, qui suas actiones licet turpissimas defendere non studeat, et illis recti speciem induere. Denique esse legem naturalem, omnes populi agnoverunt ; omnesque sapientes et Legislatores admiserunt legem, quæ, ut ait Tullius, « nec hominum ingeniis excogitata, nec scitum aliquod populorum sit, sed æternum quiddam, quod universum Mundum regat, imperandi prohibendique sapientiam. »

§ III. Corollaria.

Atque ex his itidem liquet, Spinozam, Hobbesium, Mandevillium, Sextoi Empiricum aliosve Incredulos sua in Legem et Religionem Naturalem rebellione ipsis Ethnicis sceleratiores et nonnisi vetustissimorum inter paganos Atheorum, Callidis, Carneadis, Archelai, Aristippi, Epicuri et Pyrrhonis discipulos esse sceleratissimos. Nam sicut apud Calliclem luxuria, intemperantia el licentia, modo facultas suppetat, virtus est atque felicitas; et apud Carneadem nullum est jus naturale, nulla justitia, aut si sit aliqua, sumina est stultitia : sic apud Spinozam jus naturale uniuscujusque hominis non sana ratione, sed cupiditate et potentia determinatur. Apud Hobbesium homines in statu natura· ferociores sunt lupis, ursis et serpentibus; et status hominum naturalis est status belli, et omnium contra omnes ; imo quivis in ista conditione perpetuo intenti sunt in aliis seu fraude, seu vi, seu quovis alio modo praoccupandis. Apud Mandkvillkm privatorum vitia ut ut lege ac Religione naturali prohibita, publica sunt beneficia. Ibi ratio? ubi pudor? ubi humanitas ? hæc procul dubio vox esset totius sanioris antiquitatis ethnicæ, qua, si revivisceret, rationalis naturæ abortus detestaretur.

SECTIO H.

INSUFFICIENTIA RELIGIONIS MERE NATURALIS AD VERAM JUSTITIAM.

§ I. PRÆCOGNITA.

Theiske seu Naturalistic, ut gravius deprimant Religionem Christianam, insolenti praeconio extollunt mere Naturalem, cujus officia tam sint in aperto constituta, ut ab omnibus etiam rudibus facile et dilucide perspiciantur ; cum illa Christian® sint obscurissima; et cujus ductum secuti Gentiles honestissime vixerint, cum Christianorum multa et magna sint flagitia. Hujus meritis regnum cœlorum adscribunt, ut adeo Voltaire Socratem, Solonem, Aristidem, Zoroastrum, Alexandrum, Trajanum, Marcum Aurelium et Julianum Apostatam sanctorum fastis ausus sit adscribere; et Mvrmontel in recentissimo suo opere *{Bélisaire,* cap. XV.) Tito, Antonino, Trajano, Catoni et Aristidi per ridiculam apotheosin vitæ gentilis ac barbaræ præmia inter cœlites decreverit.

Verum cum ex omnium seculorum experientia compertum habeamus, neminem unquam sola ratione duce omnes ad Religionis et honestatis optimam institutionem necessarias veritates comprehendisse; fuisse barbaras et efferatas gentes in doctrinæ ac vitæ ratione parum a belluis abhorrentes ; apud omnes gentes etiam cultiores, quæ nec Mosen nec Christum institutorem habuerunt, summam opinionum perversitatem viguisse; inter omnes omnino Philosophos ne unum quidem repertum fuisse, qui universam de Deo et moribus doctrinam complexus omnia vitæ et Religionis officia docuerit, quin veris falsa misceret ; non admodum difficile fuerit, hosce Paganismi restauratores ct adoratores revincere evidentisshnis argumentis, queis demonstretur, ex Religione sic dicta Naturali nullam esse aut unquam fuisse veram justitiam, et nullam salutem esse posse seu paganis seu hodiernis incredulus, qui cum fide in Christum omnem divinam Revelationem abjiciunt; imo et horum et illorum Religionem nec esse, nec fuisse unquam veri nominis Religionem naturalem. De justitia, quæ scientiam veri el amorem recti.ceu duo præcipua veræ Religionis officiacompleclilur, ducamus initium.

§ II. THEMATA.

I. *Religio sic dicta Naturalis non est sufficiens ad recte sentiendum.*

Probatio. Gentiles solis naturæ viribus relidi nunquam non pessime hallucinati sunt circa substantiam Deitatis, ejusdemque cultum ac Religionem. Nam gentes ornnino omnes, si Judaicam excipias, idololatria) fucnmt mancipata*, ita ut aliæ militiam coeli, solem, lunam et astra, aliæ genios et dæmones, aliæ heroes ul ut sceleratos, aliæ plantas vel brula,

boves, crocodillos et vilissima quæque animantia, aliae metum adeo, febrem» ipsamque impudentiam pro Diis colerent. Nec sanior erat de Divinitate sensus gentium etiam excultissimarum : Chaldæi enim inter caderospopulas sagacissimi draconem venerati sunt, et Bel suum rati, invisere in templo fœminas, ibidemque epulari : Tyrii, obsidente Tyrum Alexandro, Herculis statuam funibus vinxerunt, ne fugam arriperet : Graeci Jovem, Bacchum, Venerem et alia id genus portenta adorabant : Romani dispersa toto orbe Numina collegerunt, summa exin Religione superbi, quod nullam respuerent superstitionem : Galli, praeeuntibus Druidis suis, inanibus simulacris thus adolebant, quod et Germani praestiterunt.

In cultu autem Numinis quam multi ritus ridiculi, quam futilis pompa, quam vana Augurum et Aruspicum divinatio, quam multa scelera et flagitia diebus festis admissa, et religione publica consecrata? Baccho placebat ebrietas, Veneri luxuria, furtum Mercurio. Hic litabatur humano sanguine, qui instar aquæ depluebat : illinc bacchantum furoribus, scortationibus et impudicitiis Numen colebatur, et florales ludi celebrabantur cum omni lascivia. Finitimi Judææ populi filios suos coram idolo Moloch flammis tradiderunt, et Phænices coram Saturno, rati, sic coli Deum, qui propriam prolem devoraverat; hinc trecentos una die homines eidem immolavit Aristomenes; hinc ex Oracidi mandato decimum quemque e suis filiis Pelasgi mactarunt. Mitto impura *et* horrentia quævis alia, quæ potius vel deflenda ab Heraclito, vel ridenda a Democrito, quam confutanda esse, edixit Lvcianus.

Atque hæc non tantum invaluerunt, uti de Natura Deorum et horum Religione, ita de fine hominis ultimo errata turpissima, apud unumalterumve populum, sed apud omnes propemodum ; non tantum apud barbaras et efferatas gentes, sed etiam apud quasvis moratiores, in quibus aries et scientiæ floruerunt ; nequi* solum ad breve tempus, sed ab antiquissima aetate, atque in hunc usque diem, quo populi Revelationis luce destituti alii daemones colunt et Magiae student, uti Madagascan" Insulae; aliis horrenda visu idola pro Diis sunt, ut Indis ; alii Atheismum profitentur, ut Sinenses quamvis litterati. Sola igitur illa gens, quæ Deum habet appropinquantem sibi, et a quo acceptam habere legem gloriatur, a communi contagione libera, recte de Deo et divinis officiis sensisse deprehensa; Paganorum vero vanissima? Religiones et infamia instituta summæ temeritatis arguunt Naturalistes, qui propterea novas gentes e suo cerebro parturiunt, ut vel in terris quibusdam fabulosis famoso suo Rationis regno sedem figant.

IL *Religio sic dicta Naturalis non est sufficiens ad recte vivendum.*

Probatio. Morum honestatem vitæque rectitudinem ex officio dirigit Ethica et Moralis; sed in utraque quantum non defecerunt ingenia Regnorum praestantissinia ct clarissimi Philosophi, quibus pene altaria consecravit antiquitas? Pyrriiomi nihil non aeterna sua dubitatione subvertebant. Academici lacessebant et demoliebantur, nihil aedificantes. Epicureorum doctrinæ gravissimi errores stigma inusserunt. Pythagoreis doctrina placuit obscura, superstitiosa.ac numeris inextricabilibus involuta. Peripatetici a paedantismo nimium spinoso famosi in suis tot scriptis vix quidquam proferunt præter officia civium et instituta civitatum Græciæ, pro gentis humante disciplina

parum certe profutura. Persæ suas matres ducebant uxores, nec alius, quam ex tali incestu natus princeps Magonim esse potuit. Inter Ægyptios ac tandem Athenienses nupsit frater sorori, invitante Jovis et Junonis exemplo. Heliopolitanis promiscua? erant mulieres. Hircanu patrem suæ auctorem vitæ volucribus præbebant et canibus dilaniandum. Græcis et Romanis jucundissima erant feralia gladiatorum spectacula, et prolem, quam enutrire haud arridebat, quovis mortis genere enecabant. Quid vero aliud ista spirant Ethices ac morum placita, quam errorem, tenebras ct propudiosam etiamsapientissimorum vesaniam?

Puto, divinus ille Plato, praeterquam quod astris, telluri et dæmonibus divinam essentiam impertiretur, uxorum communitatem commendabat, permittebat vagos concubitus, et fratris cum sorore connubium; in festis Bacchi ebrietatem approbavit, et nudos utriusque sexus homines digladiari praecepit. Aristoteles non tantum de Deo scripsit tam obscure, ut pro atheo a multis haberetur, providentiam ultra coelestia non protendens, et circa animæ. immortalitatem anceps ac incertus; sed quam ineptis argumentis confirmat novam suam de Mundi aeternitate opinionem? partuum abactions non condemnat, nec in infantes crudelitatem; turpes quoque ac lascivas Deorum imagines probat. Zenonis gregales Stoici, quorum igneus fuit Deus, plerique fatalem rerum concatenationem defendebant, fornicationem probabant universi, ipse etiam Epictetus; incestum a natura maxime abhorrentem patris et filiæ, matris ct filii concubitum non horrebant; ut vero intolerabilem homini superbiam ingenerarent, est aliquid, aiebant, quo sapiens antecedat Deum, quia Deus natnræ beneficio, non suo sapiens est : Deos non vincit sapientem felicitate, etiamsi vincat ætate : si cui virtus animusque in corpore præsens, hic Deos aequat. Quid ad ista quam Deo injuriosa, tam homini sive soli, sive in societate posito perniciosa Increduli ? Si erubescant, res salva : si vero insaniant adhuc et obdurescant, adoranda simul cl timenda sunt Dei vindicis judicia; cum nemo possit corrigere, quem Deus pro meritis despexerit.

Obj. 1. Celebrantur a tota retro antiquitate Socrates, Plato, Seneca, Trismegistus et alii veteres Philosophi, quos tenuerit ingens studium virtutis el veritatis, qui et nostris temporibus mire deprædicantur tanquam viri integerrima* vitæ ac doctrinæ, Christianis heroibus multis nominibus praeferendi; sufficit ergo lex ct ratio naturalis ad scientiam veri et ad amorem recti, adeoque naturalis gentilium Religio ad recte sentiendum recleque vivendum.

Resp. Stet sane sua laus ct veneratio illis Philosophis, non quod rcipsa incorrupti ac tales fuerint, quales Voltaire depingit; sed quod inter corniptissimos meliores ipsi fuerint. Quippe Socrates, Plato et Cicero, queis nihil divinius novit ethnica antiquitas, tametsi contemptis idolis verum Deum unice colendum cognoverint; tamen, quos privatim irridebant Deos, publice colebant, ac uno ore docebant, in iis, quæ de Religione constituta <unt. nihil esse immutandum; imo expedire falli in Religione civitates. Ckewnis praejudicia popularia et superstitiones patent abunde : nonne *enim* mirari *se* ait. quod non rideret anispex, aruspieem cum videret ; jubet tamen. ut in Religione instituta Pontificum et Aruspicum serventur? Socrates

jurabat in canem, quercum, anatem ; in rebus venereis immodicus, et moribus etiam vulgaribus usus; invocabat daemonia, litabat.Escidapio, diclusali antiquis impostura? magister, derisor, simulator et scurra attiras, in quem vel ex metu pœnæ, vel adulationis studio idololatrem (qui morti proximus rogavit familiares suos, ut .Esculapio gallum, quem voverat, pro se sacrarent) merito Lactantius invehitur : « O hominem scurram, si cavillari voluit Religionem; dementem, si hoc serio fecit, ut animal turpissimumpiu Deo hàberet. » Quam igitur impudens illa Erasmi vox : sancte Socrates, era pro nobis?

De Platone sat, credo, dictum; his adde, quod Delphium dæmonempaternum Græciæ interpretem appellaverit et ceu Numen celebraverit ; Deos et Deorum nepotes Saturnum, Jovem et Junonem in suo Timaeo divinis honoribus dignos judicaverit, atque in Epinomide pro cœlis et stellis divinum cultum praeceperit, demum teste Tatiano « Platonem philosophum, quod nimis gulosus esset, Dionysius vendidit. » Seneca, Christianus ille sloicus, nunquam ausus est laudare Christianos, metuens invidiam et contrarium patriæ suæ morem; notatus pessime a S. Augustino propter libram hodie non extantem, in quo superstitionum paganicarum ahsurditatibus omnibus congestis ita subscripsit, ut eas omnes servari a sapiente vellet, non tanquam Diis gratas, sed tanquam legibus jussas. De Trismegisto S. Augustinus: « Hermes ægyptius, ait, quem Trismegistum vocant, alios Deos dicit asummo Deo factos, alios qui ab hominibus contrectabilia simulacra velut corpora Deorum esse asserit... iste sapiens in tantam venit stultitiam, ut futurum simulacrorum casum tanquam exitialem Ægyptiis deploraret...»

En! quantos veritatis Magistros, quarn autem in injustitia delinent; et quanta virtutis prodigia e ruderibus Paganismi producat Voltaire, sed qui cum cognovissent Deum, non sicuti Deum glorificàvenint, atque ea fecerunt, quæ faciebant illi, quos stultissimos confitebantur.

Obj. II. Gentiles Philosophi et sapientes Ethnici poterant ct suam et aliorum rationem probe excolendo assequi notitiam omnium praeceptorum naturalium; poterant ea certo cognita rudioribus ad optimam vike institutionem promulgare; quidni et Deum et verum Dei cultum, ad quem principaliter obligat lex naturalis, sincero ac indefesso studio tandem pervestigare; maxime cum recta ratio in iisdem sufficiebat ad ellbrmandas sapientissimas leges, ad constituenda Imperia, ad quasvis artes et scientias vel inveniendas vel perficiendas?

Resp. Ex actuali omnium ignorantia et perversitate, ex idololatria, infidelitate, libidine, simulatione, aliisque excæcatæ mentis ac depravati cordis facinoribus (a quibus nec sapientissimos gentilium immunes fuisse, hactenos demonstratum) verissimum est, quod exprobrat Tllius : « Quotis enim quisque philosophorum invenitur, qui sit ita moratus, ita disciplinam suam non ostentationem scientiæ, sed legem vitae putet, qui obtemperet sibi ipsi, et decretis suis pareat ? videre licet multos libidinum servos... » Certissimum est, quod sola ratio non sufficiat tanquam magistra ornnis seu veritatis seu veræ virtutis, ut ut exculta fuerit, sed lumine Revelationis destituta. Eam generalem hominum corruptionem conquesti sunt in omniætate Legislatores, ipsi Philosophi, Poetæ et Oratores: ad hanc frænandam invent#

sunt civitates.et leges in ultionem criminum lake; in eadem pravitate causæ «urn arcem posuerimt Athei ; atque inde est, quod nulla Philosophorum schola totam veritatem tenuerit, ac ilice etiam, quæ de disciplina morali optime merit® sunt, ut Academia, Lycæum et Porticus, in absurdissimas opiniones abirent.

Religionis praeceptores et legum naturalium preeeones constituis gentiles Philosophos ? at paucissimos reperias illorum discipulos aut sequaces ; tum qnod ipsimel nonnisi cum amicissimis sua arcana communicarent, ut passim vulgus Gentilium erraret sicut ovis sine pastore; tum quod rudium aut ratio aut studium ad ea non penetrarent, quorum paucissimi sunt ad principia Religionis et morum attenti, aut satis ingeniosi, aut satis vacantes, pleriquecontentionis omnis incapaces, pauciores acuto ingenio sanoque judicio polientes; tum quod paucissimi semper essent Philosophi, tanto operi haud pares,quantum est omnium rudium et a prima quidem pueritia ad veritatem institutio, pauciores etiam, qui ad hanc procurandam labores et molestias in se vellent suscipere; tum denique, quod carerent hi doctores philosophi necessaria apud vulgus auctoritate a virtute et doctrina ; cum inter se perpetuo divisi de omni re litigarent, ac pfæterea sua vivendi ratione omnem vim praeceptis adimerent, summum ipsi nefas censentes, Deos patrios non sunme venerari, et caventes sollicite, ne hostes Idololatriæ viderentur.

Obj. III. Apostolus inexcusabiles dicit Philosophos, quod non, uti cognoverunt, ita Deum glorificavcrunt ; cognoscere ergo Deum poterant ceu creatorem, provisorem et finem ultimum hominis, et observantia legis naturalis omnia hominis erga Deum, seipsum et alios homines officia adimplere. Lnde Lactantius affirmat : «Si extitissct aliquis, qui veritatem per singulos, perque sectas Philosophorum diffusam colligeret in unum, ac redigeret in corpus; is profecto non dissentiret a nobis Christianis. » L. VII.

Resp. Cognitio illa Philosophorum mere naturalis fuit, sistens in bonis naturalibus a Deo petendis et sperandis, quin supernaturalia et aeterna attingeret; non igitur sufficiebat sive ad finem hominis ultimum simpliciter quem in rebus abjectissimis passim et turpissimis, aut certe vanis et inanibus constituerunt), cum supernaturalis et cœleslis sit gloria juxta ejusdem Apostoli effatum : « ncc oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit, quæ Deus praeparavit iis, qui diligunt illum ;» sive ad medium finis illius obtinendi simpliciter necessarium, quod itidem supernaturalis est .Tatia, sine qua homo nec per seipsum possit emundari a peccatis, nec peccata, ut oportet, vitare, ncc universam legem implere. Hanc vero gratiam utique largita iis fuisset divina bonitas, si modo pro sua cognitione gloriam dedissent, et gratias egissent Deo, prout Apostolus commendat.

Veritatem illam per innumeros Philosophorum libros dispersam nemo hadenuscollegit, nec colligere potest, nisi «jam veri peritus ct sciens; verum autem nonnisi ejus scire est, qui sil doctus a Deo; » ut ibidem ait Lactantius. Praeterea hic dispiciendum, qua ætate ac ubi vixerint et scripserint Philosophi, ut rite constitui possit, quid ratio naturalis valeat aut non valeat in causa Religionis : nam qui propiores erant Æræ Christian®, aut Scriptoribus sacris V. ac N. T., aut consortio fidelium usi (uti Julianus, Maximus, Porphyrins, Jamblicus aliique rccentiores), multo saniora de Religione,

Ethica ct Morali doctrina scriptis ediderunt, sed adjuti divinis oraculis nt proin perperam lumini naturali adscribatur, quod Revelationi divini debetur.

Pluribus hujuscemodi objectionibus pleni sunt libri, *Les Moeurs, Colichisme de. l'honnête homme, Dictionnaire Philosophique....;* quas vero $dj. dissime perstringunt Tlrretinus, ejusque editor Francisais Vernet, *Trail·, de la Vérité de la Religion chrétienne, de la Nécessité de la Recelaiion; e.* cumprimis Carolls Sanseverinls S. J. in celebri opere, *Della Morale Fityt degi' antichi Filosofi Pagani, in Bologna* 1704.

§ HI. Corollaria.

Cum itaque quam diversæ veterum Philosophorum opinationes, tam frequeutes et turpes fuerint eorumdem aberrationes, dissensionesque ctpug·., perpetuæ; jactatæ ab ipsis virtutes speciosa plerumque nomina; eorum, φω in Lycaeis et Academiis formarunt, discipuli, superbi passim et facinorosi; eorum sapientia mere humana, ac potius minor duntaxat stultitia; elquod rei caput est, cum gentilium etiam clarissimis ipsa Religionis et morum fundamenta, nalura et cultus Deorum, animorum immortalitas et finis hominis ultimus non essent compertae veritatis (id quod de Socrate Tertullianus,aedi aliis Tullius testantur) nostra* assertionis veritas apertissima est; ipso coniitente Cicerone: «Jamvero nisi hæc pro certis habeantur, necessc est homins in maximarum rerum ignoratione versari, quibus sublatis, vel in dubium vocatis, nulla potest esse pietas, nulla sanctitas, nulla Religio; et perturbati-:· vitæ sequitur, magnaque confusio; fides etiam et societas humani generis, et una excellentissima virtus, justitia tollitur. » Idem: « nunc parvuks natura nobis dedit igniculos, quos malis moribus opinionihusque depravate restinguimus, ut nusquam naturæ lumen appareat. » QQ. Tuscul. L. IU.cd. Quæ rei evidentia hæc etiam Bavlio extorsit verba: « ipsa ratio suas homini tenebras, suam impotentiam et revelationis necessitatem manifestat. ›

n

3

SECTIO 111.

INSUFFICIENTIA RELIGIONIS SIC DICT.E NATURALIS AD ÆTERNAM SALUTEM.

’

§ I. PR.ECOGNTTA. . M

Cum per gentilium apolheosin suæ etiam Irreligioni coeli portas aperire conentur hodierni Increduli; ut explodatur hic impietatis cavillus, discernendum videtur inter Gentiles, veri Numinis veros cultores, quorum uti vera Religio, ita et salus extra controversiam est; siquidem vel anteriores vel posteriores Lege Mosaics, cum Abele, Seth, Noemo, Abrahamo, Mdchi-

sedech, Job, Jethro et Achior, Deum sicut cOgnoveiamt, ila glprificavei'uiit fide in Deuni, spe in Messiam, legisque naturalis per revelationis et gratte subsidium exacta observantia. Ac inter Gentiles idololatras, qui vel de veri Numinis agnitione ct cultu, legisque naturalis notitia et obligatione param solliciti, vel potius ea cognitione abusi, et cum plerisque gentibus ingressi sunt vias suas ab erroribus et sceleribus infames ; de quorum uti irreligione, sic el perditione itidem nullum etiam apud Naturalistes saniores dubium esse potest. Tandem vero inter Gentiles, qui ratione sua probe exculta Deum verum ex creaturis cognoverint, et sine gratiæ ac revelationis ope ad speciem honestatis suam vitam composuerint; quales fuisse jactitantur Socrates, Plato. Seneca et quos non ita pridem Voltaire et Marmontel cum insigni elogio commendarunt ; præsertim Julianum Apostatam ceu infidelem fidei, sed fidelem rationi; scandalum Ecclesiæ, ct Regum exemplar; aberrantem a Religione, nunquam a lege naturali.

Atque de postrema hac Gentilium classe potissimum quaeritur.

§ II. themata.

[4]

I. *Religio sic dicta Naturalis salvare neminem potest.*

Probatio. Religio vere salvifica edocere debet credenda et agenda, quibus assentiri ct obsecundare ex institutione divini Salvatoris necessum sit ad salutem; proin Religio tametsi naturalis (si veri nominis est) dictat, Deum esse unum elverum ; a Deo esse omnia; ad Deum omnia tendere; Deum omnibus providere ; Deo deberi cultum internum et externum uti dignum, ita gratum Deo; tenendam, æstimandam et amandam esse veram Religionem, ea omnia praescribentem, quae humanitas, pictas, justitia et ratio ab homine postulant ; sanctissimam Dei optimi maximi voluntatem, omnium humanarum cogitationum, affectuum et actionum normam et scopum esse; legum divinarum transgressiones gravissimæ Legislatoris omniscicntis ac omnipotentis vindicte subjacere ; esse media ccrtumquc modum placandi Numinis offensi ; veræ virtutis summa fore præmia ; ac demum animam post mortem hominis superstitem futuram, sive ad æternam mercedem pro meritis, sive ad supplicia sempiterna pro demeritis hujus vite. Verum quantum ab illa Religione salvifica distat ista Religio Naturalis, qua ad mentem Voltairii Oamonteli! gentiles Philosophi, ethnici Principes, atque ipse adeo Julianus Apostata vitam æternam consecuti, ac inter sanctos relati fuerint? Quantum, inquam, sive fidem, sive placita, sive mores, sive fala illorum hominum spectes?

Socratis errores ct vitia ex dictis patescunt. Solonis, Aristidis et Zoroastri sapientiam deturpant cum teterrima rerum divinarum ignorantia, tum idol'ilatriæ fædissima labes. Trajani in ipsam naturam delicta, vikcqne licentiam impudenlissimam quis ignorat? Marcus Aurelius non minus inaniore fimiliæ mollissimo, ac in obstinatione idololatrica ridiculus magis, quam ex sapientia et clementia spectabilis erat. Alexander si ab immani non raro furore, ab excessu inteinperanliæ, ab arrogautiæ ineptiis vere Magnus fuit, quomodo sanctus erit? Julianus fors quia Apostata a Deo ad *idola, a* Cbris-

lianismo ad Paganismum, Christi et Christiani nominis hostis tam infestus, ut nullus magis, Voltairio ejusque gregalibus cœli terraque spectaculum est; sed orbi nunquam visum, horroris, offensionis ac indignationis plenissimum. Lndenam ergo salus sit pro turpissimis erroribus? unde retributio summorum pramiorum pro summis flagitiis? unde Dens ipse merces magu nimis pro idololatria ct apostasia? unde vitaæterna pro desperabundissuicidis ? unde corona gloriæ cœlestis pro dirissimis Christi ct Christianorum persecutoribus ?

Plura de his exhibet editio correcta Viennensis Libri : *Bélisaire,* pag. 451, De assertis autem fanaticis Voltairu, editio novissima Libri : *Les erreursét Voltaire,* 1767.

IL *Religio tam gentilium Philosophorum, quam recentiorum Pseudosophorwn non est cera Religio Naturalis.*

Probatio. Dogmata et officia Religionis Naturalis antehac descripta, certe pleraque; omnino adversantur superstitiosis Gentilium et ritibus et moribus et placitis; id quod ex historicis etiam monumentis, ex itinerum probatis descriptionibus, atque ex ipsis veterum Gentilium scriptis (nam de facto hic sermo fit) evidens est. Nonne enim (quod monstro simile est) populos omnes revelatione destitutos Idololatria fascinaverat, error omnium pessimus? Quotusquisque est aut fuit de sapientissimis illorum ab hac labe immunis? quam fatuas, foedas et blasphemas de Deo ideas obstrudit gentium etiam cultissimarum Mythologia? quam spurca, horrida et abominanda sacr ificia ad colendos placandosque Deos ab ipsis quoque Philosophis oblata? Ubi inter gentes barbaras genuina fides ac notitia de summa Dei providentia? Ubi certitudo de beata post mortem vita, ceu præmio vera virtutis, et non civilium duntaxat meritorum? Ubinam exempla humilitatis, abnegationis, veri amoris ac timoris divini ? ubi victoria sui, dominium passionum; et ubi non turpissima contra naturam, et legem et honestatem naturalem facinora, ad honorandos ct imitandos Deos impune perpetrata, quin el apotheosi in flagitiosissimis sæpe coronata ?

Igitur sine superno lumine nunquam fuit vera Religio Naturalis, sive ilia Gentilium maximis in doctrina fidei et morum absurditatibus plena; sive illa nostrorum Pscudosophorum nonnisi absurdas protrudens hypotheses, futiles conjecturas, principia statui ac Ecclesiæ injuriosa, placita et dogmata vero Deo ac ingenuo homine indignissima ; et vel ex eo detestanda magis, quod infames idololatras, et impietatis ethnicæ portenta ceu legis,Religioni', justitiæ et honestatis naturalis prodigia ad sidera extollant.

Obj. I. Sapientes ethnici acie ingenii sui assecuti sunt doctrinam ex effato Apostoli necessariam ad salutem, nimirum de Deo. quod sit, ct quod inquirentibus se benefactor sit ac remunerator: cum ex Ciceronis, Plitarchi et aliorum gentilium sensu nulla sit Religio, si rebus humanis Diisese non immisceant ; et nisi credatur, quod Deus amet homines, hominum cura tangatur, hominum intersit negotiis. Itaque cum fides supernaturahs ct divina jure ab iis non exigatur, qui nunquam de illa audierunt (quomodo

enim audient sine prædicante?) Religio gentilium quamvis mere naturalis dicenda esi salvifica.

Resp. Fides, cui salutem adpromittit Apostolus, supernaturalis est ac divina ceu sperandarum substantia rerum, et argumentum sive convictio aut demonstratio non apparentium. Deum esse auctorem naturæ, demonstrat Ratio; grati® et gloriæ, quæ non apparent, Deum esse largitorem, Ratio non declarat. Pro ea fide exempla profert Sanctorum V. T., qiios certe Revelatio excoluit, gratia sanctificavit, ct merita gratiæ glorificaverunt. Ab oculis, ab auribus, a cordé hominis removet praeparatam in coelis gloriam; non ergo apparet, nisi Deo revelante. Quod vero jure fidem isfam Deus a gentibus etiam requirat, nemo inficiatur, nisi indignus gratia fidei Naturaliste: si enim gentiles Deum, cujus cognitionem naturali sua perspicacia « creaturis hauserant, glorifiassent, exacte observando legem naturalem, Dei opera assidue implorando, et dignas agendo gratias suo tam benigno ac providO gubernatori; Deus dives in omnes haud denegasset facientibus, quod in ipsis erat, uberiores gratias, internas illustrationes, ac externam quoque predicationem.

Verum « cum in se ipsis gloriarentur, ait Ciirysost., nihil invenerunt eorum, quæ oportet; » non veras virtutes: « quis enim unquam; ait Tdlurs.de virtute sua gratias Diis egit? » non veram justitiam, Deum sic rogantes ex Horatio : « det vitam, det opes; æquum mi animum parabo : » non veram sapientiam, cum ille sit sapiens ad mentem Tüllu, « qui est totus aptus exsesp, quique in se uno ponit omnia; » et ad sensum Horatii : « sapiens uno minor est Jove; » non tandem veram æternamque felicitatem, quia sine fide, qua sua culpa et vitio carucrunt, impossibile est placere Deo, qui et gratife et gloriæ, quam sola fides demonstrat, solus ipse largitor est. Ortinis ergo illa Gentilium cognitio vana et ad æternam salutem fatua est.

Obj. II. Eruditissimi S. J. Theologi hanc tuentur sententiam, sufficere gentibus, queis nulla est notitia Christiana? Religionis, notitiam naturalem dc Dcoel de lege naturæ; atque hujus sentent!® S. Justinum, Clementem Alexandrinum, aliosque antiquos Patres appellant auctores. Illorum autem prior Socratem et Heraclitum æquiparat Abrahamo et Eliæ; posterior vero : » ipsa, inquit, Philosophia Græcos pædagogi more ducebat, sicut lex Hebræa "ad Christum; » quam ct Philosophiam edixit justificare, L. 1. Stromal.

Resp. Quid sentiant eruditissimi TT., qui non allegantur, nescio sane; hoc sio, quod omnes sentiant cum Apostolo , sine fide impossibile esse placere Deo, ct accedentem ad Deum debere credere. Scio, cunctis probari sententiam, quod ubi adultus infidelis legem naturæ intactam ac integram servet, Dei providenti® sit, illius saluti consulere, cujus fere innumerabiles sint viæ. Verum ista minime evincunt notitiam Dei, Deique amorem duntaxat naturalem snfficcre ad obtinendum finem supernaturalem, qui est coelestis gloria.

QuodS. Justinus veteres Philosophos, qui inter idololatras unum Deum confitebantur; et Tertullianus paganos, qui repentinis in casibus Deum unum invocabant, natura Christianos compellaverit; eumdem fere sensum tabet, aequo Constantinus M. Arianos compellari voluit Porphyrianos, sub diqua nimirum ratione magis analogica, quam propria. Hinc ibidem subdit

Tertii.LIANUS : « fiunt, non nascuntur Christiani. » Socrates cl Heraclite, comparantur cum Elia ct Abrahamo, quantum pracise ad unitatem Dei a sanioribus Philosophis æque cognitam. Justificare dicitur Græcorum Phil*, sophia, quatenus r regali doctrinæ viam parat, utcumque castigans et ‹-› formans prius. » Cæterum, ait Clemens Alexandrinus L. VI, Strom, a üs,qui justi erant a Philosophia, non solum opus erat tide in Deum, sed diam ut ab idolorum cultu discederent. » Sicubi autem sententia Clementis aut alterius cujusdam Patris æquo magis propendere videatur in salutem gentilium; opponenda est mens Ecclesiæ Catholicæ, gravissimaque rationum momenta præhabenda. sunt.

Quæ sit doctrina Theologorum S. J. de salute Infidelium, nitide, docteac eximie exponit lucubratio P. Godefridi Hermann S. J. edita Wirceburgi 1738.

O6j. *III.S.* Dionysius Areopagita docet de Providentia divina,quodacuucbs homines ad salutem Angelorum ductibus tradiderit promovendos. » Origenes ad illud Apostoli : *Gloria el honor et pax omni speranti bonum, judeeo primum et græco,* inquit : « quod ut ego capere possum, de judæis et gentibus dicit, utrisque nondum credentibus. » S. Joannes Damascenus salvatos opinatur omnes, « qui in vitæ puritate nullum non perfecerunt bonum, temperanter, sobrie, tenuiterque vivendo, licet non satis exercitati fuerint, qa divinam, ac sinccram fidem acceperint. » Idem plerique Patres sentiunt de illa S. Petri sententia : Jesus Christus *el his, qui in carcere erant, spiritibus veniens prcedicavit, qui increduli fuerant aliquando.* Itaque non abhorret a' sana et orthodoxa doctrina salus Gentilium etiam sine fide supernatqrali.

Resp. Benignior SS. Patrum de salute Gentilium sententia videtur tribuenda nimjp in celebriores Ethnicos affectui tum maxime ostenso, cum verisimiliter identidem a gentilibus Neophytis de Majorum suorum salute interrogarentur. Attamen sensum vere orthodoxum neutiquam excludunt; nam S. Dionysius, ut docet Angelicus, loquitur de prima classe Gen lilium, quibus de Christo facta revelatio, uti Mclchiscdecho, de quo ibidem : « nequaquam inanium Deorum, sed altissimi verique Dei sacerdos fuit. » Per Angelorum ductus custodiam intelligit angelicam, quam Deus uti alia ad salutem apta omnibus auxilia praeparaverit, quin eamdem omnes reipsa consequantur, cum subdat ; « solus ferme Israel præ omnibus ad veri Dei notitiam fuit conversus. » Origenes de gloria quadam temporali intelligendus, cum de Gentili utcumque virtuoso subdat : « iste licet alienus a vita aeterna videatur, quia non credit Christo; et intrare non possit in regnum cœlorum, quia renatus non est ex aqua ct spiritu sancto; videtur, quod per hæc, quæ dicuntur ab Apostolo, bonorum operum gloriam ct honorem ct pacem perdere penitus non possit. »

Quæ de S. Damasceno dicta, inter fabellas referunt saniores Critici, Leo Allatius, P. Lc Quicn... Demum ex communiori Patrum ac Interpretum sententia S. Petrus loquitur dc liberatione eorum spirituum in Limbo, qui initio, dum adhuc labricarclur Arca, et patientia Dei eos ad poenitentiam exspectabat, increduli fuerant aliquando de futuro diluvio ; postea vero prædictionis veritatem experti et ad Deum vere conversi, quoad corpora quidem meisi aqui> intei ierunt, sed quoad animas in Limbum descenderunt. Hæc

autem interpretatio sensui Ecclesiæ magis conformis pnchabenda Patribus, qui cum S. Augustino, S. Gregorio et Niceta platouico philosopho aliquantum liæsilantcs, non tam ccspitavcrint, quam reliquerint in medio rem necdum satis discussam.

§ 111. COROLLARIA.

Cum itaque Ratio ct Rationis usus in diversis diversissimus sil, ct in gentilibus noslrisque Philosophastris abusus sæpius sit ac fuerit ad vitam et doctrinam a reda ratione plurimum abhorrentem; cumque alVectuum rebellio, voluntatis deordinalio, studiorum inæqualitas omnium oculis pateant ; nec non Magisterii interni neglectus, externi autem in plcrisquc defectus ingentia pervestigandae veræ ad veram justitiam et æternam salutem viæ obstacula sint ; cum tandem nemo unus luce fidei non collustratus veræ Religionis ideam sil assecuius; cedat seseque submittat Auctoritati infirma Kalio, et divitiae Revelationi fallax Philosophia, quæ in iis etiam, qui Christianam Revelationem confitentur, se sola tamen gravissimorum errorum magistra eitilil. Quis enim nescit portenta opinionum circa Moralia æque ac Politica, imprimis autem circa principia Jurisprudentia» naturalis, «μια», seposita Revelatione. cx sola ratione statuere ausi sint Scriptores heterodoxi, Thomas Hobbes in LL. de Cive el Leviathan , Puffendorff in Compendio de officio hominis el civis, Thomasius, Fleisciierus , Sc.iimausius el horum similes? Si 'irieliam orthodoxi doctissimi simul et piissimi, licet SS. Scripturæ, SS. Pa- Inun ac ulriusque Juris scientia ad præcepta naturalia rite cognoscenda diligenter usi, vixdum ab errore in omnibus immunes fuerint, (prout constat ex mullis propositionibus a Sede Apostolica proscriptis) qua ratione iis,qui ut uc quemquam Legis Naturalis interpretem suis cupiditatibus adversum (sive humanus sive divinus is fuerit) audire cogantur, exclusa omni auctoritate. Ium sacra tum profana, divinis item Revelationis posthabitis jus naturale ad suum spiritum privatum, ad propria commoda, ad cfl'ræncm sentiendi viveudique licentiam conantur fabricare? ct quamvis ad tribunal rationis omnes provocent, alii aliis et sæpc sibi ipsis apertissime contradicunt, reipsa indigni Natura Magisterio.

DISSERTATIO IV.

DE IIELIGIOXE SUPERNATURALI.

SECTIO I.

DE REVELATIONE EXTERNA VER.È RËLIGÎO.N1S.

§ I. PRÆCOGXÎTA.

Religio pro cultu Dei legitimo ab omnibus accipitur. Undcnam autem homo cultum Dei legitimum certo resciat? Nimirum vel per lumen rationis, ii Deus ex creaturis cognitus exigat Religionem duntaxal naturalem, uti pro ‘latu, ut vocant, naturæ puræ; vel per specialem Dei ipsius Revelationem, ii quid amplius præter officia, quæ sola ratio dictat, ab homine pro statu naturæ elevatæ, quem vivimus, requirat supernaturalis Religio, quæ tide Dcoloqueiiti prœslita in deferendis Deo obsequiis mortales dil igat ceu dux certissima omnisque erroris nescia Magistra veritatis. Loqui nempe Deum iiecessc est, ct manifestaresupema atque inaccessa menti hosiræ, quæ ncqiii-deni ad arcana naturæ pervidenda se exporrigit. Inde vero se prodit summa Incredulorum temeritas et malignitas, quorum alii negare Revelationis Eiteniæ possibilitatem, alii inutilem et homine ac Deo indignam asserere, alii divin® œconomiæ negotium omne alienum a ratione traducere ausi sunt. «Λ,’.·

His quidem displicet doctrinæ Rcvelatæ successiva evolutio; illis nec miracula nec vaticinia evincunt Revelationis cxislenliam; visum est aliis, omnia, quibus insistit Revelatio, facta negare, et SS. Scripturarum suspectam habere fidem et auctoritatem; alii vero sepositis gravioribus armis illudere Revelationi, et quod nequeunt confutare, inflectis sannis exsibilare [resumunt. Quin eo pervicacior prolapsum est id genus hominum perverssimorum, ut cum Spl x o z a , Ho b b e s io ct Ba y i.io contra divinam Revclalio-, vcluti contra rem lelhifcram ac sollicite evitandam conclamantes, Deum prope ex natura, hominemque ex homine corrupliasiinis scriptis hactenus sustulerint. Conti a hos sint

§ 11. themata.

1. *Reliyio debet esse Cultus Dei ab ipso Deo hominibus revelatus ac pnescriplu».*

Probatio. Religio, ceu cultus Dei legitimus, Deo ct dignus et gratus sil cultus, oportet; igitur Deus Religionis ipse auctor esse debet, sicut objectum cl tinis seu premium est Religionis. Nam si terreni adeo Principes constituere assueverint, quibus observantkc signis velint a suis subditis honorari, ne quid aut regia dignitate indignum, aut summæ majestati ingratum accidat; quam potiori jure Regi Regum, qui minutissima quævis alia ad suam gloriam ordinat ac dirigit, nihil magis cordi fuisse dicatur·, quam augusta Religionis res. quæ divinum honorem promovet, Dei laudCs celebrat, cl Deum Mundo manifestum facit ? Non ergo infirma; mortalium rationi aut voluntati, minus Quackeronim deliriis aut Enthusiastarum phantasiæ liberum reliquit Deus, Deum quocumque vclleut cultu revereri ; sed ad Religionem Deo dignam Deoquc gratam, hoc est, divinitus revelatam ipscmcl adslrinxit universos.

Profecto in hac nostne natura* depravatione aut difficillimum, aut\ix possibile est, ex sola ratione determinare cultum, qui infinitam Dei majestatem deceat, neque superstitiosum aut absonum quid redoleat. Undcnam enim vix non in toto genere humano cultus Dei tot ritibus ac Religionum fonnis tam varius ? undcnam in ipsis etiam Ethnicorum sapientibus lam monstrusi circa cultum Dei errores, tam ridiculi et superstitione infames ritus, tam detestanda a libidine et crudelitate sacrificia; nisi ex i Ilo Incredulorum putido mendacio, quod sola ratio ad determinandum Dei cultum sufficiat; et ex illa Baylii irnpiissima sententia, quod errores in Religione ne Atheum quidem damnationi reddant obnoxium, si absit malitia? sed nempe abesse moi posse, ratio demonstrat ; proin a Deo Dei cultus legitimus est determinandus, qui sicut non sola lege naturali nos regere, ita nec sola Religione naturali se coli voluit; quod deinceps pluribus demonstrabitur.

Atque inde est, quod Bolingbrockius (operum suorum vol. V. pag. 908 . quamvis invitus huic nostne assertioni non obscure subscribat.

11. *Beli;jionem a Deo hominibus revelandam ac præscribendam esse, fert persuasio naturalis est.*

Probatio, id quidem coufesstls est Socrates in Plalonis Alcib. 2. Quod ignorent homines, quid hits gratum sit. ac idcirco concludit; « nihil tuliw atque consultius esse, quam quiescere et exspectare, donec aliquis didicerit, quo nos animo ct erga Deos, et erga Immines esse oporteat. » Plato in Epinomide « neminem, ait. pietatem docere posse, nisi Deus quasi dux præiverit ac magister. » In l'hædone (qui est Dialogus de animae immortalitate Simmias dicit, idem sibi videri, quod Socrati . nempe difficillimum alit plane impossibile esse, veram pietatem ac Religionem certo cognoscere, « nisi quis iiimiore quodam vehiculo, aut verbo quodam divino transvehi posât» Tvllivs vero quam is glocietur, qimd si·, studuerit Philosophial, ut onnws cognoverit disciplinas, tandem confitetur : « Mihi autem non modo ad sapientiam cæci videmur, sed ad ea ipsa, quæ aliqua ex parte cerni videantur, hebetes et obtusi. « Ilis sulfragatur lota fere antiquitas cum Lactantio, dum scribit : « Verum autem scire, nonnisi ejus est, qui sil doctus a Deo. » Omnium sane temporum monumenta testantur, quod ubi logum Conditores ile Religione quidquam statuerunt, id omne tanquam cœlo delapsum populi susciperent.

RoMULvset Numa dum sacrificia ordinarent, ceu a Deo docti censebantur. Lvccrgim ab Oraculo Delphico instructum credebant. Syphis Rex.Egypti circa sacra potissimum a commercio cum Diis celebrabatur. Nec artibus aut machinis opus erat Regibus, ul ritus et sacrificia a Diis se accepisse, subditis persuaderent, quod ipsa natura dudum gentibus persuaserat ; quæ idcirco omnes suto Religionis divinitatem mire extollobant, ac summe venerabantur. Igitur ubi de Religione ceu cultu Dei legitimo agitur, non hominis, qui cultum debet, critérium; sed Dei, cui debetur cultus, beneplacitum vere Religionis norma est. Deus autem, ut auctor Religionis, cultum sibi gratum, ut objectum, Religionis cultum se dignum, ut finis et premium Religionis, cultum undequaque perfectum jure deposcit; quem tristissimo generis humani fato sola ratio nunquam, nulla unquam Philosophia, etiam per sectas quam plurimas studiose culta, est assecula.

Obj. Religio Revelata non est aliud, quam ipsamet Naturalis Religio, sed emendata seu magis exculta; cum ergo hæc tota sit in rationis usu, illa nihil praescribit, quod ratio non capit. Profecto sola ratione duce (prout de gentibus non obscure innuit Apostolus) amari ac honorari Deus ab homine potest ; ul quid inde ab exordio Mundi Deus sit locutus, quo sui cultum homines edoceret, fide et præscriptis ritibus exhibendum?

Resp. Admitti ceu verum poterit assertum hoc sensu : Religio Revelata est Religio Naturalis vera, quæ antehac per Idololatria* tenebras misere obfuscata, suo dcin candori ac splendori restituta, nova nos notitia rerum utilissimarum ac jucundissimarum collustret, quas sola ratio humana vel nunquam, vel non ita certo cognovisset. Hac vero mente, ipiod Revelatio Externa verae Religionis nihil admodum contineat, quod sine illa resciri non potuerit, falsissimum est; cum ne unum ex omni retro memoria produxerint Naturalistic, qui (sive Socrates, sive Tullius aut Plato is fuerit) Deum ex creaturis cognitum sine fide, ut decebat, Deum coluerit et amaverit.

Adeant defensores illi Naturalis ac Philosophica* Religionis S. Cyrillm Alexandrinum L. VI. contra Julianum; ac quid ibi de Socratis cultu et amore Ilei ad leges nature Porphyrins edicat, audiant! audiant Lactantii de philosophia, vita et religione Ciceronis sententiam! L. 111. Div. Inst. c. IL Ipsos Platonis libros V. el VI. consulant, atque cum alias plenis buccis, Natura.·, Rationis, Sapientiae laudes creparent ; jam, velint nolint, exclament: o prieclaram divini Platonis philosophiam! o sancta Religionis sic didæ Naturalis rila, ubi pro nature legibus jactura· aut molestiæ metus est, pro ratione libido, et pro sapientia nulla non absurdissima sensa de Deo et cultu Dei ! Quæ sit doctrina Apostoli, nuperrime declaratum.

SECTIO II.

POSSIBILITAS AC UTILITAS REVELATIONIS EXTERNÆ.

§ I. PR«COGNITA.

Revelationis divinæ triplex objectum esse potest: Res videlicet ejusmodi, quit; naturali ratione investigantur, sed ope revelationis facilius, crarius. certius, universalius, utilius; praesertim quia eum obsequio etiam intellectus ct cum merito fidei cognoscuntur, uti sunt praecepta Legis Naturalis. Dein objecta, quorum cognitio creati intellectus perspicacium exsuperat, uti sunt dogmata fidei et praecepta supernaturalia. Demum doctrinæ, quas, ut ab omni suspicione erroris liberentur, quodam divinitatis sigillo munitas Deus homini tradit; sunt autem Prophetis et Miracula invictissima illa divinæ Revelationis argumenta.

Naturalistic plerique omnes, Dolingbrockils, Cherburils, Blolntics, Rolsseai vius ct cumprimis Tindaliis, quamvis, ubi e re sua esse videtur, Rationem ultra meritum deprimant; tamen ubi contra divinæ Revelationis possibilitatem et utilitatem decertant, ultra modum extollunt hnmanæ Ratiouis praestantiam, ita ut, cum Legem quoque Naturalem summe claram, ab omni dubio expeditam, nullis egentem adminiculis, et cuivis rudi perviam depnb djcent; solam Rationem ad eam semper et pro omni eventu intime pernoscendam sufficerecontendant. Quippe hominum, si superis placet, oculatissimi non vident Legis etiam Naturalis profunditatem, vastitatem atque amplitudinem; simul autem hominis lapsi cæcitatem, imbecillitatem, inconstantiam et perversitatem.

§ II. THEMATA.

I. *Revelatio Externa Cultus Divini nullo modo impossibilis est, sed divinis attributis maxime congrua.*

Probatio. Ex parte Dei neuliquam repugnat (cum sit supremus Dominus omnium creaturarum) quædam ad sui cultum, quæ Religione naturali praescripta non sint, hominibus imperare. Possit Deus hominem utut sibi charam charis simul omnibus, patre, matre, conjuge, liberis et fortunæ bonis orbare; ac simul pro casu tam acerbo exigere, ut querelarum loco supplex sit adoratio judiciorum Dei; et non possit multo faciliora injungere? Possit paterfamilias, quo liliorum amorem et obsequium exploret, quædam identidem exigere non absolute necessaria; et non possit Deus?

Neque ex parte creaturae rationalis ulla est repugnantia : non enim Dens aut nimia imponit, aut impossibilia praecipit. iitpole Legislator inlinile

sanctus et justus; creatura autem rationalis, quo plus praestat operte, eo plus mercedis exspectat ab eo, qui inquirentibus se remunerator est, ac ipsemet suorum merces magna nimis. Tandem exigit ipsa Dei in homines summa benignitas, ut id revelet pator ælernus, quod sibi relicta filiorum ratio etiam sagacior nunquam detectura sit; cultum scilicet Dei legitimum, qui sit et dignus et acceptus Deo, homini vero ad vitæ sanctitatem æternamque salutem vere proficuus.

Adhffc necessaria est Revelatio : exist it Revelatio : (quæ deinceps conficientur) ergo possibilis est. 4

II. *Revelatio Externa summe utilis est, ceu clarior, brevior et perfectior . via ad bonam vitam, veramque Religionem.*

Probatio. Quod vulgus hominum attinet, experientia constat ejusdem incapacitas ad discendam philosophiam : nam quia rude, caret ingenio salis acuto et caret otio : quia leve, praeceptionibus philosophorum raro benignas aures accommodat : quia pervicax, ad quamcumque disciplinam fuerit fortuito delatum, illi quasi affixum saxo adhærescit. Jam vero loquenle et attestante Deo non est opus inquisitione, neque acri et perspicaci ingenio, neque multo otio; quia per Revelationem sine labore ea innotescunt omnia etiam pueris, quæ nonnisi post adultam ætalcm et post longa studia consequuntur Philosophi. Ad divinam vocem arrectas aures habere solent, atque eorum animis impressa manent coelestia mandata, dum elabuntur humana. Denique praeceptionibus divinis mentem submittimus, nec contumaciter audemus contendere cum omnipotente. In omni vita civili, multo autem magis in rebus ad Religionem pertinentibus homines fido ducuntur: pauca perfectenorunt, plura credunt : nulli fere sunt, qui suum adhibeant judicium, et qui non id habeant ratum, quod judicatum vident ab iis. quos maxime probant: et ubi judicandum est, magis sunt a natura comparati ad recta de factis ferenda judicia, quam ad argumentorum vim explorandam, certitudinis moralis quam metaphysical meliores æslimatorcs.

Philosophi vero etiam perspicacissimi in Revelatione, ceu externa legum naturalium promulgatione, sine dubio multa invenirent veritatis et scientiæ adminicula : nam

Ie. Illa oculis exhiberet, quæ solum ratiocinando ipsi concludunt; in quo 'icut erroris summa securitas, ita facilitas maxima; uti si in scientia Mathematica sufficerent enuntiata theorematum sine demonstrationibus; cum ergo Revelatione caiuerinl veteres Philosophi; « errarunt velut mari magno (ut ait Lactantius) nec quo ferrentur inlelligebant, quia nec viam cernebant, nec ducem sequebantur. » Rccentiorcs Naturalistæ perfectiorem complexionem legum naturalium perfecerunt; an quia Pylhagoram, Socratem, Platonem vincunt ingenio et gravitate, cum quibus complures eorum nescio an vel comparari possint? an non potius propter illam ipsam Revelationis lucem, quam ingrati aspernantur? Quippe ab Evangelio, quod fastidiunt, *Theistæ* exscripserunt quidquid boni habent, sicut meliora sua Platonici hauserunt ex Judæonirn scriptis; quod etiam ex parte fecit Mahuines. Atque ut exemplo domestico utar; unde alias, quam a Christianis *legibus,* illa Majorum nostrorum rejecta jam nunc est, inveterata *invicem trucidandi libido,*

aut barbara potius gloria, contra maxime perspicuum juris Naturalis pria, cipium Aon *occides?*

2°. Si veteres illi a Deo accepissent praeceptorum naturalium complex», nem; profecto in robus maximi momenti, in Dei cultu, et in alia doctrina morali universa non fuisset seu monslrosa illa opinionum dissensio, seu fot et tam fœda errorum monstra.

3°. Vox Dei loquentis sustulisset omnem anxietatem ac dubitationem, quam in animis Philosophorum relinquere videtur ratio, diam cinares gravissimas et maxime confirmatas.

Præterea sicut errorem a præceptis morum et Religionis removet ; ita summam iisdem præceptis addit auctoritatem Externa Revelatio. Quamvis enim quisque investigare posset omnia vitæ ct fidei officia; multo tamen efficacius idem commoveretur ad ea exequenda, si eadem ab ipso Deo externe injungerentur, miraculorum splendore confirmarentur, elfquod præeipuuui est) per divinam Revelationem in clariori luce constituerentur fulnra virtutis præmia et vitio destinata supplicia; quæ interim sola ratio imperfecte apprehendit, et circa ea homines sibi fingunt, quidquid velint. Sane si Deo admonente intelligamus, paratum esse nobis Regnum, visionem inluilivam Dei. immensum et inenarrabile gloriæ pondus; sed contra manere impiis horrenda supplicia, vermem nunquam moriturum, et ignem inextinguibilem : quis dubitet, quin majorem habitura.| sint vim ad impellendos homines ad virtutem, vel ad coercendos a fiagitiis hæ expressa* denuntiationes, quam licto Camporum Elysiorum el Stygis imagines!

Inde est. quod Revelationem divinam propter utilitatem illius maximam summi Philosophi ardentibus votis expet ierint, non sine spe tanti a Deo muneris suo tempore obventuri. Vide Thema II. Sectionis praecedentis ; iicc non Cl a r k h m, Fokstehi λι, Dit t o x i i . Hi TviLuiJi,et præprimisP. Rik f ie r SJ. in praestanti opere : *Exposition des preuves les plus sensibles de la vêriltAl· Heliyiun, Paris,* 1732.

Obj. /. Incredibile videtur, Deum aut velle aut posse hominibus ses? communicare; tum quia hominis vilitas a .Majestate divina distat infinitil; tum quia de modo unionis divinæ cum homine, nullo modo constat. Ecl quippe medium ad instituendos homines extraordinarium, a naturali constitutione disjunctum, quodque necessario fundari debeat in prodigiis, quibus fidem addere credulitas est.

Resp. Nequiter hic se humiliant Increduli alias superbissimi : si enim sincera et rationabilis sit eorum de sua vilitate confessio; fateantur necessum est, quod cum semetipsos ignorent, circa Deum et Dei cum homine unionem non possint erudiri, nisi a Deo; qui cum infinite bonus sit ac potens. de ejus voluntate sese modo, quo voluerit, communicandi hominibus, sive per lumen rationis, sive per lumen Revelationis, sive per inspirationem, sive per Incarnationem, non est ambigendum; licet is modus non sit admodum pervius humanie rationi, quæ si omnia pervestigare omnino posset, nulla essent mysteria et dogmata fidei 'objectum fidei libéra* ac meritoria*', nulla Dei judicia abscondita aut investigabiles viæ ejus.

l'ræMimptinnis fundamentum contra veritatem Revelationis nequit esse

ignorantia : quam mulla enim in rerum natura et in ordine Providenliæ naturalis oculorum fugiunt et mentis aciem, quæ ineptissime pronuntiaremus incredibilia ? Adhæc major inter divinam œconomiam ct naturalem rerum ordinem intercedit connexio, quam solent Theistæ suspicari. Demum si miracula sint possibilia, eaque patrandi causa sit legitima ; quæ est, quæso, ista adversus illam praesumptio? Numquid ante ducentos annos incredibile visum fuisset, quod sint animalia acaro millies tenuiora, suis tamen venis, arteriis, cæterisque artubus instructa ? Nonno Siamenses, qui aquam frigore constrictam nunquam viderant, rem incredibilem pronuntiant potiori jure, quam Theistæ miracula? cum illud Siamensium judicium nulla ratio ipsis cognita elevat, ct legibus naturæ ipsis cognitis phœnomenon istud non videtur consentire : at Revelationem probabilem adeoque miracula etiam (sine quibus Revelatio vix habet auctoritatem) credibilia facit hinc opis divinæ necessitas, illinc divina bonitas, quibus permoti inter Ethnicos sapientissimi hanc a Deo gratiam et petierunt et exspectaverunt.

Obj. II. Revelatio seu Mosaica seu Christiana gravissimum onus et credendorum et agendorum imponit hominibus. Homines ea saepius abutuntur; jainquc occasio extitit inultarum calamitatum. Denique perquam levis semper fuit Revelationis efficacia ad temperandas hominum passiones : sed primum divinam bonitatem, alterum sapientiam, el postremum potentiam Dei infinitam minus commendant; itaque Revelatio non ita est congrua divinis attributis, utprælexuiil ejusdem defensores.

Hesp. Duo sunt, quæ Deus ab homine potissimum exigit, fuga mali et exercitium boni; hæc ut certius oblineret, varias leges et ritus imposuit, quibus ceu repagulis etiam aditum mali praecluderet ; non secus ac prolis incautre amanlissimus parens eam non solum prohibet ab ultima praecipitii margine, seda vicinis ejusdem locis; ne si ferat se, quo licet, proruat, quo non decet. Etiam providenliæ divinæ naturalis muneribus homines abutuntur, ct Revelatio per lumen naturale homini a Deo facta, ad moderandam hominum vitam, mullo leviorem efficaciam habere deprehenditur, quam habet Revelatio e. g. Christiana. Non ergo a Theistis judicandum est de divinis institutis M hominum moribus, sed ex legum scopo. Ratio et Fides admonent, quid faciendum ; el Fides melius admonet. Ulraque multa habet ad virtutum incitaineiila ; sed Fidos habet poteutiora. Nentia vero cogitad amplectendam virtutem. neutra tollit arbitrii libertatem.

Obj. III. Lex naturalis tamest perfecta, ut nihil ad mores et Religionem perlinere possit, quod quisque etiam idiota non pervideat. Deinde quid interest, si quis pius in Deum, benignus in proximum sobriusque sit, moti vis excitatus naturalibus an revelatis? Virtute sola delectatur supremum Numen, et qiiTcumque institutio etiam coelestis huic fini subservire debet. Quæ Igitur utilitas Revelationis?

Resp. Quam mala fide identidem oggerunt toties repressa minuti Philosophi? Quis unquam Philosophus officiorum vitæ et Religionis summam confecit sine maximorum errorum admixtione? Quotnsquisque eorum fuit anirno ita comparatus, uti Ratio praecipit; et disciplinam suam non ostentationem potius scientiæ, quam legem vitæ putavit? Qui factum, ut sola

ratione duce ne una quidem gens in Veri Dei legitimum cultum inciderit' Qui contigit, ut sola gens Judaica Veri Dei notitiam habuerit? Nonnesumnb hominum bono legem et ipsa continet naturalem Religio Revelata, constans, perpetua ct flecti nescia vitæ regula, externa ct nova legum naturalium promulgatio sine admixtione erroris ac superstitionis, et cum nova canimdetn auctoritate a miraculis aliisque argumentis ad vulgi captum valde accommodatis? Veras virtutes et vitæ sanctitatem, quæ Deo grata sit, et gratum hominem faciat, undenam hauries limpidius ac certius? an ex monstro» veterum, aut e\ corrupta recentiorum Naturalistamm philosophia ? An ex Revelatione Mundo coæva, quæ constanti el perpetua Traditione ad nos pura et incorrupta decurrens, a singulari doctrinæ puritate suscipienda est.pra·-ceptis morum optimis instructissima, nobisque commendatissima a viris in omni ætate ab insigni pietate conspicuis?

Quam igitur praedare Lactantius pro hac contra illam: « da mihi virum, qui sit iracundus, maledicus, elïrænatus ; paucissimis Dei verbis tam placidum, quam ovem reddam. Da cupidum, avarum, tenacem; jam tibi cum liberalem dabo, et pecuniam suam plenis manibus largientem.... Nam quis hæc Philosophorum aut unquam præslitit, aut piæstaro, si velit, potest? · L. III. *de falsa Sap.*

Obj. IV. Ratio præ Revelatione certa est; nam illa parit certitudinem metaphysicam, ct demonstratione innititur, hæc vero nonnisi moralem, quæ est ab auctoritate. Facilior etiam via est ad veritatem per Rationem, dum contra difficillimum sit dijudicare Revelationem veram a falsa; tum ob varietatem prætensarum Revelationum, et cujusvis nationis de sua Religione a Diis accepta persuasionem ; tum ob perpetuam variationem in Religione per Traditionem propagata. Id certum, quod hodie apud gentes magis excultas clarior vigeat cognitio legum naturalium, ad quassi cæcutiit Antiquilas. nihil id prorsus obesse potest perspicuitati illarum legum in se clarissimarum.

Resp. Cum praecepta morum et fidei per se evidentia non sint, ncc pleraque hominum valeant conficere demonstrationes, manet Revelationis summa utilitas respectu multitudinis. Manet quoque respectu sapientum, quia externa promulgatio praeceptorum naturalium, confirmata miraculorum et vaticiniorum splendore, confirmat animos jam veritate per rationem imbutos, efficitque magis constantes, dubiis et suspicionibus minus obnoxias; est lucis quoddam augmentum et magis auctoritativa, quam ea, quæ fit per rationem ; el cum omnes sensus feriat, attentionem majorem provocat. Moralis certitudo, ceu hominum ingeniis magis accommodata, eaindem vim habet in vita civili, quam habet metaphysica. Adhiliemus fidem sensibus ct testimoniis hominum sine ulla errandi formidine. Cui principio philosophico firmius adhærcmus, quam factis positis in consensione hominum? Prius dubitaremus de aequalitate trium angulorum in Triangulo et duorum rectorum. quam de existentia S. Kiliani et ejus glorioso martyrio. Sic quamvis immortalitas animi solidissimis argumentis fuerit a Platone et aliis demonstrata; tamen (.icero scripsit, quod multi alii experiuntur : « dum lego, assentior; cum posui libium, omnis illa assensioelabitnr. » Et quod demum argumentum ad convincendum etiam philosophum esset magis accommo»

datum, quam mortui sepultique amici frequens apparitio, et de rebus hujus et alterius vitæ sermo gravis et constans in iis circumstantiis, cum omnes sensus sine ulla perturbatione essent liberrimi? Igitur sensus ct consensio hominum cani pariunt certitudinem, quæ rationi quocumque nomine certæ quoad vim et efficaciam ad persuadendum nullatenus cedit.

Facilius inveniri posse praecepta vitæ per rationem, quam per auctoritatem Revelantis, plane absurdum est; cum experiamur, nullos plane priori modo informari, totum autem genus humanum institutione a parentibus, magistris ct publica fide accepta,. ubique erudiri. Homines facile institui, difficulter philosophari, abunde stabilitum. Mutationi exposita est Religio Traditione propagata: numquid minus Religio promulgata per rationem, cujus in diversis usus diversissimus est? Sed libri, quibus innititur Revelatio, possunt interpolari et adulterari. Quam ridicula conclusio! omnes ergo libri sunt corrupti? Ex vanissima suspicione contra innumeros el integerrimos testes concludere, temeritatem habet maximam. Quod in systematis philosophicae Religionis major quædam claritas in rebus comphnibus hodie vigeat ; hoc omne perfidi a vera Religione apostatæ secum abstulerunt: uti antehac dicta manifestant.

Obj. Γ. In omni ætate, populi, qui Revelationis auctoritate ducebantur, novarum semper revelationum percupidi fuerunt ; nec ullo tempore impostores deerant, qui populos fallerent; ut idcirco probandi sint spiritus, utrum ex Deo sint. Hoc vero examen longe difficilius est, quam Rationis ductu ipsam veritatem invenire.

Resp. Populi semper avidi fuerunt novarum Revelationum ; esto. Ergo nulla vera; quæ consecutio philosophi! Unde orta est hæc populorum ad recipiendas Revelationes propensio, nisi ex conscientia suæ ignorantiæ, et sensu illius indigentiæ, in qua erant constituti; aut ex antiquissima Traditione a communibus parentibus accepta, qua sciebant, Deum (dim cum hominibus locutum esse? Ergo contra communem hominum sensum negant Theistæ, Revelationem esse utilem, et deprecantur munus ab omnibus expetitum.

Impostores discernere, nullo modo tam difficile, quam ex sola ratione omnem veritatem dignoscere : nam rudibus ad omne examen ineptis omnia æqualiter sunt difficilia, et summa eorum felicitas est, si sorte nascendi hoc summum acceperint a divina providentia beneficium, ut cum lacte suscipiant veritatem, cujus inveniendæ pares non fuissent. Aliis quamvis ad ratiocinia ineptis facilius est, factum dijudicare, quam philosophica disputatione veritatem invenire, cum experiamur eos bene contexere narrationem facti, cujus ipsi testes fuerunt, ct recte judicare de aliorum relationibus. Demum quod prudentiores et doctiores, qui solent præsidere cæterorum hominum Religionibus ac opinionibus, summas in religione Revelata utilitates reperiant, ex alibi dictis indubium est.

SECTIO III.

NECESSITAS RELIGIONIS REVELATÆ.

§ I. PR.ECOGNITA

Est hæc ac fuit multorum sententia, potuisse haud dubie æternam salutem consequi eos, qui in statu Legis Natura per bis mille annos Deum coluerint ex creaturis cognitum, et a gravioribus peccatis sese abstinuerint, quæipsa ratio dictat rationi adversantia. Cum enim Numen benignissimum omnes homines velit salvos facere, medium salutis æternæ ita debere esse comparatum contendunt, ut obtineri ab omnibus possit; quod proin aliud non fuerit; quam lex illa naturalis. Fuit namque æterna salus non uni alicui genti tunc alligata, sed sicut lex, ita salus una omnibus communis. Mulla etiam pro illo statu, quojiei natura minus homini perspecta erat, humani' imbecillitati induisisse Deum excogitata a prudenlioribus symbola Divinitatis, per quæ rudiores clara Dei notitia non imbuti, quadam ipsis etiam Patriarchis, Thar.e imprimis et Abrahamo, nec non Labano et Jacobo consueta sensibili ratione Deum colerent et adorai ent. Posthac ubivis terrarum invalescente Dei et legis naturalis aut oblivione aut ignorantia, cum homines ipsa illa symbola pro Diis haberent ; gentem aliquam peculiarem ei *omnibus discretam fuisse,* quæ certis histructa legibus reliquis exemplo esset. *Hac* vero servitute et legum jugo excusso tandem venisse Messiam, qui tot legibus ac ritibus abrogatis primam illam libertatem restituerit, revocata sola lege moralL ac naturali dc Deo notitia, addita tantum fide in Christum.

Atque hujus sui systematis hoc ponunt fundamentum, quod de divina bonitate non sit prasumendum, velle tot hominum myriades aut olim propter defectum fidei in Christum, aut hodie propter fidem non redam in Christum ad tartara detrudere. Tametsi vero id genus Naturaliste nostris Incredulis, qui omnem et Revelationem el Fidem divinam explodunt, aliquantum seqniores videantur; tamen par fere impietas paribus armis profliganda est.

§ II. THEMATA.

I. *Xecessaria semper fuit Revelatio Externa Religionis, ceu Legis universos obligantis.*

Probatio. Religio est universalis omnium Regula obligans et pueros, qui inde a teneris ad cognitionem, timorem et amorem Dei, ad justas veri el æqui leges adstringuntur; et plebeios. qui inter virtutes et vitia disceniere;

et tenuioris ingenii homines, qui, modo ndn sint animi impotes, nulli reclæ rationis officio deesso debent. Hæc vero Regula nequit esse duntaxat humana; cum hominis in hominem non sit tanta auctoritas, quæ (tametsi Aristotelis aut Platonis aut ciijusvis sapientioris Philosophi fuerit) vel unius hominis, nedum totius gentis humanæ conscientias ligare valeat ceu ineluctabilis; unice proin a Deo Revelante, cujus infinita est sapientia, veracitas et majesto, ea est repetenda.

Nimirum inde ab exordio natura rationalis certissima edocuit experientia; P.Plcrosque mortalium non admodum intentos fuisse in rerum invisibilium notitiam ac contemplationem; minus affectos ad divina, quam humana; abreptos cura terrestrium pra illa bonorum cœlestium; ct corporis, quam animæ studio magis addictos. 2°. Magisterio destitutos, tametsi vellent, haud potuisse tot inter Mundi illicia, hominum scandala ac viliorum impedimenta, solo rationis lumine ad Dei Veri, Unius ac Providi cognitionem cullumque legitimum, ad spem firmam æterni in cœlis præmii, ad suæ mentis immortali talem rite aestimandam eluctari. 3n. Magisterium, si quod fuit, non fuisse pro universis, quod liquet ex dictis; nec fuisse sufficiens ad tot tanlaque Religionis officia omnibus efficaciter perauadenda, ulpotc sola auctoritatehumana nixum, eorum scilicet Magistrorum, qui perpetuas inter se discordias foverent ipsi, ut quod uni verum, alteri falsum, aut dubium rideretur; ipsi quamvis perspicacissimi, post longissima tamen studia, qua ancipites circa veritates ex Revelatione certissimas, qua in omne genus errorum prolapsi ; ipsi, quod melioribus auspiciis aliquando invenere verum (uti de animæ immortalitate et de praemiorum pœuarumquc æternitatc), non habentes tamen pro incunctanter vcroel certa Regula morum.

Atque idcirco acutissimi quique populorum moderatores pro asserenda suis legibus ac institutis ineluctabili auctoritate, easdem ex inito cum Superis consilio prodiisse, commenti sunt. Igitur quovis tempore ad excutiendas erroris ac dubii nubes lumine Revelationis indigebant mortales universi.

Verissime jamdum pronuntiavit Lactantius dc Religione mere philosophica et naturali : « Sed nihil ponderis habent illa pracepta, quia sunt humana; et auctoritate majori, id est, divina illa carent. Nemo igitur credit, quia tam sc hominem putat esse, qui audit, quam est ille, qui praecipit. » L. III. c. 27.

U. *Revelatio Externa semper necessaria fuit ad cognoscendum Primi Hominis peccatum, hujus pœnam et remedium.*

Probatio. Quis est homo, qui natura corrupts malignitatem et miserias non sentit vixdum natus? qui non perpetua.* inter carnem et spiritum conIradictionis tragicos effectus experitur? qui, dum corpus quamvis ex imperio Numinis animæ subditum, animæ tamen constanti rebellione obluctatur, meliori quidem videat et probet, sequatur tamen deteriora?qui suæ rationis cæcitati, voluntatis deordinationi, el concupiscentiarum rebellioni non merito ingemiscit? Inde vero Ethnici etiam, Cicero el Plinius conquesti, quod homo a natura non ut a matre, sed ut a noverca in lucem editus sit, inde summi etiam Philosophi Pythagorei ct Platonici inferebant, nos in statu

multo feliciore primum conditus, el in hunc quasi purificationis statum detrusos fuisse, ad luendas hic poenas criminum illic patratorum ; inde alii duas in nobis animas esse delirarunt ; inde tota fere antiquitas sibi persuasum habebat, eo in statu (in quo nunc est) hominem a Deo minime creatum esse; aJioquiu, cum tantus sit operis creati defectus, in ipsum auctorem n|!im-daret; ncc instituti divini esse, quod nascamur ira, non gratiic filii; si vero ita sit, injuriam esse, cum omnis ira feratur in auctorem iujuriæ; igitur irato Numini injuriam ab homine illatam fuisse; quisquis autem inferat injuriam, cum jam existerc ; aliqiris proinde, isque primus homo esse debuit, qui filius ira natus non sit, nc in infinitum fiat progressus. Funestam igitur mutationem natura integra in depravatam, nocentem, ct ream a primunini parentum culpa derivari, extra omne dubium prudens positura cst,sem-perque fuit.

Undcnam autem, quod natura aliquando integra extiterit; quod Primus Homo praevaricando legem divinam ea integritate exciderit ; quod unius hominis peccatum ct cum eo mors in omnes homines pertransierit; certu rescirent omnes Mundi aetates, atque omnium ætatum homines, Jiccl gen-tiles, nisi ex Revelatione divina scripta vel tradita; qua Deus, cui salus nostra cura est. ut tales essemus, quales esse debemus, nos scire voluit, quales fuerimus ; qua ut hominem sute conditionis ac miserrimi status (in quo nunc est) pudeat, fecit cognoscere illius gloriam, unde exciderat; qua voluit hominem sibimet imputare, quod patitur, ac divinæ misericordiæ sc vd inde obstrictum esse intelligat, quod non patiatur graviora; quodque cum homo per scipsum merito finiti valoris haud valeat, nec Deus ipse sibi possit satisfacere, eum modum ct rationem inierit Dei sapientia, qua et homines bearet, et justitiæ satisfaceret. Deum-Hominem ordinando Redemptorem : nam homo esse debuit, qui pro hominibus satisfaceret; ct Deum esse par fuit, cujus satisfactio esset infinita.

Itaque tametsi in administratione naturali vestigia deprehenderentur tanti Mysterii dc lapsu et reparatione gentis humanæ; tamen, iitdocclS. Aigistjnts L. IV. contra Julianum, sine revelationis luce rem duntaxat, hoc est, corruptionem natura agnoverunt; causam vero nempe peccatum, ut vocant, originale, multoque magis ejusdem remedium innixum raerili: Christi omnes ignorarunt.

Testatur Cl. Hoocke Tom. *II.* legisse se in antiquissimis Egyptionim scri-ptis: «. in primo cœli statu hominem supremæ rationi interius unitum fuisse, et in suis actionibus justitiam secutum; animum ejus sola tunc delectatum veritate, immunem ab omni errore. » Strabo L. XV. pag. 71.3. dc hac Indorum doctrina testatur: « oliin omnia plena erant triticcæ et hordeaeæ farina·: fon-tes alii lacte, alii aqua fluebant... Homines anlein ob satietatem ac luxuriam ad contumeliam se transdiderunt. Jupiter igitur illum statum exosus omnia abolevit, et vitam per laborem degendam instituit. » lu quæ sensa commen-tatur Calsaboms : « Nemo dubitabit hæc legens ex eo esse licta, quæ nos eacra pagina ducet de atalu pi imi parentis ante lapsum. »

III. *Revelatio Externa cumprimis necessaria est ad cognoscendum et obtinendum Finem Hominis ultimum.*

I Prob.hio. Finis, ad quem Deus hominem creavit, non est alius, quam illa merces nostris laboribus promissa; quam corona illa, quæ manet victores ei hoc rerum mortalium conflictu egressos; quam propositura nobis pra-iniuinælernæ bcaliludinis, quæ sil clarissima Dei visione inchoanda, amore perficicnda; ct gaudio complenda sempiterno. Hunc tam sublimem el excel-sum Finem (cum vires humanas superet) merito vocamus supernaturalcm, non liquido cognoscendum, nisi per lumen Revelationis supcmaluralc, nec œrtoobtinendum,nisi ope gratiae supernaturalis. Quantumvis enim commu-nis omnium populorum ac temporum consensus de ælerna hominis felicitate non obscure testaretur, tamen nec vera illius obtinendæ media suggerere, nec, in quo sit vera et ælerna hominis felicitas, tota retro antiquitas (quæ luce caruit Revelationis) clare pervidere ac rite statuere unquam potuit,· in Campis Eh siis quaerens gaudia immortalium animorum, quæ nec sunt, nec vera esse possunt, nisi in coelis ct in Deo. Ubi vero ad rite cognoscendum Finem hominis Ultimum superna Revelatio, ibi ad eumdem certo obtinen-dum prater Revelationem, divinæ gratiae auxilium plane necessarium est.

11 ad Deum remuneratorem accedere possit homo, necessaria omnium fides, quæ Deus credenda proposuit ; necessaria omnium obedienlia, quæ Heus pracepit agenda ; necessaria omnium expiatio, quæ contra Deum homo deliquii; necessaria virtutum merita, quæ coelesti, supernatural! ac ælerno digna sint præmio ; necessaria omnium exeeutio, quæ ceu media ad æternàm salulcin Deus ordinavit. Undcnam autem horum omnium (inter quæ altis-•ima mysteria, sacerrima Sacramenta, leges, veritates et virtutes Superna-luralcs sunt) aut sufficiens sine divina Revelatione cognitio; aut sufficientes ad eorum omnium observantiam sine gratia divina vires in homine, tam ad divina et coelestia cæco, quam infirmo? Ergo vel nulli unquam Philosophi lugnovenint, aut potuerunt cognoscere omnem veritatem ; vel impleverunt aut potuerunt implere omnem obligationem ad perfectam Religionis el murum informationem perlinentem.

Quid enim inter cadera ad Religionem tantum allinet, quantum cognitio viæ ct modi, quo peccata expiari possint, ct placari infensum sceleribus \'umen?At dum malum aperiebat Ratio, cl conscientia'minitabatur, reme-dium nullum afferebat Philosophia. Poenitentia nunquam visa est Philoso-phis, neque debuit videri expiatio criminis sufficiens ad ulciscendum legum divinarum contemptum, ad vindicandam divini imperii majestatem, ad ma-nifestationem divinæ sanctitatis; hinc ad sacra omnis generis cl expiatoria sacrificia veteres ubique confugerunt, ipso etiam litantes humano sanguine; quæ tamen sacrificia minus probarunt sapientes, rati exspectandum esse, donec reconciliationis inter Deum el hominem modum Deus ipse hominibus jjnifiiaiet.

IV. *Recelâtio Externa Religionis, quantum omnibus semper necessaria, tantum fuit omnibus communis.*

Probatio. Lt primum condidit .Mundum, etiam se manifestavit homini Deus, ct lapso promisit .Messiam ex muliere nasciturum; horam testem stituens Adamem. Hic tametsi filiis ac posteris easdem revelationes ac promissiones divinas communicaret; tamen prima jamdum Mundi ætatehominum culpa factum, ut eae penitus oblitterarentur, nisi in Enoch, Lamech atque aliis quibusdam Sanctis fides in Deum, spes in Christum et veritatum divinarum notitia ac veneratio perstitissent. Invalescente hominum malitia missus a Deo Noemvs, quem cum, reliquis submersis, solum servaret Deus, divino hoc miraculo cum potestatem, tum voluntatem salvandi Mundum comprobando, spem hominum in Messiam denuo corroboravit. Vigente etiarmium memoria Nocmi, Deus Abbaiiamo undique ab idololatris cindo Messi® adventum iterato promittit. Hunc Isaac et Jacob cum suis in tided spe exspectabant; et quamvis abominatio lenam imdequaque oppleret,hat in verba morions ac filiis benedicens Jacob : *Salutare tuum exspectabo, Domine,* Revelationis divinæ testis extitit incredulo orbi.

Inficiant .Magia et Idololatria .Egyptios, atque Ægyplii ipsum etiam Dei populum secum abripiant; erit .Moses ct cum Mose plures erunt, qui Deum adorent, Messiam exspectent, et bona sperent æterùa. Græci et Latini falas Divinitatibus, Poetæ Theologiis et Philosophi Sectis diversissimis æque ac falsissimis orbem inundant; ncc desunt tamen in medio Judææ hommes electi cumprimis Propheta, quorum vaticinia simul cum Judicis dispew per totum fere Mundum : abundant vero etiam imagines ac ligurædeMessia, de Messi® adventu, dc modo et tempore adventus.

Demum in plenitudine temporum venit Messias ; et quamvis contra Christum et Ecclesiam Christi reges, populi ct gentes infremant, portæ tenebrarum schismata et hæreses evomant, regna et imperia quaevis collabantur cum stupenda ubivis rerum omnium catastrophe; tamen vera Christi Religio in hunc diem adorat Deum, qui adoratus fuit semper, nulli unquam mutationi aut eirori obnoxia, tot ac tantis insignita prorogativis et characteribus, ut inexcusabilis sit, qui etiam non internoscat atque amplectatur. Sic ergo communis erat necessaria Revelatio divinæ Religionis, et omnibus et semper, ut ad omnes gentes ct potuerit pervenire; quite si non pervenit, hominum, non Dei culpa non pervenit.

Obj. I. Si revelatio quam necessaria nmnibus, tam fuit omnibus communis ; cur Deus non fecit taliter omni Nationi, ct judicia sua non manifestavil eis? Cur Judaica Religio in Arabi® desertis et ad unius populi divinh beneficiis indignissimi usum concessa ? Cur Christiana etiam doctrina in Judæa solummodo fuit a Christo prodicata, cujus tametsi in variis Mundi partibus sensim propagatal innumeri populi vix ullam in omni aetate notitiam habuerunt? Si Deus voluit Revelationem omnibus necessariam; debui! quoque omnibus, olim quidem via prophetia*, ac hodie via prædicationis Evangelic®, ne sit acceptor personarum, sell paler suorum amantissimus, eamdem communicare.

Ita Scriptor Anelus libri : *Oracula Rationis.*

IIhi·. Exponant Theistic, cur vcl in ordine Naturalis Providenti® alii hebcks alii ingeniosi ; alii nativa quadam prudentia imbuti, alii leves el inconsiderati; alii humani el benigni, alii crudeles et ad malum propensi nasciinlin? Cur Deus alios bonis forlnnæ, optima institutione, omnibus lwikc beatæque vil® adminiculis adjuverit; alios in adversa fortuna sine iisdem reliquerit, vel etiam permiserit, ut ab infantia traderentur dominis flagitiosis, qui ad omne scelus eos erudirent ? Si hujus in rebus humanis ejposuerinl causas varietatis, nos quoque explicabimus secundum eadem principia, cur in oeconomia Revelata eadem facta sit hominum distinctio el discretio. Ab ortu mundi illuxisse quamdam Revelationis lucem, constat ex didis. Quippe manifestum, quod Deus veteribus Patriarchis fuerit locutus; quod omnes gentes non sine lumine superno conspiraverint in offerenda Deo sirritieia; quod prima ætate, hominum origini propinquiore, ad Dei unius cultum indigerent sola Iraditione ab Adamo ac Noemo accepta; quod inde Religionis notitia diu steterit in Oriente, prout Melchisedechi, Abimelcchi, lobictaliorum exemplis comprobatur; quod ignotus multo tempore Idolorum cultus etiam Routa, in veteri Gallia, in Graecia et in Ægyplo a ritibus dc se innoxiis coeperit; quod posthac (ut fieri amat) creverit superstitio, ac, cvancscente ex hominum mentibus primæva rerum institutione, pleno alveo orbem prope universum inundaverit.

Non ergo populis Revelatio, sed populi defuerunt Revelationi. Sed investigare, ob quant causam Deus nec olim, ncc hodie omni nationi locutus sit aut per Prophetas, aut per Christum, aut per Apostolos, aul per inspirationem; id plane vilissimum est in arrogante Philosopho, nempe perscrutari vias Dei investigabiles, divinam oeconomiam ad humanum tribunal cogere, atque audere infinitam consiliorum penetrare abyssum. Satis ac prope nimium pro homine (qui omnis Dei inimicus nascitur), quod Deus illuminet uiiicm hominem venientem in hunc mundum, via rationis, via illustrationis, via giatiæ ad fidem ct salutem vere sufficientis.

06/.//. Revelatio, quç sit universalis omnium Regula, ad instituendam ieram Religionem et bonam vitam cunctis necessaria, debet esse certa el cudens; cum credibile non sit, Deum voluisse ad horniues mittere legatos •ine clarissimis legationis suæ signis, aul obligare universos ad Religionem, dc cujus veritate docti etiam et sapientes dubitant. Quæ autem certitudo ac cudentia Religionis Revelata; cum viri etiam acutissimi post multam positam operam in explicandis iidei Christian® fundamentis assensum denegent; imo Evangelium totius Judææ gentis testimonio refellatur? Revelatio perficit Religionem naturalem; sensibili ergo ratione, ut omnia mysteria ct ■Jogmata comprehendi faciat, exposcit ipsa notio Revelationis. Perfectissima Religio est, quæ est omnium clarissima; cum illa, quæ praedicat mysteria, contradictiones involvat ct diffidentiam causct. Deus, quem adoro, non est Deus tenebrarum. sed lucis, qui et lumen rationis indidit homini, ut scitu digna et necessaria pervideret omnia.

Ita Rocsseac, Æmiïe, L. III. pag. 103-39. inde deducens pestifera hæc capita: QOh esse instruendos infantes circa Dei existentiam, vitam futuram el principia moiuin, prius quam ipri suæ rationis lumine ea claic pucipiuni,

non oppido certain esse mundi creationem; omnia mysteria a Religione eliminanda; non rationem sacris litteris, sed has rationi subjiciendas ;libcnnn dsse unicuique cogitare, loqui, scribere de Religione, prout libuerit.

Rest. Ne in ordino quidem naturali natura ct providentia Dei, vel liumv næ \ilæ principia sua evidentia ita percellunt hominum mentes, ul ad assensum cogantur ; id manifestum ex gravissimis dissidiis veterum circaomnii quæ sunt in Philosophia certissima, nec non ex turpissimis erroribus tulitfere humani generis circa div inani naturam ct Religionis naturalis principi Quippe insevit natura humanis mentibus solummodo semina sciential d virtutum, scientiam ct virtutem non dedit, quæ fructus sunt industriae d meditationis aut liberalis institutionis, quibus inediis carentes homines ill> natura igniculos sic quandoque extinguunt, ut nusquam natura lumen appareat; cx quo tamen male inferret Rousseau, vanam esse scientiam ct virtutem. Numquid in vita etiam civili ceu stultum rideret Rousseau, qui nihil ageret ex eo, quod non haberet certissime compertos exitus suarum actionum?

Deus lucis, non tenebrarum Deus est : sed qui lucem habitat inaccessibilem, qui Deus absconditus vocari amat, ct qui posuit tenebras latibulum suum; quod ipsum docet Religio. Nimirum circa oeconomiam Revelatam Deus voluit esse locum merito in recto usu omnium facultatum, intellecte et voluntatis; sapientissime ergo actum, ut Religionis splendor omnium oculos haud Malim feriret, ut libera essent judicia, et « ut sermo Evangclii tanquam lapis esset lydius, ad quem ingenia sanabilia explorarentur » ; ut ait Groths. Num Mosi el Prophetis, Christo et Apostolis manifestissima missionis divinæ fuerint argumenta? ii solum dubitant, qui illorum claritati attentam mentem denegant, uti Rousseau; aut qui majorem adhibent diligentiam ad inveniendas difficultates, quam in ponderandis rationibus, uti Rousseav. Res non ideo cerlæ sunt minus, quæ a' talibus non admittuntur, qui Deo. suminæ veritati credere renuunt, ut rationi credant suæ etiam in naturalibus tenebricosa.·.

Obj. III. Ratio ct Lex naturalis hominibus a Deo data est cou vitre Rcguh relate ad Deum, scipsum ct proximum ; nulla ergo necessitas Revelationi- est, prasertim cum lex tota naturalis contineatur paucissimis veritatib» simplicissimis, scilicet notitia existcntiic ct perfectionum Dei; ct quod ad pravin attinet, obligatione uti honorandi ac diligendi rerum omnium parentem Deum, sic omnia entia rationalia, cum quibus est nobis juris cwninunio, benevolentia prosequendi. Hæc autem duo præccpta onuiibus obvii ac notissima, atque in omnium mentibus uniformia esse, nemo ignorat.

Resp. Simili ratiocinio conficiam adversus Incredulos, nullos nasci surdis aulcæcos. qui i datus est a Deo oculus ad res videndas, nec vane a Deo sapienti ct bono datus est. Item, nullum esse in mundo malum nec physicum nec morale, quia hæc nobis non videntur consentire cum Dei summa bonitate- Nullius ergo roboris sunt argumenta rnetaphysica contra facta clarissima. Esto, quod Ratio et Lex naturalis, dum natura adhuc integra esset a-, incorrupta, fuerit perlecta vilæ regula; non vero in pnesenti conditione natura· human;»' : certum enim, quod ratio cujiisquc hominis illam perfectionem jam non habeat, quam habuit homo primum conditus; sicut certum quoquto videtur, primam hominis prugeniem non fuisse cæcum, neque sui*

dam. Urum Deus ab hominibus malesanis illa omnia exigat, quæ ab hominibus sanis exigebat, ct utHim homines naturalia officia; quæ primas homo integer praslilit, nunc non possint præslarc; non est hujus loci definire. Sine dubio parens optimus cstæquus creditor, qui metere non vult, ubi non seminavit, usuram talenti commodati tantummodo repetens, ct si amplius voluerit, vires daturus ampliores. Id certum, esse homines in summa difficultate veritatis inveniendæ et virtutis exercendæ, quæ difficultas reddit verissimum, quod Lex Rationis sit imperfecta, constituens hominem in magna indigentia opis alicujus supernaturalis.

Principia illa Legis Naturalis paucissima non æque sunt aut fuerunt ante propagationem Religionis (uti jactitantur a Thcislis) manifestissima, et in omnium mentibus uniformia; cum teste Tullio in LL. de Nat. Deor. « perdifficilis ct perobscura qnæstio sit dénatura Deorum, quæ et ad agnitionem animi pulcherrima est. ct ad moderandam Religionem necessaria. Dc qua tam variæ sunt doctissimorum hominum tamque discrepantes sententiæ... » Et apud cumdcm,L. dc amicit. « mihi semper, inquit Plato, visum est, et diam nunc videtur, hominum ad rectam vitam institutionem omnium longe difficillimam...» cui ibidem consentit Aristoteles. Idem vero Tullius L. IL dc leg. dicit, « raro evenire, ut vel in senectute homines sapiant, rectasquc habeant rerum notiones.» Si vero Philosophi optimi ct gravissimi tantas in investigandis primariis veritatibus illis difficultates experiantur; quanto magis abest rudis plebs ab hac officiorum perfecta comprehensione, cum illa contineantur tanquam conclusiones in principiis per argumentationem evolvenda, ct per difficilem quandoque seriem consectariorum.

Obj. IV. Si revelatio est necessaria maxime ideo, quod Ratio hominis sit imperfecta, ct sine Revelatione lex naturalis non clare cognoscatur ; ergo plurimorum salus redditur impossibilis : maxima enim para hominum rudi?, inculta, agrestis, imo in sylvis enutrita ad Revelationis ct legis supernatiiralisnotitiam pervenire non potest; hac autem destituta nequidem officia naturalia satis cognoscit. Quis autem de Ente infinite bono et justo vel cogitare ausit, quod hominum æternam salutem alligaverit qua legi naturali valde obscura, qua legi supernatural! plurimis imperviæ?

Resp. Non imputatur in culpam aut in poenam, quod quis invitus ignorat; quicumquc ergo Revelationem penitus ignorat, quidquid ex hac ignorantia perpetrat, nec culpæ subjacet, nec pœnæ. Attamen Revelatione sic destituti in multis impingunt etiam contra legem natura, quamvis sine peccato, ul aiunt, formali; igitur fatendum est Theislis, quod pro legis naturalis neutiquani in omnibus clarissimæ notitia atque observantia, el utilis et necessaria sit Revelatio. Ipsi vero Thcislæ peccati etiam formalis reatu stringuntur, quod cum possint praeceptorum naturalium uberiorem notitiam consequi per ipsam Revelationem, hanc Revelationem, quam ipsa ratio suadet, nulla ratio dissuadet, et multiplex ratio persuadet, perfide abjiciant, ne suos illi mores cogantur attemperare.

Divina sane ac infinita bonitas est, quæ delicta ad verans Legem Nalura; ev invincibili ignorantia perpetrata absolvit a reatu ; quæ Revelatione sua Rationem ct Legem Naturalem adjuvat;quæ vitam conformem iis, quæ mani* JstalRalio, ulteriori beneficio dignatur; quæ facientem, quod est in se, fidei

el salutis ælernæ mediis vel solitis, vel insolitis etiam neuliquam destituit. Sed el justitia Dei infinita est, quæ Incredulos Majestatis suæ scrutatores opprimit; quæ culpabilem praeceptorum naturalium ignorantiam. neglectum el contemptum Revelationis, el mores Theistarum nec Rationi, nec Revelationi conformes pro gravissimis flagitiis habet; quæ fidem divinam, qua se mdignos faciunt arrogantes Philosophi, transfert ad gentes;quæ tandem in die illa multo tolerabiliora paganis, quam Theistis, supplicia decernet.

Obj. Γ. Finis cujusvis Religionis est facere bonos et virtuosos, ad quoi solæ leges conducunt, nihil autem seu dogmata seu mysteria Revelata; maxime cum hæc dicantur esse supra Rationem, atque hoc ipso sint contra Rationem. Quod vero pugnat cum Ratione, nec medium est virtutis, nec Religionis objectum esse potest ; ac proin Revelatio minime necessaria est, quin etiam indigna vera Religione.

Resp. Vera est Religio, quæ devovendo lotum hominem Deo, totum Iminem efficit bonum. Bonum autem, cognoscere quodvis verum, cum nuUa veritas (quamvis diversi ordinis) contradicat veritati; sicque perfici intellectum, cujus objectum est omne verum : bonum, credere Deo revelanliceu primæ et suramæ veritati; sicque intellectum humanum captivari in obsequium fidei : bonum, obtemperare Deo praecipienti; sicque voluntatem,et quasvis alias facultates devinciri obsequio legum divinarum : bonum.sk naturæ imbecillitatem ac depravationem, et horum originem malorum certo rescire; sicque Dei clementiam opemque cum humilitate exposcere : bonum, Dei-Hominis nossc labores, dolores cl amorem erga nos summum ; sicque ad fiduciam in meritis Redemptoris, ad horrorem peccati, ad amorem iufinili amoris vehementius accendi... Cum igitur Revelatio dc peccato originali, de Incarnatione Verbi ct dc aliis fidei dogmatibus ac mysteriis lotum hominem ita Deo devoveat vereque perficiat; quis ambigat, per Revelationem constitui veram Religionem, cujus duo sunt cardines, credere etoperari. ita ut nemo sit bonus, qui alterutrum negligat aut contemnat.

JMfr***j

Attamen mysteria Theistæ contemnunt ct dogmata quævis siipernaluraln. ecquod cum rationi non congruant, rationi opponantur; quasi inter *oppmi* et *conyruere* non sit medium, scilicet esse ordinis superioris. Non est diluenda oppositio inter ea, quæ se invicem excedunt, ac ubi inferiora nwi contingunt superiora, quæa suprema et dh ina Ratione hominibus communicata tanta auctoritate praestant, ut tametsi Ratio humana pugnaret cusi divina, huic potius auscultandum foret, atque illa nullo esset loco habenda, vel ipso Bayl io teste; fere sicut sensuum relatio parum valet in iis, quæsunl puræ rationis. Deus imbecillitati humanæ consulturus fecit hominem sibi ipsi incomprehensibilem, quo minus possit conqueri, si Deum non comprehendat ; hinc fideles vere humiles et quod comprehendunt, ct quod non comprehendunt, adorant ; probe gnari, hanc vitam esse tempus tenebrarum, in altera primum vita removeri velamina, dissipari umbras, et veritatem omnino detegi. Incredulus, quod non comprehendit vel negat vel indubium vocat, nihil convictus vel a voce Prophetarum, vel a docilitate cæca humilium, vel a loquela facunda miraculorum. Et quid ultra requiret? an de-cuidal Deus in terram ad edomandam ejus obstinationem ' Descendit. ne. tamen major est fide» increduli. imo pej >r exin incredulitas. Deus hon»

faclus, Dens crucifixus, Deus mortuus: oece mysteria fidei nostræ, sed et objecta incredulitatis !

VidcBAYLii op. *Réponse aux questions d'un Provincial, ch.* 161. *Torn.* 111.

Obj. VL Mysteria cl Dogmata Supernaturalia sunt extra limites humanæ intcUigontiæ; huic ergo applicari non possunt. Sunt incomprehensibilia; ergo et incredibilia : nam per revelationem rerum supernalnralinm Dens homini loquitur, ut intelligatur et loquenli habeatur fides. Pleraque Mysteria Revelata manifeste pugnant cum principiis naturæ etiam universalissimis; ct vera sint ac certissima, quæ contradicunt veritati? Nulla ergo necessitas Revelationis relate ad Mysteria, quæ Rationis lumen ex tinguunt, fundamenta naturæ evertunt, ct legem tollunt naturalem.

Resp. Certum, quod nonnisi ignorantia sit aut levitas et falsa metaphysica, quæMysteriis affingat contradictionem; cum ipsemet Baytus suo Joanni Cierii tandem confessus sit, mdlam dari demonstrationem contra veritates fidei, el quascumque rationes illis oppositas ct de facto et de jure nullas esse. Potest homo homini patefacere sua cogitata vel sonis articulatis, vel scriptis characteribus, vel aliis signis; et non possit, qui potest omnia, Deus revelando supernaturalia sese homini rite communicare, vel immediate agendo in animas hominum, vel afficiendo sensus ct organa corporis humani? Sint Mysteria in se supernaturalia, sint aliqua etiam in se inexplicabilia, sint vero etiam incomprehensibilia comparate ad infimi hominis captum; non vero comparate ad miracula, vaticinia, aliave signa evidentis credibilitatis. Non sit homini plurium Mysteriorum notitia philosophica, quæ declaret, quomodo et quare, ut sciat ; sed est tamen revelata, quæ satis exacte proponit veritatem et motivum fidei, ut credat. Theistæ, quibus incredibile est, quod comprehendi non polest, evacuant Mysteria, et cum mysteria natura, non intelligent, capere praetendunt mysteria gratiæ; nec prius credere volunt, quam dum nihil credendum superest; qui si in omnibus evidentiam requirunt ad fidem , edicant, quæso, quomodo inter se concilientur Dei immutabilitas cum ejus libertate, aeternitas cum temporaria creatione, praescientia cum libertate humana?

Revelet Deus, et intelligent omnes, quod Deus sil locutus, cujus auctoritas et testimonium, quid enuntietur per terminos, salis sunt ad fidem Mysteriorum. Quamvis autem evidens non sit, quid sil loculus, quomodo el quare res ita se habeat e. g. circa mysterium Trinitatis; attamen ex parte cognoscimus, cum notum sit omnibus, quid nomine naturæ ac personæ veniat ; sed ex parte prophetamus, cum nemo comprehendat modum, quo termini simul connectantur, aut quo in unica Natura Divina tres sint subsistentia», quæ totidem personas divinas constituant.

Quod Mysteria gratiæ debili rationi nostræ aut principiis naturæ videantur repugnare; id prope necessarium est, ut submissioni nostræ respondeat meritum, ct fides laudem virtutis habeat; dum intellectus humanus divinæ Revelationi e\ tot argumentis certissimae acquiescit prudenter judicans, de Infinito enuntiari posse infinitas propositiones veras; cum ab humana ratione finita attingi nequeat veritas propositionum numero infinitarum. Nerunitamen principia naturæ saltem universalia et ad divina æque ac humana pertinentia non pugnant reip^a cum Mysteriis fidei ; vel quia veritas utrin*

que conciliari rite potest; vel quia oppositio non est facienda inter ea, quæ sunt infimi, et quæ sunt supremi ordinis : horum enim tanta auctoritas ed, quanta est Dei, qui omnem olini altitudinem sapienliæ philosophicae, Magia· diabolic®, nobilitatis ac potenti® extollentem se adversusscienllamDei, toto orbe destruxerit ; omnemque intellectum quamvis sapientia sua pra-fidcnlcm vicerit, ct in captivitatem redactum Christo et Evangelio subjugaverit; qoi jamdum in creatione Mundi stultum ostenderit illud axioma Philosophorum: ex nihilo nihil iit; stultum in Incarnatione illud: Deus corpore, loco,tempore concludi non potest; in Passione Domini istud : Deus immortalis pati et mori non potest; et in Eucharistia illa heterodoxorum principia : corpus ικηιιΐ esse in puncto, et duo corpora nequeunt esse in eodem loco.

Oiiam igitur verum illud Apostoli cllalmn : *Nonne stultam fecit Ijeui sapientiam hujus Mundi?* I. Cor. I. 20.

Ühj. VU. Hominem a statu perfectionis et felicitatis culpa primorum parentum in lalxues cl ærurnnas præsenlis ævi devenisse, videtur repugnare Divinre sapienti®, justitia· ac bonitati; ut neqiie prophetiis, neque miraculis, neque ullo prorsus argumento vindicari queat. Methodus reparandi humani generis per mediationem Filii Dei Incarnati tam singularis est et absona, ut refugiat mens sana, nec fidem addere possit; nulla ergo necessitas est Revelationis ad cognoscendum seu dogma peccati originalis, seu Mvsterium Incarnationis.

Addit l.v Metrie : si vero docet Revelatio, nos in peccato conceptos fuis*·, ex quo dein vehementes illi sensationum delectabilium appetitus in nobi< enascuntur; hic status erit naturalis, in qiio et manendum et emoriendum sit. I I

Resp. Quod felicior primi hominis conditio fuerit, ac nunc est, et quod funesta ha*(· mutatio ex culpa primorum parentum contigerit; id ex cuminum et constanti populorum Traditione accepimus; id Poet® in suis ile aureo seculo carminibus reliquerunt; id ipsi etiam sapientiores Philosophi. Ptthagoras, Plato et alii (quamvis fors allegorice doctrinam nostram exposuerint) putaverunt, quod liquet ex dictis. Non ergo Religio Revelata facit nos miseros aut malos, sicut nec causa est iiostræ a parentibus in Deum rebellibus originis. Quod per poenitentiam haud valeant homines suis malis afferre medelam ; neque id efficit Revelatio, sed plana res est ab experientia, qu® nimis omnibus comperta testatur, pa-nitcnlia non reddi firmiorem valetudinem jam infirmam, nec morbis seu corporis seu animi pœnitenliam mederi.

Si vero etiam in Societate civili (cujus constitutio pertinet ad Providentiam naturalem) pernitentia rumquam visa est sufficiens expiatio criminis, ut ad vindictam scelerum ρα-næ repetantur, quandoque etiam universam familiam omnesque posteros malefactoris attingentes : quo fundamento negant Thcislæ, hanc adrninistratiemis rationem locum habuisse in iniliu mundi, aut habituram in vita futura? Demum quod methodus reparandi generis liumani per mediationem l ilii Dei Incarnati (si generalim cousiderelui') naturali etiam rerum ordini valde analoga sit, vel eximie palet, qood in ordine naturali nosti a perfectio ct felicitas magna ex parte ab aliorum hominum mediatione pendeal. Nonne parentum mediatione nascimur?

Nonne magistrorum mediatione explicantur facilitates? nonne omnes vitajucimdilales per aliorum hominum mediationem accipimus? El supernaturall constitutioni adversetur, consulere hominum saluti modiatione Christi, qui est auctoris nostri l nigcuitiis? Plura, ubi de Religione Christiana.

Illa veru Lametrii argutatio tamest heteroclita, quam est ipse, horno paradoxus : ad revelationem circa peccatum originis provocat ; ex eadem ergo revelatione addiscat, quod homo etiam pro statu, ut vocant, naluræ lapsu·, vere liber possit, si velit, fnenare concupiscentias et rebelles animi sui profusiones compescere ope supernæ gratia·, quæ omnibus prajsloesl; media salutis æternæ consedari, et merita ct pra.-mimn supra ualurarn longissime elevata adipisci.

§ III. COROLLARIA.

Itaque cum in statu, quem vivimus, et magna sit hominis dignitas, ad quamætenius Conditor ac Redemptor Deus hominem elevavit; et magiia diam vilitas, ad quam peccatum hominem depressit; nihil utilius, nihil magis necessarium homini, (piam Religio Revelata, ut humana! tum dignitatis liiiu vilitatis diversum edoceat principium, ac uirique salubre medium, uni quidem animi demissionem, alteri vero animi erectionem adhibeat ; ne vel ex desperatione, vel ex præsumplionc homo proruat in perditionem. Namque altera facile æqnabil Deo, altera bestiis : illa naturam incorruptam, ha*c irreparabilem statuet. Atque exin Sectarum quondam diversitas exorta , praprimis Stoicorum, Epicureorum, Dogmalislarum et Academicorum ; quorum alii perspecta duntaxal natura· humanto praestantia elationem; alii considerata sola naturæ corruptio miseria abjectionem animi ingerebant, .geminam scaturiginem viliorum omnium, quæ secla altera refugiebat ceu prtteiimptaosa, altera ceu desperabunda liberrime omnia sedabatur ; indeqiiecliaiii Academicis omnia incerta, Dogmatislis omnia erant certissima ; quamvis illos natura, et hos ipsa ratio confutaret.

Ecquis autem uirique malo rite medebitur, nisi Revelatio? Ilæc dum justos, quosad ipsius Divinitatis participationem attollit, facit memores peccati et niùeriæ et erroris et mortis ex peccato ; hœc dum injustis, quibus ælermnn ve intentat, gratiam offert Redemptoris, qua convertantur ct vivant : peccatum ct gratiam ceu vera contrarietalum in homine principia ita exponit, iit terrui em incutiendo iis, quos justificat, ct inspirando solamen iis, quos ondemnal, cum spe timorem dexterrime jungat ; ac infinite magis, quam valeat superbia natui*®, elevet dignitatem hominis a Dco-llomine reparati, quin tamen ingerat superbiam; ac infinite magis, quam valeat sola ratio, iltprimal vilitatem hominis, qui omnis nascitur filius iræ et servus peccati, quin tamen agat in desperationem.

Atque ita Religio Develata, cum sola sil expers erroris ac vitii, sola esi Magistra hominum, ad docendas veritates, ad dedocendos errores ct vitia, quovis tempore et cuiv is mortalium summopere necessaria.

SECTIO IV.

REVELATÆ RELIGIONIS EXISTENTIA.

S I. PR.ECOGNITA.

s«nt notum omnibus, homines non solum de Deo, sed etiam ad Deum loqui, cum suis precibus Dei o|»em implorant; Deum vero ad homines loculum aliquando fuisse, pernegant Thcistæ, eo quod divin® ad nos locutionh (praeterquam quod vix possibilis ac inutilis videatur·) indicia nulla sal idonea dari existiment. I bi ergo demonstratum a nobis fuerit, quod Deos ριυ omni statu, Naturæ, Legis et Evangelii plura hominem nosse voluerit, quæ per lumen rationis naturalis non innotescunt ; quodque reipsa extentsemperque extilcrint aliqua ad memoriam nostram a Majoribus prodita, quæ nee sciri, nec scribi, nisi Deo peculiariter revelante, potuerint (uti est præ«cleris futurorum prænotio, qiire omnium non tantum Christianorum et ludiorum. sed et gentilium Philosophorum ac Poetarum consensu vim nostra? rationis et facultatem excedit), indubia erit Divinæ Revelationis existent!.!.

§ II. Themata.

L *Existit Divina Revelatio, quæ Verbo Dei dicto, scripto et tradito continetur.*

Probatio. In omni ætate et statu hominum Deus loculus est. In Lege Natura? sanctissimis illis Patriarchis, Anvvio, Noemo, Abrahamo; et quidem primo Horniui praecipiendo: *de omni ligno paradisi comede; de ligno aulfxi scientia· boni et mali ne comedas ; in quocumque enim die comedens ex to. morte morieris.* Geii. ll. 16. Alteri vero parenti gentis human® severe edicendo : *carnem cum sanguine non comedetis.* Gei). IX. 4. *In quo benedicenitit erant omnes Nationes terne.... egredere de terra tua, et de domo Patris lui..... et excidetur ex robis omne masculinum.* Gen. XII. XVII. XN1II. In Lege scripta longe plures extiterunt, cumprimis autem Moses ct Prophet.e, ad quos Ileus verba fecerit. In Lege Gratiæ præter Prophetas, quos ea initio habuit, ipsum Dei Verbum auditum est, nobisqne Deus in ΓIlio locutus. Cum igitur Verbum «lictum non sit aliud, «piam quod a Deo, vel ab Angelo Dei vicaria auditur: cum de prædictn Dei Verbo non solum Mosen. sed antiquissimos etiam Scriptores alios habeamus testes: cumque nihil eorum, quæ Deus hac ratione locutus fuit, aut lex aut ratio naturalis dictaverit; certissime existil semperque extitit Divina Revelatio in Verbo Dei dicto.

Verbum pei scriptum, quod Legi Naturæ aut defuit, aut cujas saltem mil·

Ium authenticum extal monumentum, in Lege scripta multis Codicibus sacris (quibus divina oracula continentur) consignatum totius antiquitatis fides attestatur et prædicat. Lex Gratiæ etiam suos habet libros divinos, et majoris quidem momenti, summa omnium seculorum ac populorum veneratione comprobatos.

Verbum Dei traditum eloquuntur pro Lege Naturæ ea omnia, quæ de re sacra et cultu dix ino a primis parentibus accepta magna cura quasi per manus tradebantur. In Lege Mosaica fuisse divinas Traditiones, evincit illa Christi ad Pharisæos exprobratio, quod genuinas ac divinas Traditiones adulteraverint; imo nonnisi traditione illum ritum tenebant, qui fœminis ad peccatum originis cluendum adhiberi consueverat ; cujusmodi remedium extitisse, omnes consentiunt. In Lege demum Nova quot et quanta non fecit auctor fidei et gratiæ Christus Jesus, quæ, oculato teste sancto Joanne, nullo volumine comprehendi possint? Hinc Ecclesia suas Traditiones servat Christi et Apostolorum ore acceptas, et nudis verbis jam inde ad nos transmissas.

Itaque in Verbo Dei scripto el tradito existit Revelatio Divinae Religionis, certissima ex totius generis humani fide ac persuasione.

II. *Sacrarum Scripturarum semper fuit ac esse debet summa fides et veneratio.*

Probatio. 1°. Scripturæ Sacræ nihil enuntiant, quod fidem non mereatur, aut cujus non dentur exempla plurima æque digna fide; nihil quod genio et ingenio illius ævi, circumstantiis personarum, aut nationum (de quibus loquuntur) moribus non exacte consentiat; id quod prodigio simile in Historia Fœderis tam antiqui, dum coæva aliorum Scriptorum monumenta fabulis ct mendaciis ferme omnia scateant. Si qua obscuritas aut ambiguitas sese objicit; hoc fere totum est circa unum alterum ve textum perperam intellectum, circa historiam ævi nostri moribus ac crisi non satis accommodam, aut circa aliam apparentem in Genealogia aut Chronologia difficultatem ; ut minim sit, Theistas (quamvis de hisce rebus, ob lingua* usum, mores, sensa, loca, tempora et varias differentias aliarum nationum orientalium nobis parum cognitas, ob temporis longinquitatem et narrationis brevitatem, rite dijudicare ipsi omnium minime valeant) propterea toti tam venerando fidei deposito illudant, narrationes sacras suis ideis et anccdolisaccommodent, ad sensus extraneos quævis detorqueant, el quidquid apertum ac verum, sanctum et divinum est in Libris divinis, proscindant atque exsibilent.

2·. Scriptores Sacri candore ac simplicitate, veritatis integerrimo studio, zelo divina» gloria» maximo, atque aliis Theopneustonini hominum characteribus ubique ita praefulgent, ut ceu veracissimi hominum,et a quœetu seu ærissen famæ remotissimi, omnium quoque fide dignissimi sint; qui demonstrant, quod enarrant; qui rerum ac temporum catastrophai, quam consignant, ipsi vivendo contigerunt, vel saltem eidem proximi fuerunt; quorum sinceritatem vel ipsæ appareilles hinc inde antilogiæ manifestant; quæ scriptis evulgant, pleraque Ephesi. Jerosolymæ el celebrioribus in locis, atque publica in luce gesta erant; ea libertate styli ac securitate usi, ut 'quod humana duntaxat sapientia certo prohibuisset) non tantum suos et Miæ gentis, sed et summorum virorum (qui capita el fundamenta Religionis

erant) Abrah.e, Davidis, Petri et Pauli nævos propalarent; ut tametsi pro veritate verbera, carceres et mortem ferrent a Judæis et gentibus; tamen veritatis revelake hostes Scriptorum authentiam nunquam inficiarcnlur.

3°. Tota Antiquitas; scriptores iere omnes, qui in mores et regiones orientalium accuratius inquisierunt; Mythologiaetiam gentilium, in qua si veritatis superest vestigium, ex sacris Litteris depromptum fuit; quin et hostes Religionis Judaicæ ac Christiana*, nolint velint, SS. Scripturarum divinitatem, antiquitatem et auctoritatem attestantur , prout erudite ac copiose demonstrant Eusebius, Grotius, Unctius, Prideaux, Schuckford, Lavatu*, Lardner, Biscoe, Kœcher et alii recentiores, ex quibus manifestum.quod nulla unquam monumenta historica (uti illa SS. Scripturarum) tanta fuerint accuratione discussa, et nulla alia tara concordi assensu declarata ceu verissima; quod doctrina in Libris divinis contenta tam sit pura et sancta, ut si gens humana suos eidem mores conformaret, felicissimus foret orbis terrarum; quod denique apud omnes Gentes summa SS. Bibliorum veneratio viguerit, ut jam dum trecentis annis ante Christi adventum Rex Ptoleaihs verti curaverit hebræum Codicem in gnecum idioma, ac Regi Arist.eis enarraverit de Theocteti et Theopompi irreverentia erga SS. Codices, in uno vertigine cerebri, et in altero oculorum çæcitate vindicata, ita ut hiccæculiret, et ille insaniret, dum suam tandem perfidiam ejurassent cum proposito nunquam deinceps Libris divinis ad nugas et fabulas abutendi.

III. *Divinæ Traditiones ejusdem cum Sacris Scripturis auctoritatis sunt.*

Probatio. Verbum Dei traditum æque est Verbum Dei, ac Verbum Dei scriptum, cujus summa auctoritas non est a scriptore vel traditore, a calamo vel ore, ab atramento vel aure, a charta vel corde, sed ab eodem Revelationis traditæ ac scripta* divino auctore. Si hujus infinita sapientia et voracitas omne excludit dubium, omnemque removet suspicionem erroris a Veri» scripto, quidni a tradito? Si hujus infinita Providentia conservandaeSS.Scripturarum integritati mire invigilet, quidni conservando) divinarum Traditionum authentiæ; cum utrinque sit Verbum, quod Deus locutus est? Quin ausim dicere. Verbum traditum non majoris quidem auctoritatis,sedpotioris conditionis esse, quam scriptum : nempe traditione quadam tenemus, Vulgatam illam, ut vocant, editionem veram esse et legitimam; et licet Florentinum ac Tridentinum statuerint, tot et non plures sacri textus Codices,hos et non alios esse admittendos; hoc tamen ex antiqua Ecclesiæ traditione didicerant.

Imo, quod sit in Ecclesia quædam Regula fidei fallere nescia, licet ex sacris paginis habeamus; id tamen ex communi quadam traditione firmius tenemus, quæ sacri textus germanum sensum relinet, quem multi in multis aliorsum, atque scripta sunt, flectere ac detorquere facile possunt. Igitur recte credit, qui cum S. Augustino Evangelio non crederet, nisi ecclesiastica traditionis auctoritate niteretur : recte sentit, qui cum S. Ciirysostomo nihil amplius quaerendum esse judicat, ubi ad traditionem perventum est : rede docet, qui cum Apostolo prædicat. servandas esse a cunctis fidelibus omnes traditiones ab Apostolis seu verbo, seu scripto relictas: pessime vero sibi ipsi contradicit , qui rejicit traditiones, ac soli textui insistit. Si enim dun-

taxat id divina fido tenendum, quod in SS. Libris scriptum est, (quod ipsum iniis nuspiam legitur) ergo vel hoc ipsum non scripto, sed traditione tenetor; si vero id traditione accepimus, alia quoque esse possunt, nudo verbo non scripto jam inde a Christo ad nos transmissa.

Obj. 1. Si Deus locutus est (ait Rousseau, *Emile,* T. III.) cur mihi non est locutus? Nonne id Deo perinde fuisset, ac mihi consultius contra periculum perversionis?Tandem quid obsit, nulli prætensarum Revelationum assentiri; diiin certus sum circa agendorum obligationes? Seniam Deo in simplicitate cordis, atque ea pnecise addiscam, quæ mei sunt officii, parum sollicitus de doctrina, qua* ad inores et vitæ rationes non attinet.

Resp. Dubium plane est, Rousseau et ejus asseclas, qui ad tantam lucem veritatis Evangelicæ (quam is alicubi confitetur) nihilominus dubitant, dubilaturos non fuisse, si Deus ipsis locutus fuisset. Procul dubio huic inspirationi divinæ suum illud inconceptibile, contradictorium et αδύνατον iterato opposuissent. Item cur minus timenda cordis mei deceptio, quam aliena delusit»? adhiec uti Deo liberum, loqui ad homines; ita liberum, huic vel illi homini loqui. Tune ausis obstrepere summæ veritati, cui placuit Prophetis loqui et Apostolis; Ecclesiam vero eam custodire divinam locutionem, ac fidelibus fidelissime tradere?

De vita et moribus suis quæ debuccinat, verba quam splendida, tam sunt fucis illita. Quid si Deus ad ea te obliget officia, quæ nescis, aut quæ sola Ratio non attingit? Eccui mortalium in statu elevationis ad finem supernaturalem sit certitudo de notitia omnium suarum obligationum absque revelatione? Quæ cordis simplicitas sine perfecta cordis submissione ad nutum supremi Numinis, sine animo ac studio investigandi Revelationem reipsa eilantem? Nonne inter omnia hominis officia non sola voluntatis, sed intellectus etiam obedientia est, Deo loquenti æque ab intellectu, ac Deo præcipienti a voluntate præslanda? Cui certo non constat, falsam esse quamcumque Revelationem; nec tamen inquirit, sed contemnit; is fallit et fallitur, cum dicit, rescire se ac adimplere omne suum officium, injurius Deo, hicinius salutis.

Obj. II. Præcepla divina de ligno scientiæ boni ct mali, dc non comedenda came cum sanguine, atque de circumcidendo omni masculino, non fuerunt universo hominum generi imposita; aut si præcepturn illud Adamo datum, ejusdemque praevaricatio, ct redemptionis per Messiam necessitas ad •innesomnino homines perlinebat; eccur labis originariae contagio, atque divini Redemptoris promissio non stalim omnibus patefacta, nec stalim ab omnibus cognita fuit; illa omnibus funestissima, hæc vero omnibus optatissima?

Resp. Si poenam cuncti mortales luimus mortem per peccatum ingressam inmundum; quidni et culpæ rei simus, cui illa statuta est poena? Ad omnes quippe pertinet illud: *In sudore vultus tui vesceris pane, donec revertaris a terram, de qua sumptus es; quia pulvis es, et in pulverem reverteris.* Legem Noemo datam strinxisse etiam posteros, vel ex eo conficitur, quod qua fuit auctoritate lata, eadem fuerit inulto post tempore abrogata. Quod Abrahæ preceptnm fuit, stringit universos, at spirituali sensu, quo videlicet Abra-

ham pater nosier est, tideiqueac spei nostræ typus et exemplar. Si enim de illo dictum: *credidit Abraham Deo, et reputatum est illi adjustitiam,* de noto tenet illud : *accedentem ad Deum oportet credere... quia sine fide impossibile est, placere Deo.* Quod Abrahæ promisit Deus : *Noli timere, ego pnMvr tuus sum, et merces magna nimis;* hoc nos quoque excitare debet ad spem futurae gloriæ, quæ est in coelis ipsius Dei visio facie ad faciem; Thdsto vero edocere, quod ad felicitatem æternam sibi comparandam Abrahæ haud visum fuerit sufficiens, suum cuique mortalium reddere, el moressuosad praescriptum rationis exigere; qui insuper fide duce et ex amore optimi Dei parentes et patriam deseruit, pergentes ct regiones extern peregrinato est, et ad filium adeo charissimum immolandum extitit paratissimos; his contendens, Deum ex toto corde, et ex tota anima, et ex totis viribus diligere.

Equidem placuit Altissimo successiva evolutio Revelationis de vento" Redemptore, ita ut Adamo serpentis, mulieris et seminis allegoria ; Abhuuiw, Isiaco et Jacobo iterata Messiæ et promissio et praedictio sufficeret; Prophetas autem in dies perspicua magis collustraret notitia de legato illo coelesti, de Reparatore mundi deperditi, de Legislatore populorum, de lumine in revelationem gentium, de salute Israelis, de Sancto Sanctorum, qui deleturus sit terra? iniquitatem, spiritu Dei repleturas orbem terrarum, æternam et justitiam et pacem daturus omnibus hominibus; quos etiam fines* munia Messiæ palam omnibus el ubique praedicabant. Attamen omne Palriarchæ et Prophète qua desideriis ac votis, qua vaticiniis, figuris et ceremoniis dc Messia abunde testati sunt ad necessariam et de peccato Ad?, ct de adventu Reparatoris fidem. Tota certo natio Judaica hac semper repleta fuit, quæ tam aliis etiamnum radicibus fixa hærét, ut post septenidecini seculomm durissimam servitutem cum incredibili malorum oranto; tolerantia exspectent, qui venturus est, sed qui dudum venit.

Obj. IU. Libri Sacrae Scripturae sunt vitiati; cum SS. Patres, Ibex.ei>. JisTixrs et Hjejwxvws Judæis ac Haereticis impingant crimen Scriptura adulterate. Surit inter illos libri pii ires deperditi, et plures apocryphi, passim omnes aut ignorant aut abjiciunt. Nulla extant amplius Autographa. Apographa, praesertim Hebraica et Graeca, non sunt authentica, prout dehi< fatentur ipsimet orthodoxi. Apographum autem signatum testibus fide dignis in foro fidem facit, cum exemplum apographi quacumque firmatum anciority nullius sit ponderis. Latina denique versio a mendis fere sexcentis* innumeris lectionibus variantibus deformata est. Quæ igitur divinitas Revelationis descripte in libris, quorum nulla est authentia?

Ha fere Lockius, L. IV. de Intellig. hum. c. 16.

Resp. Apage nænias Incredulorum contra totius generis humani contestationem! Nonnulla Bibliorum exemplaria ab hæreticis corrupta, et versions aliquas a Judæis, Aquila, Symmacho et Theodotione malo redditas fuis*, conqueruntur Patres : quid paucorum hominum impudentia officiat divin? Revelationi, aut sacrorum Voluminum substantiæ? Catholicorum exemplaria. ne circa fidem ct mores, aut ros majoris momenti depravarentur; id cavit Dei Providentia, nec cura Patrum aut Episcoporum unquam permisit. Quantopere cordi fuerit Ecclesiis, ut haberent emendatissimos Codhv?

SS. Scripturarum, vel indefessa Origems et S. Hieroxymi studia satis declarant.

De libris deperditis quis scit, utrum canonici aliquando fuerint, an inspirati divinitus, an non sub aliis nominibus nunc extent in ipsis libris Canoni insertis? Et quis dubitat, iis jam deperditis, sua Canonem V. T. integritate valere, maxime si hi ad illum nunquam spectabant? Numquid sine iis in hodierno Canone elucet Revelationis divinæ, Religionis Judaicæ cl Thearcliici Regiminis idea omnibus numeris absoluta? Hanc recipiant, hanc venerentur Théiste, el salva res erit. Quos universalis Ecclesia a divinaram Scripturarum canone excludit, et nos excludimus ceu apocryphos; quin vel minimum decedat Revelationi, cujus divinitas inde magis commendatur. Credat, agat Theista, quæ ex hodierno Canone N. T. credenda et agenda •proponit Ecclesia; ct certus sit de summa vitæ ac religionis perfectione.

Verum Autographa requiris, Incredule? requiro et ego autographa Sanctorum Patrum, imo Scriptorum profanorum. Si non e.vhibcas; ex totaantiquitate utilium suscipiam Scriptorem ceu genuinum. En! quo deducant argutiae Incredulorum. In Apographis nostris idem esse Dei Verbum, quod erat in Autographis consignatum, æque ex constanti ælatum sibi succedentium judicio et testimonio discimus, ac genuinos esse aliorum Scriptorum libros. Qui humano majus testimonium postulat pro authentia Librorum sacrorum, non nobis, sed crucem figit iis, qui Ecclesiam non audiunt. Lockio respondendum, recte constitutum esse, ut non valeat exemplum Apographi, licet valeat ipsum Apographum; non quia certi esse non possumus, quod exemplum sit accurate descriptum, sed quia nulla ratio est, cur non adeatur ipsum instrumentum. Rejici debet testimonium magis remotum, cum aliud minus remotum haberi possit. Sed si aliquo casu instrumentum ipsuin primum inlcriissel, sine dubio Apographum ipsius locum teneret instrumenti, ex quo postea alia Apographa valerent. Sic in Religione tradita, cum vetustate consumpta sunt prima instrumenta, non vetat Regula luris, quin valeant antiquissima et fide dignissima Apographa, ct ex illis nova descripta. De fontibus quam imperita objectio? Ex iis certe omnes Catholici majorem claritatem, elegantiam ct energiam in multis hauriunt, iisque ceu fontibus (siquidem extant puri) summam deferunt fidem ct venerationem.

Vide hic P. Herm. Goldhagex S. J. Introduci. P. L et P. l'raxc. Widdemioffer S. J. Sacrae Scripturae Dogm. ct Polem, explicate, Tom. L Wirceburgi, 1755.

Menda et sphalmata, quæ in Libris sacris occurrunt, levioris momenti sunt, et summam rei seu Religionis Revelate, quam lacessunt Theistæ, neuliquam attingunt; prout Millius et Helxeccliis exhibent in Bibliis Quadrilinguibus. Et sane varietas lectionum adeo nihil officit, ut potius causam nostram juvet. Nam si omnis plane abesset variatio; nonne, qui criminantur omnia, Theistæ dicerent : qui possibile est. per tot secula nec litterulam ullam excidisse, aut mutatam, aut transpositam fuisse, in Codicibus prope innumeris, quales ante inventam Typographiam descripti *fuere* a librarii? nec doctis nec accuratis? At quomodo placent Thcislis Tebextii Comudiæ? Audio exclamante»: o quam puiu» tl inlegci textus.' quamvis plusqilain

vigiuti millia lectionum variantium ex copia .Mamiseriptormn adnolavcriiil eruditi.

De his Augustus N<csselt § 232... P. IIerm. Goluhagex S. J. in Pnef. ad Editionem Novi Testamenti Græci, Moguntiæ 1753. Ejusdem Introduci, in S. Scripturam, P. 1. Sect. 11. Q. X.

O/y. **/I.** Scriptura sacra abundat obscuritatibus, ambiguitatibus, anlikigiis et paradoxis, uti sunt : littera occidit, contingebant omnia in figuris, duplex captivitas, Christus humiliatus usque ad mortem Crucis, Messia? triumphans de morte jH?r mortem suam... Sensus item S. Scriptura est mere allegoricus, quo Scculi IV. et V. Scriptores unice usos fuisse, ostendit Woolstoms ; non ergo lex certa Religionis esse potest.

Resp. Jam iterum Theistæ muscas venantur. Lucem volunt cl non tenebras; cl non est lux Incredulis, cum tides sit lux vera, quæ illuminat. Caliginem et ambiguitatem divinælocutionis incusant, quam dudum SS. Patres, ct novi ct antiqui Interpretes felici opera dispulerunt. Contradicenti® rea conclamant dix ina oracula, quæ vel non est contradicentia nisi ad speciem, clpridem conciliata ; vel salva historiæ ac doctrinae veritate permittitur, « ul perhæc ipsa, quæ in cis contraria videri possint, multi excæcarcnlur digue traditi in concupiscentias cordis, et in reprobum sensum, et multi exercerentur ad elimandum pium intellectum » ; Aug. L. de *Consensu Evangel.* Res mira, ubi tenebricosos Homeri, Virgilii et Ovidii libros volvunt Naturalist®; summa ubique claritas refulget, quamvis sua de natura ct cultu Deorum, uti et de fine hominis sensa nuspiam declarent. Ubi vero libros ex omnium consensu vere divinos inspexerint ; quantum undique chaos offunditur oculis, sed caecorum !

Quæ ceu paradoxa feriunt Thcistas, vehit in luce posita intuentur fidele?, et qua adimpleta, qua illustrata a Christo et ab Apostolis censent assensu tidci dignissima. Duplicem esse sensum S. Scripturæ, litteralem et mysticum, semper agnovit Ecclesia : Doc*tores Ecclesiæ, Concilia, ct Sancti Patres non raro usi sunt ; qui tamen fere omnes (si cum Philone et Origene unum alterumve excipias) litteralem ceu fundamentum ante positum credebant, cui dcin pro majori fidelium utilitate sensus allegoricos innectebant. Recte igitur suam Woolstoxo malam fidem exprobrant ipsi Angli Schmalbrockiuset Stackhusius.

Copioec ac eximie de his pertractat P. Alphonses Nicolai. S. J. Dissertationum in S. Scripturam Toni. I. Dissert. I. Florentiæ, 1756.

Obj. Γ. Religio Traditione propagata facile mutatur, facilius vitiatur, cl cum mullæ etiam fabulæ per manus tradantur, quis veras Traditiones a falsis discernat? Legitimum vix erit testimonium hominum in re tanti momenti, nisi de eorum probitate ac propensionibus constet; sed Judæitestes Revelationis Mosaic® pro gente nimis credula ct superstitiosa semper habiti sunt; et Christiani Lliristianæ Revelationis testes sunt in propria causa.

Resp. .Multa sane suppetunt exempla, quæ probent sacrum quoque textum a depravatione haud esse prorsus immunem. hno scriptis mandata longe

facilius adulterantur, quam communi Traditioni, hoc est, omnium hominum lucnwri® credita ; quanquam utrumque depravari potest Verbum Scriptum et Traditum, et utrumque certam regulam fallere nesciam desiderat, cujus opera verum ac legitimum a spurio et adulterino discernatur, sine qua neutrum valet ex auctoritate, quam divinæ fidei firmitas postularet. Catholicis pro regula tam necessaria est infallibile Ecclesiæ judicium, quæ assistente Spiritu sancto (qui docet omnem veritatem) et inter Scripturas cl inter Traditiones rite discernit. Sed Hetcrodoxi, qui Eccçlesiam non audiunt, et divinas Traditiones rejiciunt, qua ratione Cbristianæ Revelationis in Libris divinis custentiam Thcislis persuadebunt? Quippe mutant hic scenam, ct (prout reperi in Protcstanlicis Christianismi vindiciis recenlioribus) ad hoc praecise dogma de existenlia Sacrae Scripturæ, ceu fundamentale, requirunt divinam Traditionem. Verum si hanc Protestantium in suis principiis inconstantiam, ac malam cohærenliam resciant Theistæ; si propter obscuriores divinitatis nolas ncc* Scripturam S. nec Traditionem illam admittant; si Sacræ Scriptura in mullis obscuritatem ad oculos exhibeant, cujus illi clarissimam in omnibus lucem mirifice praedicant; dubito plane, quod mullos de gente Theistica suæ seclæ proselytos facturi sint Protestantes.

Pro Traditione Judaica et Christiana stat testimonium universale aut pene universale,cui legitime constituto error omnino ct undequaque repugnat; idque secundum veritates illas nobis voluti congenitas : non omnes insaniunt homines; in fraudem uno ore consentire omnes non possunt; non sunt omnes mendaces in uno seculo et sinceri inaltero; nec universum genus humanum ad decipiendum aliquem conspirat; nec aliquis toti generi humano illudere potest; quibus adde illud Ciceroms : « Commenta enim delet dies ».

§ III. COROLLARIA.

Viguit ergo ab initio mundi, proin ante Mosis tempora, vera Religio,cujus beneficio potuerunt omnes, quod fecere pauci, a vero ct recto non deficere. Vel in fabellis Gentilium mundi creatio, diluvium aliaque historiæ sanctæ capita memorantur. Noverat cum .Egypliis primus ille Piiarao, manum Dei esse cum Joseph , ct noverat eum soli Deo vero servire. Vidit, obstupuit ct ingemuit .Egyptus ad splendidissima illa Mosis prodigia, atque digitum Dei hiccssc, probe cognovit. Rescierunt populi finitimi Israelitarum, ct ab his alii, unum a posteris Abraile coli Deum, coeli et terrae conditorem. Pererebuil ubique fama de sapientia ctde religione Salomonis. Ad Ninivitas missus fuit Jonas; ct Babyloniis diu permixti vixere Daniel, Ezeciiiei. cl plurcs alii a Religione celebres viri, quos inter Tobias ad filios Israel his verbis usus : *Ideo dispersit vos inter gentes, quæ ignorant cum, ut enarretis vos mirabilia ejus; ct faciatis scire cos, quia non est alius Deus omnipotens prater tum.* Demum versio I,XX. Interpretum lectionem SS. Librorum Græcis omnibus aperuit.

Verum quia oculos plerique claudebant, ne viderent lumen; quia arrogantia elati, evanuerunt in suis cogitationibus; quia, lege naturae fiberrime violata, abierunt post concupiscentias suas ; quia, spreto vcroNumine, creaturam se ipsis pejorem pro Deo coluerunt; merito subii uda est lux veritatis,

ila ul .Egyplus eliain ad lol lantoruiuque prodigiorum divinam lucem obdu-
resceret magis; el Philisliei, quamvis Dagon suumantc arcam Dei Israel pro-
stratum viderent, nequaquam cessarunt clamare ad invicem: *Confortamini adversus Deum, et estote viri, ne serviamus llebræis.* Tlicistæ numquid inelio-
rcs. quorum lota fortitudo el virile robur in eo est, ne serviant Christo, sed
Dagon, hoc est idolo rationis suæ, cui vero non tam ipsi serviunt, quam ipsi»

DISSERT

SECTIO I.

DE ATII E I SM O.

§ I. PRÆGOGNITA.

Athei, fæx hominum pessima, Deum a Mundo hoc aspectabili non discernunt: Mundo aseitatem, necessitatem existendi et aeternitatem asserunt: Providentiae Dei substituunt fatum, casum, fortunam cæcamquc necessitatem: animam eodem cum corpore interitu perimunt: pro una et summa lege habent propriam utilitatem quacumque ratione procurandam. Hujus Atheisini aevo reccntiore professores extiterunt Benedictus Spinoza, Boueaintillierius, Joannes Toeandus, Lametrius, nec non Edelmannus. Athei minus, quanquam' satis impudentes, Deum quidem profitentur, sed qui humana cuncta negligat se solo contentus ; ac proin negant attributa divina, cumpriraisautem specialem Dei Providentiam, animæ immortalitatem, poenarum etpramiorum aeternitatem ; totam vero hominis justitiam quacumque legis naturalis observantia, ct felicitatem quacumque affectuum seu passionum tranquillitate ita definiunt, ut non minus ac illi quamvis Religionem pessumdent. Hujus impietatis famosi defensores fuere Hobbesius in suo Leviathan, et Bolinc.brockius in suis operibus philosophicis.

Equidem homines tam sui, Dei ac Religionis incurii haud digni sunt cura aliena, sed merito suævesaniæ ac pervicaciæ relinquendi; tamen quia vera Religio zelatur pro omnium salute, dc qua hac in vita nemini est desperandum, adnitamur lucis aliquid hisce tenebrarum filiis affundere, ut si velint nostram hanc opellam sincera mente pervolvere, nec cor suum obdurare ad vocem veritatis, deinceps nolint esse increduli, sed fideles.

§ 11. THEMATA.

I. *Alheismo, siquidem datur, nihil sceleratius in Deum ct homines.*

Probatio. Impius est, qui dicit, hoc est. optat in corde suo, non esse Deum; cum tamen mens persuadeat. Deum esse; vitium enim cordis, non mentis est Athcismus illorum, qui Deum suum Conditorem, quem tota natura praedicat, cudo exturbare, atque annihilare contendunt, ut ne, quem vitœ scelerate testem habuerunt, vindicem sentiant et punitorem. Impius est, qui summum rerum omnium opificem a quo omnis homo libertate el inlelligendi facultate instructus est ad agnitionem et cultum Dei, ceu Non Ens ridet ac exsibilat , ut eo liberius summam illam Majestatem quavis impietate lacessat. Impius est, qui Dei (a quo non alia de causa mortalium animis impressus est inexsuperabilis nisus ad summam beatitatem, ac quod voluerit Deus eos tanti boni reddere participes) existentiam intrepide negat, idqnciu plena luce Evangclii. Impius est, qui ex aliorum quoque animis insitam naturæ humanæ agnitionem Numinis (quæ nulla arte, nulla præfocari industria possit) eradicare nititur, sicquc hominibus etiam corruptissimis aut atheisticam Irreligionem, aut improbitatem Ilobbesianam reddat intolerabilem. Impius est, qui in profundum malitiæ, excaecationis ac obdurationis eousque immersus est, ul nec ratio, nec natura, nec militia cœli, ncc totius, quoquoversum diffunditur, naturæ spectaculum, nec bonorum monita, exempla et præmia, nec malorum supplicia ct interitus, ncc cœlum, ncc terra, ncc infernus dimovere queant.

Ne igitur oleum ct operam ego perderem, plus mihi in animo est ac fuit ab initio harum Dissertationum, eos qui de Supremo Numine bene sentiunt, hisce confirmare.

Improbitas athcistica eo detestanda magis, quod sit humanæ Rcipublicœ perniciosissima. Gens quippe athea praefracte negat ac pernegat, quidquid commentis suis adversatur, quamvis Secutorum ac Gentium consensione firmatum ; slatim ergo ubi e re sua osse judicaverit, negabit cos, qui prasunt Priucipes, legitime præcssc; negabit obtemperandum legibus seu praecipientibus seu prohibentibus; negabit pervicacissime omnia, quæ ad Deum, ad cultum Dei, ad potestatem Imperantium (quæ est a Deo) ad obedientiam subditorum, ad quævis humanæ societatis officia pertinent. Horum enim multa pendent a primoribus factis, quæ certius non constant, quam quæ hactenus a nobis pro Dei existentia et pro Dei locutione protulimus. His adde, quæ supra demonstravimus dc necessitate Religionis, sine qua non est vera honestas, nulla salus Reipublicæ, nulla Principuni securitas, ita ut, quotquot sunt sine Deo el sine Religione rebelles Numini cives, tot siul metuendis pestes humanæ societatis.

II. *Atheistarum uti summa est impietas, sic ct vesania summa est.*

Proratu». Hodierni Increduli sic fere ratiocinantur : nescio, quis mei sil conditor; quid et unde sit mundus; quid corpus et quid corporis sensus; quid anima, quid ego ipse sim, nescio ; nescio, unde veniam, ct quo vadam, nescio;

hoc Scio unum, quod sit moriendum, adeoque decidendum vel in nihilum, id ul putant alii, in statum felicitatis aut infelicitatis æternæ; inter quæ nihil jam mediat, nisi vita brevis et fragilis. Quapropter vivam brevi hoc tempore sine cura ct metu futurorum, quæ non apparent; cum quieta oblivione praeteritorum, quæ nunc disparent; in jucunda fruitione præsenliuin, quæ comparent; ne casu, quo verum sit, Incredulos post hanc vitam ilenimn fore miseros, ct hinc et illinc miser esse cogar. Quam detestanda bomiiiiiiin deliria, qui cum alii sint in aliis omnibus, et qutevis minima iniieprospiciunt ac pertimescant, imo dies noclcsque vehit rabidi transient ob dispendium muneris, aut ob læsioncm honoris; divina, coelestia ct ttcnianec serio cogitent, nec curent, ncc sperent, ncc formident!

Detentus carccrc reus post horæ spatium capitis damnabitur: rescire teram ct feralem evitare sententiam potest; sed ludendoacjocando et tempus perdii et vitam. Quid libi videtur, Incredule? ringeris præ ira et spumans in illum detonas, vesanum caput! Et tu stolido hoc reo longe stolidior cs: non enim de hac vita brevi ct misera, sed dc vita et morte ælerna agitur; ct rides, el ludis, et ruis, quo minime roris, momento temporis in abyssum mbcriarum, incuries, dum viveres, Dei, Religionis, salutis et interitus sempiterni. Profecto gloriosum veræ Religioni, quod tam vesanos homines suos hibeat inimicos, qui veritatem Religionis sua vesania stabiliunt magis, quam aerrent

Docet Religio naturæ depravationem, et depravatis reparationem per Christum; Banc quidem negant Impii, sed illam mulloliessuis deliriis conflantur: quid enim depravatum magis, quam obstinate dubitare de iis, •ferum notitia summe necessaria commode haberi potest? quid summam qiritus imbecillitatem prodit magis, quam non cognoscere, quanta sit hosioismiseria sine Dei et Religionis cultu et cognitione? quæ inertia ct cordis ejectio magis propudiosa, quam exoptare, ut non sint promissiones divinæ ïtemæ;, ut non sit Deus summum ct «infinitum bonum, cui soli suavitas ralantiqua, tain nova, quæ satiet semper,, nauseam creet nunquam, propria fit? quæ tandem vesania hominum maxima, qui saperc supra homines cibiunl, eousque desipere, ut semetipsos plantis æquiparcnl, quæ brevi ccscunt? aut machina? fragili, quæ casu quovis corruit? aut certe vilissimi» animantibus, quibuscum mori exoptant, ut vivere eum illis impune feat sine Deo, sine Religione, sine ratione, sine humanitate, sine spe æternim? dum contra, qui Deum agnoscunt et colunt, Deum habeant pro suo nttorc, objecto, fine et praemio sempiterno.

tty. *I.* Chaos est infinitum, quod Deum separat ab homine;· cum ergo minis finita ratio suadere nihil possit in tanta distantia, ego nc vcl assc-Tindovcl inficiando, Deum esse, again male; media tutissimus incedam, werendo nihil,

Rw. Cum cl ratio totius universi vocibus excita invicte probet, ct fides ;eiw lumine collustrata certissime edoceat, quod ct quid sil Deus, quan-'b ad salutem satis et nccessum sil; jam non asseverare, quod sil Deus, ct cerare, quod non sit Deus, eumdem habet reatum stultitiœ, perfidia.· ac '-amationis. Attamen (seposita tantisper Revelatione utraque tam naturali, iiaiuicinaturali) quid lucraris Impie, credendo esse Deum, si est Deus?

elquid deperdis itidem credendo, Deum esse, si non est Deus? Si est bous; lucraris omnia : si non est ; nihil deperdis. Igitur cum asseverandum est aliquid, ne si est, quod discredis, perdas omnia; absque ulla haesitatione, quod sit,asseverandum est. Ludis adhuc et dicis, periculum lucri et dispendii haud esseæqualc, cum incertum sit, an lucreris, certum autem sit periculum non lucrandi? at tibimet pessime illudis : nonne enim omnis, qui ludit, exponit certum pro incerto, quin cum temeritatis arguas? Adde, si vis, certissima testimonia Sacrarum Scripturarum, atque alia vera Religionis firmissima argumenta, quæ de lucro vitæ supernaturalis ac æternum bcatæ certiorem tc reddent, quam sis certus de tua vita naturali.

Obj. Π. Deus solummodo notus est per suas operationes; de quibus non constat nisi ab experientia; ab hac experientia progredi ad asserendam Dei existentiam, modus est plane insolitus, nempe causam ab effectis demonstrandi.

Ita Humius, *Essais philosophiques sur l'entendement humain.*

Resp. Nescit Humius, aut renuit scire, quod et quantis argumentis Christianus philosophus Dei existentiam evincat; non quidem ex solis operationibus, sed ex sensu etiam intimo, ex persuasione naturali, ex contingentia omnium entium, ex possibilitate et existentia Entis Necessarii? Adeat ergo quamvis invitus prastantissirnos scriptores orthodoxos et heterodoxos, ut sciat tandem, quam vere Philosophia ab effectis visibilibus ad causæ invisibilis existentiam progrediatur. Si quem ista nihil admodum moveant, uliiupiissimis scriptis identidem invadat Entis supremi existentiam : næ is mihi homine infideli deterior sit, cum adeo a Mahumelanis Summa D. Thomæ, eo quod hanc præseferat quaestionem (an Deus sit? videtur,quod non...) combusta dicatur.

Sunt vero contra atheisticam Irreligionem opera prastantissima : P. Jhtdltt, *Traité de la Religion contre les Athées...* Fexelox, *Démonstration de Texittence de Dieu...* Expositio P. Boîtier, et Demonstratio P. Le Febre S. J... Richardi Bextley Stultitia ct irrationabilitas Atheismi, 1696... Gilbert !Blrxeti, *Extrait des Ecrits publiés pour fondation de M. Boyle.*

Obj. III. Verius refunditur omnis sensus Numinis in versutiam Legislatoruin, qui cum intelligerent fore, ut multo facilius in officio erga Magistratus continerentur cives, si Deum esse putarent; vitia illa natura, pavorem et ignorantiam sollicite foverunt, feceruntque semina Religionis.

Hanc veterum Atheorum mentem expressit Plato L. X. de Leg. Inde Hoebesius ex sua ct recenlionim Atheorum sententia Religionem ac superstitionem sic definivit : « Metus potentiarum invisibilium, sive fiche illæ sini,she ab historiis acceptæ publice, Religio est : si publice acceptas non sint, superstitio ».

Resp. Quod Legislatores ad unum omnes usi sint Religione ad continendos cives; id non juvat Atheos, quia ita agere debuissent, si naturalis fuit in hominibus Numinis sensus. Quod versutia Legislatorum Religionem in

id primitus excogitaverit; quæslio facti est exemplis confirmanda, quod nullum habent Athei. Quod civitas quævis Deos proprios habuerit; id non est profectum ex diversa indole Legislatorum, qui summi viri fuerunt, et a vulgi imperitia ac stupore multum distantes; sed ex levitate multitudinis, quæ præter communem omnium parentem suos habere voluit Deos indigenas, locales, gentilitios et tutelares; cui populari ingenio morem gerere coacti sunt præstantissimi Philosophi, et summi Legislatores.

Si legibus aut institutis introducta fuit de Deo opinio, cur ea non minus xiguitapud barbaras gentes, quæ carent omni cultu civili? cur, quæ hominibus molesta supponitur Deorum Religio, tam facile omnium animos occupavit? cur docti etiam et sapientes, Reges et magistratus vanis somniis deludi se patiuntur, et necdum illud veterum Regum et Sapientum arcanum detexerunt ? cur cæteris opinionibus lictis et vanis diuturnitate extabescentibus, hæc de Deo opinio stabilis permansit, et cum seculis hominumque ætatibus inveterata? Qui factum denique, ut cum fraudem a tot seculis Athei detexerint, hominesque admonuerint; tanta tamen sit hominum in errore isto perversitas, ut Magistros Atheos irrideant, exhorreant, et salutarem illorum doctrinam indignati aspernenlur?

Plura Cudwort in system. Intellect. Gexuexsis in Dissert, de Natura Dei...

SECTIO IL

DE PYRRHONISMO.

§ I. PRÆCOGMTA.

Atheis haud absimiles Sceptici ac Pyrrhonicï, qui uti de omnibus aliis, ita quoque dc existentia et providentia Dei, et vel maxime de animæ immortaL'tate ac æternitate pœnarum sic dubitant, ut vel captui humano hæc omnia flâne impervia, vel illorum fidem tamdiu suspendendam esse dicant, donec diquaudo lumen hominum mentibus illuxerit, quo illustratus homo et huMna et divina comprehendat. Qui vesanus Sccpticorum dubilanlismus quod iiihilo melior sit impietate atheislica, sat produnt infames sequelæ, quæ cultam et fidem divinam, morum honestatem, vitæ sanctitatem,et veram hominis felicitatem neglectui ac contemptui exponunt æque ac Alheismus. Illud 'avi improbitatis praecipuum caput est, quod ex ipsa Revelationis necessitate a nobis hactenus asserta inferre audeant suum aut Pvrrhonismum aut Uheismum. Hoc itaque mendacium refellendum est, et stabilita jamdum Elidentia et Providentia Dei, ea hic loci vindicanda restant, quæ ad munus ihinæ Providentiæ cumprimis attinent; videlicet decerni a supremo legislatore justis post hanc vitam præmia, injustis supplicia eaque ælerna, ac ^inanimam post fala hominis superstitem vereque immortalem esse.

Duces hac in legione Incredulorum fuere Baylics in diversis opusculis, *Dictionnaire historique et critique, Pensées diverses sur les cometes, Réponù aua.' questions d un Provincial*; Aoltaire *Dictionnaire philos. portatif;* AucUr libri, *de la Nature;* Collixsius in Libro *de libertate cogitandi,* Robinetts Hlsiils.

§ 11. TUEMATA.

I. *Mendacium est putidissimum, quod Revelationis necessitas sit causa Ptjrrhonismi.*

Probatio. En fallaces et futiles Pyrrhoiriorum argutias : necessaria est revelatio, eo quod ratio haud sufficiat in iis, quæ ad Deum et mores perlinent; si autem ratio in his, mullo magis in aliis errori obnoxia erit; igitur de omnibus dubitandum, ut atheus illi (qui urget, ut credat Deum existera) non abs re dicat: ut quid esse Deum firmissime teneam, ad cujus cognitionem nonnisi fallacis rationis ope assurgere possum ? Dicain ergo iterum, quod sæpe dixi, ut si non velit semper et in omnibus desiperc incredulus, sapiat tandem et capiat, quid valeat ratio, quid non valeat, el cur necessario Rationi Revelatio ferat suppetias.

Ratio sat potens est contra Pyrrhonismum, quia natura· totius voce excita evidenter certissimeque docet, existera Ens necessarium, sapientissimum ac perfectissimum, hujus mundi Auctorem, Rectorem ac Moderatorem natura rationalis sanctissimum æque ac justissimum. Attamen nimis etiam infirma est sola ratio contra Pyrrhonismum, cum aliquanto plus progressa multotie» hæserit etiam inter Philosophiæ principes et patres Sectarum. Quippe dubitavit aliquamdiu ratio illorum, an non summus ille Deus cultum suæ creaturae dedignetur. Id cum detexit, dubitatum, an quid pœnæ iis immineat, qui neglecto Deo bærent in corporeis. Dubitat, an post mortem plectatur reus aeterno cruciatu. Dubitat, an hæc vel illa actio, fornicatio vel mollities, radam rationem et in ipsa Deum offendat. Quamvis ergo mullum valeat ratio saltem in iis, qui sunt vel perspicacioris ingenii, vel animi purioris, ad detegenda quædam primaria hominis officia, ad fundamentalia quædam morum ct Religionis principia, et praeprimis ad necessitatem Revelationis cognoscendam ; tamen ad omnia non sufficit, prout tum veterum Philosophorum, tum hodiernorum Theistarum exemplo ct agendi ratione comprobatur.

Cum insuper neque futiuum sit, ut pueri, plebeii, ac tenuioris ingenii homines (qui tertiam eleo plus pariem mundi constituunt) sola ralionisope cultum Dei legitimum, vitii et virtutis distantiam, atque saniora purioris Ethicte principia detegant; neque ut hæc certo addiscant a Philosophis, tum ob defectum auctoritatis legislative, tum ob perpetuas eorumdem dissensiones; quid pronum magis, quam inferre necessitatem Revelationis? quid falsum magis, quam necessitatem istam accusare ceu viam ad Pyrrhonismum, cujus illa cæcitatem depellit, frangit pervicaciam, vesaniam confundit, et ceu præcipuum Dei munus naturae ac rationis humante imbecillitati summopere opitulatur?

Quippe totis viribus adlaborant increduli, ut dubio subjiciant id omne, quod metuunt, prout arcanum hoc prodidit Llcretics, quo teste limor po-

Hos sustulisse Deos, quam fecisse videtur. Decetne autem sapientem, metuere ac horrere parentem naturæ, auctorem gratia», fontem vita» æternæ? Decetne philosophum, sensum immortalitatis aç aeternitatis, quem natura indidit, eilirparc? Equidem id paucis aut nullis contingere fatentur scholæ Magistri Epic l r is et Ll c r e t iis. Si autem feliciter succederet, quis foret quaestus? pneclarum hoc adepti erunt, quod credant, se totos esse in aeternum perituros; quid ista res lælabile habet aut gloriosum, cl qtiid non habet exitiale? Nani publice recepta communem, privalim admissa privatam certissime operatur ruinam. Quis erit hujus philosophiae fructus post mortem? si Deus nullus sil, nec coelum, nec infernus ; bene est : sed si forte sit aliquis mundi Rector, arbiter et censor humanarum actionum...?

Hunc Pyrrhonismum festive explosum exhibet : le Baron Van Hesden, *ou la République des incrédules, Toulouse,* 1762.

II. *Ptjrrhonismus circa animæ immortalitatem et poenarum ælentifatem a tota Antiquitate exploditur.*

Probatio. Animam hominis post hanc vitam esse superstitem, fore post mortem hominis judicium, præmia et supplicia, esse infernum et paradisum, et in utroque vel gaudia vel tormenta sempiterna; gentes universa», llebræi, .Egyptii, Chaldaei, Indi,Persæ, Getæ, Galli, Graeci, Romani, quin et genus omne Philosophorum pro compertis semper habuerunt. Dc Gall is veteribus Caius Cæsar I VI. Bell. Gall, testatur : « Et hi et cum his alii interritus expertes dicunt animas ». De Ægypt iis Herodotus in Euterpe : « Dogma illorum est morte carere animas ». De Thracirls Solinus C. 10. « Nonnulli putant obeuntium animas reverti, alii, non extingui, sed beatas magis fieri». I.wi Brachmanes, teste Strabone L. XV. « Mortem jiiebanl esse partum ad eam vitam, quæ vere vita est planeque beata iis, qui sapientiam sectati fuerint ». Cum his vero omnes consentiunt, qui hodie sunt lerræ incola», llexicani, Pcruani, Brasilienscs... Demum si specimen naturae cujuslibet a natura optima sumendum est, uti possumus praeclarissimis ingeniis et summis Philosophis in omni gente, Confucio, Zoroastre, Socrate, innumerisque aliis, quorum extant gravissimae hac de re sententiae.

Putarchcs apud Steuchum L. X. « Est, inquit, providentia, idque veris apparet exemplis; hæc docet animos immortales, hos post mortem remanentes manere vel coronas vel supplicia; ea enim est ratio, cur providentia inducat immortalitatem animorum, ne vel probitas contempta jaceat (contemnitur autem in hac vita) vel improbitas triumphet impunis ». Idem testatur'C. 27., Homerem, Pindarum, Sophoclem priscos Poetas de poenis inferorum scripsisse. C. 28. describit locum iis suppliciis destinatum ; tum recenset virorum sapicnlum sententias imprimis Jamrlici, ct liic refert doctrinam Pvtiiagor.e de poenis inferorum, Tullii quoque testimonium : « *Illi* Tipii, quos cecidistis, etiam ad inferos poenas parricidii luent ». Plato L.V. «Accipe, quod aiunt, egregiam præclaramque narrationem. Qui juste santeque vixisset, eum post obitum ad beatorum insulas profectum in omni febeitate degero malis omnibus liberatum ; qui vero scelerate et impie, hunc !i supplicii poenarumque carcerem, quem Tartarum appellant, descendere.

Deinde tolo apparatu nudatos judicium subire oportebit, ulpole quod jam mortui subituri sunt. Hæc ego, mi Callicles, quæ auditione accepi, vera esse credo ». Et L. XI. « A erum hoc in genere cum aliis, qua' hac de re ex omni memoria celebrantur, habenda tides, tum legislatoribus, etiam ita statuentibus, nisi eos amentes omnino esse velis ». Idem in Dialogo de anima; « Animus igitur ille noster hoe statu si discedat, ad illud continuo se sc recipiet, quod affine sibi est, divinum quiddam utique, immortale simul ac sapiens, quo cum pervenerit, tum demum felix esse incipit, ab errore, inscitia, insanis amoribus ac reliqua morborum humanorum contagione liberatus». Porfhvrivs L. 1. ad Booth. « Utrum, inquit, immortalis sil animus, omnique interitu superior?..... quorsum alias ejus immortalitati probandi rationes exquiras, ac non potius istam sat esse censeas, quod nimirum Deo similes agendi vires accepissent nunquam, nisi esset ipse divinus ». Unde et Platonici nullum peccatum apœna immune esse posse dixerunt, sed vel iu hac vita plectendum, vel post mortem expiandum esse; de quo testatur S. Acg. L. XXI. de Civ. C. 13. ibidem recitans illos Virgh.ii versus :

Ergo exercentur pœnis, veterumqne malorum
Supplicia expendunt; aliæ panduntur inanes
Suspensæ ad ventos; aliis suh gurgite vasto
Infectum eluitur scelus, aut exuritur igni.

Etiam de resurrectione corporum iidem fere testantur, quam in rem præclare disputat Athenagoras, Tom. II. Biblioth. PP. edit. Lugdun. 1677.

Nec minus de æternitate suppliciorum testatur communis sensus : Puro L. X. de Republ. narrat, quemdam duodecimo a morte die revixisse, atque inter cætera narrasse, a se visum fuisse Aridaeum tyrannum Pamphylia, aliosque in carcere conclusos sine spe exeundi; quam quidem narrationem refert S. Justinus iu paraenesi ad Graecos. Idem, Dialogo de anima, fabulis vera miscens ait : « Qui propter scelerum atrocitatem locum remedio nullum reliquisse videtur..... hos vero digna plane sors in Tartarum, unde non emergant, praecipites agit.....qui autem Philosophiae opera expiati omnino purgatique discesserint; ii non modo sine molestiis aevo sempiterno vivunt, sed etiam in domicilia nobiliora perveniunt, quæ nec verbis describere facile sit, nec per tempus commemorare jam licet ». Idem sensisse Pythagoram, inultis exhibet Reuchlinus de art. Cabal. L. II. Plutarchus in Libro (an recte dictum , latenter est vivendum) « Tertia, ait, via est eorum, qui impie ct flagitiose vixerunt, quæ animas in orcum et voraginem detrudit.... oblivione in fluvium illum illælabilem abripiens, inque abyssum demergens». Seneca in llippol. « Non unquam amplius convexa tetigit supera , qui mersus semel adiit silentem nocte perpetua domum ».

Quod eidem dogmati olim consenserint Jüd.ei, constat ex L. MidrasTohilim; ex Josephi testimonio, et cx Bartoloccio Rabbino inter Talmudistas eruditissimo. De Græcis testatur ex Platone Huetius; de Romanis Montfauconius; de Ægtpths Diodorus Siculus; de Indis Strabo ; el de Maiiimetanis, saltem quoad infideles, Ciassenius et Huetius. De sensu Christianorum indea primis Ecclesiæ seculis testatur S. Aug. L. de hær C. i3. quod sententia Ofigenis de finiendis impiorum suppliciis in censum veniat illorum dogma·

lBm, « quæ Catholica Ecdcsia omnino non recipit; quis enim Catholicus Christianus vel doctus vel indoctus non vehementer exhorreat eam, quam Owgexes dicit purgationem malorum »? Alibi : « Origencm ct propter hoc.... non immerito reprobavit Ecclesia ». Atque hunc Origcnis errorem tot jam xïiilis consepulluin (quo nemo uniis istud fidei dogma hucusque impugnau'l'ei orco hodicdum revocant ævi nostri increduli. Contra quos ex paganorum testimoniis eodem, fere modo decertandum, quo SS. Patres et Apologctæ Christiani gentiles olim Sophistas refellebant.

SicTuEoraiirs Antioch. L. II. ad Autol. fidem ultimi judicii adstruit ex ipaliac sententia ab Homero asserta : « credidere judicium futurum etiam illi, qui negabant, post mortem esse sensum ». Homeriis quidem dixit: ‹ anima instar somnii avolabit..... anima ex membris avolans ad inferos ikscendil.....sepelite me, ut quamprimum portas Plutonis transeam ». An-'"Bivs L. II. cont. Gent. « audetis ridere nos, cum gehennas dicimus, et inafinguibiles quosdam ignes, in quos animas dejici ah earum hostibus inimicisque cognovimus. Quid Plato idem vester in eo volumine, quod de inimæ immortalitate composuit, non Acherontem, non Stygem, non Cocytum lluvios et Periphlegetontem nominat, in quibus animas asseverat volvi, mergi,exuri»? Tertullianus in Apolog. c. 47. « Ridemur Deum prædicantes judicaturum : Sic enim et Poetæ et Philosophi tribunal apud inferos ponunt; et gehennam si comminentur, quæ est ignis arcani subterraneus ad poenam thesaurus, proinde decachinnamur; sic enim et Periphlegeton apud mortuos unnisest.... unde hæc, oro vos, Philosophis aut Poetis tam consimilia? non-'i de nostris sacramentis : si de nostris sacramentis, ut de prioribus ; ergo Meliora sunt nostra, magisque credenda, quorum imagines quoque fidem inveniunt».

I

III. *Immortalitas animæ ceu indubitata veritas solidissimis contra Pyrrhonismum argumentis vindicatur.*

Pλoβλπo. In gubernatione spirituum magis, quam in quavis alia re agnoscendus est Rector mundi sapiens, parens bonus, æquus sauctusque judex; ergb cum ne corpora quidem per mortem hominis illico resolvantur in dementa, certe anima dissoluto corpore saltem aliquamdiu superatos erit. Sivero superatos est; suas haud dubie functiones peragit, intellectiones ac voliliones,quibus suam anima justi incrccdem,ctsuam anima injusti poenam rapiat, seu virtutibus, seu llagitiis a vita reliquis debitam. Sin, decedet apientiæ divini Legislatoris, quod efficaci suarum legum observanliæ nun prospexerit, quarum infractorum pari loco habens cuin observatore effecit, atille magis ac magis recedat a lege, quæ difficile impletur, et impune oegiigilur; hic vero poenalem simul ct infructuosam legem abjiciat. Decedet bflilali divinae, sine qua nulla majestas est, eo quod leges tulerit nullo Dwdoefiicientes suarum creaturarum felicitatem; siquidem religiosi propter pietatem in Deum (quæ sæpead ærumnas ducit el miserias) infelices erunt, improbis propter impietatem suas in hac vita utilitates consecutis. Decedet justitia» Dei, cujus est, justos hac in vita partim intus scrupulis et tentaliosibus, partim exterius magnis sæpe calamitatibus ac potentum injuriis ad

tfO

extremum usque spiritum excruciatos in altera vita reficere, quia *xi in hac vita tantum in Christo sperantes sumus, miserabiliores sumus omnibus homibus,* ait Apostolis 1. Corinth. XV. 19. Contra voro injustos, quibus per omnem vitam id unum curæ fuerat, ut per fas et nefas genio ac voluptæ indulgerent, bonisque omnibus affluerent, plectere in futuroseculo; idtpe ad ipsam naturæ vocem, quam exhibent illa ad divitem Epulonem Abrahx verba : *fili, recordare, quia recepisti bona in vita tua, et Lazarus similiter mala ; nunc autem hic consolatur, tu rero cruciaris.* Luc. XVI. 25.

Si vero aliquamdiu, eccur non perpetuo duret post mortem anima ccu substantia, quæ ab intrinseco dissolvi non potest, et ab cxlrinseco dissolvi non debet? Creaturae nonnisi dissolvendo rem in partes destruunt, quas simplex et spiritualis anima nullas habet. A Deo autem quamvis in originarium nihilum redigi posset, tamen cum ex unanimi consensu Philosophorum inde ab ortu mundi uullam vel atomum in nihilum Deus redegerit : qnæsit Deo causa, nobilissimam sui imaginem (quam cum germine immortalitatis ipse condidit) redigendi in nihilum ? Illam hominis animam, quæ aliarum rerum existentiæ nil obturbat; et finem quo creata est, semper retinet cum invicta beatitudinis cupidine, quam cum non frustra dedit Deus (qui nihil operatur frustra), profecto non ad interitum animam condidit, sed ad illius jugiter expetitæ felicitatis possessionem. Tenetur anima rationalis Deum diligere totis viribus ct super omnia, etiam cum dispendio omnium bouorum hujus vitæ; quidni bona sua et felicitatem æternam suis Deus amicis ac filiis communicet, sed parem cum brutis interitum, ita ut, si non sit spes æternorum, natura rationalis brutorum conditione multo sit deterior! Optant et student mortalium plerique, ut nomen suum etiam post obitum proferant ac gloriosum transcribant posteritati ; quidni natura rationalis anhelet magis veram nominis gloriam eamque in coelis immortalem? Dedit Deus homini cor irrequietum, donec requiescat in Deo, tanquam in possessione summi boni; eccurDeus, cum possit, eam animæ capacitatem,innatamque cupidinem adeo non expleat, ut prius animam, quam corpus in nihilum redigat?

Proh' qualem Deum sibi fingunt Increduli? videlicet Principem, qui egenum quempiam hodie de terra suscitet, opibus, nobilitate, ac prope regia instruat dignitate, jubeafque a suis aulicis æque ac a plebe eum suppliciter honorari; sed ut eumdem cras annihilet. Deum, inquam, qui creet animas, queis nulla in terris creatura nobilior, nulla ad Numinis repraesentationem splendidior, nulla dominatu in cætera creita potentior, nulla totius fere mundi fruitione beatior; ut illas, dum horno brevi vixit tempore multis repletus miseriis, interimat et annihilet.

Adi hic opera Philosophica Fenelon , P. I. n. 23. *Dissertationes de pracipuis Religionis Fundamentis,* Q. 11. p. 209. *Traite sur la spiritualité ei l immortalité de Câme,* auctore R. P. Huberto Hâter. Item novissimam editionem Psychology P. Sigism, Storchenaü S. J. Viennæ 1769,

IV. *Panarum æternitas momentis pariter gravissimis fulcitur contra eosdem Incredulos.*

Probatio. Homo, qui gravi offensa lædit aeternum Numen, in eaque decedit non expiata, iii cum se statum liberrime conjecit, in quo gratia et charitate spoliatus, nunquam se eximere potest a reatu , quem contraxit et culpœ et pœnæ. Delinquendo graviter omnem suum amorem et fmcm ultimum reposuit in creatura, propudiose contempto creatore, in quo uno vera felicitas est. Conversus ad creaturas, cl aversus a Deo per lethale crimen sponte renuntiavit divinæ amiciliæ, filii adoptivi juribus, regnique coelestis promissæ hereditati, et palam se Dei inimicum professus, cum tam hostili odio immoreretur, spem nullam habet reconciliationis in loco vindictae, et ubi tempus gratiæ in aeternum nullum erit. En ratiocinia Gregorii M., Augustin et Chrysostomi, quos non tam ut Doctores Ecclesiæ, quam ut Philosophos Incredulis opponere visum est, tantos quidem, ut iis nulli Theistæ aut Pyrrhonii ingenio, nulli sapientia pares inveniantur.

sanctissimi homines fidem
de aeternitate suppliciorum

manifestissime testatur, et metuant Incredulitatis justissimum vindicem, qui pcenam æternam comminatus non fuisset, si eam juste inferre non posset. Credunt, quod Deus bonas unius fere momenti actiones sempiternispræmiü compenset? credant vero etiam, quod malas ælernis castigare possit. Credunt rationi suæ, quæ negat, quod metuunt? credant Revelationi, quæ confirmat invicte, quod recta etiam ratio de inferno docet; credant divinis oraculis el Patrum effatis, et Ecclesiæ, et fidelium sensui, et infidelium consensui, ut, quod metuunt (ac pra omnibus malis maxime metuendum esb certius evitent.

De premiorum æternitate non ita obstrepunt Theislæ, quanquam ipsorum non sit regnum coelorum : nam *qui non crediderit, condemnabitur.* Quippe vitam æternam ipsa ratio e.v dictis probe intelligit; consensus omnium fere nationum reipsa futuram confirmat ; et divina oracula clarissime eloquuntur de regno sanctis parato a constitutione mundi, cujus non erit finis, quia regnum Jesu Christi est, qui ejusdem heatitudinis consite facturus suos fideles servos dicet : *Intra in gaudium Domini tui,* quod plenum est'gaudium sine luctu, morte, clamore et dolore ullo, itaque perpetuum, ut nunquam auferatur.

Gravissima est lucubratio Vinc. Patuzzi. 0. P. de futuro impiorum statu adversus Incredulos, Venetiis an. 1764. Hanc vide.

Obj. I. Ail Voltaire non abs re, quod fides commendet credulitalem de animæ immortalitate, quam vero nulla ratione probet ; quod hæc quarumdam nationum credulitas, præsertim Ægypliorûm, fuerit commentum mnndanæ politicos ; quod nec Hebræi, et ne illorum quidem Patriarchs immortalis animi vitæque æternæ fidem habuerint ; quod demum Salomon, ut praetendit Coli.insils, eam fidem prorsus abnegaverit.

•*7:.

inrî» r

.1

£

Resp. Quam misera sunt hæ Voltairii arguti®! Nônne decedere divins providentiae, bonitati et justitiae, si mortalis est anima, ostensum hactenus? Ergo probat ratio, quod fides commendat. Politicos inventum oggerit,sed oggerit pro more, quin probet. Audiat vero ipsius natura vocem in media gentilitate! Cicero : « omnibus cur® est (aitL. II. Tuse. QQ.) quæpostmortem futura sunt ». De Senect. c. 21. « Cum simplex animi natura esset, neque haberet in se quidquam admixtum, non posse eam dividi; quod si non possit, non posse interire ». In L. de Amicit. « Neque assentior iis, qui nuper disserere cœperunt, cum corporibus simul animos interire, plus ad me antiquorum auctoritas valet ». In Cat. Maj. c. 21. « Neque me solum ratio ac disputatio impulit, ut ita crederem; sed nobilitas etiam summorum Philosophorum et auctoritas ». L. I. Tuse. QQ. c. 13. « Omni autem in re consensio omnium gentium lex natura putanda est... atque hæc ita sentimus natura duce , nulla ratione, nullaque doctrina ; maximum vero argumentum est, naturam ipsam de immortalitate animorum tacitam judicare». Socrates ct Plato L. X. Ethic, c. 6. « Separata anima a corpore est ipsum id, quod est ». Seneca Consol, ad Marciam : « Animus nititur, unde dimissus est; ibi illum æterna requies manet ». Ad Helviam : « Animus quidem ipse sacer et æterims est, et cui non possit injici manus ». Aristoteles L. II. de anima : α Potest separari a corpore , sicut perpetuum a corruptibili

L. I.c. 1. « Mens videtur ingigni essentia quædam existons, neque corrtimpi ».

De tide aut persuasione Ægyptiorum testantur Herodotus cl Diodorus Siculus; iidem de Getis, de Thracibus, de Chaldaeis, de Brachmannis, et dc Aitadiæpopulis. Dc Gallis scribit Cæsar L. VI. dc Bello Gall. « Imprimis hoc volunt persuadere Druides, non interire animos ». Appianus in Celtico de Germanis : « Germani mortis contemptores ob spem secundae vitæ ». De Gothis Joannes Magnus Gothus L. 11. Hist. c. 13. De Sinensibus Mascrter Tom. V. de Ril. Relig. p. 380. De Japoncnsibus P. Kircher. De Pcruanis p. Hira. Huc faciunt gentilium epitaphia : « Vale : gaude : ave ct vale, ælernum ave. Commendatum habeatis meum carum ». (Vide Grlterum et IfosTFAVCOAiuM Suppl. T. V. L. 2.) Item libationes gentilium super sepulcra defunctorum, de quibus, uti aliis eorum ritibus, Gori, Bonarotti ct Morinus. Demum Plato in Mem. « Quicumque, scribit, Poetarum divini sunt homines, tradunt animam esso immortalem ». Ex his rite concludit Seneca epist. 117. « Cum de animorum immortalitate disserimus, non leve momentum apud nos habet consensus hominum aut timentium inferos, aut colentium: utor hac persuasione publica ». Quin et Voltaire non diffitetur, quod intersit boni publici, ut credant homines, animam esse immortalem ; cur vero ipsemet aut dubitat, aut negat? Num hostis est boni publici, aut deterior cunclis gentibus homo, qui ad vocem naturæ solus obdurescat?

Demum de fide Hebraeorum, magis autem Patriarcharum ct Prophetarum, hif sibi habeat Voltaire ; descripsit Moses creationem mundi juxta Majonim avitam traditionem ; inibi vero manifeste discernit inter corpus ceu pulverem, et inter animam ceu spiritum vitæ. Jacob Gen. XLVII. 9. suam apud Pharaonem vitam, uti et Patrum suorum, compellavit peregrinatio* nem, de quibus Apostolus : *Confitenles, quia peregrini et hospites sunt super terram ; qui enim hæc dicunt, significant se patriam inquirere;* Hcbr. XI. 13. Balaam exclamat : *Moriatur anima mea morte justorum;* Num. XXIII. 10. Lilur aliam post mortem vitam speravit. Juxta illud Davidis : *non dcrelin-'pei animam meam in inferno,* certa extilit fides resurrectionis. Idem de bealiludinc æterna : *satiabor cum apparuerit gloria tua;* et debeatis : *incilabuntur ab ubertate domus tuæ.* Daniel : *suscipient autem regnum Sancti Dei ollissimi, et obtinebunt regnum in seculum, et in seculum secutorum.*

Collinsio ipse respondet Salomon (Sap. V. 8.) ore reproborum : *Quid nobis profuit superbia, aut divitiarum jactantia quid contulit nobis? transierunt nia illa tanquam umbra... talia dixerunt in inferno hi qui peccaverunt.* Proverb. XIV. ; *Sperat autem justus in morte sua.* Eccles. XII. 7. *Memento aratoris tui..., antequam.... revertatur pulvis in terram suam, unde erat, d spiritus redeat ad Deum, qui dedit illum.* Idem praedicant Isaias, XXVI. I'.»... LVH. 2. Tobias 11. 8. Idem dc Hebraeis testatur Josephus L. 11. conf. Appion. α Futurum omnino credunt, ut illis, qui leges servaverint... vitæ Htbsim alterius longcque melioris fructum Deus largiatur ». Et de iisdem Oikenes, quod vix nati et adhuc balbutientes didicerint animæ immortalilAtem, subterranea tribunalia, mercedem recte viventibus destinatam ».

Alxaldum docere ausum, *Ipolog. de Port Royal,* quod veteri Legi nonnisi b.Tia terrena fuerint promissa, solide confutat Cl. Fleury in L. *dc Moribus*

Israelitarutn; confoditque illa Machabæi ad Antiochum oratio: tu quidem, *sceleratissime! in præsenti vita nos perdis; sed Rex mundi defunctos nos pro suis legibus in æternæ vitæ resurrectione suscitabit.* 2. Mach. VII.9.

Obj. Π. Si immortalem animum Deus homini infudit, cur nullos patitur mortuos reverti, qui de hac immortalitate tantopere dubia inter mortales certiora edoceant? Cur hominum etiam sanctissimi tam vehementer abhorrent a morte, quam ceu liberationem a corpore, quod aggravat animam, optare satius foret animo nunquam morituro? Nonne quo magis liber a corpore mortis hujus est animus, eo magis ad functiones spiritui convenientes viget expeditus?

Resp. Epiphanias mortuorum postulant Increduli ; et quid demum magis eorum dubitanlismo subderetur, ac illæ ? Deus homini providit de lumine rationis, de luce Revelationis, de Scripturis sacris et de auctoritate Ecclesiæ: si vero his omnibus (quorum infinite major est certitudo) nec aures nec cor accommodant suum Pyrrhonii; num spes sit fore, ut spectrum (quod omne alibi exsibilant) pro vitæ et fidei arbitro ac magistro habeant? Attamen neque hoc immortalitatis testimonium deesse voluit Deus, uti in multis aliis, ita in Mose, qui inde a mille quingentis annis jamduni vita functus, vivus intererat Christi in monte (ut vocant) Transfigurationi, oculatis testibus Petro, Joanne et Jacebo, inter quos Petris 2. epist. 1. testatum reliquit, quod et Christi Jesu gloriam oculis, et Patris coelestis vocem suis auribus perceperint.

Vide hic etiam Mattii. XVII. Marc. IX. et Luc. IX.

Mortem non admodum horret, quam potius exoptat anima justi, tum illis Apostoli verbis: *cupio dissolvi et esse cum Christo;* tum illis S. Hilarious: *egredere anima mea, quid dubitas? Septuaginta prope annis Christo serviisti, et mortem times?* Si horret animus mortem, non is ratione animi prrccisc existit horror, sed ratione vinculi arctissimi corpus inter ct animam morte disrumpendi ; nec non ratione futurorum, quæ servantur homini iucerta. Hic autem sensus conscienliæ immortalitatem,quam adstruit magis, minime labefactat.

Obj. HI. Infernus, gehenna, ignis inextinguibilis, poena damni ct sensus æterna inanes sunt strepitus, et vana hominum terricula, ad quæ nequic· quam moventur spiritus fortes. Si est infernus; cur nemo unus inde ad nos ascendit; quod et potuit et debuit Deus concedere hominibus, quorum omnium tam tidem, quam rationem superant, infligenda a Deo, summo bono, summa ætemaque mala iis. quos libere condidit ad gaudia sempiterna?

Resp. Quanta sapientiæ vis, objicere se periculo præsentissimo sempiterni interitus? quanta spiritus fortitudo, cum summo æternæ salutis discrimine toti antiquitati obstrepere, omnium sapientum sensa irridere, divinam humanamque auctoritatem, qua fulcitur pœnarum æternitas. conculcare? Siqualecumquepericulum essetæternuni pereundi; si invicte probaretur contra tot tantaque testimonia, periculum illud verum non esse, sed mere fictilium; indulgcndum esset aliquid Incredulorum dicacitati ac irrisionibus. Cum vero ex una parte infernus, (cujus æternæ intentantur pœnæ) et omnium et

summorum colluvies sit malorum: atque ex altera pario ad eludendas tam çraves minas nihil adduci possit, quam frivola dubia, levissimæ conjecturas dridiculæargutiæ, illudquc frigidum *peut-être,* nonne Incredulos jure dixerim hominum abjectissimos, stupidissimos, infelicissimos, et sui ct aliorum maximos impostores? Jam iterum ex orco testes expostulant; verum cum illos de cocio submissos, Mosen et Prophetas, Christum et Apostolos, Evangelium et Ecclesiam non audiant, nec slygios audient magistros; id quod nuperrime unus de grege incredulorum palam suis in scriptis asseverare non Jubilavit, videlicet nec resurgenti mortuo, nec emergenti e styge reprobo se crediturum quicquam, si aliud, quam quod sua sibi ratio dictat; is esset annuntiaturus.

Sed incredula Theistarum ratio in suis argutiis adeo delirat, ut ex iis ■qui videatur, Deum potius dcbuisSe non creare hominem, qnam creare peeeabilem (quod dc homine immutabiliter justo systema Bayl ii dudum a Leibnizio, Joaune Clerico aliisque explosum est) imo Deum nequidem posse per plura secula, per annum, per diem, per horam dirissimis inferni poenis immortalem animam (sui imaginem et Regni coelestis hæredcm) ob peccatum sepe unicum ac prope momentaneum excruciare. En ! quo demum ibducant deliria incredulorum.

Obj. /Γ. Metus gehennæ totam hominis vitam angoribus terroribusqué infestat, ac prope infelicem reddit : singulis fere momentis imaginem mortis objiciens vix ullam patitur animi humani quietudinem, minus lælitiam j.fdis ullam. Sit enimvero in vicem gehennæ remorsus conscientiæ pro malefactis, ac ipsa vitiorum turpitudo in vindictam flagiliorum; sicque redibit sua vitæ honestæ serenitas, ct suus inhonestae tortor erit satis truculentos.

Resp. Sed cujus est hæc animadversio? Lucretii poetae ethnici, cujus magister Epicirus. Sat est ad confutationem impietatis, hos nominasse raa--droscl duces impiissimos. Virtutem sibimetipsi præmium, et vitium sibiEclipsi sufficiens esse supplicium; id si fors locum habeat in imaginaria Putoms republica, non item in nostra, quam vivimus, societate humana; iu qua tantas patitur difficultates assidua virtutum exercitatio vitiorumque rmiumfuga, ut si omnis absit aut metus aut spes praemiorum pœnarumve pas divinus æternusque decernat judex) ct vitia passim omnia grassatura ese, et virtutes ubique neglectum iri, certissime conjiciatur, hi rcpublica fliepicurea seu theistica ecquid valebunt (qui vix illi forent) remorsus M'icntiæ; cum ibidem nulla legis, nisi polilicæ, transgressio reatum criminis haberet, sacratissimis etiam naturæ legibus impune violatis? Ad hæc a lenam enascuntur acres conscientiæ stimuli? ex co videlicet, quod homo a male scu bene agens pro certo habeat, suum judicium divino judicio :l consentaneum vel dissentaneum esse ; id vero identidem locum non habet isjstematc incredulorum, quibus uti Deus nil approbat boni, ita nec mali pidpiam redarguit.

snt vero etiam remorsus conscientiæ ; num sublato æterni Vindicis metu. I genus frenum in tanta hominum corruptione satis compescet concupi-•:otiaset libidines? Nonne tragica omnium ætaluin exempla docent, impios, utiadapeuesynderesi, iniquitatem velutaquam bibere,et cum in profundum

venerint, contemnere non solum aculeos utut acres, sed et minas quasvis atrocissimas ? Sane ubi futurorum ac ælernorum cxulat fides, spes aut limor; effreni evoment ore increduli : *Manducemus et bibamus, cras* enim moriemur. Isa. XXII. 13. *Xullum pratum sit, quod non pertranseat luxuria nostra... opprimamus pauperem justum, et non parcamus viduæ... sit furtiludo nostn lexjustitiæ.* Sap. 11.

Vide Antilucretium Card, de Polignac; cui præstantissimo operi ad decorem, ad eruditionem, ad soliditatem adeo deest nihil, ut omnium exspectationem longe superaverit.

Obj. Γ. Pœnarum aeternitas pro delictis hujus vite, tam brevis, tam fragilis, tam periculis et scandalis plenæ, adversatur et fiui ultimo creature rationalis, qui est æterna felicitas a provido mundi Rectore constituta; et bonitati, justitiæ, divinæque sapientiæ. Qui enim de optimo Parente vel cogitari sine crimine possit, quod velit hominem, sui imaginem et ad ilema gaudia conditum, aeternis ignibus durissimisque cruciatibus excarnificare ob unicum ac sæpc momentaneum delictum, et quidem Deus infinite bonus?

ItaBAYLius, Tillotsonts, Tolandus, Tindalius.....

Resp. Contra apertissimam ex verbo Dei scripto et tradito voluntatem Dei, contra infallibilem Ecclesiæ decisionem, contra omnium hominum fidelium, quin et infidelium sensum ac consensum parum valent argutiæ Tlieislarum. Deus finem, quem sibi præstituit (gloriam Nominis sui) sive creatura rationalis suum (nempe felicitatem æternam) obtineat, sive non obtineat, semper assequitur ; hinc in ostensione justitiæ, et illinc m ostensione bonitatis. Huic nihil præjudicat perditio hominis, cui et libertatem et gratiamet media necessaria ad salutem suppeditaverat. Finita hominum merita, sepe vix non momentanea, Deus præmiat vita æterna, quod palet in Martyribus; quippe infinite bonus est. Cur non etiam pœna æterna castiget hominum demerita, quamvis in se finita aut fors momentanea (quorum autem malitia et moralitcr et respective infinita est in gravi delicto) cum infinite justussil? Bonitas Dei infinita est, sed ita, ut leges æquitatis a Deo sapientissime constitutas haud violet; constitutum autem est lege ordinaria, quam Dei providentia non prætcrit : *Ite maledicti in ignem æternum.*

Inter judicem divinum et humanum infinita est distantia; attamen hic quoque plectit delicta hominum perpetuo exilio, perpetuo carcero, perpetua infamia, mortis item supplicio, quæ pœnæ (si nunquam aliunde moriendum esset homini) reipsa forent æternæ; ac nunc etiam patrii soli dulcedinem, benæ faniæ honorem, ac ipsum vitæ hujus usum eripiunt in perpetuum, idque ob homicidium aliud ve delictum intra brevissimam temporis inoram perpetratum. Homo graviter peccando, in coque peccato ad mortem usque perseverando, avertit se a Deo, in creatura posuit finem suum ultimum, Dei amicitiam dissolvit, gratia et charitate semel spoliavit, ac proin se se conjecit liberc in eum statum, c quo sc in æternum eximere peccator ipse non potest ; Deus autem nec vult, nec debet eximere, cum post mortem non jam vente, sed vindicte tempus ct locus sit. Hinc Ecclesia pro damnatis nec orat, nec oravit unquam, utpote quos novit esse extra communionem Sancturum;

hinc Sancti in cœlis nunquam pro iisdem intercedent apud Deum, cujus sanctissimam et justissimam de poenarum ælernilale voluntatem intuentur d adorant; hinc S. Gr e g o r ius, « Omnipotens Deus, ait, quia pius est, miserorum cruciatu non pascitur, quia autem justus est, ab iniquorum ultione non sedatur »; ct S. Au g ust in u s docet : « quia cuicumque culpæ, qualis ct quanta pœua debetur, di vini judicii est, non humani; sic scriptum est : o altitudo»! Hæc non capis, incredulo! crede, et time infinitam justitiam, ut dim sentias infinitam bonitatem.

Gr e g. Dialog. IV..... Au g. de Nat. Boni. c. 31.

Obj. 17. Quis sit ille locus tormentorum, et ubi sit domicilium damnatorum, nemo hominum novit. Dicitur gehenna, quæ autem vox nullibi in V. T. pro inferno accipitur ; et ex radice Chaldaica præcisc denotat vallem liliorum Henuon. Dicitur infernus, hebraice Sc h e o l , quæ vox pro scpulchro ponitur; uti de se Ja c o b dixit : *descendam ad filium meum lugens in infernum',* imo vox eadem expr imit infernum, in quem vivi descendisse dicuntur Core.Dathan et Ahiron. Demum nec dc immortalitate animæ, nec dc inferno relverbulum habet Pcnlatcuchus Mosis, de quibus tamen ct potuit el debuit ceu Legislator edocere populum Dei; cum metus gehennæ frenum sit potentisimum adversus legum divinarum praevaricationes. Vo l t a ir e.

Resp. Quantum ad fidem et ad salutem sufficit ac necessum est, circa mentis human® immortalitatem, pœnarumque et praemiorum œternitatem ; id omne docet Revelatio, declarat Ecclesia, confirmat ratio et consensus inuium secutorum. Non exprimi gehennam in Pentateucho, verum quidem; sedeam abesseab omnibus Libris V. T. falsum est : nam4. Reg. XXIII. 10. Jerem. VII. 31. fit mentio gehennæ, quæ v. 32. Dei jussu dicta est vallis interfectionis. Isaiæ XXX. 33. legitur de Topbct (qui erat mons ad illam 'diem interfectionis), *Cujus nutrimenta ignis et ligna multa, flatus Domini, ficui torrens sulphuris, succendens eam.* Erat autem gehenna vallis filiorum Bennon, in qua primum Judæi idololatræ filios suos ct filias suas idolo Moktii per ignem consecrabant, excitato ingenti strepitu tympanorum ct tubarum, ne gemitus el lamenta immolatorum audirentur. Posthac facta est Colluviesac sentina omnium sordium. Atque hæc fecit absnrditas ct impietas, ut infernus Chaldæis a tympano vocaretur Topbct, a Christo et Apostolis gehenna, non solum ceu locus ignis æterni, quo cremantur rebelles filii inter horrendos damnatorum æque ac tortorum clamores et ululatus; sed et am locus ac sentina omnium turpitudinum atque Ilagiliorum. Adde, quo-1 cx Psalmis etiam, ex Libris Job, Judith, Danielis cl Isaiæ certissime •tel. Judæis quondam fuisse revelatam Dei vindicis contra impios justam dernamque ultionem.

Dc vocibus *inferi, infernus, scheol,* fatemur cum S. Au g ust in o, quod tametsi in V. T. sortem mortuorum gcncratim significent, sicquc sub multiplici intellectu uti rerum, dc quibus agitur, sensus exigit, accipiantur; tamen cum eodem et S. Hie r o n y mo dicendum, illud Num. XVI. dc Core, Dathan et Abiron intelligcndum esse, quod vere descenderint in euindem knni tormentorum, in quo sepultus est divos mortuus, ct in quem rebelles Angeli detrusi, tanquam carceribus inferni puniendi reservantur, quique tpponilui Abrahæ sanctorumque Angelorum demorationi in coelo superiore.

Quis enim dicat, plus hic tribuendum incredulis, sæpc vix trium litterarum homulis, quam Hier ont mo græcæ. hebraicæ ac chaldaicœlingnæ perilissimo. cui nullus seu Patrum seu Theologorum unquam ausus est refragari ad usque ætatem Novatorum. Ipsi etiam I.XX Interpretes vocem *scheol* transtulerunt ibidem, non in vocem græcam τάφον sepulcrum, sed αοην quæortum, tartarum ct inferos significat; prout constat ex Euripide, Platone, Luciano. S. Epiphanie et Theophilo Antiocheno. Ac demum voces illas *inferi, infernus,* aliis vocabulis, quam quibus sepulchrum exprimitur, indicant cætcræ nationes in suis linguis,

Quod in toto Pentateucho nihil omnino legatur sive de inferno, sive de immortalitate animæ; in hoc pro more suo fallit ct fallitur Vo l t a ir e. Numquid enim Num. XVI. Core, Dathan et Abiron descenderunt vivi in inferatimîX'umquid credendum a Judæis (proin revelatum fuit) Deum et remuneratorem omnium bonorum, et vindicem omnium malorum esse? Numquid in iis, quæ tametsi necessariaad salutem, tamen scripta non essent, aut non dabatur,aut non sufficiebat Traditio? Numquid cum in libris Mosis legere est diversissimam corporis et animæ humana' productionem, frequentem Angelorum cum hominibus consuetudinem, Heuochi ex hac vita raptum ob pietatem, vitam Patriarcharum, quam dicerent suam vehit hospitum in terra peregrinationem : cum Deus Abr a hæ promitteret, quod sit futurus ipse merces ejus magna nimis : cum in morte Jac o b ediceret : *Salutare tuum expectabo, Domine?* Numquid in his ct Deus, ct sensus fidelium non edocuerunt animæ immortalitatem, ac præmii æternitatem? Numquid cum DcusExodilll.fi. diceret : *Eyo sum Deus Abraham et Deus Isaac et Deus Jacob;* et hanc Christus (Maith. XXII. 32.) urgeret sententiam contra Sadducæos qui solum Pentateuchum agnoscebant ceu librum divinum, et negabant resurrectionem corporum, junctam cum immortalitate animorum veritatem), hanc et Deus ct Dei Filius abunde testati sunt? Nemo quippe dicitur dominus rei, quæ omnino periit; vivunt ergo Abraham. Isaac et Jacob, non quidem corpore, sed anima.

Demum quod noluerit Deus, ut sublimior doctrina simul et semel omnis ct omnibus clarissime innotesceret; sed ut successu temporis magis evolveretur, facta quidem primitus Revelatio de scitu et creditu necessariis; œconomia divina est, et abyssus consiliorum Dei. Vide 1. Objectionem hic.

Obj. VII. Æternitas pœnarum, si est veritas tam eliquata, atque a mundi exordio ad nostra usque tempora rite propagata; occur ab Or ig e n e tanti viro ingenii ea fuit negata. et a SS. Patribus Origene cum anterioribus tum posterioribus, Justino, Irenteo. utroque Gregorio, Ambrosio ct Hieronymo in dubium vocata?

Resp. Non sine grandi injuria error Origenistarum SS. Patribus imponitur; cum certum sit ex S. Ac g ust in o, Th e oph il o Al ex. el S. Epiph a juo, neminem fuisse ante Origencm. qui vel indicium quoddam hujus erroris dederit: ac proinde certum, neque sententias illorum Patrum controversas attingere illam lidei sententiam sive de poenis inferni, sive de pœnarum æteniitate.

S. Just in us affirmat. animam non esse immortalem eo sensu, quo Plato docuit, ut nimirum sil ingenita; non tamen esse mortalem eo sensu, quo Epicurus putavit, ut ipsa pereat cum corpore; et Apologia 1. exustionem

futuram tam Angelorum, quam hominum vocat supplicium in igne sempilenio reportandum.

S. Irex.ees iu ciundem sensum loquitur; et L. V. cont. Hreres. c. 27. *t* Christum, ait, venire, ut colligat zizania, et comburat igne inextingiiibili, hxdosque in æternum ignem mittat ».

S. Cyprianus serui, de Asccns. Dom. docet : « immortales miseri vivent inter incendia, ct inconsumplibiles ilanimæ nudum corpus allambent ».

S. B.isilius in Beg. Brev. ad Interrog. 267. « plerique homines, inquit, quo majore cum audacia peccent, supplicii sibi finem praescribunt... itaque sciendum est, neque illud : *capulabit paucis,* neque illud: *vapulabit mullis,* significare finem, sed diversitatem supplicii ».

S; Crecorius.Nyss. orat, de Bapt. docet: « eos, qui sine baptismo decedunt, frustra et inutiliter deflere ac poenitere, non secus ac divitem epulonem; i|U'.s ulrinque maneat ignis, qui extingui non potest ».

S-Gregorius Naz. orat. 15. identidem affirmat aeternitatem suppliciorum, d inustam sempiternæ ignominire notam ; nullibi autem id negat, aut dubitat; sed censet duntaxat, poenas impiis constitutas mitiores esse' quam a justo malorum vindice constitui possint.

Ambrosius Prref. in Ps. 37. ait : « Si hinc peccata gravia portaveris, illic requiem non habebis » : Et in Psalm. 118. « Christus suos castigat, quos diligit ; alienos tanquam generali damnatione impietatis adstriclos pœnse donatæternæ ».

S. Chrysostomls llomil. 25. ad Rom. « Si ergo vita aeterna est, supplicium st æternum Hæc dico, non ut nlœrorc conficiam, sed ut cautiores red-

S, Hieronymus sure doctrimc integritatem ipse vindicavit scripta contra iflinum Apologia ; et in suis Commentariis ubi ubi occasio se offerebat, icnios cruciatus asseruit (videlicet in c. 5. Isaire: in epist. ad Panimachium, JAvitum: in c. 5. Joute, et inc. 5. epist. ad Ephcs. v. 6.). Ubi gencratim ? nuntiat peccatorum supplicia non esse aeterna, id negat in sensu Pelagii, fiiiiiiilliini voluit esse peccatum veniale. Contra eosdem Pelagianos discernit .'ater impios seu gravium delictorum reos, et inter peccatores levium dunml culparum reos ; hos, non illos negat æternum perire. Equidem recenset limonia illorum, qui volunt supplicia aliquando finiri; iis vero non sub* tribil, sed identidem cum Apostolo asseverat : « Qui pitcvaricati sunt in ■•minum, ætérnis tradentur tortoribus ». Dum explicat v. 9. c, 1. Prophet® liBiM, refutat errorem Marcionis, qui Legis veteris auctorem alium, alium '«ro novæ Legis esse credidit, atque illum quidem crudelem.

Litoreum nihil ab Iteterodoxis ac Theistis ex SS. Patrum cflatis extundi at adversum integerrimae fidei dogmata de pœnarum retemitale; habent -i,quod in his imitentur, nimirum superbae rationis sure debitam submis- l aan ad dogma fidei divinae; habent, quod in Origene pertimescant, wipe tanti ingenii tantum lapsum, atque in ejus asseclis luctuosissimum Kiel salutis naufragium.

Pkrisque aliis hic objici solitis satisfit tum ex Psychologia, tum ex llico-. i Vide Inst. Tlicol. P. IIenr. Kilber S. .l. dc Peccatis ; S. Alph. de Liguori *hili Mia Fedt,* P. IL p. 260-284; P. Rorerti Person S. J. *Directorium ad Pridianam citam.*

SECTIO 111.

DE POLYTHEISMO.

§ I. PR.ECOGNITA.

Rationis naturalis sibi relictæ partus omnium deterrimus fuit Idololatria. Extulit hæc orco caput post diluvium. Nam ut primum facta per terras mortalium dispersio fuerat, acceptam a majoribus Dei scientiam putidis inquinare commentis cœpcrunt, et Religio in Reda superstitionum monstra degeneravit. Assyrii sub Nino rege dicuntur initium fecisse: secuti sunt .Egyplii, Græci. Romani : hodie adhuc Sinenses, Japones et pluies Indiæ ct Ameriae populi eadem detinentur. Initio cœlum, terram el astra, horum pulchritudine et utilitate illecti, pro Diis habuerunt. Posthac iis etiam hominibus divini honores delati, quos vel ceu Heroes finxerat insigne quoddam facinus non raro scelestum, vel ceu benefactores eximios commendaverat profusain alios liberalitas : horum in numero sunt Bacchis et Ceres, quibus terræ fertilitatem, Mars, cui victorias, Janis, cui populorum felicitatem ct pacem. /Escvlapivs, cui bimam et firmam valetudinem in acceptis referebant; ct Venis adeo meretrix Cypria, non ob singulare beneficium, sed ob effusam libidinem a suo amatore consecrata. Tertium genus Deorum, cx poetarum, præsertim Hesiodi et Homeri, Theogonia subnatum, terræ cœlique liberos continet, Oceanum el Tethyn; horum Phorcyn, Saturnum et Opem; cxSaturno et Ope Jovem, Junonem...

Sed quia fabulis poetarum turpissima quœque admiscebantur (uti quod Jupiter nec sorori suæ pepercerit, el Apollo Hyacinthum, Leucoloin, Cyparissum, Clitiam et alios prope innumeros contra omnem naturæ legem efflictim deperierit) Philosophi in allegorias ea detorserunt, ut sic quartum Deorum genus prodiret, vel eo nomine res naturales (ut per Saturnum tempus, per Jovem mundum aut mentem, per Apollinem solem, per Dianam lunam...) vel allectus humanos, vitia et artes intelligendo (puta iram per Martem, cupidinem per Venerem, ebrietatem per Bacchum, rationem per Minervam...). Tandem ipsos etiam diabolos ceu Deos coluerunt, veluti hominum maleficorum patronos et principes. Necdum finis insaniæ : inula adeo animalia, cepasct porros, cloacinam, pavorem, pallorem (etquid non utut vile ac turpe?) divinitatis loco habuerunt .Egyplii, Romani,cæleraqu·: nationes idololalncæ.

Explodenda est hæc farrago Numinum stupidissima, ex ipsa ratione, ei ipsa veri ct summi Dei notione, ex ipsa mundi hujus ordinalissima gubernatione, quam uni duntaxat et prima? causæ rerum omnium convenire, vetustissima; gentes, omnesque inter Ethnicos sapientes semper consenserunt, juxta illud Iertulliani : «Summo magno nihil sinit adæqiiarin. Exhibendi

vanitas prodigiorum, queis gloriantur Ethnici, falsilas Oraculorum omnisque divinationis ; Theologi® aut Mythologi® paganica· stultitia, rituumque impuritas; ut corruat cum sonitu Pantheon illud Idolorum, non sine strage impietatis theistic®, qu® paribus innititur fundamentis cariosissimis,

§ IL THEMATA.

I. Polytheismus seu Idololatria, vesana ratione objecti, abominanda ratione cultus, impia ratione dogmatum, suamet absurditale opprimitur.

Probatio. Religio, qu® divinos honores impendit iis, qui nec profanis digni sunt, ipsa quoque Religion is nomine indignissima et mera abominatio est. Quæ enim insania magis abominanda natur® rationali, quam cultus divinus eorum, qu® vel sunt inanima et mera simulacra aut statu®, quibus issideal Nnmen ; vel animata, sed ratione destituta ; vel rationalia quidem entia,sed qu® aut nunquam extiterint (cum nota alias eorum origo foret) aut tantum a sceleribus famosa fuerint, quorum malim corruptos mores ct spurcitias premere silentio, quam ex iis potentius argumentari? Qu® abominatio pudenda magis, quam Deorum llagitiis Deos colere flagitiosissime, ne, qui Deos colunt, homines Diis suis meliores viderentur? aut si ab ebrietate Bacchi, a furiis Mercurii, a latrociniis Martis, a libidine Veneris, ab incestu et adulteriis Jovis sese abstineant, Deorum inimicos se constituerent? Ili vero summa flagitia ceu divinitates colere necessum est; ubi Deos libidine furentes imitari oporteat; ubi Bacchi orgia, lupercalia, cerealia, Jovis Latialis feri®, Saturnalia, aliaque gentium festa, conculcatis omnibus jutura legibus, pudore omni prostituto, ipsa humanitate protrita, sanguine eliam humano crudelissime profuso celebranda sunt : quis sine horrore non intelligat,sacra gentilium impiissima, et nonnisi Deaslris impiissimis omnium flagiliomm magistris ac patronis digna fuisse?

Dogmatum diversitas num major possit esse illa, quælotpseudo-Numina, et interhæc homines sceleratissimos ac ipsos dæmones, uti vit® exemplar, sic fidei ac Religionis objectum proponat homini, cujus ipsa ratio dictat, insitam hominum animis notionem summi et veri Dei, uni el sanctissimo Numini propriam esse, quod sanctissimo caslissimoque corporis et animi cultu sit honorandum ? qu® finem hominis ultimum (quem intimus animi sensus docet esse summum et infinitum bonum) in creaturis, in voluptatibus, in igitiisconstituat? quæ cœlum pandat ceu Amphitheatrum omnium scefrum, atque ut omnium oculis ea pateant, omniurnque animos polluant, publicis spectaculis reddat celebriora? quæ doctrinæ veritatem ab oraculis deducat, id est, a divinationibus diaboli, qui est pater mendaciorum ? Dum enim Pythia, inter Vales celeberrima, quoties ex Apolline promere oracula creditur, Castalium illud os impure insidet, et inferiori sinu muliebri spiritum fatidicum impurissime suscipit, imo dum hæc Vates Pythia, quoties ab Apolline exagitatur, ac divexatur, furens nec sui compos oracula promit; quis erit ille spiritus furoris et tenebrarum, nisi deemon improbus? Idem de loris Dodonæi, Ammonis et Clarii oraculis testatur Ohigenes, quod illoi um nidores « aliud non sint, quam dæmones, qui cum sacrificiis ct nidoribus

gaudeant, in premium sibi litantibus reddunt aliorum perniciem ». L. V‖. cont. Celsum.

En ! quam inde chrislianam sequelam deducat gentilis Seneca L. de Nit. beat. « Quid interest, utrum Deos neges aut infames?..... Quibus itol scilicet impiis divinitatibus) aliud actum est nil, quam ut pudor hominibus deme-retur ». Cicero ait: « quid absurdius, quam homines morte deletos reponere in Doos, quorum omnis cultus esset futurus in luctu »? Lactantius « ipsa vitia, inquit, religiosa sunt; non modo non vitantur, sed etiam coluntur i. L. 1.c. 13. Plura in hanc rem Tertlllianvs in LL. cont. Valentinum. Mar-cionem et Manichaeos, quorum Pohtheismum summæ falsitatis, impuden-tiae ac improbitatis convincit.

11. *Polylheismus eadem fere ralione inter Ethnicos quondam invaluerat, qua hodiedum Theismus orbem Christianum invadit.*

Probatio. Idololatria ortum fere suum ac propagationem sensibus debet, affectibus et præjudiciis. Mens cæca Paganorum, cum ad unius veri Numinis agnitionem non pertingeret, sensuum criterio dimetiebatur Divinitatem; cum vero sensus spirituale quid (utpote a sensibus omnino remotum) pene-trare neutiquam possent. creatur® visibiles invisibili Creatori fuerunt sur-rogatæ. Cor Paganorum depravatum, ut sine freno, sine remorsu, sine ullo vindicis metu suis affectibus indulgeret, sibi effinxit Deos æque judices, sed æque reos omnium viliorum ac criminum. Ilis vero præjudiciis pessimis ac falsissimis innixa Idololatria facile plurimorum et mentes pervasit iisdem tenebris obvolutas, et corda mancipavit iisdem affectibus depravata.

Numquid melior aut origo aut progressus hodiedum invalescentis Theismi? Nonne Mysteria fidei 'qua· oculus non videt, ncc percipit auris, non repraesentat phantasia seu sensus communis, nec ratio infirma assequitur) ceu vana ct falsa explodit ideo, quod sensui plus deferatur, quam rationi;et plus rationi. quam Revelationi? Si vel Melaphysici essent Theistæ, ex Dæmonologia ceu Spirituum scientia edocti meliora, facilius assentirentur summæ et prim® Veritati, revelanti veritates a sensibus plane abstractas, insensibiles ac supernaturales. Nonne depravatio cordis est (cui ut liceret, quod libet, circa fidem et mores) odio et contemptui esse coepit Christianismus? Hic ut victima caderet pravorum affectuum, omnis divina Revelatio seu scripta seu tradita, seu Novo seu Veteri Testamento consignata, eiat concul-canda inter mille dicteria et opprobria (quorum scopus idololatria esse debuerat) congesta in veram divinamque, hoc est, unius ac veri Numinis Religionem.

Quam ergo verum est, quod Baco pronuntiat : minuta Philosophia adducit ad irreligionem, vera Philosophia ad Religionem? Quam verum : Théiste sicut Idololatra vivit sibi, quia sensibus credit, et affectibus obsequitur: Christianus Deo vivit, cui credit in omnibus, quem colit, quem amat per omnia, ct cui in omnibus ceu Deo unico, unice vero, vereque provido et rationis cl revelationis auctori obsecundat?

Obj. J. Religio Paganica erat mundo congenita, per universum orbem diffusa, nui versai i assensu et persuasione lirmala; ergo legitimum Numinis

Cultum habere debuit, ne dicendus sil Deus, omnium temporum et omnium lacerum homines (si Judæam, mundi angulum, excipias) voluisse obnoxios errori et mendacio, quod pugnat maxime cum infinita bonitate.

Resp. Qua fronte ausinl increduli ethnicam superstitionem, ut ementiantur divinam, ceu mundo coævam pradicare; cum per duo annorum millia el amplius, sicut unum idemque loquendi genus inter homines, ita unus cœli terræquc Dominus erat, quamvis non pari ab omnibus pietate cultus, nullo tamen ullibi vestigio Polytheismi apparente? Divina ergo non est Religio, quam nesciverunt primi homines a Deo recens conditi ac informati. Cum deinde per vesanam turris Babel structuram inducta linguarum diversitas, et genus humanum ubique dispersum fuit; coepit quidem in mundocl crevit superstitio idololatrica; attamen error non erat universalis, cum posteri Sem, Abrahæ et Jacob, tolaque gens Judaica in accepta a .Majoribus notitia et fide veri ac unius Dei sancte perstiterint. Quamvis autem inter alias gentes confictis sensim innumeris Deastris oblitterari videretur unitas veri Dei; tamen nullo non tempore extiterunt inter gentiles etiam, ut Graciet Romani philosophiae poetæ, inter quos Orpheus, Xenophanes, Parmenidas, Hesiodus, Homerus. Pythagoras, Socrates, Plato, Antisthenes, Xenophon, Cleantes, Cicero... (tametsi ex tyrannorum aut vulgi metu simulacra colerent) unum tamen reapse Deum esse, persuasum habebant.

Quin et de vulgo seu plebe Gentilium observat Tertullianus in Apolog. quod licet « pravis institutionibus circumscripta, libidinibus et concupiscentiis evigorata, et falsis Diis exancillata, cum tamen resipiscit, ut ex crapula, ut es somno, Deum nominat, quia proprie verus hic unus Deus, bonus et magnus»,

Quod tandem ingentes in orbe progressus fecerit Idololatria; id neque estex instinctu Numinis, sicut nec ilia per omnes homines diffusa in sensuum illecebras et voluptates corporis propensio; sed ex metu Imperantium, ei regionum præjudiciis, ex impunitate criminis contra leges perpetrati : neque veram efficit Religionem, quæ nec legitimo summeque veraci nitatur auctoritate, nec hominem sancte perficiat in omnibus officiis Deo, sibi et proximo debitis : neque Dei paternae bonitati præjudicat, quæ conjuncta justitiæ (ad instar patris prolem usque rebellem ac perfidam tandem abjicientis) dimisit gentes ingredi vias suas, quin seipsum Deus relinqueret sine multiplici natura et gratiæ testimonio.

Obj. *II.* Luculentissimum veritatis divinitatisque argumentum suppeditant oracida et vaticinia; hæc vero non defuere gentibus, cum teste Tullio ingens illorum volumen Chrysippus congesserit. Vel ergo non solide probant pro Revelatione Christiana Prophetarum oracula, in multis ambigua, plerumque obscura, nec raro prasaga eventuum, qui praevideri perspicacia naturali poterant : vel etiam Ethnicorum vaticinia (illa vero Sybillarum racula præcipue) ethnicæ Religionis divinitatem commonstrant.

Resp. Qui fuerint universim apud Gentiles oraculorum characteres, gentilis edoceat Cicero (L. il. dc Div.) exprobrans suum Chrysippo volumen ceu repletum Oraculis « partira falsis, partira casu veris, partira flexiloquis ct obscuris, ut interpres egeat interprete, et sois ipsa icferenda sit ad soi tes , partira ambiguis, et quæ ad Dialecticum referenda sint ». Edoceat Demos-

thenes, qui Pythiam irridens dixit, a Philippo Rego auro corruptam <Μιτ> τιζϊιν. Edoceant Aristoteles, Epicurus et Porpuvrws, cumprimis de Apolline, ejusmodi vaticinia, quæ nebulonem, non item Deum scelerumel mendaciorum osorem decent; ejusmodi oracula Deorum, quæ innocentum mortem, libidinum infamias et ineluctabilis fati doctrinam praecipiebant. Qui vero Religionem ista divinam comprobent, quæ tum in factis, tum in dogmatibus saniora ipsius naturæ jura subvertant, non sine sumina auctoris naturæ injuria?

Sed oracula Prophetarum de omnibus falis Judaicæ gentis, de Messia nucituro ex Juda, de Regnorum ac Imperiorum conversionibus ct revolutionibus, dc nascituro post ducentos annos Rege Persarum Cyro, Judawrum liberatore, ct horum similibus; nonne expressa dare, et eventu certissimo comprobata, hominibus contraria omnia agentibus, vel plane non cogitantibus, ac postea eventu posito prophetiam recognoscentibus, cum oinnitms loci et personarum circumstantiis exactissime convenientem ? Si qua in nonnullis obscuritas erat, eventus declaravit, et fidei meritum compensavit.

In oraculis Sybillarum, si tanta est certitudo tantaque evidentia, cur ea non intelligebant Gentiles; et quæ de vera Religione praenuntiarunt, cur non solerter investigabant, ut ad veritatem pervenirent ? Nonne, recte ait Clemens Alex., « quomodo Dens Judæos salvos esse voluit dans eis Prophetas; ita etiam Graecorum spectatissimos, propriæ suæ lingua* exercitatos, prout poterant capere Dei beneficentiam, a vulgo secrevit »? Quippe demouslrabant, ait Lactantius, « monslrosa qua-dam miracula, quorum nee ratio,nec tempus, nec auctor designabatur » ; ut adeo ex illis, quia veris falsa miscebant, sacrilegos ritus Romani eruerent.

De his plura vide apud Natal. Alex. Diss. I. in scculum 1. Honoratum a S. Maria, L. Ii. Criticos Diss. II. p. Tiiom. Holzkiau S. J. Inst. Theol. deDeo Verbo Incani. Diss. I. Sect. III.

Obj. HI. Falsitas Religionis non stat cum Miraculis, quæ sunt veritatis pignus certissimum. Nemo autem ignorat, quot et quanta inter Gentiles prodigia evenerint. Jam sanati sunt cæci in /Esculapii et Serapidis templo; jam Alexandri milites in templo Cereris, quod spoliare parabant, irruente flamma cxcæcati; jam Brennus ille Gallorum dux, qui Apollinis templum ad praedam ingressus, ex vindicta Apollinis furibundus suicida 'factus; nihil ul de Ancyli ccelitus submisso, de Tucciæ cribro, de Claudii cingulo, tie Vespasiani et Apollonii Txanœi prodigiis commemorem, vere tantis, ut illa non tegre admiserit ceu vera miracula S. Augustinus, Lib. XXII. deCiv. c. 10.

Resi·. Cum dc Miraculis Gentilium sermo incidit, ridendum sane ostrum Vespasiano, quem risisse narrat Tacitus, dum effictis et debilis so ab illo sanari peterent. Quippe ridiculum, aut ab homine petere miraculum,quod humanas vires infinite superat; vel a dæinone obtentum (nescio quale portentum) venditare ceu verum Religionis miraculum, cujusmodi solus Dens verus et unus Operatur, ut dmtnonis subvertat imperium. Quin ct is pluries victum se confessus est; sive in Evangelic, cum Christo testimonium perhibuit; sive in Actis Apostolorum,cum Pauli et sociorum ejus sanctitatem commendavit; sive deinceps, cum ad reliquias S. Bahylæ Martyris conticuit Daphniticus

Àpollü. Quominiquepaganorum mirabilia recensentur, vel naturales hominum lutdæmonum vires non transcendunt; et miracula non sunt, cum maximis, splendidissimis el invidissimis illis Mosis ct Prophetarum, Christi ct Apostolorum prodigiis nullo modo comparanda; (id quod vel in una Resurrectione manifestum, dc qua cum a Paulo audivissent Ethnici, « novorum (læmoniorum seu Numinum annuntiator » visus est Paulus, a quo sicut Christum esse Deum, ita Resurrectionem veluti Deam ab eo prædicari pulatent) vel pleraque errori ac mendacio obnoxia, cum vclut incerta et ut plurimum fictilia suis a sponsoribus referantur. *

Nonne vel in limine sui operis fatetur Titus Livius, se fabulas fictaquo pro arbitrio prodigia recitaturum? Numquid major fiducia Valerii Maximi, ubi de prodigiis Deorum scribit : « sed fidem auctores, qui hæc primi scripserint, sibi vindicent » ? Num alia mens Tullii, qui relata per Quintum fratrem suum trecenta Deorum mirabilia in Libro L Divinationum, eadem ceu frivola, Numine indigna, ct per superstitionem invecta in Libro II. Divinationum explodit? Demum S. Augustinus plus non admittit, quam quod, teste Scriptura sacra, interdum a Deo permittantur dæmonibus quædam prodigii cujiisdam speciem referentia ex virtute causarum naturalium, et quidem ad otecurandam ex illorum intentione (si fieri posset) lucem Evangelii et Christi gloriam. Sed vel cx hoc fine pessimo illorum mirabilium patescit et falsitas et malignitas.

De Miraculis Gentilium plura exhibent P. Herm. Goldhagen S. J. Introduci. in S. Script. Torn. Ili. Nec non Instil. Theol. P. IIenr. Kilber S. J. de Deo.

Obj. /I. Argumenta contra Deorum pluralitatem non minus feriunt Trinitatem Personarum divinarum ; praesertim ex illo dilcmmate, quod vel una persona satis sit, vel non, ad condendum et regendum mundum; item quod vel quaelibet sil id, quo aliud melius cogitari non potest, vel non sil. Hanc tamen toto corde suscipiunt Christiani ; eccur illam tantopere detestantur? Profecto non est, quod sua Polylheis tot Numina invideant, qui el ipsi non «lum Deum, sed Angelos etiam ct Archangelos, Martyres quoque et homines alios, quin el imagines ct statuas, resque adeo inanimes, cruces, ossa, cineres ct lacinias religiose venerantur.

Hesp. Inter Deos Gentilium cum sint alii minores , alii majores, el Deus Deorum Jupiter; diversa in singulis natura, diversa voluntas, diversa potentia est, quod aperte pugnat cum idea Summi Magni, ct cum creatione ac gubernatione hujus Universi. Pater, Filius, el Spiritus Sanctus ejusdem natur®, voluntatis et polenliæ sunt; nec personæ divinæ, in quantum person® sunt, creant aut regunt mundum, sed in quantum Deus sunt, per potentiam ct voluntatem, quæ in omnibus una est. Quælibct carum in genere persona· est id, quo melius nihil possit excogitari, cum nihil desit ad summam perfectionem ; nihil cx parte naturæ, quam secundum perfectiones initiales unaqnæque totam hal>el; nihil ex parte personalitatis, quam aliis Pers >nis a qualem habet, imo ct (piarum bxposlasin identicc possidet in esentia.

Circa cultum Sanctorum quanta sint inter Christi el Idolorum cultores differentia, declarant Christiani orbis lumina, Cyprianus, Ambrosius, Augu-

Btinus, Gregorius M. el Arnobius : « Honoramus sane memorias eorum tonquam amicorum aut sanctorum hominum Dei... Quis autem audivit aliquando stantem Sacerdotem ad altare etiam super sanctum corpus Martyris ad Dei honorem cultumque constructum, dicere in precibus : offero tibi sacrificium, Petre vel Paule vel Cypriane ? cum apud eorum memorias offeratur Deo , qui eos et homines et martyres fecit, et sanctis suis Angelis ccelesti honore sociavit; ut ea celebritate et Deo vero de illorum victoriis gratias agamus, et nos ad imitationem talium coronarum eodem invocato in auxilium, ex illorum memoria? renovatione adhortemur» ? Gentiles suisDeastris singulis peneque sua templa, altaria, sacrificia et sacerdotia constituunt; d quos fatentur improbos, etiam dæmones sacrificiis et precibus honorant; nos vero sanctis duntaxat Angelis ceu fidelibus Dei servis cultum divino longe inferiorem impendimus; cacodæmones vero ex obsessis etiam corporibus, accepta a Deo potestate, ejicimus, ut ab iis, nos rogemur, quos Ethnici rogant, nos timeamur ab iis, quos Ethnici adorant..... Nos denique nec Cruci, nec imaginibus aut reliquiis Sanctorum divinitatis quidquam inesse credimus. Etiam ante Salvatoris imaginem non quasi ante divinitatem prosternimur; sed illum adoramus, quem per imaginem aut natum aut passum, sed in throno sedentem recordamur. At gentiles astra, elementa, simulacra ipsa aut Deos omnino esse, aut divinitatem in iis residere, atque ideo divinis honoribus afficiendos esse arbitrantur.

Digna est, quæ ex toto perlegatur, dissertatio Arnobii diu in castris versati, omniaque Idolornaniæ arcana edocti, L. VI. cont. Gentes, sub finem. Vide etiam hanc in rem , de Cultu Sanctorum et Imaginum P. Thoji. Holzklal* Instit. Theol. de Deo Ineam.

Obj. F. Religio paganica suos habuit cultores undequaque honestos et virtuosos, ita ut date fidei, sobrietatis, temperantiæ, pudicitiæ et fortitudinis eximia reperias documenta inter Paganos, qui non omnino omnes aut ita delirabant, aut ita furebant circa cultum suorum Numinum, prout nuper assertum fuit.

Resf. Vera virtus ex fine dignoscenda atque aestimanda est. Quæcumque grandia patravit antiquitas ethnica, non ex studio laudis et gloria* divinæ. sed ex spiritu superbiæ et laudis propria? cupidine profecta sunt; vera? proin virtutis laude carent. Et virtus sit, quæ parum boni, mali vero plurimum aspersit factis Gentilium? foedatur Lucretia nolens, et se dolori impar tmcidat; quid non hic mali? servat fidem Attilius Regulus datam hostibus' idem atheus pnestat in suam vel patriæ gloriam. Sobrius ac temperans miles Romanus prædicatur; sed idem ferro et flammis universum orbem invadit, succendit, depopulatur. Et virtus sit ibi, ubi sunt secreta?, non raro manifeste Gentilium abominationes, quas nec ipsi scriptores ethnici siluerunt, et nervose insectatus est Paclcs?

Sint vero etiam ac fuerint inter ethnicos ethnici « perhonesti, inquit Alvobivs, sed audire deposcimus, quot sint aut fuerint numero.....unus, duo, tres: at genus humanum non ex bonis pauculis, sed c.x cæteris omnibus aestimari convenit». Et ne hi pauculi quidem honesti ex Idololatria, sed ex spiritu, qui ubi vult spirat. Et vere pauculi, cum in celeberrimis ac sapientissimis Rebuspublicis. Romæ, Athenis et Corinthi sumina flagitia in aris ct templis

honorata fuerint, sacrificiis in publica probra, festis et solernnitatibns in nefandas heihiationes detorrimaque spectacula degenerantibus.

§ II!.. Corollaria.

Quam igitur verum est, Deum ceu Ens summum, perfectissimum, necessarium et infinitum nonnisi unum esse et unicum esse posse; tam falsum est, quod Gentes vel ex lumine naturali illam veritatem pervidere non potuerint. Testis est S. Cyrillus, quod gentiles Philosophi Deum unum maximum, creatorem, rectorem et conservatorem hujus universi agnoverint, a quo alii Dii omnes dependeant. Onatus Pythagoreus scribit : « imperat omnibus Deus is. qui virtute præstat; hic universum mundum moderatur et continet; reliqui Dii cœhim eodem, quo tota rerum universitas motu decurrunt, primum illum Deum ordine sequentes ». Cicero : « Deus (inquit) alio modo iiitelligi non potest, nisi ut mens soluta et libera, omnia sentiens et movens ». Aristoteles : « omnes homines affirmant, Deos esse sub imperio ».

De Poetis testatur S. Chrysostomus orat XXXVI. « Poetae omnes primum principemque Deum universe parentem appellant rerum omnium ». Orpheis, Sophocles et Plautis dicunt : « qui est Imperator Divum atque hominumJupiter». Virgilius : « opaler, o hominum Divumque æterna potestas»! Hornus : « qui res hominum et Deorum temperat horis ». Ovidius : « moderantem cuncta Deorum ». Berosus de Chaldaeis scribit, quod Bero sive Jupiter ipsis fuerit creator Universi. Strabo de Æthiopibus, quod unus ipsis Deus immortalis fuerit causa omnium. De Persianis Zoroaster, quod inter suas leges hanc Dei descriptionem habuerint : « Ens est primum, æternum, immortale, sine socio aut æquali, a se existens perpetuum ». De Romanis et Gracis constat, quod solum Jovem dicerent Optimum, Maximum; ac idem fere Historici (Rochefort, Du-Tertre, et Sagard) testantur de ludiarum. Sinannn, Africae et Ainericæ populis. Addit Cl. Hoocke, quod calumniae loco haberent Gentiles, si phires Deos a se invicem non dependentes ab ipsis coli, Christiani edicerent.

ui

SECTIO IV.

DE RELIGIONE MAIIUMETANA.

§ I. PR ECOGMTA.

Nihil lam vesanum ac impium,quod Rousseau non effutiat. EiniliiTomo HI. summopere dilaudat Religionem, quæ tres admittat Revelationes, per quam intelligit Mahumelismum, ceu systema ævi nostri genio accommodatum magis, et præ cæteris Religionibus maxime cohærens. Hanc quoque blasphemiam exprimit Chubbius in opere suo posthumo. Pejus vero delirant alii

et pessime blasphemant, qui non tantum æquiparant Mahumelismo Christianismum, quantum ad utriusque propagationem ac conservationem; sed una cum Edelmaxno aut quovis alio impiissimo auctore libri (dc tribus Impostoribus) et Mosen et Christum et Mahumetem eadem impostura* infamia contaminant. Patescet omnibus mysterium iniquitatis inauditum, ubi de Mahumete, Mahumetis Alcorano et Mahumelis secla, veriora, at simul probrosissima viderint.

§ II. THEMATA.

1. *Alahwmes impostor omnium maximus fuit.*

Probatio. Impostor facinorosissimus est, qui Dei prophetam se dicit cœlitus submissum ad instituendam Religionem, cum non sit nisi mercatura, fraudibus, latrociniis et armis inclytus, homo ferus et mulierosus; qui tot vesanos ac impios tradat errores, quot capita doctrinæ; quot doctrinæsuæ discipulos, tot latrocinantes Saracenos; quot raptus et colloquia cœlestia, tot aniles fabulas; quot miracula, tot putida mendacia hominibus imponat; qui sacras Scripturas V. ac N. T. commendat, et ubique tamen totus est in eo, ut pessumdet utrumque ; quem suimet contribules quamvis rudes, ob defectum miraculorum (quibus novam doctrinam suam ad instar Mosis et Christi stabiliret), ceu insanum impostorem cum tota familia proscripserunt; qui demum ut sceleratissimus fuit, auctore cœlo scelestus esse voluit. Hæc vero omnia qnarp exacte conveniant Mahumeti, nemo ignorat, nisi Rovsseav, aut Edelmanxts aliquis, aliusve Theista, egregii scilicet Mahumetismi encomiastæ, ipsi nihilo meliores Mahumete.

Notum quippe omnibus est, quod Mahumes ære proprio gravis, ut regionis propriæ imperium capesseret, novæ Religionis jecerit fundamenta: notum, quod collectis opibus inflatus et suffultus latrociniis suorum sequacium in prophetam et principem se erexerit : notum, quod suis asseclis bellum prædationemque præceperit dicens, se non cum miraculis, sed cum armis a Deo missum esse : notum, quod capi et interfici mandaverit eos omnes, qui suæ sectæ associari, nec tamen prædones esse voluerint : notum, quod comitialem, quo laborabat, morbum ementitis visionibus et colloquiis cum Gabriele Archangelo occulere solitus : notum, quod desertus a plerisque, ex urbe Medina ceu pseudo-propheta ejectus fuerit : notum, quod prodigii nihil aliud proferre potuerit, quam Lunæscissæ redintegrationem, suam ad coelos subvectionem, Cameli seeum locutionem, aut similes nænias : notum, quod, cum miracula ab eo peterentur, ea jam ceu inutilia rejecerit, ut quæ neminem olim converterint; jam increpaverit suorum auditorum infidelitatem, quæ eruptura dlioqui pleno fonte prodigia sua cohibeat; jam fassus fuerit (quod primum dici debuerat) se non ad patranda miracula, sed ad aperiendam salutis viam emissum esse: notum, quod negaverit Christum, se dixisse Filium Dei. quod Mariam Christi matrem cum sorore Mosis confuderit; quod non Christum, sed alium ejus loco a Judaeis cruci affixum asseruerit : notum, quod uxores duxerit ad urinus quindecim; pellices, quantum voluit; quod uxores duas repudiaverit, conjugem sui liberti suam fecerit, et quod mulierum commercio ad orationem accendi se diceret :

notum quod ut orta ex his scandala tolleret, per blasphemant scurrilitatem diceret, concessam sibi privilegio Numinis singulari facultatem, quæ sibi placerent, mulieribus frueudi.

llæccine nota ct necessaria sanctitas in Institutore Religionis, ciïusa in venerem libido, omnisque pudoris ac continentiæ exterminium? hæccine divinitas missionis, vehit Antichristum quemdam pro viribus agere veræ Religionis subversorem, qui vitam inter facinora transactam pari morte claudet, propinato scilicet a muliercula veneno, ad experiendum, situe Mahumes amicus Dei, an sycophanta?

II. *ilahumetis Alcoranus absurditatum, contradictionum ct blasphemiarum plenissimus est.*

Probatio. Satis esto, ad exhibendam Alcorani summam impietatem, prætipiia ejus capita recensere. Capite II. Deum quidem diligi vult, non vero ex toto corde : Cap. LX. inimicorum dilectionem omnino prohibet : Cap. VI. orationem commendat, sed orantibus praefert strenue pugnantes : Cap. III. ad eleemosynas hortatur, sed deprædationcs omnino praecipit : Cap. II. jejunium praesertim mense Ramadan indicit, sed post diurnam inediam nodem in comessationibus et libidine transigi permittit : Cap. XVII. scribit, Deum praecepisse Angelis, ut Adamum adorarent, et omnes dempto Beelzchub paruisse : Cap. XXXII. velat Alcoranum suum vocari in quæstionem ; a Christianis vero suæ Religionis exposcit demonstrationem : Cap. XXXVIII. docet Mahumes, Alexandrum M. venisse ad fontem, in quo sol quiescebat : Cap. LXIV. fabulatur, magnam Lunæ partem sibi in manicam delapsam esse, sed remissam iterum, ut sua Lunæ rotunditas restitueretur: Cap. XL11I. Deum pro sc orare fingit : Cap. LVI. fingit Deum sibi præcipientem, juramenta delere : Cap. LXXXVIi. Deum jurare ait per ventos siccos et imbriferos, dæmonesque licitorum et illicitorum discretores ; Cap. XL111. cuivis uxores quatuor ingenuas permittit, quin tot uxores, quot alere quis possit; casque pro arbitrio dimittendi et mutandi facultatem passim concedit, sibi vero a Deo in omnes mulieres datam esse facultatem seu emptas, seu donatas, scu amitæ, seu materterae filias, seu volenti gratis succumbere cupientes. ut pro suo velle illas possit vel adjungere, vel semovere, et prius abjectis, si placeant, iterato uti : Cap. III. damnandos asserit omnes, qui Alcoranum non servaverint : Cap. XI. Judaeos etiam et Christianos salvos fore pronuntiat : Cap. XIX. converti nolentes ad Mahumetismum jubet interfici : Gap. XII. L1V. LXXXV1I1. in beatitudincrn suis constituit paradisum, ubi dulcissima; sint aquæ pomaque multimoda, fructus varii et decentissimæ ac niiindissiinæ mulieres, puella*, quas ducent beati, cum oculis claris et immensis, quorum albugines candidissimæ et pupillæ nigerrimæ; ubi vasis viticis el argenteis potus velut zinziber soporifer ex fonte Zelsibil administrabitur; ubi vestes sericas el deauratas juvenes induent; ubi timentes possidebunt hortos palmarum et vilium, puellasque consocias cl consimiles; hoc est enim donum, oplimaque renumeratio Dei.

Xurn quid vero his absurdius reperias vel apud idololatrae? videlicet qualis Legislator 'ere epicureus, talis lex el Religio; et qualis, nempe bruta

Religio, talis est beatitudo, quæ brutis conveniat magis, quam aut sapienti philosopho, aut fideli ct ingenuo homini.

Vide Natal. Alex. Dissert. IV. in Hist. Eccl. Seculi VII... Pmdeaix d Joanncm Gagnier in vita Mahumclis.

III. *Mahumetismus Secta omnium falsissima et turpissima est.*

Probatio. Religio sic dicta Mahumetana pro auctore suo et capite habet virum a perjurio, incestu, fornicatione, adulteriis, viduarum et patriæ suæ devastatione famosum. Quippe fraudibus Mahumetis sua debet initia Mahumetismus, annorum violenti® suam diffusionem, conservationem et amplificationem sen ili timori atque ignorantis turpissimae, quam vi ipsius legis Mahumetanæ ne liceat quidem depellere Alcorani discussione el veritatis accuratiore perquisitions. Tradit et tenet Mahumetismus dogmata de Deo, dc Officiis et Fine ultimo hominis Deo ac homine indignissima, permittendo polygamiam a Christo vetitam, repudium ab eodem reprobatum adstruendv. et libidinibus omnia complendo; uti constat ex Alcorano. Totam hominis justitiam absolvit externis ablutionibus et projecta dudum a Deo circumcisione corporis, quam tertio decimo ætatis anno ad Ismaclis imitationem peragit. Sacrificium plane nullum habet contra sensum el morem omnium gentium, quibus inde ab humana origine pro praecipuo cultu divino semper erant sacrificia.

El quis ausit, hoc monstrum Religionis cum sanctissima caslissimaque Christi Religione comparare, aul illam divinitus institutam predicate? Nemo certe alius, quam qui ipse, sicut Mahumclis irreligio, omni Religione caret, mortalium pessimus ac turpissimus.

Obj. I. Si .Mahumetismus totus quantus a redo et vero deficit; qui potuit tam celeri per Asiam, Africam et Europæ magnam partem propagatione efflorescere? qui potuit inter tot victrices de Christiana fide progressus in seculum jam duodecimum perdurare? qui demum valuit ea majestate ac felicitate Imperii quævis Imperia Christiani nominis superare?

Resp. Quasi vero non fuerint majores progressus Ethnicæ superstitionis, ct inulto latior per antiquum Babylouis Romæve gentilis imperium servitus Idolorum; quam ipsi tamen Mahumetani ceu impietatem detestantur? Eccur, qui ex vastitate Imperii Ottomannici amplitudinem Mahumetismi dimetiuntur,non etiam computant illos Musulmanos , qui hodiedum manifest® superstitionis pertæsi magno numero deflectunt ad Atheismum? Cur non innumeros fere inter ipsos Mahumetanos recensent Christianos, qui licet a se, vel a communione Romana disjuncti, Mahumctismum omnes exeerantur?Cur non recolunt ex recentioribus Annalibus clades maximas Saracenorum vel in Hungaria acceptas a Christianis, quibus non raro arma, luna el caudæ illorum Cruci Christi substrat® jacuerunt? Cur tantopere extollunt seciam, cujus amplitudo el temporaria felicitas non tam rationum momentis, quam armis procuratur? et de qua (co quod carni et sensibus tam plene indulgcal, ut nullam habeat difficultatem in dogmatibus ct vix ullam in factis) mirum potius est, sed Christi promissis adseribendum. quod totum

orbem necdum impleverit? Eecur autem illud prodigium longe maximum iion commemorant, quod Religio Christiana (quam sensibus et concupiscentiis adversa, quam carni el voluptatibus inimica, quam mundanæ gloriæ ac omnibus vitiis infesta; tam virtutum maxime arduarum ct actuum vere heroicorum in suimet victoria cumprimis studiosa), non obstante tot seculonim dirissima persecutione, atque ipso etiam in sinu Mahumetismi, ejusque promissionum ac illecebrarum, perstiterit hactenus, persistatque?

Obj. II. Testantur Annales veteres ac recenliores, plcrasque gentes ad Religionem quoque Christianam aut illectas, aut vi et armis compulsas fuisse. Id de Imperatoribus Orientis et Occidentis in Seculo IV. et V. certum quoad idololatras ; ncc minus certum de Germanis, Hungaris, Normannis, Sueris et Danis in posterioribus Seculis ; non ergo hic modus propagandi Religionem praejudicat Mahumetismo.

Ita Bayle in Diclionario Critico, artic. *Mahomet.*

Resp. Quantum sit discrimen inter illas Ethnicorum et Mahumctanorum furias ad suam irreligionem orbi obtrudendam, ac inter Christianismi per orbem propagationem, discat Baylius ex Lactantio : « at nos contra (inquit subiuitium Seculi IV.) non expetimus, ut Deum nostrum, qui est omnium, velit, nolit, colat aliquis invitus, nec si non voluerit, irascimur.et cum tam nefanda perpetimur; ne verbo quidem reluctamur, sed Deo remittimus ultionem, non ut ii faciunt, qui defensores Deorum suorum videri volunt, ct sæviunt efferati adversus non colentes ». L. IV. Inst. c. 20. Et quid demum armis Christianorum, hoc est, docendo, patiendo et moriendo per tria priora secula effectum? Vixdum a Constantino sublatum est vexillum Crucis ac libertatis Christianae, et Romanus orbis, quin totus pene occidens atque oriens Christianum se vidit et obstupuit.

Esto igitur, quod dominante jam Religione Christiana rebelles adhuc tanto lumini gentes aliquæ armorum metu transierint ad Christi sacra; sic quippe consultum etiam nolentibus, quando quid bonum esset, nescirent; at metu tamen cessante, magno pietatis affectu Christum el Christi fidem coluerunt. Sed Mahumetismus arma habet pro essentiali regula; armis propagata fuit superstitio Mahumclis, cujus nonnisi arma in ore, in corde, in manu gerentis effatum hoc erat praecipuum, « miraculis sibi opus non esse, armis Religionem suam stabiliendam ».

Obj. III. Ncc desunt tamen sua Mahumetismo prodigia; videlicet quod •cpulchrum Mahumetis sublime pendeat medio in templo : quod Alcoranus e coelo submissus et per Gabriclcm ad Mahumetem fuerit delatus : quod Mahumes ccdos cœloiiïtn conscenderit, ac ibi hanc sententiam arabice scriptam legerit ; « non est Deus præter Deum, ejusque propheta est Mahumes »: quod voci prophetae columba obedient, et hæc illius aurem ore suo leniter percusserit....

Jte»p. Somnia! non pendet, sed humi jacet sepnlchrum impostoris; quod 'i penderet, vi magnetica elatum penderet; quid in hoc miraculi? Non e edo demissum. sed ex orco submissum potion jure dixeris Alcoranum, in quo nihil ulli hi deprehendas dignum majestate Religionis, nisi forte in primo jaiudum Capite quod inscribitur de vacca. Raptus Mahumetis ad cœlum,

quem Mosscmi Doclores inter ipsos Mahumetanos plerique æslimanl ecu nocturnam visionem, nobis fabula est, donec Archangelus Gabriel, qui solus itineris divini comes fingitur, illius veritatem edoceat; alioqui credendum cuivis pseudo-prophelæ ct tenebrioni de suis prodigiis enarranti, si citra ullam probationem habenda sil fides. Idem esto judicium dc columba, de camelo, et dc quavis alia simili nænia Alcorani.

Quam ergo putidum est, quod Incredulos non pudeat, ejusmodi praestigias Mahumetis omni evidentia facti destitutas, et unius Mahumetis, hominis aperte mendacis, improbi, luxuriosi et ambitiosi testimonio nixas in medium afferre, non alio consilio, quam ut miracula Christi et Christianorum tanto pere testata, ct Religionem sexcentis jamdum annis ante Mahumetem iisdem stabilitam evertant?

Obj. IV. Doctrina fere omnis Alcorani a superstitione vindicavi potest,si dicatur Maliumes in multis locutus parabolice aut allegoricc, ad eum fere modum, quo Christus in Evangelic ad bcatiludinem adumbrandam cibi, potus et mensæ typis utitur.

Atque hoc non ita pridem Relaxdcs præstitit in Libro. *La heligion* tks *Mahometans, exposée par leurs propres Docteurs,* 1721.

Resp. Christus allegorias, quas hinc inde suæ doctrinæ admiscuit, alibi et ipse, et per suos Novæ Legis præcones abunde dilucidavit. Nullius etiam depravati sensus latebat hic suspicio, ubi Christus virgo el virginis filius castimoniam, quam ipse impense coluit, per suos voluit pnedicari ; constituens paradisi gaudia in visione Dei, et a resurrectione etiam nuptias procul amandans. Mahumetismi autem vita omnis cum ad venerea fuerit projecta, totaque ejus felicitas in mulieribus, quis credat hausisse hircum suae limpidis fontibus spiritualium gaudiorum? et quis suorum de rudi plebe discipulorum,non omnia Magistri verba, juxta mores et vitam Magistrilitteralitcr interpretatus, suam fidem, mores ct felicitatem posuerit in carnis mundique illecebris ac voluptatibus?

Relaxdis , Missionaries æque ac alios quosvis, qui rem habent cum Mahurnetanis, admonet, sedulo cavendum esse, ne illam sententiam Ia *Ellah, Ellalah Mahomed cesul Allah,* vel per jocum repetant, alias vel morte plectendi, prout non ita pridem incauto juveni græco contigit; vel ejuranda erit fides Christiana: item ut ne in rabiem agantur Mahometani (nunquam sic convertendi), abstineant a dicteriis vel in Alcorarium, vel in Mahumeteni. ct ne quid falsi huic imponant ; sed potius ad instar dubii aut inquisitioni' in mores, in missionem, in librum Mahumetis deducant ex absurdis ad absurdiora, quo possit Mahumetanus seipso, ni stipes sit, colligere Mahuinctis, Alcorani ac Mahumetismi perversitatem. In hoc profecto laudem meretur Relaxdcs; non item quod iu suis vindiciis Mahumetismi a criminibus falso impactis, adstruere videatur salutis possibilitatem pro omni Religione. Hoc enim quamvis tentari possit a Turea; a scriptore autem Christiano plane abhorret.

SECTIO V.

DE VETERUM PAGANORUM ET MAIIUMETANORUM TESTIMONIIS PRO VERA RELIGIONE.

§ L PRÆCOGNITA.

Tametsi Paganicae ac Mahumetanæ superstitionis probra omnium oculis pateant ad proborum omnium detestationem, ut adeo Ver<U Religionis snm-mossit honos, divexari ab ejusmodi hostibus, a quorum summa impietate illius sanctitas toto cœlo diktat ; attamen increduli cum suo Vo l t Air io , quo veram acpræprimis Christianam Religionem novis identidem conviciis pro-stituant, ad Ethnicos confugiunt, sic fere argutati : Si Mundo condito coæva est Revelatio; si Religio Mosaica a Deo instituta tot seculis effloruit ; si fides Christiana Dei filium auctorem habuit, qui tot tantisque signis et suam ct suæ Religionis divinitatem comprobavit in Palaestina Romani Imperii tam spectabili provincia; occur Revelationes istæ omnium seculorum scriptoribus ethnicis incognita? fuere ? Eccur Romæ, Romano Senatui, Romanis Impera-toribus tempore Christi de Christo el miraculis Christi nihil unquam innotuit?

Abortamus arma incredulorum in ipsos incredulos : si nunquam in Mundo exstitit Revelatio seuMosaica seu Christiana, certos præfercns divinitatis cha-racteres; eccur inde a primordiis æræ chrislianæTacitus, Thallus, Suetonius, Phlegon, Chalcidius, Celsus, Porphyrins cl Plinius, omnes ethnici Scriptores; eccur Pilatus adeo et Imperatores ethnici, Tiberius, Hadrianus, Alexander Severus, et Julianus Apostata dc Christo, dc Miraculis Christi, de sanctitate Legis Christianae tam aperte eloquuntur, apertissime vero Mahumcs 'ejusque Alcoranus? Eccur antiquissimi Scriptores (quorum fors nomina vix norunt, qui nosse omnia videri volunt) Sanchoniaton, Hesiodus, Megasthenes, Euri-pides, Bcrosus, Alexander Polyhistor, Artapamis, Numen ius, Diodorus Siculus cthorum similes dc Revelatione, quæ viguit ct ante Mosen, ct sub Mose, el poslMosen, ab hoc vero libris primitus consignata fuit, tam abunde tes-tantur? En ! quam sit mentita iniquitas sibi, cui majori jam probro os ut oppiletur; sit

§11. THEMATA.

I. Aon *defuerunt inter ethnicus scriplores antiquissimi testes lleeclalionis præserliin Mosaica.*

Paohnio. Revelationes sunt, quas ex Scriptura sacra vel cx Traditione certas tonemus de Mundi origine per architectum et gubernatorem Deum, de homine ad imaginem Dei ex len a formato ct animantibus cunelis pne-pusito de religione servandi Sabbati, de præcepto non gugtaudi fructum c.\

àrborc scicntiæ boni et inali, de diluvio, de arca Noe servatisque peream animantibus, de turri Babylonica ct linguarum confusione, dc prodiens Mosis, de ritibus et legibus genti Hebrææ impositis. Cum vero dc his omnibus apertissima sint testimonia veterum; nimium pertinax sil, qui neget, quod hasce veritates illi didicerint ex Revelatione vel scripta vel tradita; demptisque fabularum additamentis, potissimum ex Pentateucho Mosis, eæ fuerint detloratæ.

Dc Origine Mendi scribens Sanchonialon tenebras, spiritum, chaos sive abyssum cx Genesi commemorat. Laertius in Prooemio, Megaslhenes apud Strabonem, Hesiodus in Theogonia Mundi principium aiunt esse molem confusam; ex hac discreta quatuor Elementa ct perfecta animalia; Mundum vero uti ortum, ita interiturum esse; simul autem ipsas Mosis voces exprimunt, Erebum ab *hereb,* Tartarum seu abyssum a *thehom,* Amorem a *merachephet,* quæ vox columbæ super ovo incubitum signilicat, et de spiritu Dei super aquas motitante legitur Genesis 1. 2.

De Creatione Hominis, cui Deus os sublime dedit, et quem finxit in effigiem moderantum cuncta Deorum, canit Ovidius L. 1. Mclamorph simul ac expromit sensum latinum. Euripides adeo cum in supplicibus cecinit dc homine per mortem reversuro in pulverem, unde sumpserat primordium, « el ad brevis ævi tempus spiritus cœlo redeat, corpusque terra; » nonne respexit ad Genesis caput III. « *Revertaris in terram, de qua sumplus, es;* » et ad Cap. XII. Eccles. « *Revertatur pulvis in terram, unde erat, et spiritus redeat ad Deum, qui dedit illum* ». De lapsu primi hominis obesum pomi vetiti ad vocem serpentis, Chalcidius ad Timæum ex libro Genesis describit omnia, quem et Mosi librum diserte tribuit. Quo spectat etiam mos ille in Graecorum mysteriis, monstrandi serpentem cum acclamatione, Ero.

Dc Diluvio ct Arca Berosns scripta secutus antiquissima, Abydenus Assyrius in suis Commentariis, Alexander Polyhistor apud S. Cyrillum, Lucianns in Libro de Dea Syria, dilucide ac copiose enarrant ferme totidem Musis verbis; cx his vero alius Nocrnum appelât Xisuthrum, alius Deucalionem .qui solus ad secundi generis exordium relictus sit, alius Noachum generis nostri auctorem servatum, cum ea ad cacumina Armeniorum montium se applicuisset...

Dc Sabbato seu de consuetudine septimi dici celebrandi Numenius: « quid aliud Plato est, quam lingua attica loquens Moses»? sed hæcomnia obsignet Sabbati Religio, quæ jam olim pertigisse ad omnes gentes videtur : Homerus : « septima sacra dies reserato illuxerat orbi » : Hesiodus: « lux septima sancta est ». Quibus accimini Callimachus, Suetonius, Diogenes grammaticus... g

Miracula Mosis, Ritus et Leges Jid.eorim, prout ista libris Exodi, Levitici. Numerorum et Deuteronomii continentur, innotuisse gentilibus, manifestum est ex Artapani opere de Judæis, ex Numenii Libro 111. dc Bono, cx Diodoro Siculo, qui dc εγγαίοοι νόμοι;, dc transitu maris rubri, dc submersione Pharaonis, de virga Mosis, dc farina c cœlo deplua, de gravissimis calamitatibus a Musteo duce Judieorum in .Egyptuni invectis, et quibusvis alii·? clarissime effanlur. Item ex Gnecorum Sacris, quorum nulla teste Plinio I offerebantur sine mola salsa, juxta illud Mosis: *in omni oblatione (ua offeres* I *sal.* Ex lege Nmnæ Regis, qua. teste Porphyrio, nullum in templis Dei I

simulacrum tolerabatur usque ad annum 170 ab urbe condita, juxta illud Mut. V. *non facies tibi sculptile*. Eκ Platonis Republica ad Deuteronomii leges in multis adornata. Ilis adde superius adducta gentilium sensa de Providentia Dei, de animæ immortalitate, de pœnarum acprærniorum aeternitate, qtioniin et similium dogmatum certitudinem cx Revelatione hauserant.

Prædicta veterum testimonia roperies collecta apud Euseb. præp. Evaug. Ll.c. 10... L. IX. c. 8. 12. ct 27. Apud Clem. Alex. L. I. et V. Strom, ct in Protreptico. Apud Cyrill. Alex. L. I. cont. Julianum.

11. *Prostant luculentissima (/entilium testimonia de Revelatione etiam Christiana.*

Probation Summa capita Revelationis Christiana? his fere continentur; Christum Dei filium ejus auctorem esse; doctrinam Christi ct Christianorum iidemac \itam esse plenam sapientia et sanctitate; Christi ct Christianorum miracula vera et maxima esse prodigia. Atque de his quæ cl quanta non extant gentilium testimonia? Nam

I'. Tiberius cum cx Actis per Pilatum transmissis Christi divinitatem cognovisset, retulit ad Senatum cum praerogativa suffragii sui, ut inter Deos adlegcrctur, comminatus periculum accusatoribus Christianorum. Alexander Severus, inter Romanos Imperatores facile sapientissimus, Christo quem jw in Larario matutinis horis coluit, templum destinaverat. Hadrianus ut omnia templa Christo consecraret, ea in omnibus civitatibus sine simulacris fieri jussit. Porphyrivs, furoris sui in Christum immemor, Christum tum suis, tum Deorum suorum encomiis extollit, scribens, mirum forsitan nonnullis videri, quod Christum Dii summe religiosum fuisse, immorlalemque factum esse prodiderint, et de illo cum laude mentionem fecerint.

Î*. Alexander Severus summo in pretio habuit doctrinam Christi, ut illius sententiam: « quod tibi non vis fieri, alteri nc feceris » : et in palatio, et in publicis operibus praescribi juberet. Plinius Trajano testis fuit, « hanc esse Christianorum summam culpæ vel erroris, quod essent soliti stato dic ante lucem convenire, cannenque Christo quasi Deo dicere sccum invicem; «que sacramento non in scelus obstringere, sed nc furta, ne latrocinia, ne adulteria committerent, nc fidem fallerent... n. Antoninus Imp. laudat constantiam Christianorum, « qui pro Deo suo lubentius moriantur, quam incolume remaneant, et majorem tunc fiduciam in Deo collocent, cum tente motibus aliisque flagellis quatiuntur ». Julianus Apostata, quamvis infen-‹i‹cimiB hostis Christi, tanta in æslimationc habuit Christianismum, ut suum paganismum eidem lotis viribus conformare adnitcrclur.

.?. Trallis ct Phlegon præter eximiam Christi prophetiam dc Excidio Hiemsolynue, memorant de excellenti inter omnes, quæ ante illam acciderant, defectione solis facta ad eum annum Olympiadis, qui respondet emortuali annoChristi, quæ ct in Annalibus Romanis et Tabulariis publicis fuit con-«gnala. Celsis ct Porphyries, quamvis Hieronymo teste rabidi canes adversas Christum, in ipsis adeo libris, queis insectantur Christianos, fatentur fenm patrasse miracula; ac ille quidem: « credidistis, inquit, eum esse Dei filium ideo, qnod claud ›s cl aecos samr.il ->. Julianus Apostata (quis un-

quam hostis Christianismi deterior ac sceleratior ?) « Jésus, ait, qui spiritibus imperabat, et in mari gradiebatur» ; cujus ct innocentiam et miracula el vaticinia, quamvis invitus, lateri debuit maxime in illo suo vano molimine templi Jerosolymitani rursus ædificandi. Et vel hæc sola Celsi, Porpln ni cl Juliani elogia abunde sufficiunt ad veritatem ac divinitatem Christiana* Revelationis ex paganorum confessione stabiliendam, quin necessarium sil, illi etiam Taciti, Suetonii et Chalcidii longius enarrare.

Singulorum fidem faciunt Tertull. Apolog. C. 5. Origen. L. II. cont. Celsum. Lampr id. in vita Severi. Euseb. L. IV. Hist. Eccl. C. 12.... Prap. Evang. !.. V. Cyr il l. Al ex. Cont. Jul. L. λ I. S. Alg. in LL. de Civ. Dei.Novissime autem et copiosissime P. Dominicus De Colonia S. J. in Libro : *laRcligion Chrétienne autorisée par le témoignage des auteurs pagens.*

Memoratu vero dignissimum videtur illud testimonium, quod post Eusebium fluctius enarrat ceu prodigium, prop. IL C. 136; et ex Huclio his verbis depromptum extat: Thamus ægyplius navis rector, cum in Italiam tenderet, jamque Echinadas insulas prteternav igarct, vento confeslim remittente vocem ad Paxas insulas audiit, quæappellato ex nomineThamo jussit ipsum, simul ac appulisset ad portum Pelodem, clamare, magnum Pana esse mortuum. Paruit ille, caque, quam jussus fuerat, voce edita ejulatus auditi sunt, quasi Panos necem gementium. Vectores Romam delati portentum vulgarunt. Pervenit illud ad Tiberium, qui et a Thamo ipso de re certior factus hominum eruditorum sententiam super ea exquisivit.

Narrat id apud Plitarchlm .Emilianus Rhetor, ut sibi a patre suoEphiterse rci teste traditum. Atque id convenit in tempus mortis Christi, qui verus Pan est, rerum omnium parens et totius naturæ auctor.

111. *Splendida sunt Testimonia Mahumetis el Mahumetanorum pro Divinitate Revelationis et Mosaicce el Christiana'.*

Probatio. Credidit el credendum reliquit in Alcorano Mahumes, quod loculus sit Deus olirn quidem Mosi el Prophetis, novissime aulein « Christo Mariæ filio commiserit Evangelium ceu lumen, confirmationem et complementum Veteris Testamenti, rectamque viam omnibus timentibus Denum. Adslruil miracula plurima a Christo patrata, de quo in colloquio Angelorum ad Mariam ait : « Mariæ filius cæcosel claudos curabit, leprosos emundabit, mortuos creatore coopérante vivificabit, quæ cuncta a credentibus in Deum miracula censentur. Vetus Testamentum confirmabit: quædani tamen prius prohibita licitis annumerabit, seque divina virtute potentiaque venisse patefaciens inquiet: timentes Deum me sequimini ». Ipse in suoadcœlw raptu Christi in septimo coelo omnium supremo constituti precibus se commendasse fatetur. Demum diserte Mahumes enuntiat: « omnes boni Deo serviant, ut Christus Jesus Mariæ filius persuasit ».

Quid vero illustrius pro Revelatione Veteris ac Novi Testamenti: ct quid probrosum magis pro incredulis dici aut cogitari potest, quorum adeo incredulitas ab impostore maximo tantopere confunditur; Quid iis futurum esset, ubi suas in Christum bhisphemias vel ititer Mahuuielanos eructarent? Exemplo sil illud, quod narrat ex oculato teste editor Relandi; videlicet

Mahumetanos Christum venerari adeo, ut e suis unum, qui adversus puram Christi nativitatem hlasphemaverat, palo transfigi jusserint Constantinopoli.

Hæc et his similia exhibet Alcorani Azoara V. XII. XIII. XXIX..... Consule» $i vis, Chardin, loi/m/e *de Perse,* Tom. X.....Heruelot Bibliot. Orient..... Reundi Not. in Compend. Theolog. Nahum.

Obj. Si lam illustria de Christo, dc Christi et Christianorum miraculis testimonia viguerunt inter gentiles, præsertim Romanos; cur nunquam effectui datum, quod de Imperatorum propensione in Christi sacra hactenus enarratum fuit? Cur primi Christiani ea non identidem opposuerunt genti' libus? Cur Suetonius, Tacitus et præprimis Mahumes tot falsilatihus et fabulis ea omnia contaminarunt, quæ de Christo et Christianis commemorant? Sane quæ e.\ mendaciis et nœniis accersilur, nulla est auctoritas divinæ Revelationis.

Resp. Sic est apud incredulos. Testatissima ex verbo Dei scripto et tradito, «universali sensu et consensu Apostolorum, Discipulorum, Martyrum, omniumque Christianorum inde ab initio Ecclesiæ pro veritate Revelationis chrislianæ argumenta depromis; rident et explodunt omnia, eo quod gentiles illorum temporum scriptores ac ethnicos Imperatores ea prorsus latuerint. Horum vero etiam sat luculenta, nec minus splendida testimonia producis; æque et ista rident atque exprobrant chrislianis, quod in fabulis et falsitatibus gentilium suæ Revelationis ponant fundamenta. Verum jure optimo ista incredulorum cavillamenta attribuas inveterate eorum pervicaci»; ct illam in Romanis Imperatoribus minorem efficaciam, et in Scriptoribus ethnicis tenebras luci offusas Romanorum fastui, Romæ immersas voluptatibus incuriæ, judææ gentis summo inter Romanos despicatui, ac cumprimis dominanti illo tempore idololatriæ, quæ nihil prorsus movebatur. tametsi de ecclipsi illa in morte Christi palam affirmaret Magistratui Itomano Tf.rtcllia xls : « cum Mundi casum in Archiviis vestris habetis». Quamvis Origenes, Minutius Felix, Lactantius et S. Luciauus Martyr inde contra gentiles pro divinitate Christi tam firmum eruerent argumentum, ut Celsus et Porphyrins ad ejus vim obmutescerent. Quamvis a Justino. Tertulliano et Eusebio contra ethnicos sæpe, magnaqnc animi firmitate provocatum sit ad tabellaria publica Romana, quibus Pilati relatio de vita, miraculis et morte Christi inserta tertio etiamnum seculo vigebat.

Hæc ergo Paganorum qua crecitas, qua infelicitas fuit, quod luce Revelationis non collustrati veris falsa miscerent. et falsa magis crederent, quam vera.suis utpote superstitionibus ac libidinibus adversantia. Hæc vero incredulorum summa improbitas est, quod lucem, in qua ambulabant, extinguere, et cæci esse malint, ut impii ac miseri esse possint.

§ III. COROLLARIA.

En impudentiam, proterviam, impietatem Thcistarum contra universalem orbis consensionem ! Si paucos excipias populos in orbe idolo!atras, veluti tristes reliquias gentium olim sine revelatione miserrime aberrantium ; universum prope genus humanum Judreis, Chrislianis et Mahumclanis comprehendes. Sed Christianus per Filium adductus ad Patrem veneratur pro-

j

phetiam, quæ hunc Dei Filium annuntiavit, suamque Religionem habet pro complemento Judaica'. Mahumetanus et ipse reveretur prophetiam, quin et Messiam Christianorum (cui tamen successerit suus Mahumcs pseudopropheta), Religionem colit nec Judaicam, nec Christianam, sed ex utraque monstrose permixtam; utramque vero ante suum Mahumetismum extitissefatetur, ac proinde non minus, quam Judæus et Christianus Revelationem el fundatam in Revelatione suam credit Religionem. Unus ergo est pusillnsgrex Theistarum heri coalitus ex quisquiliis gentis humante ad contradicendum atque illudendum orbi universo.

DISSERTATIO VI.

SECTIO I.

RELIGIO JUDAICA QUONDAM VERA VEREQUE DIVINA.

§ I. PB.ECOGMTA.

Cum Mundi creatio multis jam seculis esset remotior ab hominum memoria, suscitavit Deus Historiographum sagacissimum, fidelissimum doctissimunique, deputans integrum populum ad custodiam libri ejus, ut præ omnibus scriptis auctoritate summa pollerent Mundi annales , qui tot testes, quot homines gens tota et numerosissima et florcntissima haberet. Quotquot etiam de rebus Judaicis scripserunt sive Judæi, sive Christiani, sive Ethnici, de antiquitate et auctoritate Pentateuchi nullum unquam dubium obmoverunt usque ad Spinozam, Hobbesium, Pereirium, et quosdam vanissimos olim Hæreticos. Horum Thcislæ vestigia secuti, ut Religionem Christianam (cujus veritatem ex veritate Legis Mosaicæ cum Christus, tum Apostoli non raro demonstrant) quaqua via evertant, Mosen personis romanensibus, et Legem Mosaicam fabulis ac ementitis narratiunculis accensent. Quam quidem Legem alii delirant splendidiori doctrina Alcorani deletam esse ; alii ceu plane confictam blasphemant ex eo, quod innitatur familiari Deum inter et Mosen commercio æque fictilio, ac fuerit illud N'umæ cum Egeria nympha, Minois cum Jove, et Mahumelis cum Gabriele; alii ceu inventum mere humanum ad scientiae politicae (quarn in Ægypto Moses didicerat) regulas compositum ab omni Revelatione separant; alii ex Abcnezra viro non integite apud Judaeos famae, ejusque obscuris sententiis asserunt, Pentateuchum non esse a Mose, sed ab alio, qui multis post annis vixerit, quique vera falsis admiscuerit.

His ergo turpissimis incredulorum ca\ illis opponenda sunt Pentateuchi, qui genuinum est Mosis opus, summa auctoritas, vere divina Mosis legatio, extraordinaria et supernaturalis procuratio Reipublicæ Judaicæ, origo divina Legis Mosaicæ, Legumque Judaicarum fines et institutio sapienlissima,

§ II. THEMATA.

1. *Pentateuchus est genuinum Mosis opus.*

Phobatio. Ex fide publica tum vocali turn reali evidentissimum est, exiilisse Mosen Pentateuchi verum auctorem. Quippe

Г. Constans semper fuit, et consentiens de hac re omnium hominum voi et opinio ab hac nostra ætate ad remotissima Mosis tempora. Ita credidit ætas Christiana, hoc est, a dissolutione Reipublicæ Judaicæ omnes non solum Judæi et Christiani, quorum magis intererat; sed eliam Ethnici, ut Appion, Diodorus Siculus, Strabo, Celsus, Porphyrins, TrogusPompeius,Minius, Longinus et Julianus, qui fere omnes contra Judaicam et Christianam Religionem scripserunt. Ita credidit ætas Hebraeorum Pontificia, hoc est, a reaediiicatione Irbis usque ad interitum Reipublicæ omnes tam Judaei,præsertim Philo, Josephus, Paraphrastae Chaldaici, Mischna Judaeorum ex antiquissimis Scriptoribus , Auctor libri secundi Machabæorum et LXX Interpretes, «piam alienigenae. quorum fragmenta nobis servarunt Justinus Martyr. Clemens Alev. Eusebius et alii apud Huctium, cumprimis autem Samaritani, quamvis a Judaeorum communione repulsi iisdemqueinimicissimi. Id ipsum testantur ipse Pentateuchus, Libri Josue, omnes Scriptores sacri, sive Prophetic, sive Psalmographi, sive Historici, quos inter Esdras, quem suspicatur Spinoza auctorem Pentateuchi, se nuncupat scribam velocem in Lege Mosis. Ergo perpetua traditione constat, semper extitisse Mosis genuinum opus, ct Pentateuchum esse istud opus.

2°. Ipsa pariter monumenta temporum atque ipsarum rerum fides apertissime suffragantur : nam quæ ab origine Reipublicæ per Mosen constituta sunt, ita cum historia Pentateuchi concordant, ut nulla sit m gesta alicujus momenti, quæ non sit etiam symbolis et institutis expressa. Ecquid enim festurn Azymorum. Agni Paschalis ritus, primogenitorum omnium redemptio et Levitarum consecratio loco primogenitorum aliud eloquuntur, quam interfectionem primogenitorum Ægypti et populi Israel immunitatem ab hac plaga, Ægyptocum praecipitatione relicta? Nonne Legis Tabulæjussu Dei in Arca servatæ ad usque captivitatem Babylonicam cdnfirmabant res gestas ad montem Sinai? Numquid mensura Mannæ ad latus Arcæ reposita populi cibum per 40 annos ccelitus subministratum, et virga Aaronis induta foliis ibidemque reposita confirmatum a Deo Aaroni ejusque posteris Sacerdotium demonstrabant ? Larninæ aureæ altari affixæ nonne in perpetuum designabant interitum Levitarum cum Core, Dalhan et Abiron rebellantium, in hujus rei memoriam illic collocata*? Dum serpens æneus ad usque tempora Ezechiæ servatus partem aliam Pentateuchi confirmaret.

Sane Tabernaculum, Arca Foederis, Sacerdotum consecratio, vestes et varia munera, Sacrificiorum ceremoniae, Purificationes, Familiarum genealogiæ, Tribuum Ruben et Gad cum dimidia tribu Manasse habitatio trans Jordanem, divisio terræ Ghanaan. dici initium a vespere sumptum, asyla et alia* constitutiones, quæ certissime omnes coævæ fuerunt Reipublicæ, totum l enlatcuchum ita exponunt ac complectuntur, ut neccssscsit. legem scriptam

et consuetudines illas æqnalis esse antiquitatis, atque ex his illam accipere maximam auctoritatem.

Si vero magna insania est, non subscribere fidei publicæ circa Æneidcm Vireilii, Homeri Iliadem aut Mahumetis Alcoranum; summa erit vesania, summœ auctoritati et evidentiae morali maximæ circa Pentateuchum, ceu genuinum Mosis opus obstrepere ; cum per tria annorum millia et amplius ne unus auctor gravis vel levissimam fraudis suspicionem significaverit, cum magnæ geniis tabularia, in quibus autographum Mosis servatum fuit, fidem faciant; cum monumenta al) origine Reipublicæ totius illius Libri imaginem exhibeant; cum testes habeat omnes Reipublicæ Judaicæ cives, quorum mores vitaque civilis et domestica ad illius proscripta componi debuerat; tum in omni ætate plurcs fuerint, quorum maxime intererat, fraudem fore latentem detegere, in ætate Christiana Celsus, Appion, Porphyrius, Julianus aliique hostes nostro Religionis; ante aeram Christianam Samaritani, et tempore Antiochi Judaeorum persecutores ; ante Captivitatem Babylonicam Jeroboam Regesque impii, qui adeo Legibus Mosaicis erant infesti, ut Religionem patriam mutare conati sint.

II. *Moses fuit Scriptor omnium primus et fide dignissimus.*

Probatio. Quos Græcia celebrat antiquissimos scriptores, Trojano excidio posteriores fuere Homerus et Hesiodus. Sancuoniaton illis etiam vetustior rerum judaicarum scriptor fuit a Mosis ætate disjunctus, teste Porphyrio. Taactus græce Ερμη hoc est, Mercurius, qui scriptorum omnium primus prædicatur, el vetustissimus (prout multis crudito ostendit Huetius) ipse est Moses. Artapanus eliam, Polyhistor et Eupolemus testantur, «Mosen primum sapientem fuisse, Judæisque primum litteras tradidisse, a quibus eas Phoenices, et a Phoenicibus Græci acceperint, eumdemque Judæis leges primum condidisse ». Certum denique, tum quod Phoeniciam quondam, tum Judapam, hodie Palaestinam dictam incoluerint Hebræi; tum quod Grocæ litterae Hebræorum nominibus quidem simillimae, his tamen uti propriam ct singularem quamdam significationem (quæ apud Græcos locum non habet) ita antiquitatis prorogativam cedere debeant. Verbo uno, nullus in hunc diem scriptor Mose antiquior produci potuit.

Scriptoris autem fide digni partes sunt pietas in Deum, quam vere tenerrimam in Mose circa divinæ sapienliæ, bonitatis et potentiæ laudes, admirationem atque amorem spirant singnlæ paginae Pentateuchi. Studium virtutis, quod quantum in Mose exarserit, probant omnes illæ leges, quas pro extirpandis vitiis sanxit, nec non pathelicæ ad populum orationes, quibus ad patientiam, ad fiduciam, et ad omnes virtutes excitabat. Fuga ambitionis ac privalæ utilitatis, quam summa animi demissione contemptuque terrenorum Moses comprobavit nunquam affectans imperium, nunquam publica privatis postponens commodis, populi liberationem contra omnem spem humanam suscipiens cogente Deo, per totam vitam nil proter molestias perferens acaerumnas, Sacerdotium, summum in Republica munus, conferens Aaroni fratri ejusque filiis in æternam hærcditatem, constituensJosue virum ex alia tribu Ducem populi, propriis filiis in plebem Levitarum

redactis; ipse quidem Dux populi, sed a quo singulis diebus, ni Deus ferat suppetias, mactandus sit. Ingenuitas in confitendis suis et suorum erroribus, in iisdem reprehendendis et castigandis sancta severitas, ct in omni re candida nec fucata simplicitas; abhorruit autem Moses quam maxime ab assentatione et adulatione, eum singulari constantia suos populo et principibus nævos exprobrans, in propriam familiam severissime animadvertens, nec eas praetermittens historias de vitulo aureo, de Idololatria, de hirpicum Moabitis fœminis crimine, de incestu Judæ, de flagiliis fratrum Joseph, qwe haud parum gentis su® et atavorum famam lædunl; nævos ipse suos et peccata sine ulla defensione enarrat, tarditatem linguæ, .Egyptiinn a se occisum, fugam suam in Madianitidem regionem, expostulationem cum Deo, concitatam contra se propter omissum circumcisionis ritum Numinis iram, diffidentiam ad aquas contradictionis, ac demum pœnam a Deo impositam; nihil admodum commemorat ad famam sibi comparandam, nihil quod per longum tempus gloriose versatus fuerit in Aula Pharaonis potens in verbis et in operibus suis, nihil quod contra .Ethiopas duxerit exercitus; homo fere sui oblitus, et solius Dei rebus intentus.

Demum quidquid fere relatum a Mose, id omne consensu Scriptorum profanorum firmatum esse, exhibet Grotius, L. de *Veritate Beligionis Christiana,* et Joannes Clericus in notis ibidem. Verissime autem Grotius, « neque vero, ait, cuiquam prudenti credibile fiet. Mosen, qui non Ægyptios tantum hostes habebat, sed et plurimas gentes alias, Idumæos, Arabes, Phœnicas, vel de Mundi ortu et rebus antiquissimis ea ausum palam prodere, quæ aut aliis Scriptis prioribus revinci possent, aut pugnantem sibi haberent persuasionem veterem atque communem, vel de sui temporis rebus ea prædicasse,quæ viventium multorum testimoniis refelli possent ».

III. *Moses fuit Auctor Pentateuchi Theopneustus, et divina prœditus auctoritate.*

Probatio. Tam leges, quam doctrina Pentateuchi divinam innuunt inspirationem atque auctoritatem. Quis enim credat, tam grave ac pene intolerabile jugum lot præceptorum in se suscipere voluisse ingentem populum dnræ cervicis, incireumcisum corde et divinorum beneficiorum sæpe iinmeinorem, pronumque ad murmura contra Deum et ad seditionem contra Duces suos, spirantem minas et vindictam, atque ad caules promptum et alacrem; si ab humana duntaxat potestate fuisset impositum? Durum sane ac perquam difficile, circumcidi omnes masculos, viros omnes ter per annum sistere se Domino, ne pauca quidem ligna colligere in Sabbato, nulla cum extraneis inire connubia, infidam mulierem gravi supplicio plecti, iterata pro peccatis sacrificia otîerre, et plura hujusmodi sub pœna capitis adeo imperata. Attamen circa hæc et sexcenta alia animos intractabiles ita commovit Moses, ut sua lege Judæosab omnibus populis divisos in Mundo Idololatrica, atque in omnium errorum colluvione immunes a superstitionis contagione per tot annorum secula servaverit, ut Judæi millies mori mallent, quam ejurare Legem Mosis. At nonne Moses homo erat præsidiis et opibus destitutus; quibus ergo armis id evicit? coelestis quippe auctoritas et missio divina unus erat titulus, munimen et arma Mosis,

Cedant vel unum Theistæ Legislatorem tam potentem, sola fretum auctoritate humana! cedant vel unum volumen ex omnium temporum Mytholo* gia, et ex omnium gentium Philosophia, quod perfectissimam in primo ortu Religionem, omnia Religionis et vitæ moralis ac civilis præcepta, omniaque erga Deum, proximum et seipsum officia hominis complectatur, ac Pentateuchus Mosis! In hoc pro lege fundamentali est : diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo; Deum, qui est, et cujus nomen, Omnipotens, Ælerims, Deus exercituum, cujus verbo coeli firmati sunt, et spiritu oris ejus omnis virtus eorum, cujus cœlum sedes est, terra autem scabellum pedum ejus, coram quo omnes gentes nihilum, qui dissipat consilia gentium, et Priucipum consilia reprobat, qui mortificat ct vivificat, deducit ad inferos et reducit. In hoc sicut unius Dei dilectio, ita gratiarum actio, ita recursus ad Deum in omni necessitate praecipiuntur; commendantur boni prosecutio, fuga mali , ejusdemque per poenitentiam reparandi media; districte prohibentur furta, cædes proximi, odium fratris, et quaecumque rei alienae appetitio. In illis vero incertum, an Deus sit unus, an Mundi conditor, an rector Universi, an vindex mali, an liber, an spiritus? id certum, quod circa Dei cultum et honestatem vitæ erroribus et absurditatibus plerique scateant Libri gentilium Philosophorum ac Poetarum, et si quid circa Deos suos, heroes, auctores Religionis et morum placita hinc inde proferant quadam divinæ sapientiae imbutum specie, id omne (Huetio demonstrante) e Mosaicis vel libris vel traditionibus hauserint, ac pro suis inventis Ethnici venditaverint. Quippe ad tam sancta, sublimia et coelestia pertingere nunquam potuit sola ratio, minus etiam mens coeca gentilium, quæ, inspiratus a Deo omnis veritatis, veræque sanctitatis auctore, Moses didicit, ac populo Dei promulgavit.

J\. *Lex Mosis, ac proin Religio Judaica, vere fuit divina.*

Probatio. Vera divinaque Religio his constat praecipue, rectis de Deo sententiis, piis in Deum affectibus et cultu externo honorificentissimo. Nullus vero unquam tanta, quanta Moses dignitate ac energia inculcavit vividam in Deum unum fidem, Dei ex toto corde, et ex tota anima, et ex tota fortitudine dilectionem, timorem Dei et fiduciam in Deum, devotionem animique demissionem erga Deum; omnia quoque externi cultus officia cum maxima solemnitate injuncta, et omnia majestati cultus contraria graviter prohibita, ac omnem denique perfectionem, omnemque sanctitatem. Igitur de Divinitate seu Legis seu Religionis Judaicae nequicquam ambigendum est; praesertim tum quia Legis Mosaicæ præcipuus finis erat conservatio verae Religionis in Mnndu Idololatrico (quod patet ex pacto Abrahamico in fœdere Mosaico partial completo), tum quia Moses Dent. IV. hæc ad populum verba fecit; « hæc est enim vestra sapientia coram populis, ut audientes præcepta hæc dicant, nec est alia gens tam grandis, quæ habeat Deosappropinquaiiles sibi, sicutDeus nosleradest cunctis obsecrationibus nostris » ; tum quia Lex Mosis confirmata ac illustrata fuit veris ct crebris miraculis (uti erant terribiles /Egypti plagæ, transitus maris rubri, Pharaonis cum suo exercitu submersio, Lex in monte Sinai data inter turbines ct tonitrua, hiatus terræ in ruinam Core, Dathan et Abiron, nubes per diem in modum tentorii, et per noctem in modum

ignis, aliaque omni exceptione majora prodigia), tum denique quia vaticiniis referta, qute sicut omnium consensu facere nemo potest, nisi solus Deus, ita cum certissimo eventu longe post comprobata sint omnia; ac illud quidem de maledictione Chanaan Genesis IX. partim sub Josue et seculis Judicibus, partim sui» Alexandro M.et Romanis Chananæam debellantibus; illud de benedictione Abrah» tam in numerosissima ejus posteritate inultis seculis Chananæam possidente, quam in omnium gentium Christo ex eodem Patriarcha prognato devotarum felicitate (sic et de reliquis per quinque Libros Mosis) Legis et Religionis Judaic» divinitatem luculentissime commonstrant.

Obj. I. Lax. Mosis aut dubiæ aut nullius fidei ct auctoritatis esse convincitur, quia multa continet aut minus verisimilia; ut dum Moses tanto intervallo distaret a creatione Mundi, et hæc a diluvio, hoc tamen cum illa paucis generationibus interjectis ferme conjungeret: aut incredibilia, ut dum refertur in Genesi, omnes populos, proin etiam Americanos, toto oceanodisjunctos ab Asia, descendere ab Adamo: aut difficillima intellectu e. g. de diluvio, de arca, et quæ sunt hujus generis.

Resp. Solide et copiose hæc dudum omnia refutarunt interpretes fide instructi sanctique Patres, uti Sacrarum Scripturarum callentissimi, ita veritatis ex Scriptura et Traditione studiosissimi. Atque hic cumprimis contra incredulos obtinet illud S. Augustini : « multum disputant de iis rebus, (pias majori prudentia nostri auctores omiserunt, ad beatam vitam non profuturas discentibus, et occupantes, quod pejus est, mullum pretiosa et rebus salubribus impendenda temporum spatia».

Ad 1um quod attinet, inde veritas Traditionis stabilitur magis, vigente scilicet adhuc eo, quo hæc Moses scribebat tempore, memoria facti quam illustris, tam antiqui. Xamcum vita Patriarcharum admodum longævaesset; Sem, qui vidit Lamech, qui vidit Adam, vidit ad minimum Abraham; et Abraham vidit Jacob, qui vidit illos, qui viderunt Mosen. Accedit, quod cum nec artes nec scientias, quæ partem vitæ magnam sibi vindicant, illi excolerent. præprimis conservam!» temporum historiae, et genealogiarum curam cesserint.

Ad 2““ omnino quadrat Relasdi observatio, quod quidem jure inter incredibilia recenseatur opinio de fictis Planetarum incolis ab Adamo descendentibus (cum. qua via homines a terra ad Jovem et Saturnum transierint, intelligi nulla ratione possit), non item propagatio horni num per Adamum, quorum via utpote de una duntaxal telluris parte in aliam multiplex esse possit. Nec inepte conjiciunt alii : poterat America septentrionalis in modum continentis olim adhærere Siberiæ : poterant Scythæ vel hac via vel per fretum glaciatum migrare in Americam : poterat longis olim commeatibus et navigatione Asia jungi cum America Meridionali. Optime vero rem dirimit S. Aucvsri.xcs : « quorumdam enim mirabilium operum Dei etiam expedit tantisper occultam esse rationem ».

Ad 3ro sat est responsi contra incredulos ex Josepho : « hujus autem diluvii et arcæ meminerunt omnes barbarie® historiæ Scriptores » : Ev Gkotio, et rerum naturalium Scriptoribus, quod diluvii vestigia in omnium ferme gentium memoria, ct in omnibus terræ partibus extent, et quidem

apudltarosum in Chakhea, in Africa apud Abydenum, apud Plutarchum et Lucianmn in Grœcia et Syria, atque apud Molonem, Nicolaum Damascenum, Apollodorum et vetustissimos Scriptores alios Poetasqtie, ex vetustissimis tandem traditionibus in America.

Vide hic S. Aug. L. 11. de Gen. ad lit. c. 4. Opus item eruditissimum hanc in rem nuperrime editum FlorcnliæaP. Alphonso Nicolai S. J. inscriptum : *Dissertazioni cLezioni di Sacra Scrittura,* 1756-64;

Obj. II. Manca in mullis est narratio Mosis, cum nihil de Angelis et de cœlo Beatorum commemoret : in nonnullis ridicula, uti dum colloquium serpentis cum Eva, costam Adamo subductam ad formandam Evam, et plura hujusmodi describit : suspecta circa commercium Mosis cum Deo ejusqde mirabilia, ulpote injecta Pentateucho ad dandam vim Legi, quæ vera non sunt prodigia; cum iis sua gentiles æquo jure opponant.

Resp. Antiquissima narratio Mosis simplicitate et majestate plena omnium secutorum meruit fidem ; et jure quidem potiori, quam atomi Epicuri, æternitas mundi Platonici, et hesternorum Theistarum somnia de suo Naturalisme. Quæ narrat Moses de Mundi creatione, de lapsu huniinis, de ejus pœna et manante- in omnes Adæ posteros ejusdem criminis reatu, de perfectionibus Dei, de natura rerum et cordis humani depravatione; ea omnia in hunc diem experimur exacte congruere cum ratione, cum natura rerum, cum indole hominum, cum perfectione doctrinæ moralis, politicæ ac sanioris philosophi®; ita ut leges ibi descriptæ tales omnino sint, quales esse oporteret, si Deus eas dictasset. Similia ante Mosen nullus aut philosophus aut poeta vel dubitando prodidit. Post octo vel novem a Mose secula Plato circa Deum et res divinas coepit balbutire. Poelæ, philosophi et historici postea omnes Mosaicam de Mundo ct homine historiam fere totam exscripserunt. Apud vetustissimos populos, præsertim in oriente, moribus cæteroquin et studiis dissimillimos nihil pervulgatius tum creatione Mundi, diluvio et arca Noemi, tum plurimis etiam ritibus, ceremoniis, nominibus significantibus ex Pentateucho haustis, cujus quidem antiqua veritas per tot annorum millia obfascari poterat, at nunquam oblivione penitus deleri. Atque hæc una responsio abunde sufficit ad explodendas argutias incredulorum. Ad hæc cœli nomine et Angelos et sedem Beatorum complexus est Aloses, prout hodie communior fert sententia ; et sicut diabolus non sine arcana Dei dispositione organum et linguam elegit serpentis, animalis lubrici, tortuosis anfractibus mobilis ac ideo tali operi magis congrui; ita formatio Evæ non caret mysterio, sive spectes officia conjugum, sive Christum et Ecclesiam.

.Mosis cum Deo commercium sicut et prodigia, quc.is illud Moses confirmabat, certa, notoria, nulla ex parte suspecta ac plane summa erant. Quæ enim gens alia unquam dicere potuit, apertum fuisse sub pedibus suis mare, qno transiret? Se per 40 annos cibatam esse manna? Hiantem terram eructasse ultrices flammas, queis ustulati rebelles proruerint in abyssum? Se ab ignitis serpentibus laceratam fuisse?... Aut quæ gens hæc et similia unquam confinxisset miracula falsa, partim in sui opprobrium redundantia, partim gravissimum onus loti populo imponentia, quale est Pen la touch us tot legibus refertus·? Et quibusnam prodigiis suo cum pseudo-Numiriibus aut cum

Angelis commercio plenam fidem conciliabant Numa, Minos el Mahumes! Nonne ipsi Ethnici, Titus Livius et Valerius Maximus illos Nnmœ cum Dca Egeria congressus rident ac explodunt? Nonne finis non alius fuit, tale cum Diis commercium praetexendi, quam propria Legislatorum utilitas; cum illud Mosis tenderet ad sanciendam legem, quæ cupiditates gravibus pœnis coerceret, atque solius Dei cultum spectaret ac promoveret ?

Obj. 111. De miraculis Mosis præter Mosen soli testantur Judæi in propria causa. Scriptores cæteri ant silent, aut contradicunt, et quidem Josephs de transitu maris rubri mare scissum esse refert sponte naturæ ; Jtsnsts tradit expulsos fuisse ex .Egyplo Judæos propter vitiliginem; Tacitis scribit, Mosen ab onagris didicisse modum, quo populum præ sili delicientem reficeret. Demum si vera fuere miracula Mosis , cur ipso ævo Mosis tol erant apud Hebraeos increduli ac idololatrae? Nemo enim non credit, quod oeulb videt, si verum est, quod videt.

Resp. Miracula patravit Moses (cujus praeclari characteres ab omni suspicione imposture ex dictis longissime distant) non lanium coram inliuita Israelitarum multitudine, sed et in .Egyptiorum Regisque conspectu; atque ipsorum etiam gentilium ore el calamo celebrata, ut idcirco Deum appellaverit Mosen Diodorus Siculus. Indubia ergo illorum fides est, tum quia non pauci tantum Hebræi, sed tota et ingens uatio illorum fidem el dignitatem attestatur; natio, quæ nec decipi potuit utpole oculis suis spectans omnia, ct posthac tam in monumentis publicis, quam in publicis ritibus sacris eorum memoriam conservans, et in monumentis quidem coævis, a tota natione erectis, sinceramque pietatem ct veri Dei cultum spirantibus; nec voluit decipere sive exteras gentes, cum quibus nullum ipsis commercium erat, sive concives suos, qui tam grave jugum romanensibns duntaxat historiis innixum utique explosissent. Tum quia scriptores multo antiquiores Josepho meminerunt librorum ct factorum Mosis, ut Heclatheus, Chærilius. Numenius, Polyhistor.

Apud Josf.phlm L. cont. Appon. et ex ipso Eusebius L. IX. Præp. Evang.

Verba Josephi hæc sunt : « mare scissum fuit sive Dei voluntate, ut ego quidem credo » ; ne sibi ipse contradicat, cum alibi scripserit : « semita inccdentes a Deo patefacta » : quod addat : « sive sponte naturæ, ut alius putare poterit» : in hoc se accommodat gentilibus, quibus ista scribebat, ut quacumque demum ratione hoc ipsis portentum credibile faceret, subdens: « at de his quisque, ut libuerit, sentiat ». Denique auctoritas Mosis mullum hic præponderat Josepho.

Jcstim ct Taciti in his parum auctoritatis, quia nihil fundamenti est. Tacitis quod sua fors novit melius, quam aliena; et cum dc Christianis sui adeoævi tam male disserat ; quid minim, si circa primæva (.'cutis Hebrew gesta hallucinctur? Semper inter Hebrews fuere numero phires, ingenio certe pares, virtute etiam potiores, qui crederent. Qui non credebant, quisqudiæ erant inter Judæos, sicut inter Christianos malesani Thcistæ; quin tamen ex eo, quod non raro idolis servirent, el sideralibus scripturis uterentur Judæi, aut fidem negarent miraculorum, aut veritatem Religionis sua* : fere sicut Christianus aliquando magicis artibus serviens aut dæmoni sc nuncupans non hoc ipso abnegat fidem Christiauam ci per nefas extundere

nililur, quod aliunde non datur. Ac tandem quis non miretur potius atheo-Ihcislam ab ejurata avita Religione perfidum transfugam ad castra impiorum, quam llebræum miraculis non commotum?

M *IV*. Piæcipua Mosis Prodigia, quæ venditantur, plagae sunt ægyptiaeæ et transitus maris rubri; hæc autem phænomena nullatenus arguunt virtutem humana majorem, utpotc causis naturalibus adseribenda. Nam imprimis conversio virgarum in serpentes, ranarum procreatio, et mutatio aquarum in sanguinem factæ etiam a Magis fuerant, Mose contitente, eos «similiter fecisse»; idque virtute duntaxat naturali per virgam magicam. Hinc mirum non est,'quod nec Pharao, ncc proceres, nec vulgus Ægyptiorum virtutem divinam in hisce phænomenis suspicerent. Illud patratum ad mare rubrum pTæstum maris el ventorum adminiculum rite explicatur sine maris divisione prodigiosa ; fere sicut Alexander flantibus tantisper aquilonibus mare videns recessisse, celerrime pertransiit, militibus umbilico tenus aqua demersis. Idem quoque est de prodigiis in deserto patratis.

Resp. En sapientes philosophos, qui æque cæcutiunt ad splendorem miraculorum, ac idololatræ ! En spiritus fortes, qui æque aggravant cor suum ad Dei gratiam, ac idololatræ .-Egyptii ! Quippe oculos habent, ct non vident, quod omnes fere Patres ac interpretes vident, videlicet, quod Magi pro veris miraculis intuentium oculis illuserint, et species duntaxat ranarum, serpentem et sanguinis incantationibus magicis produxerint; idcoquc nec tot sciniphes adducere, nec ulcera a se prohibere, ncc plagas divinitus immissas a se avertere potuerint, coacti tandem ad illam Mosis majorem longe vim thaumaturgam exclamare : « *Digitus Dei hic est* » : Pharaone etiam uti pro medela non ad Magos, sed ad Mosen confugiente, ita ad septimam plagam coniitente : « *Peccavi etiam nunc; Dominus justus; ego et populus meus impii*». Quamvis ergo Sacræ Littcræ, qualia fuerint Magorum prodigia, diserte non exprimant, ncc dc modo objectarum illusionum Patres omnino conveniant; id tamen certum ex Auclstixo, quod aliquantulo tempore permissum fuerit Magis , facere quædam mira, sed ut mirabilius vincerentur; Deo ne hoc quidem permissuro, si Theistarum e numero fuissent Magi, hoc est, si Dei unius ac providi fidem professi, hunc Deum verum in testem veritatis (quem non agnoverunt idololatræ) implorassent. Attamen in hujus veri Numinis agnitionem, falsitalisque miraculorum a Magis patratorum facile pervenissent Ægyptii, si Mosis miracula et numero ct excellentia multo præstantiora rite pensassent, obortisque exin salutaribus dubiis docilem ac veritatis studiosum animum porro applicuissent. Non autem evenit ad tot et tam splendida Mosis prodigia conversio .-Egypliorum ; hanc propria illorum culpa impediebat, non tamen illa impediebat consilium Dei, ptr hui manifesta plagarum prodigia liberum Israeli exitum procurandi.

Circa transitum maris rubri Theislæ a ere illudunt sensui communi : fingunt namque totam Ægyplum una cum Pharaone ab omni arte et scientia, et vel ab astuum maritimorum experientia destitutam : vanissime conjiciunt p-lulsse Mosen per tam angustum tramitem, ducentis ad summum passibus per sex horas latum, vigesies centena millia hominum cum jumentis ct apparatu omni una nocte transmittere: callide dissimulant, quod in refluxu inaiinoaquæ non hinc et inde recedant ac volui mini uhinque consistant;

item quod in fluxu et refluxu maris per horas duodecim nonnisi una alterate hora terra appareat sicca : scire renuunt aut intelligere, quod Deus dicatur usus ministerio venti, non ad dividendas aquas, sed ad solum exsiccandum ; imo quod ventus ille vehemens ab orientis plagis ad maris divisionem plus confirmet miraculum, cum mare rubrum non sit protensum ab oriente in occidentem, sed a septentrione in meridiem, ac proinde vento illo orientali augeri haud potuerit refluxus maris : verbo; jubente Deo manum super mare extendit Moses, et subito mare dividitur et ventus alveum exsiccat, el secure transeunt Israelitæ ; sequuntur .-Egyptii, ac iterum Deo jubente manum super mare extendit Moses, et coeuntes aquæ hostes involvunt. Sic docent divina oracula; sic perpetuo carmine hoc prodigium celebrat totus Israel; procul ergo somnia incredulorum !

Quoad prodigia in solitudine patrata aut facessant increduli vanissimas ct plane ridiculas exceptiones suas; aut ostendant, qua naturali virtute, vel qua arte mechanica effecerit Moses, ut manna per 10 annos in coelo concresceret, et in terram ante solis ortum caderet; putresceret proximo quoque die, excepto die Sabbati ; quo instrumento usus terram aperuerit ad absorbenda tabernacula, et universam substantiam Dathan et Abiron; vel qua usus so* lertia Israelitarum vestimenta et calceamenta per 10 aunos deteri non sil passus ; vel denique (si hæc non effecerit) qui totam naturam humanam perturbaverit, ita ut ea sensibus experirentur Judæi, quæ revera sensus non afficiebant?

Obj. Γ. Quæcumque Moses a se patrata in suis libris commemorat prodigia, naturales effectus erant, sed magicis artibus procurati, el ad obtinendam facilius fidem a gente credula, poeticis illustrati descriptionibus magis, quam historice descripti; nullam ergo fidem merentur.

Resp. Falsa hic plurima Mosi, Israelitis, quin et Deo imputantur. Falsum namque est, quod iMoses populo Dei imponere aut voluerit, propter summam ejus fidentiam ac securitatem (quam vixullibi reperias in scriptore profano), summam orationis gravitatem, simplicitatem narrationis, confessionis ingenuitatem, designationis exaclitudinem circa loca, tempora el personas, omnesque alias eximii scriptoris ac Legislatoris dotes et prærogativas ; aut potuerit imponere populo numerosissimo, et quam jugi impatienti, tam ct sagaci ad detegendas Ducis sui imposturas , nec minus prompto ad excutiendum jugum impostoris. Sane in hunc diem nullus impostor ingenti et salis ettræni populo tut legum gravissimum onus aut imposuit, aut hoc illuni per tot secula coercuit; cum omnis impostor assentatione potius, affectatione publicæ salutis ac felicitatis, scelerum impunitate, propriæ impietatis fraudulenta occultatione captare et captivare homines adulteretur.

Falsum, quod gens Hcbræa male et nimis credula fuerit, cum inter innumeros illorum prodigiorum testes viri plurimi et probitate et scientia insignes eadem comprobaverint, et Judæorum fœcunda passim ingenia, et ad detegendas fraudes solertissima, uti ad rebellionem promptiora, sic ad credendum tardiora nunquam non fuerint ita. ul nonnisi firma persuasio de divina Mosis legatione, et certa fides de veris et summis ejusdem prodigii? populum toties rebellem compescere valuerint. Falsum, quod Deus permiserit miracula Mosis, quæ vera non fuerint, ceu vua ab omnibus haberi; ab

«iinibus Judæis, qui illis inducti Mosi ceu Duci ct Legislatori se sc ultro subjecerint; a vicinis nationibus, quæ illorum fama territe amicitiam gentis Hebnneexposcereiit; a plurimis Ægypliorum, qui proptcrea tantam erga Israelites liberalitatcm exhibuisse credantur. Miracula, inquam, Mosis, quæ jussu Dei et ad invocationem Dei eo tempore facta sunt, quo Moses a durissima servitute liberavit Israelitas ; miracula, cujusmodi ab orbe condito nullum unquam virtute mere naturali factum est; miracula, ex quibus ceu 'ictis sumini momenti pendebat Rcligiûj politia el fortuna universæ gentis lltbraæ; miracula, quæ facta erant publica el sensibilia, circa quæ falli nec idiota.imo nec infans potuit; et tam arcte cum reliquis historiæ partibus connexa, ut vel uno illorum sublato hae omnes corruant ; hæc, inquam, miracula uon sint patrata virtute divina, sed magicis artibus? veræ illusionesct praestigiae, sed nulla aut falsa prodigia fuerint?

Obj. 17. Mosis Pentateuchus inhorrescit stylo barbaro et inculto : frequens carumdera rerum repetitio, et obscuritas in illo maxima est : redundat autichronismis et hysterologiis : multa habet, quæ a Mose scribi non potuerint, ut sunt genealogiae ultra aetatem Mosis protensæ, nomina urbium nonnisi post mortem Mosis indita, quin laudes et mors ipsius Mosis : mercedcm proponit solum temporalem, cujus iteratae promissiones concupiscentiam libent magis, quam charitatem, quæ tamen est tinis Legis : demum nihil magis alienum a Dei bonitate et a veritate Religionis, quam oblatio humani
'l sacrificii, de quo tamen Levit. XXVII. et Num. XXXI. Lex innuit, atque Abraham ct Jephlc probant exemplis. Si ergo vel cx hoc titulo omnes paganica Religiones falsitatis arguuntur a Christianis, quidni et Mosaics?

Resp. Airi peritissimi cum Bossueto aulhentiam Pentateuchi non abs re conjiciunt ex eo etiam, quod obscuritate el difficultate non omnino careat; cum nihil facilius impostori fuisset, (piam hunc evitare scopulum, atque ad
I genium intemperantis Critice^ scriptionem Pentateuchi accommodare. Qui
' majorem requirunt ant elegantiam aut claritatem Pentateuchi; ii non calleal phraseologiam ct idiotismos illius ævi ; nec perspiciunt, quod obscuritas innuat transcriptiones prope innumerabiles, antiquissimam ælalem, simul et venerationem conciliet. Facta sæpe repetitio oritur ex Hcbraicæ linguæ «aio, ex ejusdem inopia, cx idiotismis, ex formulis urbanitatis. Hysleroteia, cum ratione nitatur, non est vitiosa ; et Sancti Patres ac interpretes iwmodc explicant, quæcumque videntur in chronologicis perturbatissima ; in veteribus Scriptoribus profanis longe major est incuria chronologiæ ; el Cbaldæorum, .Egyptiorum ac Chinensium supputationes innumeris scatent tecurilatibus, fabulis ac contradictionibus; denique voluit Moses non tam systema chrouologicum exponere, quam Religionis revelatæ oeconomiam, minus solicitas de rationibus exactae chronotaxcos.

Mortem Mosis descripsit vel ipse Moses cx spiritu prophetico, uti cum aliis sentiunt Josephus cl Philo; vel Josuc ct Eleazar, qui el ipsi Spiritu Saucio pleni in aliis quoque notoria quiedam textui adjecerunt. Laudat sc Moses; d Paulus hoc fecit: sed uterque afflante divino spiritu, non cx jactantia, ram suos uterque nævos etiam propalet. Lex cl Prophetæ promiserunt bunii 'ere spiritualia, sed sub liguris temporalium ; cujus ratio fuit in ipso populo utpMecarmdi, qui ceu depositarius Testamenti spiritualis constituendus erat;

quamvis ei-go promissiones temporalium diserte exprimerent; simul tamen immuni, dicta sua esse recondita, et alio, quam verba præséFcraul, sensu intelligenda. testante S. Augustino : ««quando felicitatem temporalem agebant, ælernam veram et praeferendam intelligebaut ; et istam ministrabant in mysterio, ut illam consequerentur in præmio. » Epist. 110. n. 5.

Si, utTheislis placet, humana sacrificia habebantur inter Judæos; eccur tales victimæ idolis gentium toties, sed nunquam Deo Israel oblalæ fuerunt' Exemplum Arraiit quam est imperlinens? .Nonne expresso Dei jussu excitatus obtulit filium, sed fide plenus nec dubitans : « *Quia el a morluissuscitare potens est Deus ?* » qui cum post expertam Abrahæ iidem acobedienliam suppeditaverit aliam victimam, satis declaravit, nullo modo sibi gratas esse humanas victimas, ilhidque præceptnm unice ad obedientiæ probationem pertinuisse. Jephte si (quod credibile non est) filiam obtulit in holocaustum, ingratam Deo victimam obtulit contra Legis præceptum : videlicclDeut.XII. 31. Psalm. CV. 37. Ezech XVI. Isai LXVI. 3.

At verior sententia illa verba, *et fecit, sicut voverat,* intelligil dc consecratione, non dc immolatione filiæ ita, ut particula *ET* juxta Hebraicum habeat vim disjunctivi hoc sensu : *erit Domino; vel offeram illud in holocaustum:* nempe si ejusmodi fuerit, quod sic offerri rite queat. Ita Josephus, David Kimchi et alii. Circa illam oblationem Leviticam omnem tollunt difficultatem Lectio LXX, et plures aliæ versiones : *omnis consecratio, qua offertur ab homine,* non *de* vel ej· *homine.* Demum in Lege Deuteronomii de primitiis prædæ dandis Sacerdotibus et Levitis ne verbum quidem est dc immolatione hominum.

SECTIO II.

RELIGIO JUDAICA CONTENTA IN LIRRIS V. T. VERE DIVINIS.

S I. PR.ECOCNITA.

'testamentum idem est ac fœdus seu pactum, quod æterna Majestas icit cum humano genere; et primum quidem per Mosen cl Abrahanunn. promissionem continens non solum de bonis temporalibus cl possessione terra Chauaan, sed de ælcrnis etiam per Messiam oblinendis. Extat hoc pactum in libris divinitus inspiratis expressum, quos inter ii Vetus Testametux appellantur, quotquot de rebus divinis divina cum auctoritate ante Christi adventum pertractarunt, atque ab Ecclesia vel tum vel postea Sacro Canoni inscripti fuerunt. Est vero ea ®vn nostro protervia incredulorum, ut siuu' Pentateuchi, ita Librorum sacrorum omnium V. T. auctoritatem arrodam* cxplndantquc. Nimirum ut facilius suffodiant Christiana' Religionis fundamenta, eos libros, «pii Christi et ejus EueluMx figuras, typos cl vaticinia

praseferunl, ceu opera vel conticia, vel depravata, vel fabulosa impudentissime exagitant. Hisce criminationibus sal. credo, fuerit, opponere testimonium omnium hominum et ælalum gravissimum, Religionem et politiam Judæorum vereThearchicam, tam librorum, quam auctorum divinos characteres, doctrinæ in libris express» sanctitatem ac sublimitatem, demum miracula et vaticinia, sigilla divinitatis speciatissima.

§ II. Themata.

1. *Libri Γ. T., qui Religionis Judaicæ divinitatem eloquuntur, sunt authentici ac vere divini.*

Probatio. Pro aulhenliacl theopncusliaLibrorum V.T. tot ct tanta pugnant omnium ælalum, omniunique hominum, Judæorum, Christianorum, quin el Gentilium Scriptorum testimonia, quot el quanta pro nullo alio volumine, Xenophontis, Curtii, Livii, Suetonii, Taciti, aut cujuscumque nominis sit liber, proferre ausit ullus Theista. Inter Scriptores Ethnicos Berosus, Abydenus. Plutarchus, Lucianus, P\ lliagoras ct Plato sua, quæ de Deo rebusque divinis meliora habent sensa, ex sacris llebræorum libris deflorarunt, in quibus styli gravitatem cum simplicitate, rerum sublimitatem cum ingenuitate scriploinm, docentis vel inspirantis majestatem cum ornatu prorsus admirabili nunquam non suspexerunt. Judæi et Christiani toto alias genere diversi circa divinitatem V. T. eosdem fovent sensus, eamdem reverentiam eumdem zelum, qui tantus semper exarsit in gente Judæa, ut suam Religionem iis libris contentam (quamvis dudum contemptui ac derisui exposilam) sanguinis et vitæ adeo profusione tueri ac profiteri etiamnum non recuset; indeque illud sit prodigio simile, quod collapsis fere omnibus Religionibus paganicis (ulprimum vis et auctoritas imperantium desiit) illa Judæorum fere per omnes Mundi plagas in hunc diem perduret, nullis hominum artibus, nullis temporum injuriis, nullis aut promissis aut minis aut aedibus exterminanda. Lndcnam autem ista, nisi ex insita el innata omnium Judæorum animis persuasione dc librorum (in quibus exarata est Lex ct Religio Judaica) inspiratione ac divinitate ?

Vide Joseiuvm hic testem domesticum L. I. contra Appion.

Ac demum si fœcnudissima hæc lucidissimaque testium nubes necdum dissipet Spissas tenebras incredulitatis; Christum, Apostolos, Saucios Patres omnes Christianos, alquc ipsosmet Hæreticos audiant minuti Philosophi !. Nonne Christus, ut Messiam se probaret, muHolies usus esi oraculis Veleris Testamenti? Nonne Apostoli Christi, cl Apostolorum discipuli cl voce el damo Veteris Tcslamenli per Novum Testamentum perfecti ac completi divinam auctoritatem prædicarunt? Nonne sanctissimi quique Patres et Doctores Ecclesia· theopneasliam Scriptorum \ cleris Tcslamenli identidem idîtrnebant, eorum libros ceu divinos venerabantur, commentariis cl hornilis illustrabant? Nonne Christiani omnes cl credebant, el cum vitæ etiam periculo contra paganos defendebant Tcslamenli N cleris divinitatem, plcrisque Hærclicis in id ipsum conspirantibus?

His adde» quod libri et res gesi» exacte congruant temporibus, locis, usibuit moribus tum Judæorum iltius temporis, turn aliarum gentium, quod

Scriplores sacri mire concordent, quamvis tempore, ætate, ingenio et kô admodum discrepantes, quod referti sint Libri Veleris Testamenti signisct miraculis quam eximiis tam indubitatis pro divina Scriptorum missioncac inspiratione; quod Vetus Testamentum abundet oraculis *el* vaticiniis, prasertim de Reipublicæ Judaica*. nec non externorum imperiorum fatis, aliisque eventibus remotissimis, minutissimis cum adjunctis ; quæ sicut nulla sagacitate praenosci poterant, ita ex spiritu vatidico prædicta certissimo eventu fuerunt comprobata.

11. *Doclrinæ in libris Veteris Testamenti puritas et sanctitas argumentum tü probatissimum divina· inspirationis.*

Pr o b a t io. Scriptura sacra Veleris Testamenti unicum orat volumen illud, quod doctrinam sanam, puram et dignam Deo afflatis Scriptoribus exbibereleo tempore, quo omnes fere homines ad muta idola procumberent, quo sapientissimi gentilium a vero ct justo aberrarent, quo teterrima caligo circa divini et coelestia totum prope orbem obfuscarct. Ea quippe sola Veteris Testamenti Scriptura tam hominis lapsi miseriam, quam hominis integri dignitatem ac felicitatem graphice depingit : summi Entis summas perfectiones tam vivide exprimit, ul nescias, an plus reverearis potentiam Creatoris, quam admireris sapientiam, et bonitate commovearis : negat aliud esse Numen. quam Ens sibi sufficiens, quod per se existons omnia sustinet, quod cœlum terramque immensitate complet, quod futuras omnium temporum periodos scientia complectitur, quod cum summa aequitate res temperat humanas: docet hominem ad imaginem Dei factum, destinatum ad immortale aevum, in pietate ct virtutis exercitatione positam esse hominis excellentiam : inculcat homini ceu præcipuum ejus officium, diligere Deum ct solum Deum diligere : indicat causam, ob quam pie et juste viventibus in hoc scculo sa-pc colluctandum sit cum gravissimis calamitatibus; et ob quam sit tam diversa hominum sors. divitum et pauperum, validorum et infirmorum, potentium ac depressoruni miscella super terram : excitat in adversis ad Dei opem implorandam, qui unus possit ac velit e malis eruere : promittit, atque variis in figuris ac symbolis jamdum exhibet mittendum a Deo gentis humanæ Redemptorem, qui irato Numini faciat salis, qui nostra infirmitatem naluræ sublevet, qui juvet coelestibus auxiliis ea implere, quæ Deumandat.

Quis autem unquam Philosophus Deum expressit tam magnifice? qui? sapiens ethnicus originem, officia ct iincrn hominis definiit tam exacte? quis mortalium sine afflatu divino de lapsu et reparatione hominis, de Mediatore Deo, ct de divini Mediatoris satisfactione vel divinare potuit tam plena mysteriis, vere ineffabilia ac incomprehensibilia? Igitur doctrina. V. T.cum ab hominum ingeniis excogitata non sit. nec esse possit; a sanctissimo Numine orta sit, uccesse est.

III. *Scriptorum* Γ. *T. characteris aulhenliam ac theopneustiam* 1'. *T. luculentissime commonstrant.*

Probatio. Moses, Samuel, David, Salomon, Daniel, Isaias, Jeremias quæ el quanta nomina, per omnium sane ætalum ac gentium memoriam celebratissima ! Duces, Reges, Prophctæ fuerunt omnium præstanlissimi, in historia mi® gentis versatissimi, poli the æque ac Religionis Judaicæ callentissimi, inter adversa et prospera Deo fidelissimi, a candore, simplicitate et mirifica consensione commendatissimi , a legatione divina, a patratis virtute divina miraculis, ab impletis exactissime prophetiis spectatissimi, a publica fide innumerabilium oculalorumque testium (non semper faventium) Scriptores probatissimi, vere majora omni exceptione, dignissimaque omni reverentia ic fide organa divinitatis.

Qui ergo suam libris sacris V, T. fidem divinamque denegat auctoritatem ; toti is antiquitati contradicit, spernit vaticinia, miracula explodit, omnes Judæac Israelis Reges, omucsque Prophetas personis accenset romanensibus, auctores librorum ceu totidem impostores traducit, ipsos quoque libros Josephi et Philonis Judæorum, uti et plura opera Tullii, Salustii, Taciti el aliorum (qui de Republica et Religione, de templo, legibus et kllis Judæorum mentionem laciunt) ceu spurios parius a similium veteratorum fallaci ingenio editos, nolit velit, aspernari debet.

Obj. I. Libri V. T, praesertim prophetici nullatenus divinitatem spirant; dvequoad scriptionem, quæ undequaque diversa, jam humi repit, jam assurgit, jam tenuis est, jam sublimis, jam regia, jam pastoritia est; sive quoad res scriptas, quarum plurimae pugnant cum Scriptura Apostolica, quæ dum prædicat Christum crucifixum et commendat caelibatum; illa maledictum pronuntiat, qui pendet in ligno, el maledictum, qui non susciliveritsemen in Israel; sive quoad personas, quas dilaudat (quamvis homines fuerint facinorosissimi) uli Abraham, qui ex insana cupiditate prolis ancillam duxit uxorem, conjuge etiamnum superstito; el Saram uxorem venditans pro sua sorore turpiter imposuit. Lotii ab incestu cum filiabus, Jacob a concubitu cum sororibus Rachele ei Lia el harum famulis, David ab homicidio et adulterio, Salomon a spurcissimo amore 300 uxorum ct 700 concubinarum, Oseas a conjugio cum fornicaria infames.

Resp. Quot verba, tot deliria et cavilli blasphemantium id quod ignorant. Genus scriptionis in Libris divinis metiri ad leges styli humani (qui tamen ipse in profanis etiam scriptoribus sui raro similis aut constans est) insipientia est;cum hic in verborum el sententiarum delectu concinnaquc ad delectandum dispositione consistat, ille autem in perpetuo veritatis ct sanctitatis tenore quiescat. Christus pro nobis factus est maledictum, ut nos a maledicto per infame crucis supplicium redimeret: quid in hoc contradictionis? In Lege scriptum erat, ut frater defundi fratris suscitet semen : sed Legem Christus abrogavit, ct Deus, qui per Mosen sic locutus, per Isaiam dixit el promisit Eunuchis, qui custodierint Sabbata et tenuerint foedus Domini, locum in domo et muris suis, nomen melius a filiis et filiabus, nomen sempiternum, quod non peribit,

Abraham et Jacob polygami erant, sed ex concessione divina ; cum nullibi in Patriarchis eam aut reprehenderit aut castigaverit Deus; quamvis adversus vitia carnis alias rigidissimus vindex. Idem est de Osea, qui Deo jubente duxit fornicariam. Saram dixit sororem Abraham, cum esset uxor; tamen mentitus non est, cum reticendo veri aliquid, falsum non dixerit. Lotu incestum, Davidis lapsum et probra Salomonis recensent, at minime probant divinæ Litteræ : ecquid ex his in sacros Libros redundet indignum Deo illorum auctore? Potius in cavillatores dimanant opprobria inscitiæ, protente, impietatis ac rebellionis.

Obj. IL Job et ejus librum ignorant Hebræi : Ecclesiastes a Salomone mulieroso conscriptus. Epicuro magis, quam Deo dignus est liber: Canticum Canticorum, in quo nuspiam vel Dei nomen deprehendas, carmen est amatorium a Salomone adornatum pro lilia Pharaonis: Susanne historiam ceu fabulam rejicit cum Julio Africano etiam S. Hieronymus; Deum ergo auctorem habere nequeunt.

Resp. Necdumne finis, criminandi libros sacerrimos, et qui suos duntaxat criminatores summi criminis arguunt? Et Jobum et ejus librum extitisse, soli negant Thalmudici et cum his Theistæ: omnes enim saniores Hebræi, omnes antiqui Patres, LXX Interpretes, Jacobus Apostolus atque Ezechiel de utroque testantur. Refert hinc inde Ecclesiastes dicta impiorum, non ut probet,sed ut damnet atque absterreat : subdit namque saluberrima de officiis et fine hominis, de morte et vita futura, de memoria Creatoris et metu supremi Judicis. Hæc quippe Theistisnon placent, sed magis illa impiorum sensa;en causam criminationis adversus librum Ecclesiastæ , simul et Epicureismum in Theismo redivivum ! Epithalamium Christi et Ecclesiae in Canticis Canticorum quam misere et contra unanimem Patrum ac interpretum sententiam Theistæ detorqueant ad vesanos amores, quis non intelligit, ubi complura inibi legit, quæ nec Salomoni nec filiæ Pharaonis conveniunt? Numquid enim Salornon rex simul erat et pastor, sponsæ suæ frater, atque seipsum deprædicans ceu candidum et rubicundum, florem campi et lilium convallium? Numquid uxor ejus, filia Pharaonis, caput habuit instar Carmeli, nasum sicut turrim Libani, oculos instar piscinae, dentes sicut greges ovium? Dei nomen requiris in illo Salomonis Cantico? non nomen, sed verbum Dei librum efficit divinum.

Danielem jamdum in frohte Prologi prophetam confessus est S. Hieronymus; vel ergo Hebræorum, non suam refert sententiam de historia Susannt, vel nomen fabulæ accepit in sensu latiore, pro historia lectu et auditu jucunda. Julium vero Africanum a Judæis deceptum meliora edocuit Origenes, quotum utinam aliquando sapiant et resipiscant Theistæ jam toties optima edocti!

Vide Ezech. XIV. 14. Epist. S. Jacobi v. II. Eccles. XI. et XII.

Obj. III. Vetus Testamentum ferme ubivis iram Numinis, vindictam, zelotypiam, acceptionem personarum et Dei in homines odium spirat : Deum ceu belli et mortis Deum adumbrat, nonnisi tormenta et supplicia eliam insontum anhelantem.

Ita fere Rousseau, *Emile,* tom. Il, pag. lot.

Addunt cum Spinoza alii ab impietate et incredulitate celebres sexcenta alia in Libris V. T. ænigmalica, fabulosa, falsa, amatoria, antilogica, ac prope impia et blasphema. Libri ergo divini esse non possunt.

Hi.sp. Cuinam credibile sit, virum, qui sacrum Codicem vel inspexerit, qui unicum adeo psalmum aut partem minimam historite de populo Dei electo perlustraverit, el (quod rei caput est) qui bonam fidem multoties pollicitus sit, tam imperite, tam maligne ac perfide Deo et divino Codici imponere aut velle aul posse? Esto, quod Deus populo duræ cervicis extrema identidem minitetur, in tertiam adeo et quartam generationem: niiniquid etiam diligentibus se benedicit in millesimam usque generationem, ac semetipsum ceu mercedem magnam nimis liberalissime adpromiltil?

Spinozae calumnias el blasphemias vix dignas censeo operosa confutatione ; Ium quod sexcenti sint ac fuerint sacrarum Scripturarum eximie periti, qui difficultates ejusmodi scite omnes enodaverint, planequç dissipaverint fallaces conjecturas; tum quod palriæ nostræ (pro cujus avita Religione decerto) sapientissime provisum sil dc Magisterio sacrarum Litterarum, quod solide, copiose ac erudite retundat ausus omnes impiorum atque incredulorum adversus divina oracula utriusque Testamenti. Stupenda plane eœcilas est ac obstinatio impiorum, quod nolint videre, quod omnis retro antiquitas vidit, demirata et venerata est in sacris Scripturis; videliqet veritatem, ut nemo unquam etiam acutissimus easdem convincere falsitatis potuerit; sanctitatem in saluberrimis praeceptis et consiliis; profunditatem in altissimis Mysteriis; concordem rerum varietatem (sive spectato omnium Scripturarum fine, qui est Christus; sive attenta admirabili Scriptorum consensione) et præsagam futurorum divinitatem, quam certissimi æque ac clarissimi eventus humano generi demonstrarunt.

Exceptiones aut potius cavillationes incredulorum contra Veleris Testamenti libros et auctores solide discussas ac feliciter repressas exhibet P. Hfrm. Goldhagen S. J. Introductio in S. Scripturam in L et II. parte, Moguu Ii® 1765-66.

§ III. COROLLARIA.

Quod olim contra Manichaeos a magno illo Hipponensium Praesule dictum; idipsum stringit aevi nostri incredulos, atque informat Christianos : « Discerpentes el laniantes maxime Vetus Testamentum, ut commoveant imperitos, qui profecto nesciunt, quatenus sint accipienda illa, ct quemadmodum hausta utiliter in venas quasi vagientium adhuc animarum medullasque descendant. Testor, Honorate, conscientiam meam et puris animis inhabitantem Deum, nihil me existimaro prudentius, castius, religiosius, quam sunt illæ Scripturis omnes, quas Testamenti Veteris nomine Catholica Ecclesia retinet. Miraris, novi, non enim dissimularo possum, longe aliter nobis fuisse persuasum... quicquid est. mihi crede, in Scripturis illis,altum el divinum cst.lnest omnino veritas, et reficiendis instauraudisque animis accommodatissima disciplina; et plane ita modificata, ut nemo inde haurire non possit, quod sibi satis est.si modo ad hauriendum devoteaepie, ut vera Religioposcit,accedat ».

Ita a Manichæismo ad meliora traductus S. Augustinus suo quondam insani® socio confessus est Libro dc Utilitate credendi c. 2.

SECTIO HI.

RELIGIO JUDAICA PER CHRISTUM ABOLITA.

§ 1. PRJECOGNITA.

Stabilita veritate ac divinitate Religionis quondam Jndaicæ triplex suberi tnr quæstio adversus ipsosmet Judæos, qui Legem Mosis in æternum sancitam fuisse contendunt, curatius hic expendenda : 1®*, utrum ea fuerit perfectio Legis Mosaicæ, ut perfectior nunquam potuerit surmgari?2', fuerilne ex institutione divina perpetuo et ad Mundi finem pers(itura?3*,num venerit illa plenitudo temporis, quo Lex Vetus in Novam esset commutanda? Videlicet Judæi nullo in argumento versantur copiosius ac contentiosius, quam in asserenda Legis Mosaicæ aeternitate, cujus immutabilitas inter eorum dogmata locum oblinet praecipuum. Dignum ergooperæ pretium, ul et a nobis majori diligentia hoc eorum pervicaciae fundamentum evertatur.

§ II. themata.

L *Religio Judaica spectatis seu ceremoniis seu proeceptis Legis Mosaicæ non erat perfectissima.*

Probatio. *Ceremoniæ* Legis Mosaicæ, quamvis piæ et salutares (si pia in Deum mente frequentabantur j tamen nulla afferebant remedia efficacia gravioribus delictis; suapte nil conferebant ad veram animi sanctimoniam; fere in signum ac potius ad vitandam idololatriam a populo in eam prono;et soli quidem Jndaicæ genti præscriptæ. Infirmum ergo sacramentum ad animam sanctificandam circumcisio corporis, cum qua cordis incircumcisi pravitas non raro persistat, et quæ a solis Abrahæ posteris, ac inter hos etiam a solis masculis sit subeunda ; infirmum eigo et egenum sacrificium in fuso duntaxat animalium sanguine, quo æque parum Deus lætatur, quam parum vere aversatur immunda quæpiam, quæ creavit, dataque benedictione in usum et obsequium hominis voluit multiplicari.

Neque praecepta Legis Mosaicæ *ad* perfectum (ad perfectam scilicet dilectionem proximi, ad perfectum castimoniae studium, ad perfectum terrenorum contemptum) Judæos adduxerunt. Equidem jussit Moses, diligere Deum super omnia et proximum sicut nos ipsos ; tamen dilectionem inimicorum nusquam praecepit, indulta etiam dura? cervicis populo poena talionis. Damnavit Moses omnis generis fornicationem, plures tamen uxores permittit et libellum repudii, virginitate adeo nullibi commendata, ut jusserit etiam, defuncto fratri improli semen per fratrem superstitem suscitari. Furtum

wre prohibuit Moses, at concessis usuris relate ad alienigenas, de pretio loluntariæ paupertatis nulla prorsus facta mentione.

Et quis ambigat, in his multum praecellere Legem Novam, cui adeo primordia naturæ saltem integrae praeluserant : quo in statu effloruit Virginitas, d præter res victui necessarias vix quidquam concupiscebatur ; in quo nec plureseratat in carnem unam, nec licebat separare, quod Deus conjunxerat. Quin et mitissimus Moses jam tum de dilectione inimicorum et injuriarum tolerantia 'quod sciret eas virtutes uti excellentissimas, sic Deo acceptissimas esse) non unum documentum exhibuit Legis Nova? multo perfectioris, quae dim id genus virtutum impense commendaret.

II. *Religio Judaica non fuit ita a Deo instituta, ut esset æterna, et nunquam abroganda:*

Pr o ba t io. Lex ipsa Moses et Prophetae aperte prænuntiarunt fore, ut Deus Legi deteri substituat Novam ; non modo in gratiam Israel et Juda, sed pro omnibus mundi populis usque ad extremum terrae el ad mundi finem; non suo duntaxat insculptam, sed in corde et visceribus hominum inscriptam; fore, ut externi ritus Legis Mosaicæ sint abrogandi; arca ipsa et proin ejus veneratio desitura una cum publico cultu, cujus arca centrum erat; desiturum templum et ejus altare, desitura sacrificia, iisque surrogandnm aliud multo praestantius et in omni loco offerendum; fore, ut transferatur Sacerdotium Leviticum substituto Sacerdotibus Aaronicis novo Sacerdote secundum ordinem Melchisedech, qui ipsemet Levi omniumque credentium Patre Abraham major sit, alteriusque a Levi stemmatis ita, ut jam non e stirpe Levi, sed ex Africa et Lybia, ex Italia et Græcia, atque ex universis quaquarersum gentibus sint assumendi Sacerdotes; fore, ut sedentibus filiis Israel sine Rege et sine Principe, sine sacrificio et sine altari, sine Ephod et sine ITheraphim veniat abominatio desolationis usque ad consummationem et finem perduratura. Dent. XV111.13. Jerem. XXXI. 31. Isaie. XL1I. 6.... XL1X. 6...LWI. 19-21. Daniel. IX. 26. Oscas 111. -L Psalm. L. 18...C1X. 4... XXXIX. '. Malach. I. 11.

Novo autem foedere aboleri votus, leges posteriores derogare prioribus, ct translato sacerdotio necessum esse, ut et legis translatio fiat . nemo est, qui non rite concludat cum Apostolo. Adde legem positam in temporum, locorum ft personarum circumstantiis manere in perpetuum nequaquam potuisse; erat autem Lex Mosaica certæ regioni accommodata, solis data posteris Abrahæ ad eorum ab omni alia gente discretionem ; nec non inventa ad tvhibendos ab idololatria Judæos ; non ergo permanere debuit, nisi quamdiu regnum Dei angustis limitibus ejus regionis contineretur, Judæi a cæteris gentibus separati consisterent, atque per orbem dominaretur idololatria.

III. *Tempus illud, quo Religio Judaica in aliam, scilicet Christianam, mutanda erat, jam pridem effluxit.*

Pbobvt io. Quæ Moses et Prophetae de abroganda Lege Veteri prædixerant, et qnæ Messias Novae Legis auctor ac præco sui adventus signa posuerat, impletadiidiirnsimi omnia; ut proin frustra jam a *Judvi* et* incredulis de

sensu prophetiarum lites interserantur, quas multorum suffragia seculorum explicarunt, et nostra etiamnum ætas confirmat. Nam advenit ille Propheta par Mosi, videlicet Christus, qui uterque Propheta, Sacerdos ctRex, uterqne splendida patravit miracula, uterque intima Dei familiaritate usus, uterque foederis inter Deum et homines mediator fuit. Promulgata est Lex Nova, ad vaticinium Jeremiæ, non scripta digito Dei in lapide, sed in visceribus et in tabulis cordis carnalibus ; quæ propter sanguinis Christi virtutem et grati® dlvinæ efficaciam ex conditione pacti irrita esse non potest ; quæ non in circumstantiis temporum posita, æterna esse debet ; quæ hominum conditioni accommodata et sanctissima ad veram sanctitatem vitæque perfectionem adducit. Sacerdotium Aaronis sublatum est sine spe restitutionis: nam non solum nullos Judaei sacerdotes habent, sed ita sunt confusæ eorum familiæ, ut qua Tribu quisque oriundus sit, plane nesciant. Cessant eorum sacrificia, quæ reipsa offerunt nulla, nec offerre licet extra templum Hierosolymitanum; et aliunde est magnum nomen Jehov.e in gentibus, cui ah ortu solis usque ad occasum sacrificatur et offertur oblatio munda.

Eversa toto pene orbe Idololatria pridem est; et vocatæ ad agnitionem veri Dei, Religionisque unitatem plurima) gentes Deum unum agnoscunt, nec Mosaicis ritibus, sed longe aliis ilium colunt ; ad quem usque eventum Patriarcha Jacob duraturum esse statum Judaicum significaverat in illo celebri vaticinio (Gen. XLIX.), in quo Messiam prædictum crediderunto olim Judæi, et de Messia illam gentium exspectationem iutelligunt omnes interpretes, ut jam non amplius exportent novum de ccelo doctorem. Templum secundum, quod œdifîcavit Zorobabel, quodque Judæorum, juxta prophetias Danielis, Aggæi et Malachiæ, ultimum esse debuerat, jamdum ab annis 1700 dirutum est. Effluxerunt LXX Danielis Hebdomad®, hoc est, anni -4JO a restauratione urbis usque ad unctionem Sancti sanctorum, prophetiarum impletionem, expiationem peccati, urbis destructionem et abolitionem sacrificiorum. Venit ergo Messias, et dissipatis Veteris Testamenti umbris longe sublimiorem in omnium salutem instituit Religionem, videlicet Christianam ex ipsis status Judaici ruderibus enascentem, atque adeo decantatam a Prophetis; in qua lupi et agni, gentiles et Judæi tamdiu ab invicem separati, ejusdem demum vinculo Religionis erant conjungendi.

Vide Inst.. Theol- dc Legibus, item de Verbo Incani. et P. Franc. Xav. Widdexhoffer S. J. Scripturam dogm. et polem. Explicatam Tom. II. Wirceburgi. 1753.

Obj. I. Lex Mosaica est lex divina; sicut ergo Deus non mutatur, ita uec lex Dei omnia ob fixum et certum finem agentis : est opus Dei ; opera autem Dei perfecta sunt: non ergo ejus imperfectio causa erat infinite sapienti lægislalori, illam mutandi vel abrogandi. Inde est, quod Prophetæ tantum prædixerint, renovandam in melius esse Legem Mosis; quodreipsa contigit sub Nchemia, ita ut foedus cum Deo tunc initum fuerit accurate enstoditum. Synagogæ plures extructœ, atque aucta Dei in populum beneficia.

Ita Gkotivs exponit illud vaticinium Jerem. XXXI. 31.

Resp. Ni probent Ilebnr-i. quod Lex Mosaica cercmonialis et judicialis sil absolute perfectissima pro omni tempore. decreta a Deo tanquam a-teniael absolute immutabilis; eademque semper ct necessario futura sit ratio Legis

conservanda?, quæ fuit ferendæ, actum agunt. Perfecta est Lex; attamen Deus dispensavit in Lege, tum circa panes propositionis non edendos, nisi a sacerdote, vel qui sit ex tribu Levi, quos nihilominus comedebat David, nec a Deo, nec a Propheta idcirco reprehensus; tum circa suspensum in ligno, cujus cadaver eadem die sepeliendum erat, cum idem David Gibeonitis concesserit, ut septem viri de domo Saul septem mensibus manerent suspensi. Quibus aliisve exemplis permotus Maimonides declaravit, obtemperandum eseJÎrophetœ quidlibet contra Legis velitum jubenti, excepta idololatria; urum qui potest dispensare, potest el abrogare.

Jeremiasac cæteri Prophétie de Nova Lege eloquuntur Veteri substituenda, quænon sil juxta pactum praecedens, quæ domui Israel, æque ac domui Jacob atque universis gentibus sit tradenda, quæ non saxo, sed cordibus et intimis visceribus inscribenda sit. Hæc vero nullatenus conveniunt Legi sub Vebemiadatæ, quæ fuit ipsa Lex Mosis. Mirum proinde, quod Grotius Christiani nominis scriptor malit cum aut pro Judæis quæritare diverticula, quæ uia Christianis infirment argumenta, et inimicis Christianorum opitulentur; quam discere ah Apostolo, quod Jeremiæ vaticinium in Christo novi fcederis auctore fuerit completum. Eo quippe deducit misera prurigo loquendi et sentiendi nova, ut ad libitum multiplicentur Synagogæ ; ut plura in exitu c Babylone fingantur prodigia, quam facta sint in monte Sinai; ut major et iolemnior fiat apparatus ad illam sub Nchemia renovationem, quam ad primam Legis institutionem ac promulgationem ; quamvis ad istam tam •pieudide illuxerit tremenda Dei Majestas, ut nusquam magis.

OLj.H. Ct Lex Vetus sit el dicatur abrogata, abrogari præprimis debuit circumcisio, utpote character Legis antiquæ; sicut Legis Novae character baptismus est. Sed circumcisionis abolitio et nullibi legitur praedicta, et in hunc diem perdurat inter Judæos ritus circumcisionis; ct pactum circumci-.w obsignatum, Mosisque legitima vocantur sempiterna; ergo licet diruto templo, et abolitis per vim Principum sacrificiis, Religio tamen Judaica ex parteetiamnum subsistit.

Resp. Hæc argutatio falsis ac cariosis innititur fundamentis; falsa igitur et cariosa est. Nimirum supponit, Legis Mosaicæ dictinctivum characterem fuisse circumcisionem; en falsum! nam circumcisio et fuit ante Legem llusaicam, et fuit sub Lege, et post Legem etiam ab aliis, quam Judæis, adhibita. Supponit veri nominis aeternitatem pro Lege Mosaica divinitus diaetam; en cariosum! nam hæc æternitas (cui similis eadem Scripturæ phrasi nonnisi ad finitum, ad definitum ct ad breve etiam tempus protenditur, jamduni ante septcmdecim secula suam vidit consummationem. Jamdam Abraham ante Mosen ex jussu Dei et se et filium suum Ismael, el omnes vernaculos domus suæ circumciderat. Circumcisi etiam Ismaelilæ Arabiam ■molentes, Et usque hodie Judææ Palæstinæque contines populi circumciduntur, et præcipue Ægyplii et Jdumæi, Ammonilæ el Moabilæ, et omnis regio Saracenorum, ita ut, Mahumelani quoque circumcisionem non a Judæis, sed ab Arabibus Ismaelitis verius desumpserint.

Ita de Ismaelitis Origenes Philocal. c. 3. El de reliquis S. Hierox. in Jerem. C. K.

Eliam de servo dixit Moses in Deuteronomio : « *Serviet tita wque m*

œtcrnum : » qui tamen servus anno jubilæi libertati restituendus est ct Levitico. Etiam terra Chanaan in possessionem æternam promissa Abrah® et semini ejus in libro Genesis, annis jam 1700 alienæ subest potestati. Quid igitur? eadem loquendi formula non perpetuitatem, sed diuturnitatem Legis Mosaicæ significat, ad usque illud tempus, quo Domino Legis visum fuerit, novam sancire. Analogia est in quibusdam humanis legibus, quas Principes ut discernant ab aliis certo tempori adstrictis, vocare solent perpetuas; quin a se abdicent potestatem, illas etiam, ubi res postulat, immutandi.

Obj. 111. Ipsemet, dum viveret, Christus Legi se accommodavit : Apostoli etiam post mortem Christi Synagogas frequentarunt : Deus speciali providentia Judæos in hunc diem conservat et luetur; ergo necdum penitus rescissum est pactum Mosaicum, et quamvis careant Judæi civitate, templo, rege et sacrificio, illud tamen pactum firmum ratumquo manere potest, fere sicut tempore captivitatis Babylonica?.

Resp. Equidem Christus Legem exacte adimplevit, quia divinam et illo adhuc tempore vigentem, attamen partem Legis Mosaicæ moralem ad majorem perfectionem sublimavit, parti figuranti substituit veritatem, et redivivus ex mortuis Novam Legem suam'praecepit Apostolis per universum orbem propagandam ac promulgandam omni creaturae, idque sub intentata exclusione a regno cœlorum non renatis per baptismum Christi. Apostoli, ut cum honore sepeliretur Synagoga, et ne ritus quondam vere divinos statim omnes condemnarent ceu superstitiosos; aliquanto tempore Legalia observarunt, dum Lex inter ruinas templi et urbis contumularetur; attamen Legis Mosaicæ necessitatem negabant in Concilio Hierosolymitano : praedicarunt in templo et in Synagogis Religionem a Christo institutam, ceu inde ab orbe condito promissam, a Prophetis praenuntiatam, et a Lege Mosaica, innumeris figuris adumbratam.

Quod Deus conservet ac tueatur Judæos : et justitia est, ut profugi et vagi super terram (sicut Cain ille fratricida) omnibus in memoriam revocent fusum a se sanguinem justi Abelis, iramque Dei deicidæ in habitu demonstrent : et providentia est, ut Christoct Evangelio testes sint omni exceptione majores.qui si penitus extincti fuissent, negarent fors infideles, ullos unquam fuisse ante Christum Prophetas, aut unquam viguisse apud Judæos exspectationem Messiæ : et bonitas est in reliquias istius gentis, quam suo quondam tempore ad Christi fidem conversam in ejusdem Religionis societate cum gentilibus conjunget, prout Apostolus et antiquiores Prophelæ annuntiarunt.

Igitur nulla prorsus comparatio est hujus tam diuturnae, tam universalis, tam acerbæ calamitatis Judaicæ cum alia captivitate : hæc quippe omnis nonnisi septuaginta annis duravit, illa vero obtinuit jam annis mille septingentis, per tempus fere longius, quam quo steterat Respublica Judaeorum. Tempore regis Nartchodo^osor remansit Jerosolymis et in Judæa magna pars populi : in Babylone suos habebant judices, quin ct thronum regis : addebant animos clarissima Prophetarum vaticinia, septuaginta duntaxat annos determinante Jeremia. Isaia nomine adeo compellante Ctrvm liberatorem, et Ezechiele novæ urbis ac templi formam describente. Quam vero dispar rerum facies in hac extrema captivitate? Nullis recreantur pro-

missionibus divinis, cernunt gentem alienam possidere suam quondam itgionem, nomen suum omnibus populis invisum sentiunt, suis conatibus el emptis obstare Numen, semper experti.

De his plura in sequenti Sectione.

§ III. COROLLARIA.

Quam igitur præstaus est illa gnome Augustiniana : « dispersi sunt Judæi, listes iniquitatis suæ et veritatis nostræ ; ipsi habent prophetias de Christo, nos Christum : videte, quomodo de inimicis nostris alios confundimus inimicos»? Dc Messia, de adventu, de vita, dc doctrina, dc morte ct dc gloria Messiæ pene omnia noverant Judæi ex Revelatione, quæ circa aliqua quater mille, circa alia bis mille, circa pleraque quadringentis annis antecessit natales Messial. Ea omnia in persona Christi exactissime adimpleta; ea omnia Christianis fidelissime a Judæis tradita sunt. Et mirum! gentes iis fidem habent, non Judæi; Judæi quam zelosi pro rebus prædictis, tam increduli circa impletas prædictiones ac prophetias. Attamen, velint, nolint Judæi; et probant Christi adventum, si Christum recipiant, utpote depositarii prophetiarum de Christo; et probant Christi adventum, si Christum non recipiant, quatenus adimplent alias dc sua pervicacia prophetias.

Vide Acgcstinlm in Psalm. LV1I. P. Buffier S. J. in appendice contra Judæos pro veritate Religion. Christ, η. 369. Item, *Défense de la Religion Hàélée, extraite des Ecrits pour la Fondation de M.* Boyle, tom. VI, p. 330.

SECTIO IV.

TESTIMONIA JüDÆORÜM PRO VERITATE CHRISTIANA.

§ 1. PR.ECOGNITA.

Quod cx ipsa Lego Mosaica, ex Mosis et Prophetarum vaticiniis hactenus demonstratum de Judaismi abrogatione ac Christianismi surrogatiorie, utraque dudnin impleta ; idipsum argumentis veluti domesticis (aut ad hominem, ut vocant) stabiliendum videtur, ex ipsis tum scriptis historicis Indæorum, tum maxime Talmudicis, qui in summa apud illos veneratione sunt; nec non ex moderno statu Hebraeorum, ut sic nihil admodum relinquatur effugii, quod suæ periidiæ prætexerc possint. Equidem Voltaire tum suis pro dictatoria sua impietate palam affirmat, dc Christo ejusqiic .edis nihil prorsus memoriæ proditum esse, sive a Philone, sive a Joscpho, quamvis utroque Scriptore syuchrono, utroque Historico Judæorum dili-;cnlissimo, utroque maximi nominis inter Judæos ; eo prôtervirc progressus, ut quod circunilcrtur Joscphi dc Christo testimonium luculentissimum ac

probatissimum, una cum intemperantioris criticos Prolcstanticis Scriptoribus (Blondellvm secutus ducem) sublesto fidei accusare ausit ac répudiait·; idque cx communi hodie, ut ait. omnium sententia; at verius dixero, quod contra unanimem fere confessionem ejus pugnet temeritas.

Vide Biblioth. Cril. Tom. II. c. 2. pag. 26.

§ II. THEMATA.

I. *Ex libris Judaorum Talmudicis fere evidens esi, non amplius Judaicam, sed potius Christianam esse divinam Beligionem.*

M

Probatio. Libris Talmidicis. quorum apud Judæos summa est auctoritas, plura inserta sunt contra Christum, sed nonnulla etiam dc et pro Christo; unde id saltem certum et in confesso est, Judæos consentire Christianis; quod Christus aliquando extiterit. In Talmude Jerosol. L. Avodah-Zara nobis quidem haud notum hoc Christi miraculum recensetur : «dixitRabbi Johanam, quod filius filii Rabbi Josuc filiæ Levi quoddam mortiferum deelutiverat, conjuratumque illi fuit in nomine Jesu filii Panther, et sanatus est. Cum vero evasisset, dixit pater pueri : remissius fuisset ei, si mortuus fuisset et non audisset verbum hoc. et sic statim factum est ei ». lluicsimile prodigium a Christo patratum exhibetur in Midrasch Cohelet; quo in libro hæc eliam est sententia, « legem, quam homo discit in hoc seculo, vanitatem esse præ lege Messiae ». Apud Rabbi Simeon in Jalkut dicitur « Deusper Messiam novam legem esse daturus ». Eam demum Talmud refert traditionem in domo Eliæ, quod sex annorum millibus definita sit duratio mundi, quorum duo priora millia fuerunt sine Lege; duobus subsequentibus vigere lex debuit ; ct per duo postrema Messiæ doctrinam servari oportebat : qoæ Traditio quam sitdecisiva contra Legem Mosis pro Christi Lege, omnes inteL ligunt, omnes vident, qui oculos habent, ut videant.

Certissimum autem, quod veritas et divinitas Religionis consistere nullatenus possit cum doctrina hodiernæ Religionis Judaicæ, quæ in suo Talmtoe ea tribuit Deo, a quibus gentiles adeo ct Mahumetani abhorrent. Accipe summa quædam capita Talmudistarum, vere quam ridicula, tam impia et blasphema : 1°. docent, quod Deus quotidie lugeat tum Judæorum captivitatem, tum et quod cos hinc eruere non possit; unde præ dolore capille capitis sibi violenter evellit : 2°. qnôd idem Deus enixe efflagitet absolvi a jurejurando, quo spopondit, se Judæos in captivitate relicturum : 3". quod Deus sic vitæ suæ momenta dividat, ut per horas 1res Legi addiscendæ studeat; per tres subséquentes eamdem doceat infantes, qui ante adultam ætatem occubuere; per tres alias nugetur cum Leviathan ; ac demum per totam noctem invisat octodecim millia mundorum, quos creavit : Ie. quod Deus a luna, quam primo æqualem soli fecerat, veniam simplex efflagitet, eo quod hanc deinceps soli inferiorem reddiderit; cum autem memor injnrix luna inustum sibi dedecus condonare nolit, sancitum a Deo culpam suam delere volente. ut quolibet lunari mense offeratur hircus in sacrificium : »»". quod Deus utique longæviotii impaliens, antequam orbem hunc crearet, tempus insumeret in perpetua mundi alterius creatione ct destructione.

Verum hujusmodi absurdilates vix quisquain ethnicus unquam somniavit, ct si Jlahuraetamis cas venditaret, continue inter suos gravissime lueret usaniam.

Bis etiam absurdiora refert auctor Libri, *Afiqvah Israel* editus Wirceburgi a Judieo ad Christum converso, 1769.

II. *Ex Libris Judieorum Historicis, præprimis Josephi, apertissime constat Christi Divinitas et Veritas Religionis Christiana}.*

Probatio. Josephvs licet judætis praeter honorificam mentionem deS. Joanne Baptista et de S. Jacobo (quem vocat fratrem Jesu, qui dicitur Christus, ali .Inano summo Pontifice lapidatum) de Christo Jesu ita disserit : « Fuit autem hoc tempore Jesls vir sapiens, si tamen virum illum oportet dicere. Erat roim mirabilium operum effector, Magister hominum, qui vera libenter amplectuntur. Et mullos quidem ex Judæis, multos etiam ex gentilibus ad se pertraxit ; cumque eum a primoribus geniis nostræ accusatura Pilatus ad crocem damnasset, ab eo diligendo non abstiterunt, qui primum coeperant : mid die tertio redivivus ipsis apparuit, cum divini Prophetæ hæc aliasque sexcenta admiranda praedixissent. Neque ad hunc diem defecit denominatum ib eo Christianorum genus ». Ac demum fata Judæorum tempore obsidionis enarrans subdit : « captivorum omnium, qui toto bello comprehensi sunt, nonaginta et septem millium est numerus; mortuorum vero per tempus obsidionis undecies centum millia..... captivi vero illi qua vilissimo pretio lenuindati, qua igne et verberibus excruciati, aut semesi a bestiis ad secundum eorum cibum servati sunt vivi.....quin et ipsa Judæorum terra jussu Vespasiani divendita est.....idqtie in meritam scelerum poenam Dei voluntate decretam. »

Ad tantam historiœ fidem in Judæo quid adjiciam opportunum magis, quam illam Hegesippi Junioris in seculolV. de hoc Josephi testimonio periocham: « Si nobis non credunt Judæi, vel suis credant : hoc dixit Josephus, quem ipsi maximum putant; ct tamen ita in eo ipso, quod verum locutus est, ita mente devius fuit, ut nec sermonibus suis crederet, sed locutus est propter historiœ suæ fidem, quia fallere nefas putabat. Non credidit propter luriliem cordis et perfîdiæ intentionem ; non tamen veritati praejudicabat, quia non credidit, sed plus addidit testimonio, quia nec incredulus et invitus negavit. In quo Christi Jesu claruit potentia æterna, quia cum etiam Principes Synagoga*, quem ad mortem comprehenderant, Deum fatebantur»....

Bæcet plura hujusmodi roperies in Libris Josephi de Antiq. VI. VIL VIII. Ulli. XX. XXVIII. Et in Libro H. Hegesippi dc excidio Hieros. c. 12. Huc perlinet Epistola a Rabbi Samuel ad Rabbi Isaac secuto XI. exarata de LXX Hebdom. Daniel., in cujus capite VHI. sic ille Rabbi : « el si dicamus, quod Christus venturus est, et nondum venit... et ista desolatio non erit perpe-

'5

i i ;
11.

';i: respondebunt Christiani, quod adhuc ergo manet nobis occisio Christi, didvcntus Titi, ct populi Romani, el desolatio pejor ista, in qua jam fuimus per mille annos. Heu Domine! non est excusatio, ncc evasio consona ». Traduxit hanc Epistolam cx Arabico idiomale Alphonsus Boni Hominis ttulo XIII.. camquc ceu genuinam contra scrupulum quemdam Calmeti cx probatis auctoribus indicat S. Alphonsos dc Ligorio.

III. *Modernus Judæorum status pro veritate lleligionis Christiana? manifestissime eloguitur.*

Probatio. Præsens Judæorum conditio insuperabile argumentum est rescissi foederis Mosaici : nam a 1700 annis Jeiiova, quem sibi elegerantJudæi Regem et Protectorem. Judæos plaue deseruit, ut sicut ipse non amplius sit Rex et caput Reipublicæ Judaica?, carens ditione, carens palatio, carens subditis et carens ministris; sic nullum obeat regalis potestatis officium, nulla apud illos edat miracula, nullos prophetas ad eos mittat, urbis et templi destructionem, cultus abolitionem, et universa? gentis excidium passus, nullum Judæis solatium et spem nullam relinquat restitutionis. Quin et Jeuova a 1700 annis, juxta illud Jererniæ XLVI. 28. *Ego consumam omnes gentes, ad quas ejeci te, serve meus Jacob; te vero non consumam, sed castigabo te in judicio,* animadvertit in Judæos ceu perduelles, eventibus et signis plane singularibus declarans, invisum sibi esse eorum genus et ingrata munera.

In templo Hierosolymitano iO circiter annis ante ejus devastationem visa esse spectra, res miras et prodigiosas, referunt Doctores Judæi in Talmcde et in aliis libris. Auditas a sacerdotibus in Festo Pentecostes, narrant Josei'His et Tacitis, e Sancto Sanctorum prodeuntes hasce voces: *exeamus,exeamus.* Ab aliquot annis ante exortum bellum (ut memorat Josephus L. VI. de bell. Jud. c. 6.) Jesus quidam Anani filius per omnes civitatis vicos væ,va? Jerosolymis inclamabat, a quo etiam dirissima verbera et cruciatus nec preces nec lacrymas exprimerent, sed illam duntaxat lugubrem vocem identidem repetitam, cui quoque immortuus est. Nam dum obsidionis tempore incenibus obambulans primum væ civitati et templo et populo voce alta inclamaret, ac demum adjiceret, væ etiam mihi; lapide ex balista hostium excusso ictus inter ipsas illas voces occubuit. Atque de hoc Bosscetvs, quod in ipso nomine infaustum gesserit augurium, videaturque Deus voluisse, ul Propheta, Jesus nornine, ineluctabile fatum et præsens exitium annuntiaret; ac esset ominosum nomen pacis et salutis, quod in Christo Judæi contempserant.

Iram Numinis in Judæos clarius etiam ostendunt gravissimo? obsidionis tempore calamitates et angustiae (quas ibidem recenset Josephus) ul Tms adeo clementissimus Imperator negaverit suis armis interiisse Jerosolymam. et nec laureas a variis populis oblatas accipere, nec congratulatorias orationes audire voluerit. Post urbis excidium annis quinquaginta Adrianvs Imperator sexcenta Judæorum millia interfecit, reliquos sub hasta vendÿlitalquc prohibuit, nc ad urbis suæ ruinas accederent, aut etiam e longinquo in easdem converterent oculos, ita ut tempore S. Hieronymi pecunia redimerent a militibus lacrymandi licentiam. Et quodnam illustrius vindicta divina? argumentum, ac illud, quo sub Juliano Apostata nefarios Imperatoris cl Judæorum ausus circa Templi restaurationem divina virtus terrifico modo dissipavit, uti consentientes referunt scriptores tum Christiani, tum Ethnici, tum Judæi.

Demum ab annis ' 7W quam ærumnosam vitam agit apud extraneos p>

pulus ille, patrio solo extorris, sine sede fixa, nulla fruens requie; sed corde pido(ul vaticinatus est Moses) deficientibus oculis, anima moerore consumpta, quasi pendentem ante se vitam infelix protrahit, factus in opprobrium, in fabulam et in proverbium cunctis gentibus. Ingens quidem adhuc illorum multitudo, ac vere admiranda post tot fantasque strages, nec minus insolita eorum per omnes terras dispersio ac subsistentia, quamvis communi odio flagrent omnium nationum: prorsus autem stupenda Judæorum tenacissima ad legem tamdiu et tam evidenter repudiatam adhæsio; Judæorum, inquam, qui cum sub Prophetis ac Regibus, et in conspectu templi Salomonid semper paratissimi essent ad suam Religionem cum aliarum gentium superstitione commutandam, post legis suæ excidium legi arctissime adhaerescunt; sane non alia de causa, quam ut ex providi Numinis coelesti instituto vivum ac perpetuum testimonium exhibeant veritati Cbristiânæ, quæ jda novit et credidit tantæ et tam diuturnae calamitatis judaicæ genuinas causas, videlicet obdurationem et excaecationem Judæorum deicidarum, qui prius non sint ab hac atroci plaga liberandi, quam ex toto corde convertantur ad illum, quem patres eorum cruci suffixerunt.

Obj. I. Testimonium Josephi de Christo jure censeri potest suspectum, et a Christianis Josephi libris callide adsutum; tum quia Josepho communis cum aliis Judæis ea ætatc persuasio fuit, Messiam futurum esse solum hominem, dequo proin scribere haud potuit : Si *tamen virum illum oportet dicere;* Ium quia plerique Critici verba Josephi controversa : *hic erat Christus,* cum S. Hieronymo ita transferunt: *credebatur esse Christus;* tum quia primis jam seculis hæc periocha in libris Josephi non fuit reperta, sive abOrigene, sire a Theodoreto, qui proplerea negat, Josephum habuisse Christum pro Messia.

Resp. Pauci audaciores Critici, Blondcllus, Tanaquillus Fairer, et Simon Kardus (quorum novellam opinionem in rem suam convertere conantur απη Voltairio increduli) tantæ auctoritatis non sunt, ut testimonio usque ad medium Seculi XVII. apud Scriptores Ecclesiasticos indubitato, et ab aimbus exemplaribus tam græcis, quam latinis etiam Asiaticis exhibito aleant derogare. Erat Josephus in Scripturis sacris V. T. versatissimus, atque ex prophetiis de Messiæ divinitate clarissimis cum priscis Hebræis (qui kxenlioribus candidiores erant) facillime potuit conjicere, Messiam esse filium Dei naturalem.

Quod Josephus scripserit : *hic erat Christus, et* non secundum communem tpinionem: *hic credebatur esse Christus,* evincunt antecedentia 'cl consepentia textus : *erat enim mirabilium effector... tertia dicredicivus apparuit,* * *hoc aliacpic admiranda Prophetæ de eo prædixerunl...* Interpretationi S. Hieronymi jure oppono codices Eusebii, Isidori, Ruffini aliorumque quirium latinorum etgræcorum, quos inter Sophronius cum S. Hieronymi librum transferens in græcum restituit hanc Josephi lectionem : *hic erat Christus.*

Ad hæc qui potuit Josephus de Joanne Baptista ceu vero Propheta et viro justissimo, de hujus gestis ct morte; qui potuit Jacobi Apostoli ab Anano «risi tam honorifice meminisse, cumque vocare fratrem Jcsu cognomine Christi;quin simul de Christo cognosceret? Cum vero aliud sit. Christiun

ceu Messiam agnoscere, et aliud Christi Religionem amplecti; jam in aperio est, Origenem et Theodorelum Josephi testimonio ceu authentico non refragari, cum scribat Origenes : « et vero mirabile est, quod eum Jcsuni nostrum non susciperet esse Christum, nihilominus tale juslitiæ testimonium Jacobo dederit » ; ac Theodoretls : « Christianam quidem praedicationem non admisit, veritatem tamen occultare non sustinuit. »

Obj. II. Incredibile est Josephum fide Judæum ct secla pharisœum, ut aiunt, rigidissimum, tam splendide attestari voluisse adventum aediviui-lalein Christi. Imo absonum est, provocare ad Scriptorem ejusmodi \clul ad Evangelistam, de quo tamen constet, quod Christi et Messiæ nomen per adulationem accommodaverit Vespasiano, et a Religione Christiana abhorruerit quam maxime.

Resp. Quæ de Christo. Joanne et Jacobo profert Josephus, eventa erant publica, quæ a boni Historici famam aucupante tegi non poterant, et minus quidem ea ætate, qua vixerat Josephus. Hic quippe noverat evidentiam miraculorum, noverat adimpletas reipsa prophetias, ac cumprimis illam Daniells, quem summis laudibus extollit, suo ævo aperte viderat in Templi ruina, in excidio Urbis, iu devastatione et subjugatione Judææad dominatum Romanorum, in omnibus item aliis circumstantiis a Propheta prædiclis completam esse. Quid ergo mirum, si quæ de Messia Prophetae praedixerant, et ipse testaretur, quin se Evangelio subderet; cum ipsemet Pilatus gloriosa de Christo nuntiaverit Tiberio, quin ille fidem Christi profiteretur? Quid mirum, si tametsi Christianus animo non esset, tamen historice facta recentia, publica et adeo famosa non reticeret; præsertim ne Romæ tunc, ipse captivus urbem et orbem adversum se commoveret ?

Quod Vespasiano Regis a Prophetis promissi nomen ac praerogativam attribueret, indigna assentatio quidem fuit, orta ex igna\o studio pseudo-polilices; sed quoddam simul argumentum est. quod communis illo tempore opinio fuerit, Messiam revera adventasse.

Obj. III. Sunt adeo nonnulli inter Christianos, qui laudatum Josephi testimonium arguunt ex eo; turn quod in Philone Alexandrino, quamvis Scriptore synchrone, nihil plane habeatur de Christo ; tum quod, si illud Josepbi genuinum esset, certe Patres primorum sucidorum, S. Justinus, Origenes, Tertullianus, et Cyprianus illud allcgassent. ubi adversus Judæos disputabant. Verum ct hi de illo altum silent, et nec Joseph Bengorion, nec Pliotius verbulo id ipsum memorant; tametsi historiam Josephi λel repeterent, xcl in compendium ipsi redigerent.

Resp. Argumentum ex toto inticiale roboris parum habet, ipsis fatentibns Criticis, adversus testatissimam sententiam. Et quæ demum consecutio a Philologo vel Theologo ad Historicum? Quæ consequentia : Philo nihil habet de Christo; ergo quod habet Josephus, genuinum non est? Philo non ita historicum egit, uti Josephvs; sed de variis pertractavit sine nexu rerum. Ediderat prius omnia sua scripta, quam Christi gesta Judicatu impleverant. \ ixcral Alexandrite inter Judaos. ab his jam grandævus ad Cæsarem missus; ejus igitur de Christo et de Christianis silentium, fortassis professum,coactum ct silentium inimici, tot tautbquc testibus plane nihil derogat.

SJisnMs ill Dialogo cum Tn phone c sacris duntaxal Litteris disputat, id quam pugnam imperlinens visum est testimonium* Josephi. Tertulliano feni plane incognitus fuit Josephus , cujus vix ullibi meminit ; idem est de ùhuxo.Origenes vel habuit Codicem Jndæorum fraude depravatum, vcl illius testimonii non usque memor fuit ; qui tamen ipse hæc de excidio Hicrowhmæ verba ex codem Josepho laudat : « hæc autem contigerunt Judæis in ultionem Jacobi justi, fratris Jesu, qui dicitur Christus; quoniam eum, uim justissimus esset, Judæi interfecerunt » : quæ verba id saltem innuunt, kephum non pejus de Magistro, quam de discipulo sensisse. L. 1. cont. Celsum. ' · I ; τ 'ϊϊὰ7

Josephus Gorionides enixus est fœtum Judæi reeentioris, cujus in morem appressit invisum Judæis testimonium scriptoris Judæi antiquioris et Christi jvo magis propinqui. Photii Epitome nequicquam accurata est in recensen-•iis veterum scriptis, quibus, ulpolc pro suo hibilu detraxit aliqua, ut illud deChristi divinitate et de virginitate Deiparæ, aliqua adjecit, uti infanticidium Herodis, dc quo nihil in historia Josephi reperias.

Demum quid valeat paucorum aut silentium aut ambiguitas contra omnes Josephi Codices cum excusos tum manuscriptos, in quibus ea Josephi sententia disertis verbis consignatur ; contra Eusebium sacræ Criticos peritissiiDimi.qui inde obtectralores Evangelic® veritatis tanquam imprudentissimos convicit; contra S. Hieronymum, qui in illo Josephi su(Fragio nequicquam sahlcstæ iïdei suspicatus est; contra Isidorcm Pelusiotam, contra Sozomemm, (idremm, Nicephorum, Scidam et innumeros alios? Quid demum contra treiledm vcl qualuordecim suculorum lucem reeentioris ac inlemperanlioris ùitices valeant molimina?

§ III. COROLLARIA.

Metuendum sane Christianis, ne dum invalescente rebellione in Evangelium Christi complures eorum æmulantur incredulitatem Jndæorum (qui et Lbristi Præcursorcm, quod non biberet nec manducaret ; et Christum, quod biberet ac manducaret cum peccatoribus, cavillabantur) easdem pœnas subeant : ut sicut initio ex Jndæorum delicto salus erat gentibus; ita ex inversarum gentium delicto fidem ct salutem capiant Judæi. « *Vobis enim lin gentibus...* (verba sunt Apostoli ad Christianos ex gentibus assumptos, asuperbis ævi nostri Philosophastris cumprimis ponderanda) *ul non sitis rin ipsis sapientes, quia ccecitas ex parte contigit in Israel, donec plenitudo Mlium intraret, ct sic omnis Israel salvus /lorei : veniet ex Sion, qui eripiat rta<.crlat impietatem a Jacob; et hoc illis a me testamentum, cum abstulero peccata eorum. Secundum Evangelium quidem inimici propter vos, secundum Pelionem autem charissimi propter Patres : sine, poenitentia enim sunt dona •tncatioDei.. Conclusit Deus omnia in incredulitate, ul omnium miserea-tur. O altitudo divitiarum sapientiæ et scientiae Dei!*

Ms sensum Apostoli? accipe : sicut olim permisit Deus Judæorum incredulitatem, ul sua in gentes misericordia effulgeret; sic hodie permittit Christianorum incredulorum perfidiam, ut Judæos icspiciat, peccata eorum inferat, prophetiarum intclligentia cos collustret, iisdem donet fidem in

'

Jesum Christum, quam deinceps nunquam deserturi, quin et zelo suo sint propagaturi ; abscindentur ergo terrifico Dei judicio rami inutiles, qui contra naturam vclut oleaster in bonam olivam inserti erant, ut qui secundum naturam, suæ olivæ inserantur fructuosi, itaque Ecclesia Dei populum rebellem deperdens alium docilem acquirat. Concludit Apostolis: « *noli gloriari adversus ramos... propter incredulitatem fracti sunt. Tu autem fide stas; noli altum sapere, sed time.*

Ita Paulus ad Rom. XI... ad cujus vaticinium relegi debent Isai. LIX. 20. Jerem. XXXI. Ose. 111. 5. Piiedare autem circa hæc disserunt Bossuet in Hist. Univ. et Duguet, *Hègle pour l'intelligence des Saintes Ecritures, p.* 193.

DISSERTATIO VIT

SECTIO I.

RELIGIO CHRISTIANA VERE DI VINA, ET QUOAD SUBSTANTIAM ANTIQUISSIMA.

I

§ I. PRÆCOGNITA.

I. Sacra Litteræ generatim edicunt, quod Deus sit absconditus, et post lapsum hominis hominem reliquerit in sua caecitate, e qua ad plenam lucem nonnisi per Jesum Christum eluctari possit : *nemo enim novit patrem, nisi filius, aut cui voluerit filius revelare.* Cognitio Dei absque cognitione miserte nostra parit superbiam ; cognitio miseriae noslræ sine cognitione Mediatoris parit desperationem ; sed cognitio Christi eximit ab utraque. Qui Deum quaerunt sine Christo, inquirunt medium communicandi cum Deo sine Mediatore, ut passim de illis vcriim sil : quod curiositate cognoverunt, superbia amiserunt : inde vel in Atheismum, vel in Thcismum plerique prolapsi. Christi in Lege Naturæ promissi cognitio perpetua Traditione vigebat : in Lege Scripta Christus innumeris figuris adumbratus, el promissis iterato stabilitus fuit : de Christo scriptores judæi, gentiles et barbari abunde testantur, ul adeo Darius, Cyrus, Alexander, Romani, Pompeius el Herodes jamdum egerint pro gloria Christi el Evangelii, nihil ejusmodi suspicati : omnium vero locupletissime de Christo eloquuntur testes domestici, Prophetæ, Apostoli et Evangelist®.

Ut ut ergo impiorum turba Christianum nomen tollere quasi conjurata hucusque contendit, atque ad singulas divinæ œconomiæ parles convellendas opes contulit viresque omnes; tamen omnium gentium ac seen lorum testimonio stat inconcussum, quod fuerit Propheta, vel ex prædicto Jerosolymæ excidio spectatissimus, et similis Mosi quoad patrata prodigia, Legis Novæ promulgationem, gentium ex stygii Pharaonis servitute liberationem, et patefactam in coelum viam : quod promulgata Novæ Logis doctrina discipulos sibi adseiverit et habuerit sectatores, qui ante et post ejus mortem multis

persuaserint eamdem doctrinam a se divulgatam : quod ultionem gravissimam, quam se audire nolentibus intentaverat, errantes in orbe Judæi in hunc diem experiantur.

II. Munus, quod Christus oluit in terris, triplici constabat officio, Prophetico, Sacerdotali et Regio. Prophet icum obiit munus, quamdiu inter homines versatus esi; hoc nomine suam ipse mortem, passionem, crucifixionem, ascensionem, el missionem Spiritus sancti prædixit; divinam nobis patefecit voluntatem, doctrinam suam tanquam vere divinam miraculis comprobavit, virtutum exemplis illustravit, suo sanguine obsignavit, ac Veteri Lege abrogata (cujus ipse complementum fuit) Novæ Legis Mediator extitit. Sacerdotale munusduas partes complectebatur, oblationem donorum ac sacrificiorum pro peccatis, et intercessionem apud Deum : Christus Sacerdos factus secundum ordinem Melchisedech obtulit holocaustum perfectissimum Domino, victimam impollutam suum Corpus, in quo peccata nostra pertulit; et in ara Crucis positus, fundens preces exauditus est pro sua reverentia, sedensque nunc a dextris Dei non cessat interpellare pro nobis; sicque transtulit Sacerdotium Aaronicum. Denique propter passionem mortis gloria et honore coronatus, et summa rerum potitus sancivit auctoritate Regia Novam Legem, constituit Ecclesiam, instituit ministros, Spiritum sanctum et hujus munera distribuit, aliquando autem venturus est cum gloria judicare vivos et mortuos. Non ergo de divinitate Christi, nec de divinitate ac antiquitate Religionis Christianæ quicquam ambigendum; hinc esto

§ 11. THEMATA.

I. *Christus Auctor Religionis Christianæ verus est Deus.*

Probatio. Divinitatem Christi copiosissime ac luculentissime eloquuntur tot tamque divini characteres ac tituli, queis utriusque Testamenti elogia Messiam insigniunt, ceu Emmanuelem. Legislatorem, Regem et Judicem nostrum. Salvatorem mundi, Sanctum Sanctorum, Solem justitiæ, Lucem gentium. Filium et Agnum Dei, Filium Dei unigenitum, Mediatorem Dei el hominum, Caput Ecclesiæ, Sacerdotem in aeternum, Principem Regum terra, qui sit via, veritas et vita. Principium et Finis, Alpha et Omega. Eloquuntur omnium Prophetarum per bis mille annos de Deo Messia oracula, et per tpiater mille annos Patriarcharum omniumque Sanctorum inde ab orbe condito suspiria ad Deum Messiam, Angelorum chori nascente Christo evangelizantcs gaudium magnum, stella Magorum dux ad præsepe Domini, Simeon el Anna Christum ceu salutare Dei agnoscentes, Joannis de Christo testimonia ct encomia, vox coelo delapsa ad Jordanem ct in monte Thabor. stupendum solis deliquium, scissæ petræ, sepulchra aperta, tremor terrain morte Christi. Eloquuntur vita? Christi sanctitas, veritates, quas sua auctoritate proposuit credendas, pnesagia, quæ ex propria scientia profudit, miracula, queis sua virtute patratis ea omnia confirmavit. Ac demum eloquuntur adimpletae per Christum promissiones, veritas Resurrectionis a mortuis, totinsqne Christiani orbis consensus et veneratio. Est autem Christus uti Legislator et Auctor Religionis vere divinus; ita omni amore et honore dignissimus, qui cum Religionem omnium perfectissimam verbis edocuit, sic a

discipulis suis nihil praetendit, in quo ipse suo exemplo non præiret Dux el Magister.

Hæc pluribus dilucidant Hoockii Tomus II. de Princip. Belig. Nec non P. Thomæ Holzklau S. J. Inslit. Theol. de Deo Verbo lucarn.

II. *Religio a Christo instituta est vera vereque divina.*

Probatio. Doctrina Christiana de Dco.el dc perfectionibus divinis, de perfectione vita? christianæ, de tine ultimo hominis, et dc mediis salutis æternæ latissimo ab omnibus aliis sectis discrimine distans, tot tantisque miraculis et vaticiniis in hunc diem inclaruit, ut ejus nonnisi divina origo esse possit. Est quippe Religio Christiana ad veram æternamque felicitatem dux tam certa, quam verax est Dens : promittit et abunde suppeditat necessaria ad hunc finem media, ipiæ corroborent naturæ imbecillitatem : summam vitæinspirat sanctitatem : mentem saluberrimis principiis imbuit : voluntatem succrendit ad spem et amorem summum summi Boni : cor devium reducit, languidum confortat, fervidum meritis ct virtutibus exornat : solatur hominem lapsum obtinenda? a Deo per pœnilentiam reconciliationis certitudine: erigit afflictum, poenas divinitus immissas ceu patris castigantis el amantis argumenta persuadens, sine cujus provida mente eæ non essent ; cl quarum perpessionem is larga manu compensat : ad ælerna demum gaudia vere Christianum perducit. Num quid simile his aut dictat, aut consequitur sola imbecillis ratio, el prona in omne nefas humana voluntas, Christi fido destituta, el indigna gratia Christi?

Et quid non debent christianæ Bevelationi Natura, Virtus et Religio? Perficit ea Religionem Naturalem, et omnium Philosophorum doctrinam supra modum transcendit. Cor ipsum sanctificat, neque virtutem ceu veram æstimat, quæ non ex puro corde et divino amore profluat. Inculcat officia, quorum observantia felicitatem hominis mirifice promovet, et quæ improbare nequit ratio, nec unus tamen Philosophus olim edocuit, cujusmodi est dilectio inimicorum. Ea proponit motiva cl præmia virtutum, ad quæ sapientissimi antehac non pervenerunt. Ad praeconium legis christianæ idololatria, quæ in orbe terrarum quieta consenuerat, et quæ ad nullius unquam philosophi perspicaciam hucusque nc vacillaverat quidem, repente ac sonore corruit. Immania Ethnicorum spectacula, humani sanguinis hostiæ, vindicte barbaries, cl quaevis alia truculenta saevities subjugatur patientiæ, mansuetudini ac christianæ charitati. Exulat in statibus Christianis, aut certe multo rarior est subditorum adversus Principes seditio, cum cl jugum quandoque importabile emolliat Christiana tolerantia. Redundant opera misericordiae. beneficentiæ et dilectionis intra et extra nosocomiaproaffliclis, egentibus. pupillis el viduis. Exurgunt undique scholae ct gymnasia pro erudienda juventute præprimis in doctrina Religionis; quæ quidem subsidia charilatis, quanta quanta fuit Philosophorum sapientia, ignoravit. Miraculorum et Vaticiniorum copiam ac splendorem deinceps perstringemus.

111. *Christiana Religio uti vere divina, sic quoad substantiam antiquissima est.*

Probatio. Religio Naturalis Patriarcharum, Mosaica Judaeorum, etEvangelica Christianorum una eademque sunt Religio divina, initio minus perfecta, posthac revelationibus aucta, ac demum per Jesum Christum ad plenam lucem splendoremque perducta. Coæva quippe mundo illa est Religio, quæ docet hominem ex amico Dei factum esse inimicum, et ex felicissima Dei creatura creaturam omnium infelicissimam, suæ felicitati acamieitiæ divinæ nonnisi per Messiam, divinum humani generis Reparatorem esse restituendam. Eadem ergo est Religio Christiana cum Religione Patriarchal! in explicatione originalis mali per lapsum primorum parentum; eadem in explicatione mali per mediationem liberatoris. Eadem ergo est Religio Christiana cum Judaica quoad objectum cultus divini, cui et hæcsacrificavit, et illa sacrificat; quarum analogiam quoad omnes partes exhibet Becaxts, et copiose ac eleganter explicat Augustinos; qui « proinde aliis tunc nominibus ac signis, ait, aliis autem nunc; et prius occultius, postea manifestius; et prius a paucioribus, postea a pluribus; una tamen eademque Religio vera significatur et observatur ». Eadem vero etiam est Religio Christiana cum doctrina vetustissimorum populorum, in quorum doctrina et Religionibus innumera deprehendas vestigia fidei christianæ arca lres naturæ humanæ status, primaevum perfectionis ac felicitatis, præsentem militiæet purgationis, et futurum perfect® felicitatis; nec non circa causam lapsus et modum reparationis.

En antiquitatem, en perpetuitatem veræ ac christianæ Religionis inde ab initio ad finèm usque mundi; qua prærogativa cum gloriari nulla alia Religio possit, en veritatem, præstantiam, divinitatem Religionis christianæ.

Vide Martini Becani S. J. Analogiam V.acN. Testamenti, Venetiis an 1758. S. Augustini epistolam 49. ad Deo gratias Q. IL III.... L. X. deCiv. c.32.

Obj. I. Potuit Christus esse impostor, sic ait Mahumes, potuit variis artibus, sublato e. *g. e* Templi lapide, ut aiunt Judaei, nomine Tetragrammato, patrare miracula : sieque suos decipere asseclas. Et sane quôd tantopere commendavit verbis Christus, simplicitatem, injuriarum oblivionem, et amorem inimicorum, factis negavit; captiosis non raro quaestionibus illudens Pharisæis, quos et acerrima dicacitate objurgavit atque exagitavit sæpissime.

Resp. Longissime abfuit ille ab omni suspicione imposturae, qui propter humilem vitæ conditionem caruit fallendi facultate, et de quo propter excellentes virtutes certum est, caruisse fallendi voluntate. .Nobilitasgeneris, dignitales, opes et potentia fallaciæ adjumenta sunt, quibus apud homines conciliatur auctoritas : sed natus est Christis muliere paupercula , quæ fabro lignario nupserat : primum domicilium fuit stabulum : educatus est in patris officina, et in Galilæa, de qua nullus Propheta, minus Messias exspectabatur a Judæis : non habuit, ubi caput reclinaret : nec aliunde, quam ex piorum quorumdam hominum liberali late sustentabatur : Apostolos constantissime docuit ferre crucem suam, seseque ad omnia patienda parare : magnorum

Jiaet peisecutionem semper tulit, et tandem crudelissima morte affectus esi,cui pnevisæ cl prædictæ noluit sese subducere. Hanc vero vitam qui dixerit aptam vel ad fallendos homines, vel ad eos sibi conciliandos sine cittllenti virtute, sine praestanti doctrina, sine miraculis, communi is sensui contradicit.

Christvs adeo nullas partes impostoris egit, ut egregia potius specimina dederit omnium virtutum; ferventissimæ in Deum pietatis, referens omnia Ma, sermones ac frequentem orationem ad Dei gloriam et regnum Dei promovendum, habens pro cibo facere et perficere opus Dei : efi'usæ in omnes homines eharitatis, immensos perferens labores ad erudiendos rudes, ad avocaudos a sceler ibus improbos, ad ægros sanandos, ad salvandos omnes, etiam pro dirissimis persecutoribus orans in cruce : suiiimæ integritatis animi a unitatibus hujus vitæ, ab avaritia, ambitione et voluptatibus prorsus alieni, qui populi ipsum Regem proclamantis oculis subduxit sese, et publicum contemptum in probrosissima morte sustinere voluit; qui nec opes, nec dignitates, nec famam apud homines quaesivit, nec unquam usus est adulilione, assentatione, dissimulatione seu artibus illas comparandi : summæ puritatis, quæ omnem superaret invidiam, et contra quam ne hisceret quidem projecta ad quaevis alia inimicorum Christi maledicentia : incomparai'ilismaiisuetudinis, humilitatis, patientiæ et constantiæ inauditæ, dicens se venisse, ut aliis inserviret, inter impiissimos et crudelissimos homines tanquam ovis obmutescens, atrocissimis suppliciis et morti ignominiosissimæ nitrosese objiciens pro salute hominum.

Et in hac infinita Dei-Hominis sanctitate quidquam reperiant pestilentissimi hominum Increduli, quod arrodant? Christus et prudentiam et simplicitatem ex æquo commendavit ; iiidequc ad captiosas Pharisæorum quæstioneshaud directe semper respondit, idque ad ipsos propria ex conscientia de sua persona erudiendos; at semper tamen plane et definite ad eas, quæ simplicem ac ingenuam mentem præseferebant. Erant Pharisæi ob hypocrisin, fallaciam, arrogantiam, ostentationem, divinæ Legis corruptionem, aliaque vitia reprehensione publica dignissimi : intererat Reipublicæ et Religionis Judaic®, ut hypocritae suis integumentis nudarentur, veteratorum existimatio apud plebem misere ludificatam convelleretur, et Mosaicæ Legis puritas vindicaretur. Jungebat ergo Christus zelum gloriæ divinæ, ct aliorum uram salutis cum charitate, quæ quanta fuerit apud infensissimos hostes, discant Increduli ex ejus in Cruce precatione : *Pater! ignosce illis, neque aim sciunt, quid faciunt.*

De his copiosius disserunt D. François in LL. *Défense de la Religion,* D. Bellet in L. *les Droits de la Religion chrétienne.* P. llcrm. Goldhagen S. J. P. 111. Introduce in Scripturam.

Obj. II. Adventus Christi admodum humilis officiebat fidei in Christum; et Religioni Christianae inter gentes æque ac inter Judæos non parum obstat adhuc. Vixit Christus annos triginta lres : per annos triginta latebat absconditus : per tres reliquos habebatur impostor, rejectus a Sacerdotibus et primoribus suæ gentis, contemptus ab inimicis, mortuus in cruce xeluti malefactor, proditus ab uno, negatus ab altero familiarium suorum, desertus ab omnibus.

Resp. Attamen lota gens hebræa ejusmodi adventum Messi® praediut, Prophetarum edocta oraculis : et gentes, dum venerat hic Messias, eum adoraverunt; Gentiles ergo el Judæi ceu metam et centrum suorum votorum eumdem respiciunt. Nec Salomon aut Propheta?, nec Plato aul Socratesaut alius quivis sapientissimus ac eloquentissimus persuadere gentibus unquam poterat aut fidem in Messiam, aut unius veri Dei cultum. Soli gratia*Christi servata gentilium conversio, qua gentes turmatim ad Christi vexillum conxolant, idolorum fana subvertunt, el Reges illarum seipsos Cruci subjugant. Nonne hic splendor summus est pro adventu Christi, ad quem cum cæcutirent Judæi, et obdurarent corda sua; hanc quoque duritiem ac caecitatem suam Judæis praedixerat sua Lev, æque ac adventum sui Messi® humilis ac mansueti. El vero Prophetia?, quæ Christum exhibent pauperem, exhibent eum etiam dominatorem terne, ita ut ex tota nascendi, vivendi et moriendi ratione, quam ad Messi® characterem spectare Deus voluit, vehit ex nubeculis sol Divinitatis non obscura efftilgeret.

Atque hic obtinet illud S. Augustini: « grande spectaculum (Christuscrucifigendus) sed si spectet impietas, grande ludibrium: si pietas, grande mysterium: si spectet impietas, grande ignominiæ documentum : si pietas, grande fidei munimentum. « Tract, in Joann. CXV1I. §. 3.

Obj. III. Prophet.e et Apostoli homines erant, quales nos sumus : eecur plus illis tribuamus, quam mille aliis, qui de Religione senserunt aliter? Atque ideo ne Judæi quidem Christum agnoscunt ceu Messiam. Tandem fidei Christian® antiquitati obstant tam verba Apostoli ad Galatas: *al ubi venit fides, jam non sumus sub pœdagogo,* quam illa ad Romanos: *non enim sub lege esiis, sed sub gratia.* Cum enim fides in Christum non sit sine gratia, et fides Christi primum venerit, ubi venit Christus; qua ratione Christiana videaturantiquissima Religio ?

Resp. Jam iterum mentitur iniquitas sibi. Nequaquam homines erant Prophet.e *et* Apostoli, sicut Theistæ : illi enim corde erant humili, spiritu illuminato, et conscientia munda ; curn sint Theistæ tenebris involuti, judicantes ex præventione, amantes vitia. Judæi non quidem omnes, at sancti tamen susceperunt Christum, quem Prophetæ ct Apostoli Messiam praedicaverant ; el quod carnales Judæi eum rejiciant, idipsum auget gloriam Christi. Quæ enim ratio in Talrnude et apud Rabbinos, Christum ceu Messiam repudiandi? fors quia non omnes nationes armis edomuit? nulla suis spolia distribuit? nullas elargitus divitias, ipse autem turpissima morte occubuit? Verum ex iris ipsis Christus ceu Messias a sanctis agnoscitur, adoraturae redamatur; repudiandus a Christianis Messias, qualem sibi effingunt et exoptant Judæi. Eamdem autem quoad substantiam fuisse fidem in Christum ante adventum Christi, praeclare edocet Augustinus; quamvis modusdiscrepet, sive ex parte objecti : quia veteres credebant in Christum nasciturum et moriturum, nos autem credimus in Christum natum et mortuum; sive ex parte actus: quia veteres, quamdiu sub nube Legis antiquité erant, adtidem in Christum explicitant non tenebantur, cum sufficeret implicita. Tandem veteres justi magis sub gratia, quam sub Lege fuerunt : si enim sub Lege esse dicitur, vel qui gratiam ignorans servitute Legis premitur, vel in quo peccatum dominatur, uti docet Apostolus ; illi nec servierunt peccato, nec

justitiam, quamvis Legi Mosaic® adscript!, a Lege, sed a fide in Christum exspectabant.

Hinc Aug. Tract. 4a. in Joan. « Eadem fides, ait, utrosque conjungit, et eos, ijuivenliirumesse, el eos, qui emn venisse crediderant, » Idem L. III. cont. 2. ipist. Pelag. c. 4. scribit, « Abraham, Mosen, David omnesque veteres Justos lilies fuisse promissionis et grati®, non ex Lege, sed ex promissione; hæredes Dei, cohæredesautem Christi ».

§ 111. COROLLARIA.

Discant hic Increduli, quem audiant magistrum et ducem sequantur, Jesim Christum, cujus ad doctrinam exclamandum : nunquam sic locutus est homo ; hic solus verba vilæ æternæ habet ; cujus ex prodigiis emicat virtus Altissimi, ipsemet virtus Dei; qui quantum ad mysteria et vaticinia, intuetur profunda Dei, genitus in splendoribus Sanctorum, unigenitus Dei filius, quem nihil in domo Patris sui lateat ; qui offert veritatem suam, qu® nas ducat; brachium, quo sustentet; gratiam, quæ corroboret; crucem, quæ defendat; sanguinem, qui emundet; mortem, quæ vivificet. Et quis vel momento temporis dubitet, hujus tanti magistri ac ducis vocem audire el revereri ? quid enim majus veritate, cujus est magister ? virtute, cujus est aemplum?Religione, cujus est auctor? Ecclesia, cujus est caput? augusto Sacrificio, cujus est victima et sacerdos? gratia et gloria , cujus est arbiter? cœlo, quod est Regnum ejus? Deo, cujus est legatus et unicus Filins? Me sane ùjgunt ista exclamare cum Centurione: *Vere hic homo filius Dei erat,* et cum Principe Apostolorum confiteri: *Tu cs Christus filius Dei vivi,* auctor fidei et salutis nie®, unicum spei meæ fundamentum, amoris mei objectum dignissimum el praemium infinitum !

SECTIO II.

RELIGIO CHRISTIANA CONSIGNATA IN LIBRIS N. T. VERE DIVINIS.

§ L PRÆC0GNITÂ.

Novi m Testamentum appellantur Libri divinitus inspirati, qui post Christi adventum exarati de rebus divinis divina auctoritate pertractant, el ab Ecclesia sacrum in Canonem, quem iterum recensuit Concilium Tridentinurn, relati sunt. Fundatur Novi Testamenti aulhentia in Testamento Veteri vere authentico, cujus in hunc diem Judæi Christianis testes sunt, custodes, librarii et capsarii. Mira Dei providentia! Quamdiu exstabant Prophet®, Leeemsoam luendi vix curam habebant Judæi; postquam vero nulli amplius Prophet® exstiterant, successit ingens Judæorum zelus pro Lege sarta tectaqnp in Libris sacris conservanda. Nimirum ut e.x Libris sacris Judæorum

firmetur veritas Christian® Legis; et ex Libris sacris Christianorum convin* calur ablatio Legis Mosaicæ; ex ulrisque vero et Judæorum perfidia, et impietas Incredulorum confundantur.

§ II. THEMATA.

I. *Divinitas Librorum Novi Testamenti gravissimis argumentis evincitur.*

Pr o b a t io. Quinque sunt capita authentiæ ac lheopneustiæ :

1||™. Fides publica et Traditio continuata non solum Christianorum, sedet Judæorum, Gentilium ac Hæreticorum, ita ut nullus sit alius liber, pro quo stet tanta auctoritas, v idelicet omnium hominum vox ab Apostolorum aetate ad hæc usque tempora unanimis et perpetua.

2un›. Notæ seu characteres Librorum, qui fuere conscripti a testibus oculatis gestorum, in iis locis, ubi plurcs superstites testes itidem oculati, sed Christi et Apostolorum hostes infensissimi, falsitatem detegere continuo poterant, refellere ac vindicare; quin tamen vel ullus contradiceret. Adeo nihil reperias in historia Evangelica, quod ad illam ætatem Imperatorum Augusti et Tiberii non pertineat, aut quod cum Geographia vel Chronologia, cum historicis sive Judæis sive Paganis non consentiat in iis, quæ de Religione, Legibus, Politia, Ceremoniis, Jurisprudentia, opinionibus seclisque Judæorum memoriæ prodita sunt.

3nra. Characteres Scriptorum, qui erant Apostoli et duo Christi discipuli, qui cum doctrinam suam divinam esse dicunt, et se divinitus inspiratos, summa fide digni sunt; sive styli et narrationis simplicitatem, sive in confitendis erroribus et peccatis suis ingenuitatem, sive vitæ et mortis genus sanctissimum spectes; ac propterea omnibus Ecclesiæ Christian® seculis maxima illorum fuit auctoritas, quorum Libris primi Christiani, si ex Judæis erant, parem cum Libris V. T. honorem deferrent, si ex Paganis, pro illis omnes Poetas ac Philosophos (quippe Ethnicorum Prophetas) fastidirent ac desererent : fideles autem vel hoc uno argumento contra hæreticos usi sunl pro sacris Libris, quod sint Apostolorum ; ipsique hæretici quosdam Libros tanquam non theopneuslos repudiarunt, quod non sint scripti ab Apostolis.

iUID. Materies et argumentum Librorum, videlicet altissima mysteria et dogmata fidei summo Numine dignissima; præstantia doctrinæ moralis de amore Dei et Proximi, de humilitate et mansuetudine, de patientia, temperantia, castitate; historiæ de Christi et Apostolorum vita, doctrina, miraculis, laboribus, perpessionibus et morte; in quibus oeconomiam humana facultate majorem, obtusissimæ mentis homo sit, qui non percipiat.

S0®. Absurda et plurima et maxima, quæ si Libri N. T. non essent divini, admitti oporteret; nimirum quod per septemdecim secula opus fictilium orbem prope universum misere deluserit; quod sanctissimi æque ac doctissimi viri fraude pessima inde ab ævo Apostolico fuerint decepti; quod innumeri Martyres frustra sanguinem profuderint, tot Ecclesiæ Concilia de rebus nauci fuerint celebrata, atque integerrimi mortalium impenderint cultum Religioni ex fallaciis et mendaciis compositae; quod omnium Prophetarum vaticinia uni Christo perperam quidem, sed apte tamen conveniant. ut nulli alteri deinceps aptius ; quod Apostoli eos Libros non scripserint

t nlra tidem totius antiquitatis ; quod si vero ab Apostolis fuerint conscripti, homines ii fuissent ab omni memoria callidissimi, improbissimi, stupidis-MUii.qui nullo suo commodo vitam miserrimam ac mortem crudelissimam degissent.

II. *Ex libris Novi Testamenti invide stabilitur Divinitas Christi et Christiance Religionis.*

Probatio. Verus est Deus, dc quo ceu Emmanuelc veterum Prophetarum utkinia edixerant ; hæc vero in Christo omnia fuisse adimpleta, testantur Libri N. T. Prodigiosum ex virgine partum Isaias, natales promissi Ducis in Bethlehem Michæas, adorationem et munera Magorum ad cunas Dei-Homi-aisPsalmista,stellam ex Jacob Messiæ testem Balaam, adventum Schilo tem-pore sceptri ablati Jacob, Messiæ adventum in templum secundum Aggæus, ejus per suammet gentem reprobationem ac necem David et Isaias, ejus resurrectionem, vocationem gentilium, et Judæorum dispersionem David, Isaias, Jonas et Oscas fatidico spiritu prænuntiarunt de Christo, ac uni Christo (qui virtute divina resurrexit post mortem, qua Messias debuit, et qua Dei filius occumbere potuit) ea omnia exactissime convenisse, demonstrant Evangelist®, ct scripta Apostolorum.

Religio autem Christi in sacris libris N. T. consignata, quod sit vere divina, stipes sit, qui aut inficiatur, aut non intelligit. Quippe altitudo mysterio-rum, dogmatum sublimitas, doclrinæ puritas, virtutum præstantia, sanctitas Sacramentorum, majestas Sacrificii, Ministrorum Ecclesiæ dignitas, cultus divini magnificentia, sigilla miraculorum ac prophetiarum totidem sunt characteres certissimi ac evidcnlissimi veræ Divinitatis.

Obj.I. Libri N. T. possunt esse supposititii, et ab impostoribus adornati : obstant illorum aulhen licitali (quæ præcipue innititur Christianorum testi-moniis) horum credulitas, præjudicia, et in pias fraudes propensio : obstant Evangelia Mathiæ, Barlholomæi ct Barnabæ certo spuria; de quibus adeo testatur S. Hieronymus, et quæ pari veneratione recepta fuere in Ecclesia.

Resp. Auctoritas hic summa est primorum Christianorum, qui reipsa increduli, utpote a teneris in Religione vel Judaica vel Ethnica instituti, omni exceptione majores sunt testes facti (utrum scilicet illas Scripturas suis temporibus Christiani pro divinis et scriptis vere Aposlolicis habuerint) in quo decipi non potuerunt. Primi quoque Doctorcs Ecclesiæ summa dili-gentia distinxerunt a falsis et adulterinis scripta vera et genuina, qualia apud S. Irenæum, Tertullianum, Origcnem et Eusebium non agnoscebantur, nisi quæ continerent doctrinam consentientem cum praedicatione Aposto-lica, seu disciplina ex eorum auctoritate ubivis recepta; baberentque con-firmationem ex unanimi consensu ac testimonio omnium Ecclesiarum; *et* in stylo atque contextu orationis morem Apostolicum referrent. Insuper nostra Evangelia ab ipsis hæreticis admittebantur, illud S. Matthæi a Nazaræis, Ebionitis et aliis, Evangelium S. Luc.e a Marcionitis et Manichæis... Equidem fuere protervi homines, qui miscere res nascentis Ecclesiæ ausi (procul dubio in suorum dogmatum continuationem) relationes ab Apostolis diversas in vulgus Sparserunt ; at monstrent rheistæ, quod horum temei itas deioget

auctoritati primorum Christianorum. Donec hoc confecerint, conleudimus, repudiata a Catholicis Evangelia, Catholicorum ostendere vigilantiam, ct veracium librorum confirmare auctoritatem; praesertim cum ipsimcl libri apocryphi referant contra Theistas Christi et resurrectionem et ascensionem et alia miracula.

Tandem duplex falsitas committitur a Theistis ; P quod plurima ejusmodi apocrypha objiciant, cum paucissima fuerint : quamvis enim titulos quinquaginta collegerit Fabricius; tamen fatetur, ex his plura unum duntaxat scriptum indicare, siquidem Evangelium S. Mattii.ei cum quibusdam mutationibus dictum sit Evangelium Cerinthi et Carpocratis, et duodecim Apostolorum, et secundum Hebraeos, et secundum Nazaræos, et secundum Syros, et secundum Ebionitas, et secundum Barnabam, et secundum Bartholomæum; Evangelium S. Marci dictum est Evangelium Petri; Evangelium S. Lvc.e dictum est Evangelium Pauli, adjectis vero nonnullis mutationibus dictum est Marcionis et Apellis Evangelium. 2* Quod spuria illa Evangelia vanissime edicant, olim recepta fuisse ab Ecclesia. Primi namque post Apostolos Ecclesiastici Scriptores, Clemens Romanus, Ignatius et Polycarpus nullibi illorum meminerunt : S. Justinus sexcenta exscribit testimonia ex veris, nullum uspiam ex spuriis Evangeliis. S. Ircnæus horum quidem meminit; simul autem scripto reliquit, illa ubique et ab omnibus Ecclesiis repudiata, et nonnisi illa quatuor, quæ habemus, Christianorum omnium suffragiis comprobata fuisse. Clemens Alex, et Origenes laudant hinc inde illa apocrypha; at simul testantur, quatuor tantum Evangelia auctoritate divina valuisse in Ecclesia. Demum Patres antiquissimi, nt Ircnæus ct Tertullianus, argumento Praescriptionis adversus hæreticos usi, ad confirmandam quatuor Evangcliorum auctoritatem, eo adduxerunt hæreticos, ut dicerent, «Apostolos ante praedicavisse,quam perfectam cognitionem haberent, gloriantes, se esse emendatores Apostolorum. »

Turpius delirat, ac pejus criminatur Tolandi Amyntor, quod per Evangelium Barxab.e tanquam unice genuinum contendat restaurandum esse Christianismum. Contra quem vide Moshemti Vindicias antiquæ Christianorum disciplinæ ; item Beaisobiui *Hist. Critiq. de Manichée.*

Eant ergo Increduli cum suo ridiculo, *fortasse!* fortasse ab aliis scripta sunt Evangelia; fortasse post tempora Apostolorum editi sunt libri N. T. Nonne etiam fortasse nulla unquam fuit Respublica Romana? fortasse nulla civitas Hierosolymitana ?

Obj. II. Tametsi fides publica testetur, varia ab Apostolis fuisse litteris consignata; non æquc tamen constat, eadem ad nos pervenisse integra cl incorrupta. Nam plures textus laudantur a SS. Patribus, quos in Codicibus nostris non reperias : Patres non raro quærunlur, exemplaria tam græca quam latina fuisse ab hærelicis depravata : innumerae sunt variantes lectiones, quarum circiter triginta millia, triginta annorum labore, collegit Mill ils: ac demum Victor Tcxoxexsis suo in Chronico refert, sancta Evangelia tanquam ab idiotis Evangelislis composita, jubente Anaslasio Imperatore, reprehensa fuisse ac castigata.

Resp. Quam belle consentiunt Theistæ cum Mahumelanis. qui dndum hanc Novi fcslamenli interpolationem ac corruptionem objecere Christianis:

uruii) ubi, quando, cl a quibus hrorcticis attentatam? Qui üeri potuit, ut .ju®jam ab Apostolicis temporibus eruperunt Scctæ diversissimæ ac invicem infensissimae, in hauc mutationem conspiraverint? Quid? cum ubique propatnin Evangelium, et confirmata esset in animis fidelium sincera ct genuina Apostolorum doctrina : dum infinita exemplaria omnium Christianorum manibus insererentur: cum in varios populorum sermones translata essent sacra volumina : credamus omnes orbis nationes maxime dissitas unanimi assensu convenisse ad corruptionem librorum, pro quibus sæpc litam projecere? Tantam credulitatem minutis nostris Philosophis relinquimus. Est autem revera nullus a Patribus laudatus textus, qui non exstet in suris paginis, si non iisdem verbis, certe quoad sensum, prout a multis Criticis ostensum. Cum enim Patres laudarent eos textus memoriter, mutabant sepe verba verborumque constructionem. Nullum itidem caput est in ixstris exemplaribus, cujus auctoritatem non evidenter vindicaverint viri eruditi (ac præprünis illa verba, *probi nummularii estote,* historiam mu-
4 lieris adulterae, duodecim ultimos versus S. Marci, et versum septimum capitis quinti Epislolæ primae S. Joannis) in pluribus et optimis exemplaribus reperiri, laudari a SS. Patribus, el in antiquissimis versionibus contineri, demonstraverint.

Asserunt SS. Patres, hæreticos depravasse Evangelia, scilicet sua, non ea quibus ulilui; Ecclesia Catholica. Aiunt eliam, emendata esse græca exemplaria per latina ct vicissiin; sed in levibus tantum, quæ ad substantiam fidei aut hisloriæ Evangelicæ nequaquam perlinent, in quibus per omnia exemplaria seu græca seu latina consensio semper summa fuit. De varietate
, lectionum, quod nihil ea officiat (cum sensum vix afficiat; in vocibus sit, et ft'ii in sententiis; ac plerumque in versionibus evanescat) sed potius contirnwt auctoritatem, alibi dictum. Denique argumentum ex Chronico Victoris cavillus est Theislarum : si enim hæc nostra Evangelia fuissent vere corrupta ac vere emendata; quos tumultus non exci lasset ista immutatio? Quis historicus rei tam singularis non meminisset ? Cur in Commentariis SS. Patrum per quinque priora Ecclesiæ secula omnes Novi Testamenti linee allegantur, cl optime concordant cum nostris Codicibus? Nonne tempore Axastasii exstabant innumeræ Novi Tcslamenli versiones? has vero omnes credere immutatas ab inviso ct imbelli Imperatore, insipientis est.

Thomas Hearxe, Anglus, indefesso labore edidit historias Livii cum innumeris lectionibus variantibus ; quæ autem stupiditas foret, inde concludere : erço interiit Livius ; ergo nescitur jam, quæ sint genuina ejus scripta? Victoris Chronico magnam hic lucem affert Cap. IV. Breviarii, quod est Liberati Diaconi æqualis Victori; unde colligitur, Imperatorem non voluisse authentica SS. Scripturarum immutare exemplaria, sed mutationem jam factam a Macedonio in uno versiculo Pauli : *qui apparuit in carne, justificatus est in spiritu,* solum decrevisse, ut tollatur.

Obj. III. Evangelistic complura referunt, quorum aut falsitasaut difficultas non stat cum divinitate Evangeliorum ; uti sunt apud Mattileum occisio Zachariæ ante adventum Christi, quæ tamen Joscpho teste prirnum contigit leraporc obsidionis JerosoD milanæ : apud cmndcin et Lucam maxima circa scalenam Chi i.ti discrepantia est: apud Marcum maledictio Christi in

ficum fructibus carentem, cum non erat tempus ficorum : apud Matuleum immissio dæmonum in gregem porcorum apud Gerasenos, qui non alebant porcos: apud Joannem aqua in vinum mutatio, dum couvivæjam prope inebriati essent.

Ita Voltaire in pestilenti Libro, *Dictionnaire Philosophique,* præsertim artic. *Christianisme.* Item Auctor detestandi operis, *Catéchisme de l'honnête homme,* Parisiis 1764.

Resp. Quid demum a callidis Incredulorum artibus tutum, utut divinum? Voltaire hæc sua venditat argumenta, sed quæ sunt impii Baylii. Venditet ergo tanquam sua Incredulorum uterque oraculum! At neuter vidit,quæ xiderunt post Hieronymum plerique omnes Interpretes, sermonem Christi spectare ad occisionem Zacharie ante Christi adventum, ct de quo jamdum in Libro II. Paralipomenon, capite XXIV. Quæ cæcitas iu viris, qui videri ambiunt oculatissimi ? Neuter ex etymo nominis perspexit, hunc Zachariani æquo jure ad idioma hebraicum vocari filium et Barachiæ et Joiadæ; quæ inscitia hominum doctissimorum, quales apud suos trahirent? De Christi Genealogia tricantur, idque post duodeviginti secula, quo toto tempore Judæorum taciturnitas et Christianorum omnium inconcussa fides quoad rei caput et summam consenserant, videlicet utrumque Evangelistani concordare; vel quod Jesum Christum negando esse filium naturalem Joseplii, clare innuant, a Davide, cui toties a Deo promissus fuerat, eum descendere per Mariani Matrem suam ex Tribu Juda et familia David progenitam, nuptamque Josepho cx eadem Tribu et Familia; vel quod stirpem utramque in Salathiel et Zorobabcl conjungant, ut Deiparæ patrem ex Salomoni' stemmate deducant. Quæ in his absurditas?

Ad ficulnea demum argumenta dilabuntur, et vinum in nuptiis, et diabolos in porcis exagitant : at studiose ignorant Increduli, quod in miraculis Christi non raro sensus historicus cum mystico, et typicus cum prophetico conjungatur. Erat arbor foliis dives, et pnecoquas saltem ficus ferre poterat juxta indolem telluris, uti rerum naturalium scriptores consignant: Christus tametsi certus, quod nullæ pendeant ficus, accessit tamen documenti causa contra Judæorum hypocrisin eruendi, in hos ceu folia duntaxat sive externam pietatis speciem exhibentes, intus autem vera pietate vacuos et fructuum bonorum operum steriles, illam feralem sententiam vibraturus. Regio Gerasenorum inde a Pompeio subdita fuit Gedarcnis gentilibus, quibuscum sub Herode plures Judæi vixerunt commixti; unde grex porcorum vel ad Gentiles, vel ad Judæos gentilium more viventes pertinuit, vel certe Judæis non fuit omnino prohibitum, negotiationis causa alere gregem porcorum. Demum quam imperite Voltaire ebrietatem confundit cum liberali usu vini, quem vox græca hic ct alibi (Geu. XLHL 34.) significat; tam maligne infert ex generali illius adagii, *omnis homo primum bonum vinum ponit,* enuntiatione, convivas jam tum fuisse ebrios; cum tamen reprehendatur sponsus, quod melioris notæ vinum necdum apposuerit; et tam impie Christo imputat suppeditatam ebrietatis occasionem, qui solum intenderat manifestaresuani potentiam, qua firmaret discipulorum fidem. Quot crimina in uno sensu impiorum?

Obj. IV. Libri Novi Testamenti multa coutinent Christo ceu Deo-Hominè

indiina; uti sunt tristitia, angor, injuriæ, tormenta, el mors probrosissima in cruce.

Iter. Si rite perpendantur ojrtnia, Christi gloria non eluxit splendidius, quam in ejus passione; et hanc obfuscarc ausiut increduli? Jesus moritur, «lolilalus, quia ipse voluit; el morte quam , uti prædixit, ita vehementer desideravit ipse. Agonizat Jesus in Oliveto, quo in agone dum hominem Miri similem agnoscimus, reseratur cœlnm, ct submissus ab allissimo angelus eum confortat contra naturæ rcluctanliam. Proditur a discipulo Jbgister non sine gloria, cum inde se prodat inimicorum politica timiditas, quam incusserant patrata in populo tot tantaque Christi miracula. Captivus duciturct vinculis adstringitur Jesus innocens, et confestim proditor sui ipsius condemnatione ac desperatione contestatur innocentiam Christi. 5odc integra ludibrio est cohorti militum , sed nocte eadem conjux Pilati anilla patitur propter Jesum. Pilatus cum condemnat, sed lotis manibus dut innocens a sanguine justi hujus. Suffigitur cnici, sed inter summa junimarum virtutum prodigia. In cruce emittit spiritum, sed inter stupenda miracula, quorum una et clara vox cum illa Centurionis pro vera Christi ilhiiiitate eloquebatur; atque inter ea ceu splendidissimum eminuit mortem insecuta Resurrectio, de qua Augustinus : « plus est, mortem vincere resuistndo, quam vitare vivendo ».

Obj. Γ. In Libris Novi Testamenti plurima referuntur dc Apostolis, quæ nine genus improbitatis sapiunt : Petrus neocon versos suis bonis omnibus spoliavit,quæ injustitia? Ananiam et Sapphiram morte repentina oppressit, japsævitia? Paulus summum Sacerdotem ceu parietem dealbatum tra-'nit, quædicacitas? penulam Troade relictam et a Timotheo afferendam curavit studiosissime, quæ tenacitas ? tandem eo collimabant studia Apostobruni, ut cx aliorum bonis ditescerent, et vclut orbis domini palatia ibi emerent, ubi quondam tuguria fuerunt. Ita *Catéchisme* jam citatus.

Resp. Vix dignum responso spermologum os viri impudentissimi : oblrni-&lur tamen, sed paucis. Convertible S. Petrus in suos usus illam pecuniam? wnuesua sponte conversi eam ofierebant? Num is, qui æs apud se dqpo-•lom custodit, bonorum alienorum appetitor est, raptor et prædo?'lle Inania et Sapphira quam non delirat insipiens Catechista? jam enim illorum mortem vocat miraculum, ac proin solius Dei opus; jam Petro ceu lidnus illam impingit; jam negat, id potuisse fieri a Deo, qui non sil liomi-•ia; jam vero imputat Deo] ita ut, quoties hujus memoria facti recurrit, torror percellatur Catechista. Scire cupit, quid sibi hæc po?na mortis velit? t non solum Augustinus, Chrysostomus, Basilius ct Hieronymus, sed perade<>Bcza docebunt, Ananiam fuisse reum simulationis, mendacii el -•-•rilcgii. Quæ blasphemia Calechisbc, Deum insimulare homicidii, dum flectit nocentes? Te. te Cafecliistam serius ocius vindicabit acerrime, quin qosinfinitæ bonitati decedat, cum qua stat justitia æque infinita.

Ph lus lœsæ majestatis sacræ reus agitur : sed Paulus ignorans, quis esset, dictum excusat ut primum monitus, quod sil summus Sacerdos. Illud de pentila moderatam nos docet, imo laudabilem providentiam circa corporis necessitates; et « quæcumquc in Scripturis levia cl pana videntur, non mintëeæc a Deo, quam creaturæ vilissimæ sint a conditorecœli el terne, »

ailS. Hieronymus. Quamvis enim non omnia in SS. Scripturis æque utilia sint; nihil tamen inutile in iis est, cum ct illa, quæ videntur inutilia,conducant vel ad commendandas perfectiones divinas, vel ad inlegrilalian. ornatum ct gratiam, vel ad ingenuitatem ac simplicitatem narrationis, quæ magna sunt adjumenta ct ornamenta veritatis. Domum edicito, Catechisla, quandonam ct ubi palatia exstruebant Apostoli, qui ad instar Ducis sui vix habeant, quo caput reclinarent? quandonam divitiis affluebant in omni vita sua pauperrimi ad exemplum et praescriptum Magistri? quandonam ccu Magnates terræ dominatum in homines aut affectarunt aut exercuerunt, omnibus omnia facti ct scr\i servorum?

Obj. VI. Tandem Canon SS. Librorum, non diffitcntibus Christianis, primum fuit confectus post scxaginta annos a Christi morte : quidam existimant, editum fuisse Adriano imperante circa annum centesimum decimum septimum æræ Christian® : Joaxxes Cl er ic is illum Novi Testamenti Canonem circa Seculum NHL a peritis quibusdam deceptoribus procusum atqueorbi fuisse obtrusum contendit. Ubinam antiquitas, authenlia, divinitas?

Le Cl er c, *BibHoth. Ancienne ct Moderne,* Tom. XXII. P. 11. A. L

Resp. Ridicula plane objectio, quæ Libros N. T. inccrtæ auctoritatis arguit ex eo, quod eorum collectio facta non fuerit, antequam scripti essent omnes Libri. Editi autem sunt diversis temporibus, prout sesc offerebat occasio ab anno XL.usque ad annum XCVH. æræ Christian®*; atstatim a sua editione cum eadem observantia servati, qua ante Canonis confectionem. Nonne ridiculum contendere, quod Libri posteriores Horatii vel Martialis non sint genuini, eo quod collectio omnium operum utriusquePoctæ non fuerit confecta, nisi mullis annis post editionem priorum operum? Imo teste Eusebio jam tum S. Joannes divinorum Librorum Canonem fecit, et perlatis jam in omnium ipsiusque Joannis notitiam tribus Esangeliis, ea et veritatem scriptorum suo testimonio confirmasse dicitur. Illud Cl er ic i deliramentum hisce exploditur : Canonem Ecclesiæ Catholicæ a Concilio Tridentino promulgatum PP. Tridcntini acceperunt a Concilio Florentino ; hoc a Concilio Romano sub Gelasio Papa; hic ab Augustino ; iste ab hinoccnlio L in epistola ad Emporium incinite Seculo V., itema Concilio Carthagincnsi 111. de annoCCCXCVII. a Synodo generali VI. approbato; ac tandem per traditionem continuam a temporibus Apostolorum hunc Canonem accepit Ecclesia, Apostoli a Christo vel a Spiritu sancto eumdem edocti. Hac vero Traditione Apostolica destitutus Cl er iccs omni destituitur auctoritate suorum Bibliorum contra incredulos evincenda.

$ III. Corollaria.

Nituntur itaque adducta pro authentia ct theopneustia utriusque V. ac N. Testamenti momenta et testimonia quasi congenitis veritatibus ejusmodi: non omnes insaniunt homines; in fraudem uno omnes ore consentire non possunt ; non sunt omnes mendaces in uno seculo, et sinceri in altero; nec universum genus humanum conspirat ad decipiendum aliquem; nec aliquis loti generi humano illudere potest. Sphalmata item anlilogica, geographia, genealogiea. elliptica ut uijuscumquenomiriis (quæSS. Sci i pluris exprobrant

reuvitia Increduli) dudum apud Patres primorum secutorum complanata deprehendes ; el abunde suppeditant hodie eruditissimi interpretes, cumprimis iero nostrum hic Magisterium SS. Scripturarum. Malim ego, et boni (innes inccum, sequi in SS. Scripturarum veneratione Doctored maximos Hieiwxymcm ct Avclstixcm, quam vesanos Theistas: « mulla dicuntur in Scripturis, quæ videntur incredibilia, el tamen vera sunt; neque enim valet natura contra naluræ dominum.....omnia, quæ illis continentur, vel dc Jesu Christo dicta sunt, vel propter illum ; quasque figuris involuta sunt, si quaedam velul sub uno aspectu quasi contexta ponantur, ila conjungunt in contestatione Christi voces suas, ut ciijusvis oblusi surditas erubescat... sanclæ Scripture non temerarios el superbos accusatores, sed piosct diligentes lectores desiderant. »

Epist. ad Vitalem... Libro XII. contra Faustum... Libro contra Adimaut.

SECTIO 111.

RELIGIO CHRISTIANA SPLENDIDISSIMIS UBIQUÈ MIRACULIS CONFIRMATA.

§ 1. PR.EC0GN1TA.

I. Si veritatis præcories doctrinam, quam vel in Libris divinis revelatam, i lsibi a Deo inspirante communicatam annuntiant, prodigiis consignent ; certum est. quod et ipsi sint legati divini, et ipsorum doctrina vere divina. Xam solus Deus operari potest vera Miraôula, el doctrinam, quam vult credi dninani, munire debet sigillo, quod sit pariter a solo Deo; cujusmodi autem a n est, nisi sigillum supcmalurale ac miraculosiim, quo sive doctrina, sive missio illius, qui doctrinam promulgat, firmatur ceu vere divina. Impossibile, Deum verum ct infinite veracem aut sua auctoritate fulcire falsitatem; mt assequi non posse, quod intendit per Miracula, ut vera doctrina a falsa discernatur; aut a Deo abripi homines in errorem ineluctabilem. Id quod aourne indubitatum pro casu, quo publica interpellatione invocatur Deus, ut ostendat sui Legati missionem divinam, et doctrinæ a se revelate veritatem.

Hujusmodi casus exstant Exodi VII. 12. 20. 22... VIII. 6. 7. 17. 18. Et in IdibusApost. G. XIX. 11. 17.

Est ergo hoc argumenti genus alliori indagine dignissimum, præserlim nm Pradesils obstupescente orbe Catholico non ita pridem defender)I, omnes morborum curationes a Christo peractas, si spectentur seorsim a prophetiis, iqoivoca esse Miracula : aut nisi cæ curationes confirmentur per anastases mortuorum, similes esse iis, quas fecit Æsculapius. Voltaire autem, Tolaam? ct Pompoxatiis cum Spinozislis, Naturalisas et quibusvis aliis hujus .eneris Philosophastri? quævis facile Miracula ceu inania ct ridicula exploitant.

fit*

,T.; ?

Pradesh s in Thesibus Publicis de anno 1751. 18. Novcmb. Contra quern vidc *Lettres à ΓAuteur du Traité des Miracles,* 1767, Voltaire in *Dictionnaire Philosoph.* verbo *Miracles...*

II. Dc Prodigiis Veteris Testamenti cumprimis a Mose patratis abunde dictum, ubi de Lege Mosaica. Dc Miraculis .Novi Testamenti, quæ primum Jesus Christus, tum Apostuli et primi Ecclesiæ Sancti patrarunt, pracipua hic disceptatio est. Erant quippe Miracula testimonium veritatis plane necessarium, usque dum prophetiæ implerentur. Prædictum namque, quod Messias sit conversurus gentes; atqui fieri possit hæc conversio, nisi per Miracula ceu complementum illius Prophetiæ? Priusquam ergo Christus moreretur et resurgeret. ficretque gentium conversio, necdum impleta emit omnia; proin toto hoc tempore fuit necessitas Miraculorum; et apud Judieœ, ut Messiam, quem exspectabant, in Jesu Christo certissime recognoscerent; ct apud gentiles, ut iis testatum faciant, quod Apostoli et præcones Evangdii loquantur Dei nomine. Posthac vero non item, cum prophetiæ implelæ Miraculum sint subsistens, el satis jam cognita est falli nescia auctoritas Ecclesiæ, in cujus judicio fideles secure acquiescunt.

Sunt vero Miracula a Christo ct Apostolis patrata quam multa, tam veni el splendida, quæ dum referuntur a Scriptoribus sacris, merentur omnem fidem : plcrique enim fuerunt testes dc visu, alii ex certis relationibus testium dc visu eadem acceperunt; neu deerat aut voluntas aut dexteritas.ab eventibus naturæ Miracula discernendi. Scriptorum autem sinceritas vel exinde liquet, quod referant miracula Christi ct Apostolorum non in tenebris ignoranliæ facta, sedeo tempore, quo ilorenlissimæ erant scientiæ;non clam, sed palam; non coram iis. qui jam erant fideles, sed coram incredulis ct obstinatisJudæis, irrisoribus au hostibus doctrina? Christi; coram iis,qui artes fallendi omnes apprime callebant ; et quis Christi ac Apostolorum versutias detexisset facilius, quam Indas? Veium ncc infensissimi hostes (Celsus, Porphyrins, Judæi, Gentiles et Apostate) ausi negare Miracula, sed in omnes se partes torquebant, jam diabolo ea adseribentes, jam Christum peccatorem blasphemantes indignum virtute thaumaturge, jam nescio quas artes iu iis fabricandis prælcventes; quorum impietatem vel sola confessioJudæ./«· *cavi tradendo sanguinem justum,* valide constringit.

Nostrum ergo in re tanti momenti studium esto pnccipuuni, genuinam Miraculi notionem dare, veri a falso discrimen statuere, ct Miraculorum tam cxisteiitiam, quam vim et efficaciam evincere pro veritate Christiana non infringendam.

§ 11. ΤΙΙΕ.ΜΑΓΛ. . .

I. *Miraculum est opus sensibile, notum ac bene testatum, eplod in se el in adjunctis suis consideratum, omnes naturæ tam corporea·, (piam incorporât rires transcendit, factum ad invocationem Dei appellati in testem veritatis, (pue ceu divina annuntiatur.*

Probatio. Miraculim, quod sit effectus sensibilis, rite distinguitur abeflectibus gratiæ invisibilis, qui tametsi verissimi sint, tamen vim testimonii non habent : quod sit opus notum ac bene testatum, differt a Miraculis duntaxat piivalL·, qu.e ullcrion probatione indigent : quod omne.- lotia

nalunn vires superet,excludit causam naturalem,- et a miris naturæ decernitur: <|iiud invocationem Dei ceu necessariam involvat, hominis impotentiam elDci preces hominis sigillo divino confirmantis omnipotentiam exprimit : quod de veritate a Deo veniente additur, principalis scopus est Miraculi ; quo ecu firmissimo argumento veritas Religionis Kevelatæ stabiliatur.

Si effectus Miraculosus in se spectatus nullis unquam naturæ viribus produci valeat, dicitur Miraculum quoad substantiam : si vero secundum se spectatus naturæ quidem vires non excedat, quoad modum tamen et ordinem faciendi (vehit subita morbi gravissimi depulsio) Miraculum dicitur quoad modum ; si is effectus præslalur a Deo, qui a natura saltem in tali datu præstari nequeat (uti productio vitæ in mortuo) dicitur Miraculum supra naturam : si eo modo producitur a Deo, quo nequit a natura procedende. g. sanatio Naamani in Jordane) Miraculum dicitur præter naturam : si remanente in effectu dispositione contraria, illum tamen efficit Deus (uti ul stationem vel retrogression Solis) Miraculum contra naturam appellari solet.

Cum autem quodvis veri nominis Mir a c u l u m nulla ex parte repugnet; Dei item perfectio el potentia sit infinita, nec actioni causarum secundarum alligata, nec illarum ordini subjecta, nec ab iis in agendo dependens, potens autem pro suo absoluto in omnia creata dominio illum ordinem iinniutarc, suspendere, interrumpere, ct effectus ab eodem indépendantes producere; quis sanæ et probæ mentis ambigat, Miracula effici posse?

II. *Existant descripta hactenus Miracula, præserlim Christi et Apostolorum.*

Pr o bat io. Pleni sunt libri vere divini N. T. summis Christi ct Apostolorum prodigiis, queis omnigenæ infirmitatis curatio solo verbo effecta, morbi sine numero et in momento temporis depulsi, surdis audiendi, mutis loquendi et cæcis videndi facultas subito reddita, panis iterato multiplicatus, sedatum uno verbo furibundum mare, idem sub calcante pede solidatum, frigida jam cadavera ad vitam revocata fuerunt; et quidem publice coram amicis et inimicis, in Galilæa, in Judæa, ac prope in universo orbe; et quæ conscripta sunt a testibus coævis aliis de visu, Ma t t hæ o cl Jo anx e, aliis de rerto auditu, Ma r co et Lu c a, quorum libri primo jam Christi ævo prodierunt. tunc jam citati et a SS. Patribus et ab Ethnicis illorum impugnatoribus ; a testibus veracibus, qui nihil commodi ex falsa relatione percepturi essent, imo e\ vera narratione mali plurimum ipsamque mortem retulerunt; a testibus publicis, qui llierosolymæ, Athenis el Ilomm, mediis in urbibus, in coetibus Sapicntum,ct coram Magistralibus ea prœdicarunl ; a testibus invidis, quorum sapientiae cessit tandem potentiomm in terris ingeniorum pervicacia, ncc cessit nisi convicta doctrinae ac Miraculorum summa vi et auctoritate, uti de Ignatio, Polycarpo, Justino, Jrena*o, Athenagora, Origene, Cypriano ct aliis certum, qui ante suam ad Christum conversionem in Paganismo eminuerunt ; a testibus, quorum integritas et auctoritas ipsorum hostium fidem merebatur, ex Judicis Jo s e ph i, qui Jesum vocat mirabilium operum effectorem, et veterum Talmudistarum, cv Paganis Po r pr t r u qai Christum per sua Miracula dicit hominem pium ct immortalem factum, Ic l u m, qui asseverat, Jesum sanasse cæcos et claudos, et dæmone correptos

Celsi in Christo agnoscentis hominem, qui naturæ leges inverteret, et Deos ipsos cogeret, ut aiebat Porphyrins, Tiberii, qui auditis Christi per Syriam Miraculis Christum Diis accensori voluit, Adriahi et Severi, qui prop!crea templa Christo destinaverant; denique a testibus, quorum scripta ad nos integra et pura pervenerunt, *cum nullum depravationis vestigium deprehendi, et vel auctor vel tempus vel ratio factæ depravationis nulla proferri* possit; et Deo sic *ordinante ad confirmandam Miraculorum fidem ne unus* quidem eorum, qui a suscepto Christianismo defecerunt (vel ad primævam superstitionem reversi, ut Simon Magus, vel ad errores ac hæreses doctrinæ Apostolicæ oppositas conversi, ut Ebion, Cerinthus et Nicolaitæ) adversus Christi et Apostolorum Miracula reclamaverit.

Dixit Christus Apostolis : *Infirmos curate, mortuos suscitate, leprosos mundate, dæmones ejicite.* Matth. X. 8. Fatentur Judaei : *Notum signum factum est per eos, omnibus habitantibus Jerusalem; manifestum est, et non possumus negare.* Aer. IV. 16. Confitentur etiam Principes Sacerdotum : *Carcerem quidem invenimus clausum... aperientes autem, neminem invenimus. Act.* V. 23. His adde Act. IX. 40. Act. V. 3.11.38. Act. XIII. 8. ut mirum non sit, auctam esse continuo credentium multitudinem, quin multam Sacerdotum turbam obedinsse Evangelio. Act. V. 7. 16.

III. *Vera Miracula a falsis discernendi Regula, quam dedit Moses pro* Γ. *T. et Christus pro* .V. *T., quando nempe Miraculum abducit vel a Deo ad idololatriam, vel a Christo ad sectas falsas, certissima est.*

PnouATio. Falsa est Religio omnis, quæ non adorat, quæ non amat unum ac verum Deum, et unigenitum Dei Filium Jesum Christum, quippe deficiens quoad prima et primaria fidei morumque præeepta. Ergo et Miracula, quæ falsa Religio præiexit, falsa sunt, cum vera Miracula, quæ Dens æterna veritas facit solus, nonnisi testimonia veritatis sigillaque divinæ Religionis esse possint. Vera proin ct divina indubie fuerunt uti Mosis, ita multo magis Christi et Apostolorum Miracula, utpote ad unius Dei gloriam, ad solidæ pietatis imperium, ad subversionem regni diabolici tendentia; contraquæ Inferorum portæ universas mundi et tenebrarum potestates armaverunt; el quæ demum si non Deum, sed Dei hostem Diabolum haberent auctorem, nullum esset aut unquam fuisset medium discernendi veram a falsa Religione, quod bonitati, sapientiæac providentiae divinæ omnino repugnat.

Vide Delt. XIII. J. 2. 3. Marc. IX. 38.

Nec est, quod juste aut metuat Moshemils, ne hæc discernendi Regula rudibus sit difficillima, eo quod similia veris falsa eliam Miracula Deus permiserit ac permittat pro errore; aut oeconomiam divinam arguat ob relictam in ipsis etiam Miraculis obscuritatem , penitus dissipandam, si nullius omnino generis Miracula in confirmationem erroris Deus permitteret. *Non enim cogitationes rnece cogitationes vestra?, neque vias vestræ riæ meæ, dicit Dominus,* apud Isaiam. Attamen tam evidentibus veritatis divinæ sigillis communivit veram Religionem Deus, ut in eo,qui rem mature ponderat, dubium saltem prudens excludat omne; et Miracula Mosis ac Prophetarum, Christi et Apostolorum rite comparata cum signis Magorum facile quivis internoscat majora ac splendidiora.

Qui omnimodam circa Religionem expostulat evidentiam, audiat Pascha* toi, quem quidem Voltaire omnium minimo sustinet adversarium, a se dudiiin (quod miilloties promiserat) confutandum, at necdum confutatum : «Satis est luminis pro iis , qui videro, cupiunt, et salis tenebrarum pro iis, qui aliter dispositi sunt : satis claritatis, ut illuminentur electi, ct salis obscuritatis, ut reprobi excæcentur, et satis luminis , ut inexcusabiles sint et condemnentur». Ita Paschal 18. *Pensées sur la Religion.*

IV. Fero *Miracula veræ Religionis demonstratio sunt divinissima.*

Probatio. Ex unanimi omnium sensu potestas Miraculorum soli Deo propria est ceu causæ principali : Deus ex notione Miraculi invocatus testis veritatis ceu divinæ mirabilibus operibus loquitur, ut ait S. Augustinus, nempe dum continuo claudus libere ambulat, surdus audit, mutus loquitur, fircus videt, mortuus ad vitam redit. Est ergo Miraculum Dei loquela, quæ naturae Domini loquentis majestate et doctos et indoctos monet, atque ad oculos animumque pertingit; sed rebelles instar Pharaonis indurat, dociles instar Constantini M. perducit ad salutem : est testimonium Dei , cujus infinitae voracitati, bonitati, sapientiae ac providentia? evidentissime repugnat, loqui et'testari per Miracula, nisi pro veritate; ut ne hominem Deus ipse determinet invincibiliter ad errorem per medium ex natura sua determinatum, ut sit sigillum ct testimonium veritatis^ac divinitatis. Atque inde est, quod Deus in Veteri, Christus, Apostoli et apologelæ Religionis Christiano? in Novo Testamento usi sint argumento Miraculorum; et quotquot vel Mosi crediderunt, vel Christo nomen dederunt, ac proinde orbis propemodum universus in hujus argumenti robur invidissimum consenserit. Inde est, quod suam Judæis incredulitatem Christus exprobraverit tanquam inexcusabilem, eo quod viderint Miracula Christi, el nihilominus suam Christo divinitatem abnegaverint; judicavit ergo Christus, veris Miraculis inesse iim demonstrandi et suam et suæ doctrinæ veritatem ac divinitatem, verisimeque dixit æterna veritas : s? *opera non fecissem in eis, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent.* Joann. XV. 24.

Quapropter tametsi solæ dc Christo prophetiae aliavccx V. T. argumenta pro adventu Messiae, hunc esse Messiam invicte non probarent; quin et doctrina Christi Nicodcmo videri posset difficilis, obscura, atque ex eo specta, quod Pharisæorum traditiones destrueret; tamen ad eximiam lucem illam ct majestatem tot tantorumque signorum, quæ fecit Jesus, ut reteris Testamenti dc sc elogia illustraret, ut adimpleret vaticinia, ut doctrinam el missionem suam ceu vere divinam comprobaret; fugata procul omnis obscuritas, sublata difficultas el dissipata suspicio est. Itaque si hoc Deus debet hominibus, ut ne in errorem cos inducat, quod certe fieret, si Xiracula æque pro falsitate ac pro veritate doctrinæ militarent : hoc debent homines Deo, ut quam Miraculis (quæ nemo alius facere potest) insignitam instituit, omnes recipiant ac tueantur ecu veram vereque divinam Religionem.

OW. /. Miraculum antehac descriptum, est omnino impossibile ceu illud, qw! fieri dicitur contra nathram. cujus leges sunt immutabiles, ct contra

quas fieri quidquam posse, ipse negat Augustinus. Ad hæc si Miraculum excedere debet vires naluræ, quis scit, quousque seillæ extendant? Demum Deus jamdum ab initio præverlit omnem mundi imperfectionem, ut nulla deinceps mutatio per Miraculum esset necessaria; siquidem haud deceat divinam omnipotentiam, non posse assequi suum finem per leges natura; et opus quodvis miraculosum reipsa eflectus linitus est.

Ita Spinoza, Tract. Theol. polit, c. G. Voltaire, *Dictionnaire Philos,* art. *Miracles.* Bayle ct Increduli fere omnes proterve in rem suam citantes Augustinum de Genesi ad litteram L. VI. C. 13.

Resp. Ubinam Deus statuit, nunquam sc acturum supra leges et vires naturae, aut ex supremo absohitissimoque dominio? Numquid praevidit Deus uti minimos eventus et minimas horum circumstantias, ita necessitatem Miraculi in iis, quæ solis naluræ viribus haud fieri possent? et omnipotenti® decedat quidquam, si ex sapientissimo fine aut non omne id agat, quodagere cum possit, agere non vull; aut leges naluræ, quas libere tulit, aliquando suspendat vel infringat, opera mutans, ut ait Augustinos, consilia non mutans; idque ob regnum gratiae, cui omnia inferiora Deus voluit ancillari? aSicergo instituit, docet Angelicus, naluræ cursum, ut tamen praeordinaretur in æterna sua voluntate, quod praetercursum istum quandoque facturus erat, l Et Hipponensis : « quomodo est enim contra naturam, quod Dei iit voluntate, cum voluntas tanti ubique conditoris condilæ rei cujusque natura sil? portentum ergo fit non contra naturam, sed contra quam est nota natura:» ac si dicat, non est contra ordinem naluræ in principio spectatum, quod est decretum Dei immutabile; non est contra leges naluræ generales et fundatas in ipsa rerum essentia, quæ sunt prima principia per se nota; non est contra leges etiam particulares respectu Dei, cui ceu auctori suo perfecte subjacent, sed respectu nostri, qui eas leges aut suspendi aut immutari aut superari cum admiratione suspicimus.

Esto, Miraculum effectus sit in se finitus, ut vita mortuo reddita; at omnes causarum secundarum vires superat, et sine illarum interventu producitur; requirit ergo potentiam supremam et infinitam ab omni alia causa independentem et nullis terminis circumscriptam. Nonne mundus etiam et humo entia sunt finita, quin a causa finita esse possint? Demum in casu, quoad Dei invocationem reipsa eflectus ponitur natura superior, æque perlinet ad Providentiam divinam, nos ab errore immunes præstare, sive cognitas sive incognitas etiam naluræ vires is superet, cum si cætera adsint, secundum communem hominum æslimationem nihil determinet Providentiam, ul testimonium suum potius affigat operi incognitas etiam natura; vires, quam duulaxat cognitas, omnium judicio excedenti.

ItaS. Aug. L. XXI. de Civ. c. 8.1). Thomas Q. VI. de Miraculis, ait. 1.

Obj. II. Ordo rerum naturalis probatur perpetuo experimento, ae proinde pro hoc ordine contra Miraculum (quod est contra aut supra naturamj stat præsumplio, ita ut, si testimonium de patrato non sil ejusmodi, ut majus foret Miraculum. si falleret testimonium, prorsus nullam fidem Miraculum mereatur. Miracula Christi et Apostolorum coram paucis et indoctis patrata, et ad alios rumore vulgi perlata sunt, sed popello rudi in his non fidendum; aut quot demum testes necessarii sunt ad verum Miraculum? aut cui bono

I $intMiracula, si ipsa quoque probanda sint? Tandem multitudo testium ipsa pnqudicat veritati Miraculorum : nam si horum testium phires (ut I mlum non semel) ad aliam Religionem transeant, hoc ipso Miraculorum, uti Religionis quam deserunt, falsitatem profitentur.

Ila Rousseau, *Emile* P. 111. pag. 101. Illmius in Libro : *Philosophischc Ytrsuch von den H umleriv.* X. p. 254-277.

Resp. Nœniæ incredulorum ! Non fit testimonium contra testimonium in rasa Miraculi, prout Humjus contendit, nam 1°. ordo naluræ non testatur, omnia in imuido fieri juxta leges naluræ, ct nihil fieri posse supra leges naluræ; sed abstrahit ab utroque : 2°. testimonium plurium fide dignorum I italis probatio est facti Miraculi, nisi obstet testificatio contraria aliorum itidem probatorum testium .: 3°. ni valeant prædicta; ergo quidquid vel ego vel alius mihi notus non fuerit expertus ipse, incredibile erit, omniaque recens inventa ac excogitata falsitalis argui poterunt, quia antehac incognita: 1°. reipsa ingens prodigium foret, si Miracula in Scripturis relata genuina non essent; tum quia impossibile non est Miraculum, sed incredibile, Deum suæ doctrinae unice veræ et vere salvificæ sigillum quoddam divinitatis imprimere non posse; tum quia reipsa sine Miraculo ea fieri non poterant, quæ sacra Scriptura enarrat ; tum quia facta esse per Miraculum, lot tantique testes, astutia et furor hostium incassum ca infestans, lux publici testimonii, ct rei ipsius summa gravitas evincunt.

Altera æque indigna viro cavillatio est ; et quia ex locis communibus, qui sibic probarent quicquam, nihil plane valeret ullum seu testimonium sen experimentum humanum, cum horum rarissima sint exempla, quæ non indigeant nova probatione; et quia factis apertissimis ac testatissimis ea advor-

<ilin·, prout exhibet Thema 11. Demum quam vile ac lepidum tertium illud Hcmii experimentum ! Num ignorat, præter Judaicam et Christianam Reli-.'ionem proferri nullam posse, quæ per Miracula sit introducta? sola Ethni- iiiiu, Mahumetanorum aut Haereticorum præjudicia de veritate suæscclæ adversus realc ac probatum testimonium Hagiographorum æque parum 'alere, ac incredulorum machinas contra quodvis Christi et Apostolorum Miraculum? plus valere auctoritatem paucorum etiam testium de visu ac quidem hostium veritatis per Miracula confirmatae, quam milliones testium nulla experientia instructorum? reipsa hostium veritatis Christianæ (qui quit Judæi, Gentiles et Mahumelani) testimonia de Miraculis Christianorum non everti per sua de propriae sectæ veritate præjudicia? Nam tametsi hæc ipsi Miracula impugnent veluti sigilla Religionis unice veræ et salvificæ ; vere limen patrata esse, non diffitentur; id quod requiritur ac sufficit ad rationem testimonii, cum ad istam nihil faciat illud aut praejudicium, aut opinamenlum mere humanum de propriis sectis.

Obj. III. Verum ad quid probatio vcræ Religionis per Miracula, cum ct Magi in .-Egypte sua Mosi opposuerint pro falsa Religione, ac Deus ipse jubeat divinitatem Miraculorum probare ex doctrina, in cujus probationem ea fiunt, quod sine vitio circuli intelligi non potest.

Ita Rousseau, *Emile,* citans Deuteronomii c. XIII.

Resp. 1°. Tametsi concedatur, quod quidem falsissimum est, posse a Deo tribui diabolo virtutem vere thaumaturgam, tamen certum, quod sine nostra

culpa iis non simus decipiendi, nisi fors aecorum more, et sine ullo crilerio iisdem assentiremur juxta illud 2. Thessal. II. 9. *cujus est adventus fecundum operationem Satante in omni virtute et signis et prodigiis mendacibus;* cui deceptioni in paribus circumstantiis etiam patet Religio Naturalis, juxta illud Row. I. 18. *revelatur enim ira Dei de coelo super omnem impietatem et injustitiam eorum, qui veritatem Dei in injustitia detinent.*

2°. Magi .-Egyptii vera Miracula non patrarunt, sed mirabilia virtute quadam naturali ad quamdam illorum Mosis similitudinem, ita ut illorum vanitatem ex prodigiis Mosaicis cuncti piæsentes possent colligere; neque jussu Dei ut Moses, in quo lapsus est Rousseau.

3°. Discernendum est inter doctrinam jam propalatam ct admissam ceu vere divinam, ac inter doctrinam, quæ tanquam divina primum venditatur; hæc si priori contradicat (e. g. Idola ad ferendam opem imploranda esse) praetenso licet prodigio firmata, ex ipsamet hac contradictione prodigii falsitas manifestatur. Atque hic est casus, quo innuunt sacra? paginæ, miracula ut sint vera, ex doctrina probanda esse. En ! quam prudens hæc noma veritatis. Swit w

Hic recole C. XIII. Deuteronomii... 1. Corinth. XII. 2... 1. Joann. IV. 1-3.

Si posterior non contradicat priori doctrinae (e. g. Jesum Christum esse Redemptorem generis humani) illa pariter, ut hæc, poterat esse vera ct divina ; sed unde hoc certo rescias? juxta sententiam Nicodemi ex miraculo eamdem confirmante : *scimus, quia a Deo 'venisti Magister ; nemo enim potest hæc signa facere, quæ tu facis, nisi fuerit Deus cum co.* Joann. III. 2. Non ergo vitiosus hic circulus est, ubi doctrinæ veritas probatur per Miracula; sed potius desideratur circulus ad Q. E. D. in hac Rousseauvu demonstratione.

Obj. IV. Ethnici seu idololatræ jure occiderunt Apostolos, ignotum sibi Deum et Evangelium annuntiantes: siquidem ubi Dei et divinæ'doctrinae veritas ex miraculis cognoscenda proponebatur, Miraculis Miracula ii facile opponerent, quin solide quicquam oggeri posset ab Apostolis.

Ita Rousseau, *Emile,* inde concludens : ergo rationi credendum magis quam Miraculis.

Resp. Oculos habet, nec tamen videt Rousseau, quantum uIrirfque discrimen intercedat : 1°. Ex eo, quod Christi et Apostolorum quaedam Miracula fuerint indubie divina, videlicet Christi Resurrectio, morborum subita curatio vel ex umbra Apostolorum, quo in genere Miraculi a nullo deceptore imitabilis neque necessaria fuit norma probandi Miracula ex doctrina, duntaxat necessaria pro casu dubii de veritate prodigii. 2°. Quod sacra Scriptura, ubi illam probandi normam statuit, praemittat cen doctrinam indubitatam, omnem idololatriam esse falsam atque impiam , contra ac Ethnici præsupponant; si vero idipsum ex errore conscientia? de vera Religione Ethnici pnémitterent, qui subsistet Rousseauvu assertio, quod iis nihil solidi postfl opponi? Videtur hic data opera prætermississe Rousseau, quod eodem argumento ex Cap. XIII. Deuteronomii Ethnici adversus Christum et Apostolos abuti potuerint; verum irrito pariter conatu : nam Christus et Apostoli non venerunt solvere et abjicere (ul idololatræ) sed perficere SS. Scripturarum doctrinam : profitebantur Religionem suorum Majorum et fidem omnium,

qua divino Codice continebantur; id solum contendebant, Jesum esse Messin Judæis promissum, id quod longissime aberat ab inducenda idololatria, cum hoc potius dogma Judæorum capitale fuerit, venturum esse Messiam, quem esse Jesum Christum, Christus et Apostoli ex vaticiniis demonstrarunt : indeque nunquam Judæi Miracula Christi aut denegarunt, aut impugnarunt proplerea, quod suæ doctrinæ contradicerent.

Demum sequela Rousseauviana (quod rationi potius, quam Miraculis sit deferendum) si ex Deuteronomii Cap. XIII. contra Christi et Apostolorum Miracula deducitur, vana : si ex cerebello Rousseauvu promanat, fatua est, elseu erronis seu impostoris miserum apophthegma.

Confer hic Joann. XVI. 23... Matlh. V. 17... Act. Apost. XXIV. -15... Rom.l. i...

Obj. Γ. Innuit Christus ipse, patrari posse Miracula a peccatoribus, quos teu operarios iniquitatis nunquam se nosse, enuntiat. Mullis ipse locis recusivit operari prodigia, rejiciens cum indignatione eos, qui cupiebant videre agnum. Passim autem dc Miraculis, quæ patraverat, secretum commendavit; non ergo per Miracula suam voluit divulgari Religionem.

Resp. Cum Angelico, 1° posse fieri Miracula ab impiis et hæreticis, non Lunen in confirmationem erroris, sed veritatis, cujus homines etiam mali possunt esse testes : « nam et Saül et Balaam et Caiphas prophetaverunt », iit S.Hieronymus) : non item a dæmonibus, «quorum tota voluntas ad malam est ». 2°. Non placuit divinæ Sapientiæ, coram Pharisæis, Nazarethanis it Herode, utpole superbis, male curiosis et obstinate incredulis sua prodiere Miracula; hoc sane nihil criminationis habet. Herodi in liberationem Christi propenso signum Christus denegavit, quia mori pro nobis decreverat. >Vn induisit Pharisæis signum coeleste, quia testatissima in terris facta prodigia neglexerant. Nazarelhanos, propinquos etiam et cognatos suos Miracnlis indignos censuit, scilicet illos, de quibus Joannes : Aon *credebant in aim;* et Marcus energia hebraica : xVon *poterat ibi virtutem ullam facere;* ob voluntariam cæcitatem, incredulitatem atque obstinationem. Qui, si male de Christo sentiebant, eum quasi furiosum traducentes, aliorum Christi fratrum Simonis, Josephi, Judæet Jacobi sensa longe sublimiora erant. Attamen nec illos omni prorsus Miraculo destituit, infirmis quamvis non ita mullis per manuum impositionem ibidem curatis. 3°. Christus quam multa, tam illustria Miracula patravit coram ingenti testium multitudine in Synagogis, in amplissimis civitatibus : ex his Miraculis' Pharisæos et Pontifices arguit Christus: inexcusabiles pronuntiat Judæos ob visa tot Miracula : ipsi hostes Christi multitudinem signorum pro causa mortis allegant, et vel in cruce [indenti exprobant : *alios salvos fecit.*

Quid ex his colligis, incredule? quod passim mentiarisct passim calliraniens. Passim sua edidit Miracula Christus, ut palam commonstraret Imn «nani, tum suæ doctrinæ divinitatem : si vero ad quædam miracula secretum commendavit, id factum ad declinandam initio suæ praedicationis invidiam hostium, in exemplum modeslire, ad demonstrandam velut per gradus suam missionem divinam, et quæ sunt causæ hujusmodi peculiares Konomiæ Evangelicæ.

Vide Matth. VII. 22. Marc. III. 21. Joann. VII. *i.* Mare. VI. fi. 6. Juann. V.

Obj. VI. Si tanta vis est Miraculorum; eccur non dicitur, credite Miraculis; sed credite Ecclesiæ? Eccur tam paucis se Deus manifestat per signa et prodigia? Eccur permittit Deus pseudo-chrislos et pseudo-prophetas illorumque signa et portenta ad seducendos, si fieri posset, etiam electos?

Resp. Secundum exactitudinem theologicam nec Ecclesiæ credimus, nec Miraculis, sed Deo, cujus locutionem Miracula reddunt evidenter credibilem, et Ecclesia proponit credendam propter Deum. Assentiri autem evidentiæ credibili latis, praecepto haud ita indiget, uti obsequium circa credenda præstandum Ecclesiæ. Deus mirabilia operatur ad excitandam nostram fidem, ut quo major et illustrior est certitudo cognitionis, eo ardentius sil obsequium mentis. Si Deus ubique et semper et omnibus via tam extraordinaria sese manifestaret, vix meritum esset fidei : si nusquam et nulli, ni ulla foret fides. Quod veris sæpe Miraculis non credatur, et falsis credatur, ntrinque defectus est charitatis : *non creditis,* ait Christus ad Judæos, *quia non estis ex ovibus meis;* item, *eo quod charitatem veritatis non receperunt, ut salvi fierent, ideo mittet eis Deus operationem erroris, ut credant mendacio.* Deus vero tollere hunc defectum in videntibus cæcutirc ac obstinate incredulis non tenetur, quia nulla consecutio est: dantur Miracula falsa pseudoprophetarum et pseudo christorum , ergo nulla dantur vera; cum inde potius eruatur oppositum, quod non dentur falsa, nisi quia dantur vera Miracula; sicut nec falsa· Religiones ac Revelationes, nisi quia dantur vera». Nulla item consecutio est : fieri possunt Miracula falsa, ergo vera a falsis nequeunt discerni; cum nunquam permittatur portentum pro errore, ut majus prodigium pro veritate non operetur Deus, simulque praedicat signa faka et mendacia, ne fidem inveniant: praeterquam quod multa Miracula Prophetarum oraculis praenuntiata effectus habuerint illustrissimos, eversionem idololatriæ et gentium conversionem. Adde, quod voces hebraicæ oM et mophet, quibus exprimuntur signa et portenta psendo-prophetarum, generarim designent novi quid ac mirabile, et pro vero Miraculo haud decidant.

Obj. VII. Dens dicitur lentare nos (Dent. XIII.) scilicet prodigiis, quæ in errorem inducant; atque hinc est, quod Hæretici etiam *et* Pagani sua jactitent prodigia, ct signa magna patraturus sil Antiiriistus. Nullaergo .Miracula merentur fidem tanquam sigilla vera ac divinæ doctrinæ.

Resp. Dens lentare nos dicitur, quod prolabendi in errorem subministret occasiones, quæ tamen nullam imponant necessitatem. Si vero in errorem Deus homines induceret, necessitati illos subjiceret sequendi falsum; id quod repugnat infimtæ sanctitati, bonitati et juslitiæ. Quod autem in dubio vera Miracula discernant inter populum et populurn, inter Judaeum, ct Gentilem, inter Judæum et Christianum, inter Catholicum et Hæreticum; patet ex omnibus certaminibus pro veritate adversus errorem, videlicet Abolis contra Cainum. Mosis contra Magos Pharaonis, Eliae contra pseudo-prophetas, Jesu Christi contra Pharisæos, S. Pauli contra Barjesu, Apostolorum contra Exorcistas, Christianorum contra Paganos, Orthodoxorum contra Hétérodoxes, ac tandem Eliæ et Enochi contra Antichristum ; semper vi Miracula-

ruiu.'plcudidissimoriiin (quæ Denset nemo alius facit) praevalente pro verilale. Inter Christum vero ct Antichristum ac utriusque prodigia quantum, proh!intervallum? Christus contra Deum aut Mosen aut Prophetas loculus nunquam est : Antichristus et pseudo-prophetæ ab utroque Testamento praedicti palam loquantur adversus Deum et Christum; poterat autem Deus aperto hosti permittere signa el portenta citra periculum erroris. Christum Moses praedixerat, praecipiens sequi Christum : Antichristum praedixit Christas, sed prohibens sequi illum : Miracula Christi non sunt praedicta ab Aiilicliiisto, sed hujus portenta ab illo, quæ proin neminem sanæ mentis pervertent, utpotc praedicta ceu falsa et mendacia signa.

Verbo: inservierunt Miracula Ecclesiæ institutioni, et deservient ejusdem ronservalioui usque ad Antichristum, ita ut pro hac Ecclesiæ praerogativa lleus vdnon permittat, vel praedicat, vel confundat Miracula falsa, vel certe majora pro veritate faciat evenire.

Obj. VIII. Christis sua patravit Miracula ceu merus Dei minister; hinc preces ad Deum iisdem praemisit, eaque Deus per Christum fecisse dicitur ; suspicari ergo semper Judæis licuit, ea ab agente oriri, quod homine quidem superius, non tamen Deus sil; præsertim circa ea Miracula, quæ a Prophetis prædicta non fuerunt. Atque hinc est, quod ncc Synagoga Judæoniui, controversiarum in Religione judex, ea tanquam vera et cum Christi divinitate conjuncta existimaverit.

Resp. Quam multa Christus signa fecerit ceu Dominus et naturæ ct grater, pleni sunt libri N. T. Nonne enim ad patranda longe maxima prodigia -Io nutu cl voluntate usus dixit : *Volo, mundare : ego veniam ct curabo •un: [lat tibi, sicut vis ?* Nonne uno vocis imperio expulit dæmoncs, cunctis 'bdupescenlibus? Nonne a Centurione pro salute servi Christus ceu Dominus -do verbo omnipotens fuit exoratus? Nonne de sanctissimo Christi corpore 'Ico vis thaumaturga exibat ct sanabat omnes? Si quando itaque preces adhibuit, hominem se ostendit el exemplum nobis praebuit. Si dicatur: *non /•test Filius a se facere quidquam;* distinctio duntaxat personarum innuitur ctgeneratio ælerna Filii, cum doceat Augustinus : *si per Filium facit, quæ Vater facit, non alia Pater, alia Filius facit.*

Praedictum Judæis erat, Messiam ex Miraculis cognoscendum esse; num valeant prudenter suspicari, ab agente creato summa illa prodigia proficisci, in quibus divina Christi virtus apertissime eminuit? Synagoga circa personas Prophetarum sæpe erravit, quidni circa Christum errare potuerit, maxime cum praenuntiaverint Prophet®, Messiam a Synagoga repudiandum ese? Attamen lota Synagoga nunquam edixit, falsa esse Christi Miracula; ac tandem deficiente tum Synagoga Deus tamen non defuit populo suo, cui providit de Propheta, qui sit Mosi similis, in cujus ore verba sua reposuerat, et cui maximam fidem fecerat ex doctrina ct evidentia Miraculorum.

Demum quæ Pradesius dc Miraculis vel a prophetia, vel ab cxcellentiurih)·Miraculis, v. g. anastasi mortuorum sejunctis, nuperrime orbi Catholico ••tetrusit, protinus a Sorbona el ab Episcopis Galliæ ceu impifesima atque evecrabilis doctrina nigrum Hieta tulit.

§ 111. Corollaria.

Theislas Judæis haud absimiles exhibet par circa fidem Miraculorum perfidia. Judæi Miraculorum, quæ palam ac toties Christus patraverat, evidentia convicti realitalem, ul aiunt, Miraculorum negare non poterant, quin el sæ.pe tacite el inter se confessi sunt. Sed publice ad alias causas ea detorquere conati attribuerunt jam Beelzebub principi dæmoniorum, quamvis scirent, exsuscitationes mortuorum vires dæmonum longe transcendere; jam artibus magicis, tametsi aliunde artes magicœ Judæa exularent, ct Christi adventus cumprimis tenderet ad evertendum daemonis imperium, inagiæ et superstitioni innixum; vel per ineptissimam fabulam pronuntiato Dei Nomini, quod Tctragrammaton Christus c templo Hierosolymitano abstulerit. Nuniquid Judæis meliores Théiste? Religionis, quam Christus instituit ct Miraculis confirmavit, hostes infensissimi, Miracula Christi el Apostolorum variis artibus, miris fraudibus, aut causis mere naturalibus adseribunt, ac divinitate Christi et Religionis explosa, solum adorant idolum rationis. Quippe paris perfidiæ par causa, pravæ animi affectiones, excaecatio mentis, obduratio cordis, spiritus rebellionis in Christum; sed et par pœna utrinque consequetur, hac in vita abjectio incredulorum inter quisquilias hominum, el in altero scculo mors secunda in loco tenebrarum et tormentorum.

X.

SECTIO IV.

RELIGIO CHRISTIANA A VATICINIIS EXACTISSIME ADIMPLETIS STABILITA.

§ I. PRAECOGNITA.

l.QuodolimMvRCiONiT.E. hoc aiunt hodie Sociniam, veteres Prophetias esse superfluas ad demonstrandam Jesu Christi divinitatem; et quod Theodorus Mopsvestenvs impie docuit ab Ecclesia proplcrea condemnatus, Ime recoquunt hodie minuti Philosophi, nullam probandi vim inessc Prophetiis. Grotio vaticinia non tam prosunt ad firmandam fidem, quam ad ornatum fidei et fomentum pietatis; quam vero sententiam totam turgere fermento Socini, notat Huelius: consentiunt Grotio Episcopius ct Simonins. Impius Collinus, ut Christianam Religionem vaticiniis innixam ceu falsam suffodiat, cum grege Thcistanim Prophetiis, utpote mere typicis, mysticis et ænigmatieis, vim et efficaciam denegat omnem. Verum Prophetiam et a solo Deo esse, et ad veritatem probandam habere prorogativam divinitatis, docent sacre liltere, testatur communis gentium persuasio, evincunt notio, natura el objectum prophcliæ versantis circa futura contingentia, quæ homo naturaliter cognoscere nequit; sive in seipsis, cum non existant; sive in causis

uvalis, cum ad hunc offectum necdum sint delerminatæ. Atque hinc est, quod Christus Judieos incredulos remiserit ad Mosen ct Prophetas; quod Petrus, Paulus, veteres Apologetæ omnes el Patres gravissimi ad stabilicn-Jam Christianam Religionem usi sint scriptis Prophetarum ceu validissimd argumento. Inde Gentiles adeo teste Huelio persuasum habebant, « omnem prophetiam facultatem esse a Deo », et vates futurorum præscios appellabant DniNos; hinc Isaias ail : *annunciate, quæ ventura sunt in futurum, ct scic-wu$, quia Dii estis vos.*

Il. Id genus Vaticiniorum ubertim profundunt sacra paginæ de Christi adventu, nativitate, passione, morte, resurrectione, ascensione, illapsu Spirits sancti, vocatione Gentium, Judæorum dispersione et novo Christi regno, ita ul quater mille annorum oracula Prophetica, ad minimas etiam circumstantias exactissime impleta, eventus comprobaverit. Ac profecto ni :l Prophetarum certissima prædiclio antecessisset ; cuinam mortalium credibile fuisset, Christum (cui tot ct tam luculenti Messiæ characteres ex Veteri Testamento congruerent, ct eo quidem tempore, quo communis per orientem vigebat persuasio dc adventu Messiæ) a Judæis rejectum, quin et morte turpissima trucidatum iri ; qua tamen ignominia nullum alium, qui Messiam falso jactitabat, unquam affecerunt? Si vel conferantur prædicloncs Isaie de excidio Babylonis per Cyrum cum Herodoto ex Xenophonte; item Christi exacta designatio Jcrosolymæ unaque Reipublicæ Judaieæ subvertendae eum historia Joscphi ; illucescet clarissima undique prædictorum rum praedictionibus conspiratio. Cum vero innumera fere sint Vaticinia, quorum notitiam, lucem ct veritatem sacra littera aliunde suppeditant; duntaxat geminas hic spectamus, de Christi Resurrectione ct dc Excidio Jcrosolymæ omnium præstantissimas; tum quod earum auctor sit auctor Religionis Chrislianæ ; tum quod sint fundamentum Christianismi contra Judaismum ; tum quod usitatis incredulorum atque impiorum effugiis non ila pateant.

Conferantur hic Isaias C. XIII. XIV. XLV. VI. VII. Lucas IL 26..., III. 15. Haith. III. 5. Herodotus L. L c. 190. Xenophon L. VH. Cyropediæ. Joseph. LL. de Bello Jud. ct L. ult. dc Antiq. Suetonius in Vespas, c. 4. Tacitus Hist. L V, c. 13. Ex quibus etiam manifestum redditur, nullo alio tempore, quam lalim post Christi mortem, tot extitisse non sine sequacibus pseudo-christos, qui pro vero Messia sese venditarent.

§ II. themata.

I. *Vaticinium Christi de sua Resurrectione invictissimum divinat Religionis a Christo instilutæ argumentum est.*

Pbobatio. Christus hanc suam Resurrectionem, quam Tingentibus nequicjoam Theislis credit universus orbis, ipsemet propalavit ceu divinissimum 'gnum suæ a Patre legationis. Noverant hostes Christi, hanc resurrectionis lictam esse pradictionem, antequam resurgeret. Contigit ea post tres dies, uti prædicla fuit. Hujus testes erant Apostoli integerrima tidei, qui veritatem rei nosse poterant per quadraginta dies conversati cum Christo post "H resui rectionem, edentes el bibentes el sermonnantes cum eo, contre-

ctalisadeo vulneribus Christi ; et cum hæc omnia ante suam mortem promisisset, dc veritate divinæ apparitionis magis certi erant inde, quod antea haud nimis creduli prædictani sibi resurrectionem Christi vix capere aul possent aut vellent, dum oculis manibusque eam percepissent. Fucum autem facere hic Apostoli nec volebant ncc poterant ; tum ob candorem animi sincerissimum, quem ipsi hostes suspexere ; tum ob ingentem zelum, quo suum quoque sanguinem huic de Christi resurrectione veritati devovebant; hinc palam et liberrime eam profitentur in loco, in quo contigit, eo tempore, quo milliones Judæorum erant Jerosolymis, et quorum intererat plurimum, rem istam maximi momenti discutere, utpotecujus veritas veritatem ac divinitatem Christi, Religionis vero et Rcipublicæ Judaicæ stupendam catastrophe» eodem puncto temporis demonstraret.

Horum omnium clarissima testimonia exhibent Matthaeus, C. XII. 39... XXVI. 61... XXVII. 63. Joann. II. 21... XX. 24. Lie. XVIII. 34... XXIV. H. et 21.

Igitur Resurrectio Christi undequaque certissima est, 1°. ex parte testium, qui orant sat multi, quia plurcs quam quingenti, et primarii inter illos Apostoli ; testes oculati, et qui serio ac frequenter testantur appellato tribunali divino, implorato Dei nomine, et ostensa virtute thaumaturga; testes in loco rei gestæ, stalim ab eventu rei, palam ct modo maxime solcmni; testes probi, virtute sua spectabiles, et de facta resurrectione plenissime convicti ac persuasi; testes quorum testimonio omnes moralis evidentiæ insunt characteres, et cujus fallacia certo ac necessario detegi debuisset. 2°. a Judæonun persuasione, sive spectemus modum, quo Apostolorum de Christi resurrectione testimonium exceperunt, sive modum agendi contra Apostolos ob istud testimonium. 3°. ex connexione factæ resurrectionis cum certissimis eventibus tum antecedentibus, tum consequentibus. 1°. ex absurdissimis sequelis adversus Apostolos ceu homines sine omni Religione, sceleratissimos, nebulones ct impostores pessimos æque ac stupidissimos, quorum Dux et Caput S. Petris (prout hic acute ratiocinatur Collet cx Digvet, *Principes,* pag. 236.) his fere verbis post Christi mortem usus sit ad Apostolos.

En tandem occubuit in cruce Magister noster! Promiserat is equidem se die tertia resurrecturum, id qnod sperabamus, sed spem fefellit eventus, nec jam dubium, quin fœdus fuerit impostor, qui filium Dei se esse blasphemabat, et supernas nobis in regno suo sedes pollicebatur. Quid ergo jam nobis agendum? Inum c duobus; ut vel ad sordidam nostram piscatus artem revertamur, vel Jesum hunc a mortuis surrexisse, nobisqueper multos dies apparuisse mentiamur. Et hanc partem ut grandibus animis longe digniorem propono vobis. Xec vero me. fugit, quantis ea difficultatibus subjaceat. Xe quid enim dissimule/», disseminandum erit ubicumque mendacium ea mentis intrepiditate, qua ncc alii veritatem annuntient. Pugnandum erit contra carceres, torturas, mortem ipsam ct forte immanissimam. Jam nunc prævidcri debent mala hæc omnia ct contemni. Interca, et id vos serio commonitos velim, nihil undecumque exspectandum erit solatii; mm a conscientia, cujus e contrario remorsus et clamores sedulo compescendi erunt; non a Deo, qui mendaces plectit, nedum remuneret; nonaJesu, cujus in gloriam inaudita hæc meditamur, et qui æque parum salvabit uos.

acseipsum salvare potuit; non ab amicis, quihuscum id nunc inimus consilii, qtiia alii post alios cadent, nec forte deerit novus Judas, qui promissis allectus aut victus conscientia et futuri judicii timore nostram hanc lotam machinationem revelet, et telram impostorum labem miseris jam et afflictis inurat. Macti tamen este animis, ite, volate ct id unum metuite, ne quid in terra, in cœlo, in inferis vereamini! En summam pacti inter Apostolos ineundi, ut orbem lotum deluderent. Quis autem credat hoc intervenisse pactum, quis ejus successum sibi persuadeat, nisi stolidissimo quovis Theisla stolidior?

Lucem dictis allerunt Matth. XXVIII. Luc. XXIV. 48. Act. Apost. 1. 8.-22... lit 32.-36... IV. XVI. XVIII. XXV. 1. Corinth. XV. G...

IL *l'alicinium Chrisli de Excidio Jerosolymæ ct Reipublicæ Judaicæ Ever* $ione,efjicacissimum Christianismi Judaismo surrogate testimonium est.*

Probatio. Christus apertissimis verbis prænuuliav it Templi ct Urbis devastationem, nec non Gentis Hebrææ durissimam servitutem et funestissimam dispersionem una cum præcedenlibus ct consequentibus, el quidem pro illa Ium ætate hominum obventuris. Hæc Christi prædictio diu antecessit rei eventum, et Matthæus ac Lucas multo tempore ante dirutam Jerosolymam idem Vaticinium publice ediderunt. Christus nonnisi cx spiritu prophetico ea potuit praenuntiare; quamvis enim ex judaico rebellionis spiritu bellum cum Romanis et fala Judææ aliquatenus posset prævidere, non vero terne motum, pestilentiam, famem ct tot pscudochrislos, quibus sine proditiis crediturі sint Judæi, qui veris ac splendidissimis Chrisli miraculis neqiiièqiiam movebantur, certo præsagirc potuit sine Numine. Huic Chrisli pnesagio certissimus respondit eventus, prout testantur Josephus, Tacitis, Eisebicscl Epipranius, præprimis autem Julianus Apostata; qui cum eam prophetiam Christi cvacucre contenderet, atque ad restaurandum Templum Judæos adigens pecunias ct ingentes Sumptus profunderet, subito lenw moins ac erumpentes tlaminæ conatus omnes ita dissiparunt, ut in hunc usque diem nec patriae, ncc urbis, nec Templi spes ulla Judaeis affulgeat.

Recole hic Mattii. XXIV. Luc. XXL Joseph. LL. dc Bello Jud. Elseb. L. III. c. 3. Epiphan. hæresi 29. Tueodoret. L. 111. c. 20. Philostorg. L. VII. n. 9. Sozom, L. VI. c. 22. præcipue Ammianum Marcellinum Juliano lmp. coaevum, mb quo stipendia meritus scribit: « globi flammarum prope fundamenta crebris adsultibus erumpentes fecere locum, exustis aliquoties operantibus, inaccessum ; hocque modo cessavit incœptum. » Et S. Chrysostomus Juliani <opropinquior in oratione (quod Christus sil Deus) sic habet : « nam ætate metra Imperator facultatem tunc dedit ct cooperatus est ; opus incepere, at nexel minimum ultra progredi potuere; sed ignis a fundamentis exilions omnes fugavit... Indicium est, quod hactenus nudata appareant, ut videas ip*squidem fodere cœpissc, sed ædificare non potuisse, obsistente Chrisli sententia ». Idem testantur Greg. Naz. Ambros. Ruihn. Sev.Sulpit. Cassiocor. et Freculphus Lexov.

Oty. /. Omnes seu iiguræ seu prophetia· tam erant obscura· ac ambigua·. at nihil certi exinde rescire potuerit aul Synagoga aut Ecclesia : sic LXX.

Hebdomades Daniells laborant æquivocaliouc; sive initium specietur, « verbis Prophetia»; sive terminus ob discordantem chiODolaxin: Prophetia Jacobi varium in sensum a Judæis detorta nihil roboris habet. Alque hic tamen omnium praecipua sunt vaticinia. Tandem si per tot secula lui tanta vaticiniorum effulsit; eccur non crediderunt Judæi? occur necdum exterminata gens Ilebræa tanlæ. obsistens claritati?

Resp. Dari Prophetias pro certo temporis spatio et aliqua ex parte obscuras, quæ tamen per eventum claræ fiunt et perspicuæ; non obstat veritati Prophetiæ,ncc Dei gloria», nec utilitati hominum. Quamvis enimvaticinium, dum ejus durat obscuritas, vim probandi non habeat; tamen ubi De» placuerit, suarum Prophetiarum dare intclligenliam (ubi eventus prediction! exacte responderit ; ubi vel a Scriptoribus Ihcopneuslis vel ab Ecclesia carum sensus fuerit determinatus) procul est obscuritas et ambiguitas, impletæ sunt conditiones, et Prophetiæ miro fulgore collustrant tam Christum, quam Christi Ecclesiam. Id quidem manisfestum dc picrisque V. T. vaticiniis, jam nunc vel ante Christum, vel in Christo, vel post Christum eventu comprobatis; ct dc illis Christi vaticiniis supra memoratis mauiiestissimum est.

Dc illa Damelis certum, quod temporis discrepantia non excedat ducentos annos, ct plores jam fluxerint, quam mille septingenti. Ad illam Jacobi ipsimcl Judæi respondent Joannis XIX.) *non habemus Begem, nisi Casarem;* ergo cum ex propria confessione non haberent Regem, nisi extraneum,et alium habere nollent; Messias tunc venerat, isque Jésus Christus. Duwl nihilominus ad tantam lucem cæcutiant Judæi, pervicacia est, quam etiam ærnulanlur Theiske, ct pejus quidem. Adhæc si Judæi conversi fuissent ad Christum omnes, non essent nobis testes, nisi suspecti; ct si fuissent exterminati omnes, non essent nobis testes arnplius ulli. En! quam admirabilis Christi erga suam Ecclesiam contra incredulos providentia?

De figuris, quod non omnes debita luce caruerint. exemplo fit vel unica illa de Josepho Christi typo splendidissimo : Joseph prædilectus patri, missu» a patre ad fratres, innocens divenditus a fratribus, inter duos reos insons in carcerc detentus, uni pnedicil salutem, et mortem alteri, iode dominus fratrum et salvator populorum effectus est. Numquid Jesus Christus, unigenitus Dei Filius ct primogenitus fratrum, ad fratres descendit, a fratribus proditus ct venditus, medius inter duos latrones suffixus est cruci, unum salvans et alterum derelinquens, inde Dominus omnium et mundi salus?

Obj. II. Ut vim habeat prophetia, hæc tria requirit Rovsseai :ulsilipx testis prophetia*, dum profertur : ut ipse videat eventum : ut certo ipsi constet, eventum non potuisse fortuito congruere; siquidem sequi possit eventus vel ad falsam etiam prophetiam ex Deuteronomii capite decimo tortio, vel naturali via aut casu. Ac demmn quis scit, vaticinia veleris ct novi Testamenti non esse conficta a versipellibus, præsertim Judæis ct Christianis, quorum intererat, suam Legem vel Mosaicam vel Christianam ceu vere divinam orbi persuadere?

Resp. Insulsitatis apicem hic contingunt increduli : nam quis sapiens unquam existimare potuit, oracula Prophetarum (qui unius Dei gloriam intendcbaul nihil non mali pi^plerea pcrpes.-i. <l qui mic^ioiem suam uiiia-

culii continuabant) fuisse procusa velab Ethnicis, quibus curæ plané rioii fuil, unius Nazaræi suorum Deorum hostis gloriam aut Religionem promo* vere : vel a Chrislianis, quos, ut Judæos lucrifacerent, palam fingere oportuisset oracula, quorum falsitas publica stalim notorictale constitisset : vel ihidæis, qui Christo erant capitaliter infensi, et venientem in propria non receperunt? Rousseau autem plane pyrrhonicus est, quod nisi ex ore Pro* phetarum aut ipsius Christi vaticinia ipse audiverit, de iis dubitat , tametsi libris sint consignata, de quibus indubie constat, quod longo tempore ante eventum prophetiarum e.xtitcrinl : qui nisi eventum suis ipso oculis conspiciat, itidem dubitat, quamvis certissima historia? monumenta illum xelut <culis exhibeant : qui tametsi res praenuntiata a sola Dei voluntate pendeat, ab homine autem nonnisi thcopncuslo praevideri ac prædici unquam potuerit, adhuc dubitat, ne casus aut naturalis causa prædictionein impleverit.

Esto, quod possit eventus sic consequi; non tamen naturalibus cliiim indiciis ita prædici potest, cum hæc sit notio prophetiæ proprie ac stricte jumplæ: certa cognitio cl praedictio rei libere et contingenter futurae, quæ nulla arte humana, nullis naturalibus indiciis praevideri potest. Deut. Xlli. rennonon est dc eventu verae prophetiæ proprio, quem Deus Deui. .Will, ecu regulam certam veritatis assignat; sed dc eventu qualicumque naturali sagacitate prævidendo, et dc prophetia improprie dicta, qua Dens dici potest lentare homines, uti ibidem : *tentai vos Dominus,* nempe permittendo dæiDonem vel hominem nativa uti industria ad explorandam hominum lidelilein. Jussit ergo Deus hoc in casu eventum ejusmodi non curare, cum ex prava doctrina talis prophétie ad idololatriam inducente pateat, veram hic divinamque prophetiam esse non posse.

Obj. 111. Poterant Apostoli fuisse vel decepti vel deceptores; ergo illorum auctoritas non praestat indubitatam fidem de Christi resurrectione; præsef* limeum Christus ipse eam fecerit suspectam, suam promittens resurrectionem post 1res dies, quæ tamen ante tertiam diem jam contigit; cum Evangelistic in describenda resurrectionis historia a se invicem dissideant ; cum Christus post resurrectionem suam solis discipulis ct quibusdam feminis pbanlasiœludibriis admodum obnoxiis apparuerit; cmn et custodia militum testata sit oppositum, videlicet noctu venisse et furatos esse corpus Christi, militibus somno oppressis.

Resp. Apostolos nec decipi nec decipere aut potuisse aut voluisse, docet Ihema I. Sit vero etiam figmentum aliquod resurrectio Christi, in quod «spiraverint Apostoli duodecim ; sed cum admodum proclive sil cor hominum ad levitatem ac mutationem, flexile ad minas et promissa, atque inhians bonis; vel uno illorum aut illecto hisce illecebris, aut conterrito a vinculis, nuentis ac morte, perditi erant omnes. Poterat quidem Christus, quoad aim iis conversatus, cos hac in arte sustentare ; si vero postea nunquam iis ippaniissct, quid demum stimulasse! ad id facinus tot inter discrimina prosequendum? Christus resurrectionem suam praedixit ad morem Jnd.eormn, qni, quod intra 1res dies geritur, tertia dic agi dicunt et compleri ; sic intellexerunt Pharisæi, qui custodiri volebant sepulchrum usque in diem tertium ; sic disertiores Graeci particulam μετά sæpe pro εν et eîç, et L'anidislæ hebraizaules μετά pro *be* usurpant hic, uti alias sæpiusi

Discordia Evangelistarum nonnisi apparens est, et contra Theistas probat, quod non ex condicio sua concinnaverint Evangelia, facillimo alloqui evitatis quibusvis levioribus discrepantiis. Testes vero mulieres etiam Deo adhibere placuit; quid obluctaris, incredule?Illusiones mulierum prætevis,quas tu quidem somnias, at vel pia ct attenta lectio Evangcliorum circa rei hujus seriem omnino dissipat. Apostolis suis apparuit redivivus ; sed illa ipsa in credendo difficultas, quæ soli evidentiae tandem cesserit, mirifice illustrat veritatem resurrectionis. Demum quam misere circa milites et discipulos hallucinantur Theistæ? illi dormierint, el simul viderint, ut testes esse possint? hi in captivitate Christi omnes profugi, et post mortem Christi præ timore cubiculo abditi. nihilominus in sepultura Christi milites armata manu fugaverint contra Pnesidis imperium, contra militum reluctantium, el contra Judæorum conatus omnes fregerint sigillum, lapidem prægrandcm in silentio revolverint, corpus Christi sustulerint; quin ulla cuniculorum indicia extiterint, quin procul deinde fugerint, ut potius Hierosolymam sint ingressi? Apage nænias; et ut cum S. Augustino loquar : « cœluin tonat, taceant ranæ » !

Est jam medium fere seculum, quo a Ditton (ut testis est Patizziis) ad singulare certamen provocati sunt Theistæ quoad unicum divinæ Revelationis de Christi Resurrectione argumentum oppido invictissimum; cl in hunc diem ausus est nemo cum tanto pugile hac in arena congredi el confligere : quanta diffidentia causæ, scilicet impiæ?

Obj. IV. Christus palam mortuus palam debuit resurgere, et colam Judæis ad cœluin ascendere, ut juxta scopum suæ Resurrectioni et Ascensioni prolixum suam Religionem firmaret validius, cunctis slalim ab initio ccu indubiam persuaderet efficacius, Judæis etiam et Sacerdotibus se videndum præbens, veritatem ac divinitatem suæ doctrinæ invicte probaret.

Resp. Judæi ista objiciunt? quam imperite' numquid multa credunt in fidem unius ciiam testis, uti raptum Eliæ ob testimonium unitis Blisei. Theistæ hæc oggerunt? quam inscite'. Quid enim si opponat Athens : si Deus cxistcret, is delærcl suam existentiam tam aperte et tam universe manifestare, ut eam nemo mortalium posset in dubium vocare? Nimirum ut Deus Religionem naturalem adslrucret, satis erat, illam validis quibusdam rationibus firmare, relictis licet nonnullis difficultatibus, queis Athei ct gentiles quondam abusi sunt. I t Christianam adslrucret. salis non est, eam argumentis stabilire, quæ omne prudens dubium excludant, ct <piibus jam cesserit tota antiquitas Sapienliortiin? Christi resurrectionem decantant femiiiæ, piædicanl Apostoli, eloquuntur milites sepulchri custodes, resciunt Principes Sacerdotum a militibus (quorum vero silentium aut mendacium pecunia emerunt) plures quingentis eamdem asserunt, et quod asserunt, innumeris ac splendidis miraculis orbi persuadent ; occur soli propemodum Judæi et horum æmuli Theistæ refragantur? quippe animo fixum est non credere, sicut ncc miraculis Christi quamvis palam editis, ita ncc ipsi Christo resurgenti.

Sane qui spiritum blasphemiæ in Judæa gente novit penitius, is facile perspiciet eorum ludibria Christo Judæis apparenti impingenda : quis scit, num vere mortuus fuerit? num implicat reipsa vixisse Christum, ubi de ernu

fuit depositus? nonne Pilatus mirabatur, si jam obiisset in cruce? quam ftcileeral, eum opera Nicodemi et unguentis feminarum velul a deliquio redire ud seipsum? quin cl splendor corporis et nubes lucida, quæ suscepit Christum ascendentem, eorum cavillis patuissent : quippe negassenl, Christum vere ascendisse, sed spiritum nescio quem Christi forma indutum, u'rius spectrum aliquod aut merum phantasma. Imo sexcenta alia quamvis miserrimaeffugia excogitassent potius, quam fassi unquam fuissent, Christum a mortuis vere resurrexisse. Expulit Christus dæmonia; inferendum erat; ergo Christus est contra dæmonem ; sed inferebant, quod Christus sit cum dmmonc. Curavit Christus infirmos et quidem virtute miraculorum et quidem in Sabbato; concludere oportebat; hic ergo homo vere ex Deo est, qui vel in Sabbato facit opera Dei; sed concludebant, cum non esse ex Deo, qui diam in Sabbato ab ægrornm curatione, hoc est, a miraculis se non ibstiuel. Inde vero quid pronum magis, quam credere, perfidos id genus homines, ubi Christus a mortuis redivivus ipsis apparuisset, minime confessuros fuisse: vivit Christus, ergo resurrexit a mortuis; sed ejus oppositum.' vivit, ergo mortuus non fuit. Hujus perluiiæ exemplum edidere in die Pentecostes, quo virtutem Spiritus sancti ceu ebrietatem deridebant. Mirabantur, obstupescebant, et Jesu divinitas sole clarius illucescebat; verum ad ipsam hanc lucem oculos claudebant, ut possent cavillari, quod ebrii sint Apostoli et inusto pleni.

Ude Cl. Ditton, *la Religion Chrétienne démontrée par la Résurrection de*
C. Hein P. Anton. Valseccui O. P. *Dei Fondamenti della Religione,*
tiki Fonti dell' Empiéta, Paduæ 17G7.

Obj. I. Christi Vaticinium de excidio Jerosolymæ tam erat obscurum, nt illud Apostoli ncc.inlelligerent, nec crederent. Evenit autem eversip Reipu-Ita Judaicæ per Titum alio longe modo, et aliis plane de causis, quam Christus prædixerat, et Christiani enarrant. Demum quis vidit, ea omnia sic contigisse in Templo et Irbc, prout hodieduma Cluisticolis venditantur?

Resp. Quis scit? quis vidit? hæc lota impiorum armatura est, qua Christi, Apostolorum, Evangelistarum, Sanctorum Patrum, testium in vita el in morte fortissimorum, omnium Scriptorum, Christianorum, Judæorum et Paganorum probatissimam tidem et summam auctoritatem subruere conantor; sed ausu quam ridiculo, tam infausto. Nonne Christus apertis ea verbis edocuit sæpissime : 1°. ubi de Nuptiis, quas suo Rex lilio (Pater ælernus suo Unigenito et Ecclesiæ ejus sponsæ) adornaverat, sic elocutus est : misit Rex mos suos (Joannem el ejus discipulos) ut ad Regis nuptias, ad gratiam et doriam Jesu Christi Judæos imitarent, qui autem venire renuerunt : misit iterato alios servos, quippe Apostolos; neque hos audierunt, sed opprobriis, suppliciis et morte aflecerunt eos : inde Rex iratus misit exercitus suos, firneni el pestilentiam, el occidit illos latrones, civitatem autem eorum, Jero›«Urnam per Romanos succendit igni. 2°. Ubi sub Vixe.e parabola idem prodixit Christus : Paterfamilias, ait, plantavit vineam (Deus Synagogam) huic sepem circumdedit, intcllige Dei præsidium et custodiam Angelorum; fodit torcular in ea, hoc est, Legem tulit, quæ ex Judæis virtutes exprimeret; ædificavit turrim, Templum scilicet et in eo cultum Dei maxime sublimem; locavit eam agricolis (summis Sacerdotibus, Regibus, Scribis ct

Magistratibus) ipse peregre profectus: eum vero tempus vindemia»appropinquaret, misit servos suos Prophetas, ut fructus vinete colligerent; sal agricolae sive Judæi alios ejus servos caedebant, uti Hananum, Michæam et Jeremiam; alios lapidabant, uti Zachariam filium Barachiæ; alios occidebant, uti Isaiam, Ezechielem el Amos : iterum misit alios servos, alios quippe et plures Prophetas, et similiter iis faciebant, uti recenti exemplo est Joannes Baptista. Filium ergo, quem habebat unicum, novissime misit; et apprehensum eum ejecerunt evira vineam et occiderunt : ideo dico vobis, ait Christus ad Judæos, quia auferetur a vobis Regnum Dei, et dabiturgenli facienti fructus ejus, hoc est, non erilis vos deinceps Ecclesia, ct gens Dei, indeque auferentur a vobis omnia etiam bona, quæ sunt populi Dei.

Ne vero quemquam aut ætate aut ingenio minorem ea veritas lateret, eamdem sine parabolis et apertissime et frequentissime proposuit Christus: implete, inquiens, vos nunc viventes Judæi, mensuram patrum vestrorum, qui Prophetas occiderunt ; ecce enim ego mitto ad vos Prophetas, Sapientes et Legis Doctores, viros plenos Spiritu sancto (meos discipulos et Apostolos sed ex his alios occidetis et crucifigetis, alios in Synagogis vestris flagellabitis, ut veniat super vos omnis sanguis justus ab Abel usque ad Zachariam ; amen dico vobis, venient hæc omnia super generationem istam; Jerusalem, Jerusalem, quæ occidis Prophetas, et lapidas eos, qui ad te missi sunt! quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas, el noluisti? Ecce relinquetur vobis domus vostra deserta: 0 si cognovisses et tn (Jerusalem) diem visitationis tua» (ita inter lacrymas Jesib et quidem indie tua, qua vides, sed non agnoscis Redemptorem tuum, tametsi omnibus Messiæ characteribus insignitum ! Ecce propter hanc cavitatem luam ct obstinationem venient dies in te, et circumdabunt te inimici tui, Romani, vallo, et coangustabunt te undique, et ad terram prosternent te. el filios tuos, qui in te sunt, ct non relinquent in te lapidem super lapidem. Demum etiam recenset mala, famem, pestem, terne motus, seditiones, bella, iram et furorem hostium, ac Jerosolymæ per gentes conculcationem acerbissimam, turpissimam, luctuosissimam.

Quid ad ista increduli? hucusque nonnisi opprobriis et sannis, argutiis et fallaciis Christi fidem invasero, atque ideo identidem egregie vapularunt. Do consilium, ut posthac feliciorrmarte decertent : desistant profundere libros et schediasmata, utpote nullius in hanc horam frugis aut victoria!! pro Thcismo;et omnes eo intendant nervos, ut illam Christi prædictiouem de Judæis (qua rex elatum, Hebnoos nunquam ad finem usque mundi fore in populum ct veram gentem, ac nunquam reædificandum esse eorum Templum; in qua vero Revelatione plurimum confidit ac vere triumphat Christi Ecclesia digito ostendens, quot Judæos ubique dispersos, tot veritatis Christian® testes nunquam defuturos) penitus subvertant: Judaicam resuscitent Rempublicam, victimas, altare et sacerdotium Aaronicum restituant, facianlque Templum illud Judæorum reædilicari Jerosolymæ. El possibile roddent Theistæ, quod ceu impossibile tenet ac tradit Ecclesia; imo quod Christus ceu veritatem pnedicavit, falsissimum officient; sicquc Christum. Evangelium et Ecclesiam ceu erroris et mendacii reos constituent, ac prorsus evertent. Dedi consilium, cujus cxccutionem incredulis relinquo.

Vide Muth. C. XXL 33-41. Marc. XU. Lie. XX. Matth. XXIII, 35. Lee.

XIX. 4L Mvttii. XXIV. fi. Lee. XXI. 9. Alque de his omnibus quam copiose, lam erudite ac nervose disserit P. Maurus Linïemayer in egregio Opere : *Die fideli Mcrkmaale tier Gottheit Jesu, Augsburg* I7G7. pag. 380-407.

Obj. 17. Oracula prophetica designant Ecclesiam ejusmodi, quæ dominetur a mari ad mare, inter omnes gentes, et ad mundi finem usque : hæc veni elogia minime quadrant in Christianam Religionem, quæ pene nullos in Sina, in Persia, in America progressus fecit; aut si Evangelium Christi jam ubivis praedicatum est, juxta aliam prophetiam advenit consummatio seculi et finis mundi, Matth. XXIV. 14.

Resp. Si nossent increduli phrasin sacræ Scripturœ, el genium idiomatis orientalis indefinite exprimentis, quod definite vult inlelligi ; nossent utique, quod prophetiae de Religionis Christian® amplitudine non ad rigorem mathematicum, sed in sensu morali sint accipiendae. Quid tritum magis, quam veterem Romam mundi dominatricem audivisse, ut adeo Liber I. Macha-sEORiM edicat, *Romanos omnem locum possedisse consilio suo. et patientia,* quamvis nunquam toti mundo dominata sit Roma? Numquid a Daniele II. 39. Alexander dicitur imperaturus univers® terrae, licet mediam ad summum [■artem Asi® subjecerit, et in Europa alque Africa longe minores provincias occupaverit? Quin et Prophet® suorum verborum interpretes sensu minus generali sunt elocuti : *Ibunt populi multi et dicent, venite et ascendamus ad* ■*mitem Domini,* Isaias II. 3. Ac praeterea unde sciunt increduli, gentes hucusque necdum credentes in Christum nec deinceps crediturus esse?

1'emiim verba Christi apud Mattii.eum eum sensum non habent, quod, ut primum facta fuerit universis gentibus Evangclii annuntiatio, confestim sqnalur finis mundi : sed cum, quod Legi Evangelic® ad finem mundi perditura? non sit alia Lex surroganda; nec prius futura sit consummatio sectili quam facta sit praedicatio Evangclii in univorso orbe.

§ III. COROLLARIA.

Quod Nathanaeli dixit Philippis, quivis sibi incredulus dictum habeat: *quem scripsit Moses in Lege, et Prophelœ, invenimus Jesum /ilium Joseph a Nazareth :* (Joann. I. 5.) Veni igitur, incredule, et vide, num exstet alius quis, cui tot seculorum divina eloquia et oracula exactius conveniant, quain ten Nazareno? veni el vide in libris, ab revo Mosis usque ad tempus Machakonim Deo aspirante exaratis, Jesum Christum, ejus mysteria, vitam et mortem in figuris, typis et titulis copiosissime, luculentissime, magnificcn. Ibdmc praesignatum ac praedicatum! Si vel unicus Propheta mortem Christi el passionem, el secuturam Judæorinn abjectionem, gentium vero conver-•ionem tarn dilucide praedixisset; nonne id summum esset prodigium, fide in Jesum Christum prorsus dignissimum? cum vero per Ircdccim fere secula a diversissimis Prophetis, locis et temporibus diversissimis, ea omnia fuerint [iTniintiala; quid haesitas, Hebraee, venire, videre, credere el diligere Jesum Christum, verum Messiam? ct quid audes, sacrilege Theisla ! ad quem venisti, quem vidisti, et in (piem credidisti, majori nunc perfidia respuere auctorem et consummatorem fidei? Aspernaris veritatem, fidem, certitudinem clglo-

riam Resurrectionis, quam ceu fundamentum nostræ Religionis ascensus Christi, descensus Spiritus sancti, mira per universum fidei Christiana· propagatio, et eventa post mortem Christi omnia demonstrarunt? Vales tibi sum : excidio Jerosolym® et Judæorum exterminio involvendus es, el supremus vindex suæ Religionis ridebit iu interitu sui derisoris.

De Hebd. Danielis et prophetia Jacobi, vide Hletum in Demonsl. Evangel, prop. IX. c. 8. Lamy in Apparatu Chronolog. P. II. c. 3. Hem,/'renew de/a *Religion,* P. III. art 2. P. Franc. AViddenhofer S. J. P. 1· Torn. 11. dc sacra Scriptura. P. Thom. Holzklau S. J. Instil. Theolog. de Deo Incani.

SECTIO V.

RELIGIO CHRISTIANA MIRIFICE PER UNIVERSUM PROPAGATA ET CONSERVATA.

S I. PR EC.OfiNITA.

I. Si Theista (quod nemini sensato, nec sibi persuadebit) Prophetiarum ac Miraculorum omnium fidem impudentissime abneget; huic belle Augustinus : « Tametsi nec Prophet® oraculis, nec miraculis Apostoli Christianæ Religionis veritatem demonstrarent; hoc imum nobis grande miraculum sufficit, quod terrarum orbis sine ullis miraculis crediderit »; hoc est, quod resipuerit orbis sive ab idolorum cultu, sive a legalium observantia, nec resipuerit credendo solum, sed novum vitæ genus cœperit in lacrymis, in humilitate, in poenitentia, in castitate, in constanti simul ct placida injuriarum, cruciatuum ac mortis etiam perpessione. Si Judæi abhorreant a Christiana Religione, eo quod Christiani (prout in suis libris sæpius conquesti sunt) nullos Prophetas, nulla miracula, nullas rerum mirabiles habeant conversiones, tametsi Christum magnum Regem et magnifica de Messite triumphis illa Veteris Testamenti vaticinia prædicent, nullos tamen regii muneris actus recitaro possint, quibus ante Christum Judæorum Respublica per tot secula gloriabatur; his longe plura et majora singularis providenti® Christi erga suam Ecclesiam, quam olim erga Synagogam, argumenta exhibemus, in effusione donorum Spiritus sancti in primos Christianos, in mirabili propagatione Evangelii, in efficacia incredibili doctrinæ Christianæ, in Martyrum constantia, in cessatione Oraculorum, in fatis Reipublicæ Judaic®, in mortibus Caesarum, qui persecuti sunt Religionem Christianam, in triumphis denique Ecclesiæ contra internos extemosque hostes semper incolumis. Quæ sane beneficia Christi illis quondam genti Judaic® eollalis tanto sunt augustiora, quanto præstant terrenis spiritualia, tantoque illustriora, quanto terra Chanaan majus ct magnificentius theatrum est Orbis universus.

II. Inter innumera gravissimaque fidei impedimenta stabat, persistebat

fit

et crescebat Christi Religio non sine prodigio omniurn maximo. Christum piædical Petris, cl appositæ sunt in die illa aninue circiter tria milia. Alia vice quinque millia susceperunt baptismum regenerationis. De reliquis testatur Lucas, quod creverit numerus discipulorum in Jerusalem valde, et mulla etiam turba Sacerdotum ohediveril Evangelic. Magis autem in dies augebatur credentium multitudo virorum ac mulierum, ut slalim initio facile quindecim millia conversorum ad Christum Judæorum Baronius recenseat. Quid sancti Apostoli per universum orbem ac præprimis S. Paulus in plurimis gentibus ad plantandam et amplificandam Christi fidem effecerint, verbis vix exprimi potest. Petris Ecclesiam fundavit Antiochenam ad Orientem, et versus Septentrionem Ecclesias Ponti, Cappadoci®, Bithyni® et Illyrici; versus Meridiem Ægyptum, Arabiam, Æthiopiam et Africam Christi fide per Marcum collustravit, cujus lucem ipse in Occidentem intulit.

Roma adeo sub dirissima tyrannide Neronis per quadriennium, Domitiam per biennium, et Trajani per plures annos redundavit a Christianis. Atque inde ab ®vo Aposlulico multo magis effloruit Christi Religio altero ct tertio seculoæræChristianæ, frustra lingentibus furiis Trajani, Adriani, M. Aurelii, L. Veri, ct Severi, ad usque Constantinum M., a quo tandem tempore in omnium fere Regum ac Imperatorum coronis Crux Christi, antehac scandalum el stultitia, præ omnibus gemmis resplenduit. Facile igitur demonstrare est, quod ex ista Christianæ fidei propagatione ac conservatione contra Judæoset Incredulos mire eluceat Virtus Dei ; maxime si spectentur Doctrina, Doclores, Media el Obstacula Christianæ Religionis.

Nide Acta Afost. C. II. V. VI. Justini Dialogum cum Tryphone. Iremei Librum I. c. 3. Tertulliani Apologeticum c. 37. Orosium L. VII. c. 22. Sozomemji L. II. c. 3.

§11. TilEMATA.

1. *Poclrina Religionis Christianæ nonnisi per Omnipotentis dexteram ita propagari potuit.*

Probatio. Religio Christiana sive in dogmatibus fidei, sive in præceplis murum e diametro opposita fuit et Paganismo et Judaismo. Attamen quæ Legem Mosaicam, pro qua multoties copiosus Judæorum sanguis profluxerat, cmivcllebal ; quæ Deum a Judæis adorandum proponebat hominem ab iisdem Judæis probrosa nece sublatum ; quæ totius gentis correxit errores circa Messiam, quem ceu polentissimnm Rogem ct gentium Domitorem illa exspectaverat; cani Religionem tam Judæis ingratam intra paucos annos plura Judæorum millia profitebantur. Attamen Religio, quæ Polylheis unicum Numen, et Idololalris verum unius Dei cultum ita proposuit, ut simul edoceret, sacrilege impendi Dei nomen et honores Jovi, Mercurio, Apollini, Veneri et Dianæ; hos totidem fuisse monstra hominum de utroque sexu, quibus error ct superstitio templa ct vota mincupasscnt; eosdem «deruis inferorum ignibus cremari, ubi ct eorum adoratoribus sedes praiparala sit, nisi præterili temporis ignorantias et delicta pari ad crimen poenitentia eluant. Religio, inquam, quæ arrogantibus philosophis summam animi demissionem; hominibus fama· ac divitiis inhiantibus sui abnegationem ct

terrenorum contemptum; pudicitiam, quæ vel ad umbram sceleris exhorreat. populis ad libidinem projectis eo magis, quod ad illam suorum Numinum exemplis provocarentur; paupertatem gentibus, quæ divinos amn argentoque honores litabant; remissionem injuriarum atque inimicorum sinceram dilectionem aliud prorsus a Diis suis edoctae nationi, effera», indomitae et ad quamvis offensam spumanti imperaret; inter omnes tamen gentes profecit plurimum, ut uno minus seculo eam amplexi sint Grteci, Romani. Indi, et in his docti etiam ac Sapientes.

Hinc Tertullianus L. contra Judæos ait: « Parthi, Medi, Elamitæ, el qui habitant Mesopotamiam, Armeniam. Phrygiam, Cappadociam, ct incolentes Pontum, et Asiam, Pamphyliam, .Egyptnm et regionem Africa trans Cyrenem, et Romani, et Gelidorum varietates, et Maurorum multi fines, el Hispanorum omnes termini, et Gallorum diversas nationes, et Britannorum inaccessa Romanis loca, et Sarmatarum, Dacorum, Germanorum, Scytharuni examina Christo subdita sunt ». Idem in Apologet. « urbes, inquit, insulas, castella, municipia, castra, tribus, decurias, forum, senatum, palatium ipsum Christiani impleverunt ». Nonne a Domino factum est istud, et est mirabile in oculis nostris?

11. *Præcones Doctrina Christiana nonnisi divina Virtute Orbem Christo subegerunt.*

Proburio. Erant Apostoli et Christi discipuli vere pauci, rudes, abjecti, rerum omnium egeni, et ob judaicam originem omnibus invisi: non opes, non honores, non voluptates corporeas, sed adversa omnia spondebant, ct fere nihil præter ignominiam, ærunmas, cruces el mortem, quibus ipsimet omnes subjiciebantur: ii tamen homines sine opibus, sine armis, sine praesidiis omnibus humanæ aut potentiæ aut sapientia·, contra spem omnem imis et summis, doctis et indoctis Religionem Christi ita persuaserunt, ut omni Philosophorum sapientia, omni Principum potentia, omni Ethnicorum furore, omni Inferorum rabie ncquicquam prævalenlibus, Christi fides (Judæis scandalum et gentibus stultitia) pro unice vera agnosceretur, cum vitæ et sanguinis dispendio teneretur, et Idola omnia, quibus per tot secula parentes eorum litaverant, præcipitarentur, illorumque fana destruerentur, ac utrisque conculcatis et protritis trophæum Crucis ceu solum adoratione dignum substitueretur. Quam igitur verissima'est illa Augustini sententia: « Incredibile est, Christum resurrexisse in carne, et in cœlnm ascendisse cum carne ; incredibile est mundum rem tam incredibilem credidisse ; incredibile est, homines ignobiles, infimos, paucissimos, imperitos rem tam incredibilem tam efficaciter mundo ct in illo etiam doctis persuadere potuisse... Jam ergo tria sunt incredibilia, qua? tamen facta sunt ». Videlicet ab illo, qui facit mirabilia solus. Veniant ex Japonia aliquot, ut Pagodam suum orbi ceu Deum obtrudant, el nescio quæ praedicent, at sine miraculis; quid demum efficient? ubi digitus Dei non est, ncquicquam commovetur Orbis terrarum.

Sicut autem ratio auxiliorum nonnisi superna esse potuit ad fidem propagandam, cui Judæi pariter ct Gentiles omnimode adversabantur; ita ratio quoque impedimentorum ct persecutionum divinam arguit virtutem, vi

enjns Apostoli, teste Augustino, « exigui numero per mundum disseminantur, populos facilitate mirabili convertunt, inter inimicos augentur, persecutionibus crescunt, per afflictionum angustias usque ad terrarum extrema dilatantur»... ita ut Gentiles et Judæi, conspecta Martyrum invida constantia in dirissimis cruciatibus, aspirante Numine ad Christi castra lurmalim convolarent. « Cum enim viderent, ait Lactantius, dilacerari homines variis tormentorum generibus, el inter fatigatos carnifices multam tenere patientiam ; existimarunt id, quod res est, nec consensum tam multorum, nec perseverantiam morientium vanam esse, nec ipsam patientiam sine Deo cruciatus lanios posse superare ».

Videantur Aug. L. XXII. de Civ. C. S. Item Epist. olim ad Volusian. Lactam. L. V. Instil. C. 13. Cumprimis autem gravissima S. Ciirysostomi demonstratio (quod Christus sil Deus).

III. *Stabilitas Religionis Christiana per tot jam Secula eximium divinæ Providentia prodigium est.*

Probatio. Nihil homine el rebus humanis inconstantius, utpote quarum m levissimis causis maximæ fiunt conversiones, et torrentis instar cum temporis fluxu abripiuntur et mutantur humana; cum igitur Religionis Chridianæ institutum solum permaneat immotum, divinum esse cœlestique vi nnillncri, necessum est. Millies et amplius imminebat Religionis nostræ ferale excidium : jamdum in sui ortu incurrebat in odium sapientum, in contemptum populi, in minas, leges, edicta, opprobria ct supplicia, tum a feroci Synagoga, tum agentilium furore intentata:nunc ab externis violente impugnata hostibus, nunc intestinis graviter commota dissidiis : quandoque ignorantia cimorum depravatione quasi lue multum tabefacta in discrimen venerat ; ast perstitit inconcussa, semper lacessita, nunquam devicta, ita ut anguis Martyrum semen esset Christianorum, ct ex ipsis vulneribus, quæ uriis temporibus Matri intulerunt perduelles filii, Ecclesia semper novas dies sumpserit. Interitura forent Regna, nisi leges Regni cederent necessitati; et nihilominus interierunt Regna illa omnia, quorum dominatus ad annos mille quingentos sese nunquam exporrexit. Christi Regnum cessit nunquam de rigore suarum legum (cedendo enim se conservare, nihil prodigii habet) et perstitit tamen persistetque inter furias Tyrannorum, contra inferorum portas, usque ad mundi finem. Quodnam esse possit divinæ in Ecclesiam procurationis argumentum luculentius, illustrius, magnificcnlins ?

Inde ne dicat Thcista, nimis obscuram esse Ecclesiæ ac Religionis Chri-Qhnæ veritatem; cum sit omnibus perspicua vel ex eo, quod, corruente quavis alia secta, ipsa in conventu visibili semper visibilis perseveret Nec claritatem nimiam requirat; cum tametsi non sil una omnium de vora Ecclesia opinio, ea tamen itidem inclarescit ex eo, quod in hunc diem perduret Ecclesia Christi : certum namque est, quod verum perstet semper, nonilcm falsum. Huc quadrat optime gravissima illa oratio Gamaijelis ad Concilium Judæorum, qui Apostolos Christum praedicantes occidere parabant : Viri Israelite ! attendite vobis super his hominibus, quid aduri sitis : quid necessum, per mortem Apostolorum vobis piocmaic securitatem a

sequacibus Jesu Nazareni ? nam si est ex hominibus consilium hoc aut opus, dissolvetur; si vero ex Deo est, non poteritis dissolvere illud: nonne ante hos dies extitil Tiikodas dicens, se esse aliquem (cui consensit numerus virorum circiter quadringentorum) sed occisus est, et omnes qui credebant ei, dissipati sunt et redacti in nihilum : nonne post hunc extitil Judas Gaulels, et avertit populum post se, et ipse periit, et omnes quotquot consenserunt ei, dispersi sunt? Eodem fato corruet seipsa Christianorum secta, si fevs illius auctor pseudopropheta fuit. Si ex illorum secta turbæ, ac seditiones oriri coeperint, compescentur a milite Romano; si xero optimos ea fructus proferat, vobis ipsa dictabit ratio, quod nonnisi arbor bona det fructus bonos; doctrina igitur illorum bona et a Deo esse debet.

Cum itaque per septemdecim secula effloruerit Christi Religio; impossibile est falli nos, si dicamus cum Gamaliels, quod illa sil opus Dei, siquidem nec longinquitas temporis, nec hominum malignitas, nec Orci furia* illud aut potuerunt hactenus aut poterunt deinceps dissolvere : opus Dei, quod non aliis armis, quam fide, charitate, patientia, fortitudine in patiendo pro justitia, et in moriendo pro veritate stabilitum ac propagatum est; in quo imo vel maxime elucet Christi Jesu divinitas ct omnipotentia. Quis cuim unquam extitil exercitus, cujus in dies magis accisæ vires, qui tamen ex his ipsis cædibus in dies erexerit? cuinam provinciae cx eo succrevit populus, quod novis in dies depopulationibus affligeretur? quæ tellus inde feracior reddebatur, quod diurnis nocturnisque tempestatibus quateretur ac devastaretur?

Erat Gamaliel Pharisiens ac Legis Doctor, dc quo vide Actus Apost. V..U De Theoda Joseph. Antiquit. L. XX. C. 2. Dc Juda Galil. idem Anliq. !.. XVIII. C. i.

Obj. I. Propagatio Evangelii orta fuit ex causis naturalibus, quarum praecipua erat enthusiasmus primorum Christianorum. Quippe ethnicus, cultor Apollinis, certus, quod nulla sit suorum Numinum adversus alios Deos zelotypia, ne cogitavit quidem, susceptis itineribus difficillimis, suæ superstitionis proselytos lucrari. Judæus divina suæ gentis electione superbus, alias etiam nationes templo Jerosolymitano adgregare ncquicquam curabat. Solus Christi assecla sui muneris esse rebatur omnes alias Religiones evertere, cujus vix quisquam ausibus obsistere sollicitus erat. En snbitæ propagationis causam.

Rjesp. Alia omnia nos edocent historiœ. Numquid enim apud omnes idololatras certorum Numinum Religio determinata non fuit, ita ul crimen majestatis censeretur, invehere aut colere De.is alienos? numquid apud Athenienses, qui alloqui sat liberales in numero Deorum Deo etiam ignoto aras erigebant, Socrates morte mulctatuset Pulls vehementer exagitatus fuit, eo quod Deos alienos obtrudere conati? Quis nescit, Judieos terra marique proselytos magno studio conquisivisse; et primis Christi adoratoribus a magistralibus, a plclie, ab omnibus contradictum esse inter dirissimas persecutiones? Num credibile, solum Apostolorum enlhusiasmum tot tantaque naturæ, libertatis, superstitionis ac tyrannidis obstacula perrumpere potuisse, ut imis et summis, potentissimis et sapientissimis gentilium inimicam nature, odiosam libertati, superstitioni ac tyrannidi exitiosam Reli-

rioiieiii tam repente, tam ubivis persuaderent; quæ etiam Religio auctorem Indicat infami crucis supplicio allectum, el praecones nonnisi viros simplices, illitteratos, nullo splendore natalium spectabiles, opibus ct praesidiis omnibus humanis destitutos, atque pro nova, inaudita, factu ac creditu perquam difficili doctrina, nonnisi adversa Christi sequacibus pollicitos?

Obj. 11. Nihil in hoc ardu uni, insolens aut stupendum, quod exterminari cœpcrint Paganismus et Judaismuseo tempore, quo ille refertus stultitiis ac spurcitiis suamcl tandem absurdilalc opprimebatur; hic vero tot et tam fidis abusibus scatebat; uterque importabili legum et traditionum jugo a Sacerdotibus in dies aucto sui fastidium et gentibus et Judæis ingerebat?

Resp. Eccur autem non prius ulerque corruit, quam Christi tides annuntiaretur? Uti per tot jam secula incanuerat idololatria, sic tanto etiam tempore non defuerunt sapientes, qui idololatriae vesaniam perspicerent. Judæis autem qua ratione sua Religio videretur stulta ct inutilis, quam sibi a Deo traditam praedicabant? qua ratione onus legum refugerent, quod ipsimet continuo aggravabant; ct tametsi jam Christiani facti, suæ etiamnum Legis anliquæ observantiam optabant jungere Legi Christiana?? Nec constat gentiles unquam adversus sacrificulorum aut avaritiam aut sævitiem fuisse conquestos. Et vero, si suam utrique Religionem pertæsi; eccur Christianam tam cito ct tam constanter amplecterentur, quæ Judæis ct Gentilibus tam cima corporis ct sensuum commoda externa, quam circa internos affectus et cordis puritatem quaedam graviora praeciperet ac prohiberet, quam erant Judæissua lex,et sui ritus ac sacrificia Ethnicis; quibus cælcroquin persuasum, viverd licitum, prout libet? Demum nonne etiam Religio Christiana accusatur al heist is ceu rea contradictionis, inutilitatis, imprudentia?.? magis ergo pronum utrisque fuisset, vel omnem prorsus Religionem abjicere, vel solani naturalem eligere, vel novam sibi effingere.

Obj. Ill. Doctrina moralis Christianorum, sanctior ct suavior, causa fuit Christianismi tam subi to propagati. Nimirum ingemiscens tum sub gravissima Imperantium tyrannide Romanum Imperium conquisivit lenimen et solatium, uti in Stoicorum, ita in Christianorum morali doctrina ilii simillima.

Resp. Imprimis quantum inter se discrepant inevitabile fatum cæcaquc necessitas, ct ineffabilis Dei providentia, quæ cx iis etiam, quæ nobis videntur mala, nostrum bonum elicit: tantum chaos intercedit inter Stoicorum ct Christianorum doctrinam moralem. Deinde non omnes tum Imperatores fuere aut Caligulae aut Ncroncs; sed ct Claudii, Titi ac Vespasiani ab illorum barbarie multum dissidentes. Demum quæ calamitas publica potuit adigere Judæos et Gentiles, ut praecise ad Christianismum confugerent afflicti ? Nonne Judæis ad lenimen praesto erant Psalmodia Davidis, divinarumque promissionum ingens copia, unde levamen populi electi tempore opportuno adfutunim liquido haurirent? nonne Ethnicis, prout sapientissirni eorum dudum fecerant, in suis virtutibus acquiescere, et per apathiam Stoicam adversis omnibus insultare pronum erat? Eccur Christiani liant, queis Christus et Apostoli ”on pacem, sed gladium el acerrima qutevis praedixerant? ecquid mala malis accumulent, et præter jugum lyraimicum etiam odia amicorum,

sannas el opprobria a Christi hostibus accersant? ecquid suavi jugo Christi non contenti in occulto, palam cum discrimine vitæ nomen et fidem Christi profiteantur?

06/. *IV*. Singularem erga pauperes libcralilatcm affectabant primi Christiani, virtutem, quæ ipsius adeo Juliani Imperatoris zelotypiam cieret. Im.'c factum, ul pauperes et plebeii ad Christi sacra confestim abriperentur; reipsa vero exiguus semper numerus erat Christianorum in primis seculis.

Resp. Erat quidem mirifica in Apostolis et primis Christianis beneficentia, sed nulla prodigalitas : qua enim moderatione collectas dislribuereut, exhibent Actus Apostolorum VI. 1.qt I. Tinioth. V. 3.). Quod otiosos abjectosque homines suis eleemosynis minime foverent, docet Epistola 2*. ad Thessal. III. 6-12. Quod demum Jerosolyme lautum esset gazophylacium, pro ingenii copia Judæorum, qui ad Christum conversi vel inibi habitabant, vel illuc ad festa convolabant; et quod nonnisi pro pauperibus collectae fierent, testantur itidem Acta Apost. XI. 28; et P. Pauli epistola ad Corinthios XVI. I. Porro hæc liberalitas si permovit pauperes, non item divites magis exin absterrendos, quod, ubi Christum profiterentur, ipsis incumberet, suas pecunias in tot pauperes Christianos profundere. Et quid demum contra Judæos pro sua Religione tantopere zelosos valeat tantillum eleemosynal, pro qua ingens ac præsens quotidie periculum ac persecutio subeunda forent.

Illud vero Jl l ia n i de ignobilitate primorum Christianorum, quam sil putidum, testes sunt doctissimi quondam Philosophi, S. Justinus, Clemens Alex., Origenes, Tertullianus, Arnobius, Pantænus et alii, de quibus Eusebius Libro 11. « Viros insignes litteris et pietate numerari non posse » : testes sunt Actus Apost. XIII. 7-12. De Proconsule Ser gio Pa l l o, XVII. 3L De Dio-nysio inter Areopagitas sapicnlissimo ac nobilissimo ad Philipp. IV. 22. De Josepho et Xicodemo spectatissimis inter Judæos Consulibus, ac de iis, qui dc domo Cæsaris sunt, aliisque videatur Lamy de Erudit. Apost. c. o. Demum Davidis Gl a r k o n i næniam de paucitate primorum fidelium dudum explosit inter alios P. An s a l d i 0. P. ex antiquissimis Scriptoribus Ecclesiasticis.

.Nimirum secundum Lucam Act. II. 5. *erant autem in Jerusalem habitantes Judæi viri religiosi ex omni natione, quæ sub cado est,* S. Cl emens Rom. scribit de Petro et Paulo, « his viris, qui divinam vitam duxerunt, aggregata est magna multitudo electorum » : quam epistolam sub persecutione Domitiani scriptam fuisse, tuetur Ma ma c iiius L. II. Orig. ct Anliq, Christian. Cl emens Al ex. Slrom. L. VI. scripsit : « nostram autem doctrinam a prima usque prædicatione prohibent Deges et Tyranni, nos pro viribus exscindere conantcs; illa autem magis etiam floret». Sept imius ex Tertulliani Libro cont. Judæos c. 7 ait : « in quibus locis (pluribus Regnis) Christi nomen, qui jam venit, regnat ». Quæ voces *floret, regnat,* maximum sane numeriim innuunt. Ter t vl l. Apolog. c. 2. ct 17. « tanta, inquit, hominum multitudo, pars pene major civitatis cujusque ». Cuinam vero polior habenda fides, an B.vsn a gio, qui suis in Annalibus L. 1. c. 6. scribere ausus est, vel in tertio seculo vixdum decimam partem fuisse Christianam in Civitatibus Romani Imperii ? an Ter t l l l i vn o, qui de sui ævi factis testatur; præscrlün si addas testimonia Or igen is L. IV. c. o. eunt. Celsum : « iu omni orbe

Ivnuibm, in omni Græcia atque universis cæleris nationibus innumeri et immensi sunt, qui relictis patriis legibus, ct his, quos putabant Deos, se disci-pfinæ Christi tradiderunt ». Ipsorum gentilium; Taciti XV. c. 44. « Eorum (Christianorum) multitudo ingens convicia est » : Plinii ad Trajanum : «neque enim civitates tantum, sed vicos etiam atque agros superstitionis istius contagio pervagata est» : Jiliani Apost. in Sahra cont. Antioch. « etenim populi magna pars, imo lotus populus, qui impietatis sectam sequitur, mihi succcuset, quod inc sidet Patrum Religionem amplecti ». Celsus, Porpiiy-rics. Machobius et Apuleius observant, quod primis jam seculis infamis idololatrias aspectus ad lucem Evangclii ita inhorruerit ex tot confictis et flagitiosis Numinibus (cum nonnisi unum ct optimum ct maximum colerent Christiani) ul ad cooperienda hæc probra dicerent Ethnici, evulgatas de Diis suis fabulas esse ineras allegorias. Quo tamen non obstante, magis in dies inhorrescens idololatria ad loca deserta cl viles pagos cxularc debuit, unde pagani dicti sunt idololatrae.

Obj. Γ. Fides Christiana sui propagationem cumprimis debet Martyribus; inde vero ejus divinitatem evincere, vanum ex eo, quod exliterint pro humanis quoque opinionibus, pro erroribus et seclis falsis, qui sanguinem vitamque prodigerent ; itaque sicut hos, ita illos nonnisi cnlhusiamus .Mar-tyres fecit.

Resp. Habeant error, hæresis ct superstitio suos pseudo-martyres : quis prudens inferat, ergo ncc pro veritate Christiana ulli sunt veri Martyres? Fuisse falsos testes in referendis factis historicis, nemo negat : sed nemo affir-mat, omnes omnino Historiographos sublestae fidei esse. Conferantur illi Mar-tyres falsilatis cum his veritatis Christianae Martyribus; atque illinc motiva mere humana et naturalia, præjudicia, ignorantia, superbia, pervicacia cl obstinatio; hinc vero doctrinæ sublimitas, eximia vitæ sanctitas, praecellens Religionis zelus, quanta animi dimissio, tanta fortitudo, omnigenae virtutis et gratiae supernæ affluentia emicabunt. Nam

1°. Horum sanguis ab omni genere, sexu et ætalc hominum copiosis-sime fusus pro veritatibus, tum quæ naturæ imperviae a Deo libere erant rcvclalæ, uti spes salutis æternæ per vivam fidem in Christum ; tum quæ futura manifestarent uti resurrectionem mortuorum, nonnisi ex verbo Dei scripto aut tradito addiscenda, cum sola ratio ea neutiquam assequatur.

2®. Plerique Martyrum non erant a teneris Christiani, sed vel Judæi vel Gentiles; proin vel obterenda erat Religio altis radicibus fixa ct quondam divina, vel evellenda inveterata opinio de pluralitate Deorum; et pro doc-trina uti mysteriis incomprehensis plenissima, sic naturæ ac propensionibus bominüm inimica, ctduntaxal a morum severitate, a perpessioni bus, a cruce, ab opum, honorum ac voluptatum contemptu spectabili mors obeunda ; ct nbita quidem in tanta luce cognitionis, sapientiae, patientiae ac fortitudinis præccllenlia, ut suis persecutoribus injustitias quidem eorum exprobrarent, sed condonarent ignominias, pro iis Deum exorarent, ct quosvis alios ad cam-dem fidem ct in fide constantiam, uti SS. Stepiianus et Paulus, excitarent.

3®. Martyres Christi ad exemplum et præccptum Christi longissime aberant i protervia et insania pseudo-marlyruni : non enim se ultro ac importune iii-crcbant in odia et persecutiones, clam et noctu ad orationem et fractio-

nem panis congregati, interdiu cum Judicis (quantum per Christi fidem licuit) in Synagoga et in Templo conversati, nunquam magistratibus obluctati, nisi dum abneganda tides esset. In mortis pericula improvide ac stolide se non immittebant, sed vel fuga vel sapiente apologia periculo se extricare conabantur, Matt ii. X. 23. Vbi vero pati ac mori necessum erat, non illa Stoicorum apathia superbiebant, sed mortis horrore aliquantum perculsi (uti Paulus 2. Corinth. V. 2.) quamvis inter Apostolos omnium maxime imperterritus, ad orationem, ad solatia Evangelica couverai exultabant præ gaudio, quod digni habiti sint, pro nomine Jesu contumeliam, cruciatus et mortem pati.

Veros ergo Martyres habet sola vera Christi Ecclesia, extra quam, teste Cypriano, martyrium non tam fidei corona, quam poena periidiæ est : «ardeant (inquit de unitate Ecclesiae) licet flammis et ignibus traditi, vel objecti bestiis animas suas ponant; non erit ille religiosa: virtutis exitus gloriosus, sed desperationis interitus; occidi talis potest, coronari non potest». Videlicet Martyrem non facit supplicium et genus mortis tolerate, sed causa, status et religio patientis. Et quis ausit, tam nobilem Martyrum gloriam in tam universali et tam invida patiendi moriendique constantia enthusiasm! ignominia obfuscare? Sane nonnisi Theistæ et Naturaliste, Enthusiaslarum duces imprudenlissimi ac impudentissimi.

Obj. VI. Injuria iit sane maxima imperatoribus ethnicis, præsçrlim Diocletiano, quod a male credula simplicitate summi Principes arguantur alrocissimæ tyrannidis in Christianos; cum horum neminem solius fidei causa morte unquam affecerint. Quis enim nescit Trajanum, M. Aurelium et Antoninos fuisse Çæsares mitissimos æque ac sapientissimos fortissimosque spiritus, qui ab effusione humani sanguinis quam maxime abhorrerent? Nulli ergo ullo tempore fuerunt veri Martyres pro Christi fide.

Ita Voltaire, *Histoire générale, c.* V.

Resp. Quanta hominis temeritas et audacia adversus probatissima testimonia gentilium adeo scriptorum, .Elii Spartiani, Julii Capitolini, .Elii Lampridii, Trebellii Pollionis, Flavii Vopisci, Dionis Cassii, Suetonii, Sulpilii Severi, Pauli Orosii et Taciti, qui indignissimas sub Neronis imperio Christianorum persecutiones, supplicia et cædcs scriptis consignarunt : contra celebratissimas S. Justini, Tatiani et Athenagora: apologias, quas Imperatoribus tradidere, ut a cædibus Christianorum fidei duntaxat causa imperatis eos cohiberent : contra Arnobii, Lactantii et Eusebii irrefragabile testimonium, qui testes de visu tctenimain Diocletiani tyrannidcin per Asiam ct .Egyptum in Christianos exercitam vivide enarrant : contra acta martyrum consensu omnium seculorum firmissima, sed quæ inter veterum Monachorum deliria abjicit Voltaire : contra auctoritatem SS. Patrum, scriptorum Ecclesiasticorum, et præprimis Baronii, Pagii, Ruinartii, Bosueti, Eleurii ac Tillemontii, quos omnes ceu simplices malæ simul credulitatis arguit. Et quo demum fundamento nititur unius contra omnes tam pervicax sententia? nullo. Legit Voltaire in suo Dodwello, quod paucissimi quondam Martyres extiterint ; inde ferocior Voltaire asseverat, nullos plane Marivres Christi unquam exlilissc. Nimirum ul magis nova et insolita piæ

DunwELLo luci publics oblriidtircl, non puduit præ Dodwello magis es.se **impihlcllll'lll.**

Screrus, Severianos, Carpophorus el Viclorinus, omnes statuarii ideo solum i Diocletiano trucidati, quod ad Christum conversi et nollent idola porro adorare, quæ noverant esse opera manuum suarum, et nollent posthac sua arte elaborare idola. Quippe omnes prope statuarii jam Christiani nullis cruciatibus adigi poterant, ul Lares, Penales aliave Deaslroruin simulacra Ethnicis effingerent. De his vide Tertlll. de Idolol. c. 6. et 7. Demum hasce Voltairji iiæuîas egregie depexuit P. Lixdemayer in Libro cit. pag. 375-670; nec non Cl. Nonnotte in Libro : *Les Erreurs de Voltaire.*

Xïmirum ridiculus ex loto scepticuscsl Voltaire, cujus principale dogma: dubitandum esse dé omnibus; et axioma præcipuum: quis scit, num verum >il? pari ergo, quin poliori jure dicam de Voltairii historia universali : quis x'it, num verum sit, quod scribit ; cum sit de omnibus dubitandum? Succense! Voltaire nostro de suis scriptis scepticisme ? et nos magis ipsius Pyrrhonismo, quo universalissimum, coustanlissimum, probatissimum tol gravissimorum testium de visu, ct Scriptorum omni exceptione majorum de SS. Martyribus testimonium arrodit, sicque omnem et tidem et auctoritatem humanam adversus semetipsum lotiusque humanitatis sensum pessumdat. Idquedum ejus scripta vel ex eo de mala tide, quin de impietate suspecta reddantur, quod, ubi in sua historia universali Sinenses, Indos et Quackeros copiose dilaudat; Socratem, Platonem, Aristidem, Titum, Trajanum. M. Aurelium, Antoninum, Julianum, Mahumetemct Mahumetismum mire dcprædicat ; de Christo ct Christianismo, de primis Christianis, dc nostris Apologetis, dc sanctis Præsulibus, cl dc innumeris Martyribus parce memoret, ac vix quidquam laude dignum proferat, imo primae Christi a?ne impingat nonnisi vilia, superstitiones, seditiones, crudelitates et abominationes. Quam vero in placitis suis, tam et in suis moribus est exoticus ille Philosophus : semper recta incedit, quantumvis in via occurrant aut plauslnim fœni, aut scrobs, aut collis, aut canis veneficus: semper cumdcm præfert vultum: semper, ubi suum ccepit dialogum, cum pertexit ad finem, quamvis omnes ejus auditores dudum fuga dilapsi sint ipso solo relicto; idque juxta suam gnomeu : quis scit, num verum sit? De his plura in Disseri. X. Sect. 111.

§ III. corollaria.

I. Prudentia quidem humana ad abolendum nomen Christianum suggerere Heipublicæ Judaicæ, Principibus cl Romanis Imperatoribus nihil efficacius potuit, quam populorum odia excitare contra Chrislicolas, ct hos sine numero ob ipsum nomen Christianum atrocissimis addictos suppliciis crudeliter necare. Imo orbis universi conspiratio adversus Christi nomen inita sustulit ipsum auctorem Religionis, sustulit Apostolos, et per tria EccJesiæ secula anteriora in aperto vitae discrimine vixere omnes Christiani, quorum infinitus numerus variis et truculentis persecutionibus fuit sublatus, ut adeo Sozomexls sub Sapore Persarum Rege 1(»000 Martyres recenseat ; 160000 unius provinciae Martyres adnumeret Ruinartus; S. Augustinus vel imum diem passionis SS. Martyrum computando, millia hominum invenerit coronatorum; Genebraruus cl Arias in singulos anni dies 30000 Martyres collocavc-

rint. Fefellit tamen spem humanam eventus plane oppositus, cl (quod nunquam antea ncc postea visum est) sævifia illa in Christianos Christianismo pnecipua fuit causa diffusionis ac stabilitatis, atlestantibus S. Jlstixo, Tertvllianvs, Arnobio, Lactantio el aliis, se permotos incredibili constantia ut fortitudine Martyrum, ut causæ Chrislianre examen in se susciperent, cl suspicientes quiddam divinum in Secla laniorum pugilum (quales inoinni ætatc, in omni sexu , in omui conditione illa efformaverat, et quales Philosophia suis præceptis nunquam instituerat) ad Christum conversi uno ure cum Tertulliano contra paganos Imperatores hoc insigne veritatis ac divinitatis argumentum proferrent : « exquisitior quædam crudelitas vestra illecebra est magis Sectae: phires efficimur, quoties metimur a vobis; semen est sanguis Christianorum ». Pacianls autem de primis fidelibus cum scribit : «non sciebant disputare, sed sciebant mori»; confundit ævi nostri incredulos ex eo maxime, quod ipsi licet sciant disputare de fide aut potius contra fidem Christianam, tamen nec mori sciant pro fide, ncc vivere juxta fidem, sicque disputando fere tantum obsint fidei, quantum illi moriendo profuerint.

II. Audiant ista Dodwellus et Voltaire, simulque consulant ipsa Martyrum gesta olim per notarios tachygraphiæ perilissimos sollicite consignata ; el profanos etiam scriplores adeant, quin ethnicos adeo testes de visu minime suspectos (quia maxime infestos fidei Christianæ) ut tandem, castigata sua temeritate de paucis vel nullis admodum veris Martyribus primorum temporum, cessent toti antiquitati proterve obluctari. Quippe certissimum, sed et divinissimum est, quod Christiana Religio in sinu suorum hostium nata fuerit, altricem habuerit crudelitatem, inter cædes adoleverit, divexala a Magistratibus, a Principibus dilaniata, ab Imperatoribus excarnificata, mundani odii et furiarum infernalium scopus ct mela. His vero omnibus superior et victrix triumphavit, Christi prædictionibus præmunita, Christicl Apostolorum exemplis animata, divinis promissionibus excitata, de qua Tertvllianvs : « nihil dc sua causa deprecatur, «juia nec de conditione miratur; scit se peregrinam iu terris agere; inter extraneos facile inimicos invenire; cadorum genus, spem, sedem, gratiam, dignitatem in coelis habere». Apolog. c. 1. In eumdem sensum ellatur aurea pro more facundia S. Petbis Ciirysologus, Serm. XX. et Greg. Toron. Lib. I. Hist. c. 39.

Quæ de subita et diffusa latissime propagatione Elhnicæ ac Mahumelaiiæ superstitionis oggerunl Thcistæ, vide dc Polytheismo cl Mahumclisuio alias dissipata.

SECTIO VI.

SOLA RELIGIO CHRISTIANA VERA, VEREQUË SALVIFICA RELIGIO.

Duplex genus est Indifferentîstar Im : Alii quasi pagani salutem cuivis Secta* adjudicant, si modo Deum unum agnoscat el colat juxta ritum et rationem propriam suæ Scclæ : Alii vero Christiani (quos etiam adiaphoristas aulsyncrelislas vocitant) hdciin Deum superaddunt ct illam in Christum, ut proin ad salutem vix quicqnam requirant aliud, quam credere fundamentales, ut aiunt, articulos de Trinitate ac Incarnatione : dc his posthac, dc illis nunc agendum. Deterius quoddam systema Religionis nuperrime procudit Beaumellius, quo vult quatuor infantes, ulprimum ratione utuntur, a Philosopho erga omnes Religiones, Catholicam, Judaicam, Mahumctanam et Protestant!cam perinde affecto, operose imbui cum priinis Logica? præccplis; dein ubi discerniculum creverit, iisdem explicari dogmata, præcepla, ritus ct fundamenta prædictarum Religionum, ita ut demum ex his quatuor vera sit Religio, quamcumque demum pueri post maturum examen sibi delegerint. Absurdilatem ct auctoris et svslematis jamduin in fronte adnotare licet; nam 1°. Pestilenti scripto suum scriptor nomen pneligerc vix ausus, foeditatem partus ipse abhorruit, quam vis aliunde certum sit, Bealmeiliim et hujus libri et aliorum æque pestiferorum auctorem esse. 2°. Puerorum critcrio subjiciens quatuor Religiones, abstrahit a Paganismo, a cujus tamen abominatione superstitio Mahumelana aut parum distat, aut nihil. 3°. Philosopho, nescio cui, rem lotam committit; tibinam autem in Philosopho tanta critices cxacliludo, et par instituendis lot Religionibus sive scientia sive auctoritas?

§ II. THEMATA.

I. *Religio Christiana est unice Vera Religio.*

Probatio. Illa Religio sola est vera, quæ geminam hanc veritatem oiimibiis ingerit, et quod Deo ceu auctore ac line ultimo digna sit natura rationalis, cl quod corrupta indigna sil Deo : quæ sicut lapsum hominis, ita fidem in Reparatorem, et reparationem hominis per Messiam ceu dogma principale proponit : quæ eo Deum cultu prosequitur, qui Deo dignus et gratus Deum auctorem, objectum cl finem habet. Sed sola Religio Christiana hæc tradit omnia cx revelatione cl inspiratione divina, ex miraculis et prophetiis, ex oraculis Christi et præconio Apostolorum certissima æque ac

notissima. Cum ergo sic dicta Naturalis Beligio ad superna non pertingat; Paganica labis originaria* ac nccessariæ reparationis inscia, pro sui demissione vanitatem, pro miseria* deploratione arrogantiam, pro vera vidule omnis generis impietatem, et pro tide superstitionem inspiret; Judaica in umbris ct liguris hærcat; Mahumctana fabulis delusa, terrenis immersa, flagitiis submersa nec nomen Beligionis mercatur; sola Christiana est vera Beligio, summe æstimanda, eo quod hominis miseriam tam probe perspiciat ac edoceat; summe desideranda, eo quod humanæ miserim medelam adpromitlat ct exhibeat; summe excolenda, quia vere divina Dei Filium et auctorem et praeconem habet, atque unice vera Beligio est. Videlicet una tides ct una lex unam Bcligioncm seu Dei cultum constituunt; sed una est fides, quia una est veritas el spiritus unus veritatis; sed una tides unam legem parit,. quæ obligat ad credenda et agenda, quæ fides docet; ergo cum Christiana sit una ct vera, etiam unice vera Beligio est.

Itaque detestanda falsitas est, quod cuivis liberum sit, Religionem quamlibet pro suo genio et ingenio sibi deligere. Nam imprimis ille Beavmf.li.ii modus examinandi (praterquam quod effrenem Scepticisnium invehat) injurius est omnium secutorum clarissimis viris, qui dudum ponderarunt exactissime omnia Beligionis Christiauæ fundamenta. Praterea indignus est supremo Numine, cujus voluntatem in re tam sacrosancta (qualis est Beligio) quatuor homulorum judicio subjicit, universis dein mortalibus promulgandam; cum sit Beligio summi ætcrniqnc Parentis filia, solatia submissa mortalibus. Tandem infausta libertas Beligionis non humano, sed divino beneplacito subjugatur vel exinde, quod illusccnte ratione exoriatur obligatio ab ipsa natura rationali homini intimata, Deum auctorem suum quoad licet agnoscendi, colendi, amandi, ct eo quidem cultu, quo Deus vult et præcipit coli in Ecclesia a sc instituta. Eo quippe recidunt machinamenta incredulorum, tum ut semper habeant aliquas cavillationes, quas dune cl superbae cervici suæ praetexant, ne suavi jugo Christi subjugentur; tum ul alios effonnent homines sine cultu ct amore Dei, qui in truncos denique omnis Beligionis expertes obdurescant.

11. *Religio Christiana est unice Salvifica Religio.*

Probatio. Sola Religio vera est vere Salvifica : nam una est fidos, sine qua impossibile est placere Deo; sicut ergo in sola Ecclesia Christi vera est fides, ita ct salus, t na tantum est Ecclesia Christi, una sponsa , una columba et Sunaruitis, una Regina in vestitu deaurato circumdata varietate, unum boni pastoris ovile, unum corpus Christi spiritu vegetatum, unus spiritus veritatis, quo Ecclesiæ corpus agitur ct vivit, una demum coelestis Ecclesia, una Dei civitas, una Hierusalem : sed quæ coelestis est, terrestris aliquando fuit; et quæ modo triumphat in coelis, eadem in terris militavit; qui'ergn non est militantis nunc Ecclesiæ, neque erit posthac membrum Ecclesiæ triumphantis.

Itaque falsissimum est, in sua quemvis secta posse salvari. Si enim ante Ecclesiam conditam salus ex Judæis erat ; post conditam Ecclesiam extra hanc non est salus. Id quod non e\ Al» oratio Mahumcli.. non ex Talmudc Judao-

rom,non ex libris gentilium Poetarum, non ex fabulis el somniis Theistarum; «dex divinis Scripturis, qn® Christi institutoris voluntatem patefaciunt; sedor evidentibus signis, queis suam Christus Ecclesiam ceu dignissimam et unice necessariam salutis ducem el magistram insignivit, ac insignitam conservat, discere universi el possunt ct debent. Et liberum sil, quamlibet Religionem sectari? necessum omnino, eam amplecti, quam Deus ordinavit; nec liberum credere, quæ dictat imbecillis el superba ratio, sed quæ prima elsumma veritas edocuit; nec liberum, quovis ritu Deum colere, sed quem Dominus Dominantium pro suis honoribus ipse decrevit; nec liberum, hanc vel illam sectam deligere, sed ingredi et audire Ecclesiam, quam veræ doctrinae el æternæ salutis magistram in terris constituit auctor et consummati)!· tidei Christus.

Obj. I. In vita Christi consignata litteris Evangelicis nee vefbuhim legitur de Christianismo. Testes sunt omnes Evangelist®, quod Christus per totam vitam suam sollicite adimpleverit Legem Mosaicam ; quod Christi discipuli frequentaverint Synagogas, et praedicaverint non contra Judaismmn, sed contra abusus Judæorum; quod nonnisi exacto tempore longissimo Christi asseclae secesserint a Judæis. Tempori adseribenda sunt, non Christo, dogmata tidei Christian® : nam si Christo in mentem venisset instituere Ecclesiam, is certe omnes ritus, omnia sacramenta, omniaque agenda et credenda nobis declarasset ; ergo Religio Christiana non est unice vera ac salvifica.

Resp. Quæ audacia el improbitas? Nonne in Evangelio legitur : *Tu es Petrus et super hanc petram (cdi/tcabo Ecclesiam ineam, et porta· inferi non pmvalebunt adeersus eam?* quodnam illud Regnum coelorum, quod Christus dixit appropinquare, advenisse et annuntiandum omnibus esse, si non est Ecclesia Christi? nonne ejus discipuli a prima missione sua per Judæam praedicabant non Judaismmn, sed Evangelium, et post resurrectionem Christi baptismum, Christum ct fidem in Mediatorem, ideo a Scribis, Pharisæis ac summis Sacerdotibus extrema passi? Et nullum sit vestigium Christianismi iu Evangelio, in quo Christus præcepit : *Euntes, docete omnes gentes, bapti:anles eus in Nomine Patris et Filii et Spiritus sancti?* Missio Apostolorum ad omnes gentes, novum Magisterium doclrinæ Evangelic®, novi Baptismi institutio, congregatio filiorum Dei dispersorum, ovile etiam pro ovibus quæ non sunl ex hoc ovili, vinea aliis agricolis demandata, quid aliud significant, quam fidem pro Lege el Ecclesiam pro Synagoga a Christo institutam? Successu temporis Lex Christi obtinuit : hoc verum dicit, sed nihil derogat divinitati Christian® Religionis : numquid Deus ipse post sex dies complevit hoc Universum? numquid Regnum Israel et Lex Mosaica crevit cum tempore, cujus initio erant duo praecepta, hæc poslea in decem accreverunt, ac demum, exortis dubiis, singula Dei responsa ad quaesita Mosis cœlilus data Legi Moses inseruit, sicquc ingentem codicem instruxit? nemo propterea aut Legi Mosaicæ. aut mundi fabric® denegat, quod sint opus Dei.

Idem est dc Christianismo : revelata erani, statuta ac definita Religionis capita, tidei ac morum principia, credenda ct agenda ab homine Christiano : interim subnata sunt dubia, quorum judices Christus constituit Apostolos, horum judicia apostolica totidem erant voluntatis divin® declarationes, et

veritatis Christianæ diluiidatianes : hæc vero difficultas non ex ambiguitate verborum Christi, sed ex perversitate hominum orta fuit. Si stetisset prima et sancta credentium simplicitas, idem semper stetisset numerus credendorum, qua? Christus prædicavit. Verum hic Cerinthus, ibi Arius, alibi Macedonius, Nestoriiis, Cyrus, Sergius et Macarius conclamabant, non esse salutem sine circumcisione, Dei filium non esse verum Deum, Spiritum sanctum merum esse ministrum Dei, Maream non esse Deiparam, unicam in Christo fuisse voluntatem... Atque errores isti ac hæreses causa erant, ob quam augeretur objectum fidei. Quod adstringat adversarius Christum ad prexertenda omnia omnino dubia statim ab origine sancita? Legis Novæ; hoc ipso etiam arguit Deum ceu auctorem Synagogae, quod non jamdum in monte Sinai clarissime sit elocutus de mentis hmnanæ immortalitate contra Sadducæos, de millitate consecrationis panum Deo factæ in extrema penuria parentum contra Pharisæos, de falsitale metempsychoseos contra Sammai et Hillel, de veritate resurrectionis mortuorum contra Samaritanos, de quotidiani baptismi vanitate contra Hemerobaptistas, de stultitia immola? quietis in Sabbato contra Dosithæos.

Obj. II. Vana sunt inter Christianos instituta ordinum Religiosorum : pluies item Ecclesiæ, quarum in Apocalypsi jamdum meminit S. Joannes ; occur non sit varietas Religionum?

Resp. Religiosi omnes, quamvis diversi ordinis ac instituti sint, eamdem fidem ac legem profitentur, ea scilicet Christi consilia secuti, quæ licet omnes minime sequantur {necenim consilium obligat, sed praeceptum) nemo tamen est, qui consilia esse non dicat. Porro diversa habitus, cibi, cantus ac exterioris vitæ ratio Religionis substantiam non mutat, sed eamdem supponit, ei varia tantum adncctit ornamenta. Itaque una quidem est Religio caque Christiana; diversa tamen Religionis instituta diversique ordines, sicut in Hicrarchia diversi gradus. Mullas Apostolus privatas memorat Ecclesias,sed quæ unam constituant, sicut multæcivitates unam provinciam, multa? provincia» unum imperium. In hac una Ecclesia universali Romanum interet Grecum Catholicum discrimen non intercedit in iis, quæ ad essentiam fidei ac Religionis pertinent ; quod autem diversa lingua sit, unam fidei animam aut mentem non tollit; diversa liturgia, cantus diversi, diversæque vestes sacre ejusdem legis unitatem non solvunt.

Non ergo multiplex Christi Ecclesia est aut dici potest, cum sit ea fidei, legis, Religionis et Ecclesiæ connexio, ut cx fidei imitate Legis ac Religionis imitas,et ex fidei. Legis ac Religionis unitate Ecclesiæ unitas consequatur.

Obj. III. Fides Christianorum dicitur donum Dei, quod quidem Deus cum nemini debeat, ac nemo illud emereri possit, dat cui vult, el cui non vult dare, illud denegat; tuto proin quivis in sua Religione poterii acquiescere, donec cœlitns illud donum gratuitum Deus submittat. Idque ex co magis, quod fides Christiana sit difficillima, sive specientur mysteria, quæ rationem vel excedunt vel evertunt; sive studium prope immensum, omnes mundi ætales recolendi, tot omnium seculormn et nationum prætensas revelationes inter se comparandi, credibilitatem discutiendi, veritatem

dignoscendi, sensum investigandi, ac utrinque motiva ponderandi, ut tandem certus sis de existentiaac necessitate Religionis Christianæ.

Resp. Est plane donum Dei fides nostra ; quod vero ut cunctis mortalibus elargiatur, lota die suas expandit manus Paler misericordiarum. Est el lumen uilfstc. sed quo illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum Paler luminum; nisi homo dilexerit magis tenebras, quam lucem. Est sua iftstiw Religioni obscuritas circa dogmata et mysteria, sed quæ cx evidentibus tamen signis ct characteribus cuilibet veritatis ac salutis studioso satis innotescant, ceu revelata ab eo, qui nec fallere, nec falli possit. Et vero si Religioni Christianæ desint efticacissima crcdibilitatis momenta, qua fascinatione animorum fieri potuit, ut eam lotus orbis amplexus sil? sed, demongrata per evidentiam crcdibilitatis divinitate Religionis Christianæ, fallit omnis huic contraria Revelatio : quippe cum jamdum primordia Christianismi eo tenderent, ut Idololatria et Judaismus, si cum fide Christiana pu-.narent, everterentur: cum inde ad salutem hominum per omnia deinceps sttula necessaria esset fides in Chrislum: cum scientia salutis cx Scripturis sieris ceu ex Testamento divini Institutoris haurienda esset, secundum quas spiritus omnes Prophetarum probandi sint, ita ut anathema dicatur illi, qui tametsi angelus aliud Evangelium evangelizel ; evidens est, nullam revelationem aliam esse veram, el Religionem nullam a Christiana diversam esse divinam. Non ergo, ut solent Theistæ, conjiciendi primum sunt oculi in dogmata et mysteria, sed in auctoritatem, quæ illa proponit: si enim hæc divina est, jam illa quamvis obscura fidem merentur indubiam. Verum Thei-'laset Libertinos non obscuritas aut sublimitas credendorum, sed agendorum difficultas el vis ardua preceplorum Christi, dc sui odio et abnegatione, de mortificatione membrorum super terram, de dilectione inimicorum, de ihstinentia, de continentia, etc. illos fecit osores aut desertores Religionis Christianæ.

Obj. III. Si omnium fides et salus adslringenda erat ad Christi Evangelium: num opere pretium fuit, Dei Filium venisse in hunc mundum ad tantillum temporis, el ad tam mancam generis humani institutionem? Eccur, nisi acceptor personarum sit Deus, non ubivis el omnibus annuntiari viluit fidem Evangelicam unice salvificam?

Resp. fune ausis inscrutabilia Dei judicia pervestigare, el arcana divinæ ntDiiûmiæ sanctissima, sapientissime divinissimaque ad stateram dolosam infirma» rationis appendere? gentilis cum sis, responsum accipe gentilibus litum ab Acgcstino : « salus Religionis hujus, per quam solam veram salus ra vcraciterque promittitur, nulli unquam defuit, qui dignus fuit, et cui '.fuit, dignus non fuit, el ab exordio propagationis humanæ quibusdam ad premium, quibusdam ad judicium predicatin'... Haque ab exordio generis humani, quicumque in Chrislum crediderunt, cumque utcumque intellexerunt, el secundum ejus preccpla piecl juste vixerunt, quandolibet *et* ubilibet fuerint, procul dubio salvi facti sunt ». Epist. XLIX. c. 2.

lude ab ortu nature rationalis fidem salvificam Deus inniti voluit Novoi-tinni. sed quæ primum parcius Adamo el Patriarchis, Ium largius Mosi et Prophetis, demum plenissime per Christum el Spiritum sanctum Apostolis i ret. ab his Chrisli Ecclesiæ communicandam dc credendis et agendis ad

salutem necessariis. Ita visum est Altissimo, ita placuit Deo optimo; ergo nec Deus acceptor personarum est, qui providens omnibus de necessariis nemini denegat, quod debet; nec sua aut Judæos, aut Gentiles, aut quosvis incredulos infidelitas excusat ab æterna damnatione; praeterquam enim, quod Lex Evangelica in universo orbe ex præcepto Christi sil promulgata, et Ecclesia Christi vehit arx in monte posita cognosci, discerni et adiri ab omnibus possit ; Judæos etiam suorum Prophetarum vaticinia, divina Christi auctoritas Legem Veterem in Novam commutandi, miracula Christi, vitæ, passionis, mortis et resunectionis ejus omnes circumstantiae; el Gentiles sensus universalis et suorum Majorum scripta, Sibyllarum oracula, confessio dæmonum in suis idolis reddunt inexcusabiles; Theistæ demum aliivéincreduli, qui ad plenam lucem Evangelii mentem excæcanl, et cor obdurant, etiam prolixius illis (scilicet Judæis et Paganis) judicium habebunt.

Obj. IV. Si sola Christi Religio universis necessaria est ad salutem, miram videri possit, cur tanto tempore Dei Filius non prædicaverit ipse, aut prædicari jusseril hanc suam Religionem ; sed fere extrema mundi ætate eam primum constituerit et annuntiaverit. Demum difficile creditu est, voluisse incarnatam, ut vocant, Sapientiam et Bonitatem omnibus imponere sub dispendio salutis æternæ novam Religionem, quam prævidit a tot hominum myriadibus abjiciendam esse, sine ullo fructu crucis et mortis Christi.

Resp. Jam iterum audet terræ pulvisculus cum coeli terraque Domina expostulare circa suam in negotio Religionis dispensationem; sed opprimendus a gloria majestatis et æternorum consiliorum abysso infinita. Annuntiata fuit Christi Religio, quo tempore commodius atque utilius annuntiari potevrat. Erant sparsi jam per totum orbem Judæi, Veteris Testamenti codices secum deferentes; proin et liberior erat Apostolis ad Judæos suos fratres accessus, et facilior via gentiles etiam revincendi de fide in Christum, in quo exactissime impleta V. T. vaticinia Judæi exhibebant. Utilitas autem major exinde perspicitur, quod tum impleta vaticinia, Christi miracula, comperta sapientioribus Ethnicis suorum Numinum inanitas, ipsæ Philosophorum divisiones viam aperirent ad fidem Evangelii, indeque a seculis viv tribus elapsis factum, ut terræ facies (quæ fere tota Idololatriæ tenebris involuta, et voragini immersa omnium flagitiorum erat) prodigiose immutata Dei digitum aperte indicaret. Quod adversus Christi Religionem insurrexerint gentes et Reges terra; novum est prodigium, quo illa tot inter turbines germinaverit, creverit, adoleverit, et in hunc usque diem efflorescat. Quod scelesti complures vel repudiarent lucem Evangelii, vel non ambularent juxta illam, etiam cum nomine et charactere Christiano ad tenebras exteriores condemnandi ; id vitio hominum fit, nec bonitati divini Redemptoris, nec sanctitati Religionis quicquam officit; minus autem ideo lumen fidei concludendum sub modio est : alioqiri etiam Theistæ desinant (quod optamus maxime) sua dogmata quaqiiaversum spargere, ne durius judicium acccrsant el atheis. qui illam Theislicam Religionem contemnunt, et Christianis, qui illam adeo detestantur.

§111. COROLLARIA.

Stat itaque tot jam seculis, et stabit ad consummationem seculi toto terrarum orbe diffusa, uti Paganismum et Judaismum , ita et Libertinismum debellans Christi Religio; quæ cum sit ex veritate prophetiarum, miraculommgloria,constantia Martyrum, doctrina Apostolorum el Doctorum, virluteque divina latissime propagata, alium sui auctorem nec habet, nec habere potest, quam Unigenitum Dei Filium ; cujus ex promissione et omnipotenti virtute contra omnes furias Paganicæ tyrannidis, Judaicæ perfidiæ, Hærelicæ pravitatis el mundanæ nequitiæ per duodeviginti secula jam efflоruit, quin vel Idololatria vel Judaisnnis suis e ruinis exsurgere potuerint, aut portæ inferorum tot hæresum monstris armatæ unquam prævalerent; cujus a doctrina vigent in Ecclesia mysteria, dogmata, ritus el sacramenta ad fidem veram et æternam salutem necessaria, quam sublimia, tam credibilia, quam incomprehensibilia, tam digna assensu fidei firmissimo ; cujus ei institutione tanta est Christianæ Religionis perfectio, ut Legem et Religionem naturalem ab omni erroris admixtione liberet, tanta plenitudo, ut divinam pro statu naturæ Revelationem augeat el ornet, tanta lux ct veritas, ut antiqui Fœderis umbras illustret, el splendor tam divinus, ut ethnicæ superstitionis ac quorumvis errorum tenebras dispellat ac eliminet ; cujus démuni ex æterno decreto nulla salus illi, cui in sua Ecclesia vehit arca novi Fœderis perfugium non fuerit, regnante hæresum, errorum ac infidelitatis diluvio ælernum perituro.

M>·

DISSERTATIO VIII.

DI? KÉMGIOMî t liniSTIAVO-i ATiSOLICA.

SECTIO I.

SOLA RELIGIO CHRISTÎANO-CATHOLICA VERA CHRISTI RELIGIO.

§ I. PR/ECOGNITA.

Religio vera et salvifica una est. sicut una fides et unus Deus; est ergo illâ, quæ est in Ecclesia Christi, quam æterna Veritas fundavit supra petram, d velut arcem in monte posuit divinis characteribus, divinis proprietatibus, divinis praerogativis insignitam. Voluit suam Unigenitus Ecclesiam esse luam, ut subjecta; Sanctam, ut digna; Catholicam, ut proportionate ; Apo-'lolicam, ut propria esset. Voluit omnibus esse Perspicuam, cujus fides annuntietur in universo mundo, universis necessaria ad salutem ; ludefe-liliilem, cujus fides contra ipsas inferorum portas praevaleat; Perpetuam, injnsfides omnium sectarum ruinas ipsa usque ad consummationem seculi immotaconspiciat. Voluit prærogalivis exornatam , Dogmatum, quæ sint Jwlrinæ imitas, veritas, sanctitas ac efficacia; Testium, quorum integritas, multitudo et auctoritas ab Apostolis, .Martyribus, Virginibus.ct Confesso-sil spectatissima; Sigillorum a conversione infidelium, a constantia * miraculis, a signis et donis coelestibus. Et quæ est ista Eccle-ia>nisi in qua est fides Petri, super quem ædificata est Ecclesia Christi : | i m qua est Cathedra Petri, radix ct matrix, principium et centrum unio-Catholicae, ita ut, qui juxta Sacrarum Scripturarum et Apostolicarum •ditionum oracula extra hanc domum comederit agnum, profanus sit; lll hanc Matrem et Magistram non audierit, fiat sicut ethnicus et publi-aniis.

h'r Characteres hic intclliguntur signa et notæ sensibiles, quibus, cum mu notiores re significata, omnibus obviæ seu cognitu faciles ac simul pro-vera Christi Ecclesia certo discernitur a Sectis falsis, quæ Christiano 'Hn,l,e gloriantur. Proprietates reddunt Ecclesiam Christi præ aliis Anti-lf"I· Synagogis perspicuam, erroris nesciam atque perpetuam. Prærога-'æHint, qiiæcnmquc veniunt nomine motivorum evidentis credibilitatis.

§ II. THEMATA.

I. *Sola Iteligio Christiano-Catholica præsefcrt veræ Christi Ecclesiæ omnes Characteres.*

Probatio. 1Ui. Character vera Christi Ecclesiæ est Unitas corporis sub Christo capite ejusque in terris Vicario et Divi Petri successore. Nimirum Christus suam instituit Ecclesiam ceu unum corpus sub uno Capite, ceu unum ovile sub uno Pastore, ceu unum regnum sub uno Rege, ceu unicam sponsam uni Sponso conjunctam, ceu unam domum sub uno Patrefamilias. Hisce titulis Christi Ecclesia in sacris litteris honoratur, atque exin Patres appellant Templum, Navem, Exercitum, Civitatem et Arcem; Sacerdotem igitur hoc templum, Nauclerum navis. Ducem exercitus, Magistratum civitas et arx Prasidem desiderant. Christus uti Auctor Ecclesiæ, ita Caput supremum et Pastor ætemus voluit, ut Petres ædificandis in domo Ilei populis lapis esset ad fundamentum, columna ad sustentaculum, clavis ad regnum : Petrum et successores Petri suos in terris Vicarios Christus constituit, quibus suas commisit oves el agnos, dedilque claves Regni coelorum : Cathedram Petri, cujus esse voluit potentiorem principalitatem, posuit fundamentum Ecclesiæ et centrum unitatis, ita ut, qui uniuntur huic Cathedra tanquam centro, et subjiciuntur ejus Episcopo tanquam Primati, Vicario Christi et Capiti Ecclesiæ visibili, sint de Ecclesia Christi unice vera ac vere salvifica ; foris autem sint omnes, qui vel ipsi ab hoc Capite se separant, vel ab hoc unitatis principio rescinduntur.

Hinc licet Paulis 2. Corinth. XII. 12. certus de missione sua divina scribat : *tametsi nihil sum, signa tamen Apostolalus mei facta sunt super vos in omni patientia, in signis et prodigiis et virtutibus;* tamen prius praedicare gentibus ausus non est, quam id cum Petro communicasset ; unde S. Hier, epist. 75. n. 8. « ostendens (Paulus) se non habuisse securitatem Evangelii prædicandi, nisi Petri, et qui cum eo erant, fuisset sententia roboratus».

2“. Character vera Christi Ecclesiæ est Sanctitas membrorum vel manifeste excellens vel confirmata miraculis. Utrumque exigunt ct exempla et verba Christi : *Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut rideant opera vestra bona, et glorificent Patrem vestrum, (pii in cœlis est.* Item : *Signa autem eos, (pii crediderint, hæc sequentur : in nomine meo dæmonia ejicient...* Ulnunque praestiterunt Apostoli, qui, teste Chrysostomo, non minus candore morum, quam splendore miraculorum Christi Ecclesiam illustrarunt. Utrumque post Christum et Apostolos ita continuatum, ut qiiicumquc sanctitate aut manifeste excellenti aut miraculis confirmata celebres essent, membra fuerint Ecclesiæ Chrisliano-Catholicæ. Nec defuisse seculis omnibus eximiam morum integritatem, quam Deus ipse luculentis prodigiis contestari dignatus sit, evincunt Canonizationes Sanctorum, quæ summo rigore judicii evidentiam sanctitatis, et miraculorum praecellentiam, quantum humanitus haberi potest, requirunt probatissimam, el vel postremis temporibus S. Pii V., Ignatii, Xaverii, Philippi Nerii. Joannis dc Deo. Erancisci Regis et Borgia, Salesii, Teresiæ, Magdalen® de Pazzis, Aloysii, Stanislai et plurium aliorum

j;æcliireac prodigiose factis pleni sunt libri, pieu® gentium omnium hi-,'lori®, quin falsitatis vel impostura convinci a quoquam possint.

Pncslal, heterodoxorum hanc in rem delibare testimonia; Philippus Ralphs in Hist. Jtidic. C. XIII. pag. 7G. ita dc Xavcrio testatur : « si Xaverius fuisset nostræ Religionis, etiam apud nos ut alter Paulus cum veritate esset elimandus, ct colendus volui sanctus. Quanquam autem Religionis fuerit incœtradiversæ; aio, bonos omnes ejus zelo, vigilanti cura, et morum sanctitate excitari debere, ad cavendam in Dei opere negligenliain ». El in vita Irani apud Bouhours scribit Robertus Haklvit Angliæ Reformatus : « Pius ille Confessor el solers Indorum instructor Franciscus Xaverius post multos exantlatos labores, post injurias el calamitates magno animo superatas, omnibus benedictionibus spiritualibus plenus obiit anno 1552 ; postquam multa hominum millia ad fidem Christi perduxerat. Dc hoc viro, virtutibus ejus et mirabilibus vim omnem natura excedentibus, omnes recentes Indorum historiae testantur ».

3U. Character est Catholicilas seu universalitas quoad doctrinam, tempnsct locum. Est vero inter tot Christianorum sectas sola illa Religio, quæ R-mæ Episcopum pro Capite suo et Christi Vicario agnoscit, ct cui tam numen, quam res ipsa Ecclesiæ Catholicæ competit : nomen quidem ipsi Sectarii vel sponte vel ex conventione eidem attribuunt, ut suo jure quodvis hujus Ecclesiæ membrum cum Paciano glocietur : « Christianus nomen meum, Catholicus cognomen; illud me nuncupat, istud ostendit; hoc prodor, illo significor ». Quod vero re etiam eadem sola Catholica sil Ecclesia, 'incenticsLir in, sic declarat : « Magnopere curandum est, quod ubique, quod semper, quod ab omnibus creditum est. Hoc est enim vere proprieque -Catholicum (quod ipsa vis nominis ratioque declarat) quod omnia fere universalilcr comprehendit. Sed hoc ita demum fiet, si sequamur universitatem,antiquitatem, consensionem. Sequemur aulem universitatem hoc modo, shanc unam lidem veram esse fateamur, quam tota per orbem terrarum confitetur Ecclesia ; Antiquitatem vero ita, si ab his sensibus nullatenus recedamus, quos sanctos Majores ac Patres nostros celebrasse manifestum est ; Consensionem quoque itidem, si in ipsa vetustate omnium vel pene omnium Sacerdotum pariter et Magistrorum definitiones sententiasque sectemur»... lia in Commonitorio.

Doctrinæ universalitas vel ex sola fidei professione Tridentina elucet : et illa loci ex eo, quod Evangelium Christi annuntiatum sit cunctis gentibus, ac inplcrisquc regionibus Romanæ communionis Ecclesia vel dominelur, vel toleretur, vel patiatur. Temporis demum universalitas manifesta est inde a praedicatione Apostolica, ejus propagatione ad nostra usque tempora, ejusdemque futura durationc ad finem usque.

1°. Character est Apostolicitas per fundationem ct successionem Apostolicam. Quod Petris fuerit Romanus Episcopus, universa clamat antiquitas, Patres omnes, Graci praesertim, quorum maxime intererat ; tabulae fastorum evincunt; lapides ipsi et rudera vociferantur. Prostat etiamnum Romanorum Pontificum nunquam interrupta series, quam nec ipsi hærclici negare ausinl.no contradicant toti antiquitati; ct vero quisquis negaret, Petrum fuisse Roma·, ibidcmqiic ad mortem usque Ecclesiam rexisse, eodem jure Ugistum Cesarcm Romanorum Imperatorem fuisse, negare poterit. Ac

demum historia universa attestatur, Episcopos omnes, qui pro Catholicis habebantur, eum Petro et ejus successoribus Romanis Episcopis semper communione conjunctos fuisse. Nimirum Doctrina Aposlolica, præsertim Petri, ct ejus successorum ceu universalium Episcoporum, ad quorum Cathedram ceu principalem Deo providente nullus errori, nullus perfidi» accessus pateret, intrinsece constituit el distinguit veram Ecclesiam : Doctrinam hanc initio prædicatam el postea ex divino consilio sacris litteris consignatam custodii Traditio : Traditionem istam inchoat el prodit fundatio Apostolica : Fundationem hanc demonstrat producta ad Apostolos successio Episcoporum, quos Spiritus sanctus posuit regere Ecclesiam Dei ; ergo Aposlolica fundatio et successio Episcopalis ad Apostolos terminata, ceu Nota distinguit veram Ecclesiam.

Inde illud Cypriam : « Ecclesia est in Episcopo, adeo ut si quis cum Episcopo non sit, in Ecclesia non sit ». Et illud Tertulliam : « quicumque ergo pro Religione Christi sectam suam haberi volunt, ante omnia edant origines suarum Ecclesiarum, evolvant ordinem Episcoporum suorum ita per successiones ab initio decurrentem, ut primus ille Episcopus aliquem ex Apostolis vel Aposlolicis viris, qui tamen cum Apostolis perseveraverit, habuerit auctorem el antecessorem ».

Atque hi sunt illi Characteres, quos jamdum recensuit QEcumcuica Svnodus Constautinopolitana 1. ab ipsis heterodoxis commendata; ad quos contra suorum temporum hæreticos provocant antiquissimi Patres Ircnæus, Cyprianus, Optatus Milev., Chrysoslomus, Hieronymus, Augustinus; el qui aliis Christianorum sectis adeo non conveniunt, ut potius destitute vivo ct infallibili judice Controversiarum eliam tot habeant Ecclesiæ Capita, quot regionum diversos Principes; ut neque in earum auctoribus, neque in ullo membrorum eximia vitæ sanctitas, minus vero etiam confirmata miraculis authentice edoceri possit; ut saltem ilke Lutheri et Calvini trium secutorum ætatem necdum numerent, certis limitibus regionum circumscribantur,el doctrinam profiteantur ex damnatis fragmentis veterum hærelicoruni; ut demum in iis, sicut antiquitas et successio Aposlolica, sic omnia prorsus signa divinæ missionis deficiant. Scilicet Eltyciies, Llthercs, Calvlxcs ct Socims non fuerunt Episcopi, ct ab Episcopis, in quorum communione aliquamdiu vixerant, damnati cjccliquc sunt : Nestorils et Photils Episcopi fuerunt, sed cum nova moliri cœperunl, ille in Concilio Ephesino I., hic in Constantinopolitano IV. depositi ct excominunicati vitam finierunt extra gremium Ecclesiæ tam Orientalis, quam Occidentalis, ut proin Graciliorum doctrinam secuti frustra a viris Aposlolicissuam sectam derivent.· Jansesus denique et Episcopus ct in aliorum Episcoporum communione vita functus; qui tamen damnatas ab Ecclesia ejus propositiones defendunt, itidem a communione Apostolicorum Successorum exciderunt.

11. *Sola Rcliyio Christiano-Catholica præfulget veræ Christi Ecclesiæ Proprietatibus.*

Probatio. I4. roprietas vera Christi Ecclesiæ est Visibilitas. Videlicet Christus suam Ecclesiam, quam ceu montem domus Domini in vertice montium pradixerant Prophefæ. ipse expressit parabolis areæ, agri, sageiiæ: in

t.t pastores ct Doctores instituit, qui sint sal terne ct lux mundi : ipsam proniisil ædificandam supra petram, ac proin visibilem ad instar ædificii supra (drain : jubet adire Ecclesiajn, hoc est, praesides Ecclesiasticos, ubi fraterna correctio fratrem non emendat : neminem salvat, nisi qui adeat, ct audiat hanc suam Ecclesiam ; ergo spectabilis ac discernibilis illa sit, oportet. Idem docuere Apostoli, idem sensere Patres; idem semper inde ab ævo Apodolico exhibitum in Pastoribus Ecclesiæ, præsertim in Romanorum Pontificum successione nunquam intermissa, nec unquam intermittenda; in Conciliis generalibus ct particularibus; in debellandis haereticis, quorum inlesigiiani omnes cx societate Catholicorum prodierunt; in excludendis c dnusuo rebellibus adversus monita ct sancita Ecclesiæ; in Ethnicis ipsis, cum Aurelianus Imperator Pauli Samosatcni Episcopalem domum ci dari voluerit, cui cum Romano Episcopo communicaret. Atque ex his nonne splendida, permanens, tutique orbi perspicua illucescit claritas Ecclesiæ Catholica? ?

2*. Proprietas est Infallibilitas. Voluit Deus Ecclesiam Christi esse Unam, Sanctam ct Catholicam : sed una esse non potest sine unitate fidei ; nec sancta, nisi veram fidem teneat; nec catholica sine fide universali, quæ omnia vera dogmata complectatur. Ubi sunt duo vel 1res congregati in numine Christi, qui potestate sibi ab eo facta pro eo legatione funguntur, et homines Deo reconciliant in ædificationem corporis Christi, Christus in medio eorum est, videlicet per spiritum suum, cujus ductu Ecclesia errare non potest iu definiendis controveraiis fidei, et tradendis regulis morum; in quibus si erraret, sponsa Christi sine ruga ct macula non esset ; portæ inferi adversus eam praevalerent; illa Dei domus nutanti fundamento fulciretur; non esset columna el firmamentum veritatis; Christus promissis non staret, quia spiritus veritatis aliquando abesset; illa Dei civitas sine magistratu mera esset Babylon, et regnum illud in se divisum; templum illud sine Sacerdote legem Excelsi conservante ; corpus illud sine anima, et tides nostra sine regula. Quis vero talia dc Deo sentiat, qui etiamsi vellet, fallere non potest? Atque inde est, quod Ecclesia Catholica seu dispersa per universum, seu congregata in Conciliis, seu docens de Cathedra Petri nunquam erraverit aut defecerit in fide.

3'. Proprietas est Perpetuitas. Hæc cx Prophetarum vaticiniis dc Regno Messiæ, cx Christi promissionibus dc sua Ecclesia, ex ipsa legis Chrislianæ natura ct perfectione, plusquam certa est ac indubitata. Nempe vobiscum Ἰϊιυ, ait æterna Veritas, usque ad consummationem seculi; ct ad dilectam 'ibi Ecclesiam Dei Filius, sponsabo te mihi in sempiternum; misit Christus Apostolos, ut frudum afferant et fructus illorum maneat : Apostoli camdem Ecclesiæ perennitatem declarant per ministerium a Pastoribus exercendum, usque dum occurramus omnes in unitatem fidei et agnitionis Filii Dei. Et mirum profecto, quod, cum rerum humanarum inconstantia fiat, ut continuis factionibus et mutationibus tot Regna ct Imperia everterentur, sola Ecclesia Catholica tot inter persecutiones, factiones, hæreses, schismata ct morum corruptelas semper potens, semper victrix steterit, creverit, ct perpetuitatem usque nunc consecuta viderit coram sc corruere Solia el Imperia, immutari orbis terrarum faciem , exarmari ac confundi ct furorem Tyrannorum et Philosophorum arrogantiam, tam splendide ac invicte, ut inimici

facti sint vindices, quin et volunlariæ victimro pio veritate orthodoxa. Habuit xcro etiam Ecclesia Catholica inde a suis primordiis Episcopum saltem universalem certum ac indubium ; vel si quando schisma Antipaparum turbavit Ecclesiam, Sedes tamen Romana in Clero popnloquc fideli durans ct spectabilis cum reliquo orbe Catholico rite communicavit.

Atque Proprietates istæ tam soli Catholicæ competunt Ecclesiæ, ut Sectarii omnes, eo quod desperent, eas suis Synagogis accommodari posse, easdem abnegent, veræ Christi Ecclesiæ proprietates esse.

111. *Sola Religio Christiano-Catholica gaudet Prærogaliuisveræ Chrisli Ecclesiæ.*

Probatio. I*. Prerogativa est Dogmatum veritas nullius in hunc diem erroris convicta ; sanctitas hominem dirigens per fidem, spem, charilateni. mandatorum observantiam, cultumque Deo dignum ct gratum ad veram hujus vitæ sanctimoniam, et æternam alterius vitæ felicitatem; unitas in universali consensione fidei, qua hodiernæ Ecclesiæ doctrina eadem est cum illa primilivæ Ecclesiæ, quaque omnes Ecclesiæ particulares omnesque fideles damnant, quod damnat Ecclesia Romano-Catholica, ita ut sicut Iribus primis seculis dogma, hoc ipso quod sit oppositum consensui Ecclesiæ, cliamnum judicetur hærcsis, isque hærcticus, qui illud proterve amplectitur ac tuetur. Ubinam autem apud sectarios doctrinæ veritas, si eorum dogmata criterio theologico seu rationis seu auctoritatis subdantur? ubi sanctitas dogmatum, quæ sunt impiissima de mandatorum Dei impossibilitate, de libertatis amissione, de gratiæ sufficientis abncgalionc, dc operum omnium corruptione...? ubi unitas in perpetuis sectarum vicissitudinibus ct controversiis sectariorum nullo judicio terminandis?

2*. Prerogativa est Testium, quorum auctoritas, multitudo et integritas, quippe Pauli Apostoli, tot Sanctorum Patrum, tot Ecclesiæ Doctorum atque Episcoporum, tot virorum Apostolicorum in omnem terram ad fidei præconiurn a Romana Ecclesia delegatorum. Martyrum innumerabilium omni tempore el loco pro fide catholica gloriose occumbentium, tot Virginum ct Confessorum tam secularium, quam Religiosorum, in quibus perfectio Evangelicael eximia vitæ sanctitas eminuit, atque ctiamnum eminet, el de Ecclesiæ Catholicæ praecellentia, et de cujusvis seclæ Acatliolicæ falsitatc copiosissime eloquuntur. Apostolos ct antiquos Patres invocant testes seclæ Acatliolicæ? sed quæ ab illorum ætale reniotissimæ sunt, et ab illis non aliud testimonium habere possunt, quam quod de pscudo-prophelis illi quondam praedixerunt. Ad coævæ Ecclesiæ Catholicæ judicium provocant? sed quæ stigma inussit seclis omnibus, el anathemate feriit sectarios omnes. Inde vero etiam vel nullos, vel solos pseudo-inarlyres sibi vindicare possunt, suæ in erroribus feroci obstinationi immortuos.

3*. Prerogativa Sigillorum, miracula, conversionem gentilium ct fidelium constantiam complectitur. Dc quanam Ecclesia, nisi de Catholica el Apostolica dictum fuit : *In nomine meo dæmonia ejicient, linguis loquentur notis, serpentes tollent... et prædtcarerunt ubique Domino coopérante cl sermonem confirmante sequentibus signis?* Cuiuam alteri seclæ competere possunt dona illa ab Apostolo rvccri ita, *didsiones gratiarum, ministrationum et operati·)**

IM, qua· in sola Ecclesia Catholica perseverant, in qua *quosdam Deus posuit primum Apostolos, secundo Prophetas, tertio Doctores, deinde virtutes, exinde filias curationum, opitulationes, gubernationes, genera linguarum ct inler-prttaliones sermonum?* El de dono miraculorum in Ecclesia Catholica perpetuato ipsa factorum evidentia convincit, fideque dignissima veteris dc retentions ævi historia. Zelus Apostolicus propaganda} fidei orthodoxæ vel cx missionibus transmarinis abunde constat : quæ enim et quanta non fecerunt ac passi sunt præconcs Catholici, ut Christo lucrifacerent Indos, Sinenses, Japones et quasvis gentes barbaras; his adhuc diebus novo ordine non sine Numine excitato ad succurrendum animabus in locis desertis? Demum fides Catholicorum quam contra tyrannidem infidelium, hæreticortim furias, schismaticorum seditiones et pseudopolitices vafriliem victrix hactenus steterit ac triumphant, soli ignorant aut lividi Sectarii, aut pyrrlionici Theistæ.

Cum voro nullus unquam Sectariorum, ipsomet Erasmo leste, vel equum daudum curaverit ; conversionem autem Gentilium nec curam nec opus esse suæ Ecclesiæ fateantur Sectarii; omnes quoque familiæ illustres et illustrissimae, desertis Prolestantium castris, secundum omnem vel aliquam sui partem ad avita Catholicorum sacra redierint, el ab hisce sacris earum nulla inde a Luthcri turbis defecerit seu ad Lutherum seu ad Calvinum; quis ambigat, hac etiam praerogativa, uti cætcris, solam Ecclesiam Chrisliano-Calholicam suo jure gloriari?

Erasmus tract, dc lib. Arbiti*, de sectis Acalholicisita scribit : « in quibus nec est sanctitas, nec miracula, ut qui nec caudam quidem equi sanare queat».

Obj. 1. 5uii constat, cæleros Apostolos fuisse subjectos S. Petro ceu Capiti Ealesiæ : minus constat, Apostolos post mortem S. Petri superstites ejus successori Lino aut Clementi subditos fuisse : imo constat, quod S. Joannes Miuni Evangelium cum Romano Pontifice non communicaverit, habens nihilominus Iidem et auctoritatem verbi divini ; non ergo Romæ Episcopus centrum est unionis Catholicæ ; maxime cum juri natunc videatur adversum, quod Sacerdos extraneus (qui dicitur Romanus Pontifex) jus sibi quoddam arroget in Christianas orbis civitates.

Resp. Næ is oculis et mente captus sit, qui primatum Petri in universam Ecclesiam,ac proin etiam in Apostolos non intelligal ex clarissimis SS. Scriptu, rarum oraculis : *Tu es Petrus, el super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam : Tibiilabo daces Regni cadorum : Pasce oves meas, pasce agnos meos;* cx forma Regiminis, quod Christus in Ecclesia instituit Monarchico simile ; cx Traditione omnium SS. Patrum et Conciliorum; cx indubitata fide totius antiquitatis ; ex damnatis Russi et Wickleffi articulis. Cum vero Romanus Episcopus «cccssor sil Petri in ratione Capitis (quod Christus in sua Ecclesia visibile esse voluit ac perpetuum) primatus summi Pontificis ceu successoris S. Petri æqneextendebatur in ipsos Apostolos, ac ille S. Petri : cum succedere non iit aliud, quam jura acquirere pristini possessoris. Secus continuo post mortem S. Petri Christi Ecclesia facta fuisset plurium Capitum Ecclesia; datum a Christo munus Petro, confirmandi fratres, cum S. Petro exspirasse!; cum fratrum seu Apostolorum pars fere dimidia superstes S. Petro nequic-

quam dependeret a successore S. Petri ; nec univoce eadem diirasscl Ecclesia, quæ erat antehac a Christo instituta.

Quoad Theopneustiaiu Evangclii S. Joaxxis ncc opus erat, illud conferri cum Petri successore, nec ab hoc poterat illa conferri, de qua lecte ait: *hic est discipulus ille, qui testimonium perhibet dc his, et scripsit hæc ; et scimus, quia verum est testimonium ejus.* Aulhentiam vero publicam verbi divini naeta sunt scripta S. Joaxnis ab Ecclesia dependentor a suo Capite; uti de hac quantum ad S. .Marci Evangelium testatur Papias apud Eusebium: « D. Petrum auctoritate sua ratum fecisse, quo in Ecclesia passim perlegeretur. » Paulus etiam cum Pelio suam contulit doctrinam, « ascendens videre Petrum cx officio ac de jure», ul ait Tertlll. de Prescript. Demum S. Hieronymus Proœm. in Matth. testatur, S. Joaxxem«occasione hæresis Cerinthi ac Ebionis coactum fuisse ab omnibus pene tuncAsiæ Episcopis, ct multarum Ecclesiarum (quidni potissimum Rornanæ) legationibus, dc Divinitate altius scribere. »

Quod Pitfexdorff ad invidiam conflandam ceu sacerdotem extraneum sugillet Romanum Pontificem, hoc satis temerarium ; ac si Christus ab isto homine ediscere debuisset, quid justum esset in constituendo Capite Ecclesiæ; satis etiam improvidum, cum eodem argumento invadat plurcs summus Principes Europæ, qui utut extranei ratione Reipublicæ (ad cujus regimen sunt evocati) imperium sibi commissum summa cum laude gesserunt.

Obj. II. Ex hac doctrina de unitate Ecclesiæ sequeretur, perire cos omnes, qui vel in minimo fidei articulo communionem non habent cum Romano Pontifice tanquam centro unitatis; id vero prorsus intolerabile videtur tum Græcis, qui non abs re gloriantur, quod veteris Ecclesiæ fidem nulla novitate maculatam hodiedum teneant, quamvis cum Romano Pontifice non communicent; tum Jansenianis, qui Ecclesiam et Sedem Aposlolicam summopere venerantur, quamvis a Sedente in nonnullis dissideant.

Resp. Quam contra Parmemaxim Donatislam intorsit, eadem contra Jansenizantes aliosque Occidentis Sectarios, ct Gnecos etiam a Roma alienos decretoria est sententia S. Optati Milev. « Cathedram unicam, quæ est prima dc dotibus, sedit prior Petrus : cui successit Linus... Libcrio Parnasus, Damaso Siricius (ct post hoc Clementi XIII. Clemens XIV.) hodie, qui noster est socius; cum quo nobis lotus orbis commercio formatarum in una communionis societate concordat. Vestræ cathedræ vos originem reddite, qui vultis vobis sanciam Ecclesiam vindicare. » El Gr.eci quidem, quorum alios hic errores non perstringo, quam habent post suam a Romanis defectionem Græcæ Ecclesiæ radicem, quod Caput et succedaneum Petro fundamentum? an PiioTiLM, quem ipsimet in Synodo VUE œcumenica, et sub imperio Leonis Sapientis, depositione, anathemate, exilio mulclarunl? an Michaei.em Cervlarilm Pholiam schismatis ad usque seculum XIII. inllammatorem; post quem vero Gr.eci in Conciliis Lateranensi IV., Lugdunensi II. et Florentino Romanam Ecclesiam ceu Matrem, Romanum Episcopum ceu Christi Vicarium el totius Ecclesiæ Caput identidem venerati sunt? an Marcu EriiEsixt 'i ? <piis vero primatum Petri in hunc Marcum , et quis Petri cathedram deportavit Ephesum ? Erat quidem Ephesus scriptis el praedicatione S. Pauli, ncc non incolatu S. Joannl· vere nobili.'-: sed et Paulus Evan-

A'lniin, <|uod prædicavit, contulerat cum Petro, no in vdcuum curreret, ët Joannes non sibi, sed Petro oves agnosque omnes pascendos a Domino fui2se commendatos, testatur.

Illam Jansenislarum distinctionem inter Sedem et Sedentem non agnovit $. Cypr ia n i s docens, « quamlibet Ecclesiam esse in suo Episcopo n ; proscribit illam S. Petr l s Da mia n i in epist. ad Rom. Ponlif. « Tu ipSe es sancta Sedes, Tu es Ecclesia Romana; non recurro ad Petri fabricdm, sed <td eos, in qiiibus illius Ecclesiæ residet auctoritas »; rejecerunt eam celebres in Galliis doclores, ac ipsi præsules Gallicani his verbis reprobarunt, « non immorandum in distinctione ejusmodi abstracta, et ab hærcticis ad illudendam ipsorum damnationem inventa ». Qua enim ratione adhaereat Sedi, qui Sedenti in ea non obedit? num alio modo loquitur Sedes Apostolica, quam per os sumini Pontificis? anne quis throno Regio se vere submittit, si Regi iron sil submissus? quis Novatorum non dicet, revereri se sanctam Sedem, quamvis rejiciat constitutiones et fulmina rideat Apostolica? quin et depræ-dicabit Sedem Apostolicam verbis plane iisdem cum SS. Patribus ct Doctoribus Ecclesiæ; ulprimum autem Sedens super Cathedram Petri entires damnaverit, hanc sui damnationem inter deterrimas criminationes rejicient, eo quod non Sedes sed Papa, non Cathedra sed Curia, et quidem ex praejudiciis, cx artibus politicis, per seductionem et obsessionem ita judicaverit ? Hæ is subditus throno Regio sc submittat, qui praetexens decreta Regia malis artibus aulicorum concinnata esse, ea quamvis a Rege hortante ct minitante iterato edita ac inculcata contemneret, rideret, protereret? nonne ad pervicacem suam inobedientiain is adjungeret insolentiam gravissimis pœnis coercendam ?

At durum valde, nexum in minimis adeo credendis cum Romana Ecclesia necessarium esse ad salutem. Numquid reatus peccati originalis propter unum hominem; ælernitas ignis in vindiciam vel unius peccati mortalis; praedestinatio unius ct reprobatio alterius, maxime ardua sunt humanæ rationi, ct tamen verissima? Sil ergo durum, propter unum fidei articulum damnaribærcticos el schismaticos; sed tota Traditio docet, extra Ecclesiam non osse peccatorum remissionem, non esse charilalcm, non osse salutem. Huic malo ut occurras, dic cum S. Hier o n y mo epist. ad S. Damasinn: «ego quidem Cathedra Petri communione consocior; super illam petram æditiotamEcclesiam scio; quicumque extra hanc domum agnum comederit, profanus est ; si quis in arca Noe non fuerit, peribit regnante diluvio. »

0i)j. 111. Sanctitatem doctrinae etiam Sectarii pralcndunt; miracula autem, woApostolico exacto, inter Catholicos vel nulla vel nonnisi incerta aut plane fictiliadeprehenduntur; sanctitas ergo doctrinæ miraculis confirmata non est nola Ecclesiæ Catholicœ, aut character veræ Christi Ecclesiæ necessarius; cum ne uno quidem miraculo suam dc Christo doctrinam Jo a n n es Ba pt ist a confirmaverit.

Resp. Sive patriarchas Sectariorum, sive doctrinam, sive initia ct progressus Sectarum spectes; nulla undique transiucet sanctitas, sed potius morum ct dogmatum improbitas , effrenis opinandi licentia, legum impatiens libertas, legitimorum magistratuum contemptus, mendacia, fuitor, obstinatio, seditio, apertum denique el inexcusabile schisma, prout histoni

Reformationis sic dictæ, et factionis Protestanticæ genesis abunde testantur. Ibi vero quædam in Sectariis honestas ac virtus eluxit, ca minime adscribenda erat Seetannn principiis, sed vel bonitati indolis, vel luimanæpol-lîæ, vel providenüæ divinæ in hostibus nonnunquani, uti quondam gentilibus, ita nunc heterodoxis, ad virtutis commendationem isthæc exempla ordinanti. Adde, quod nulli unquam fuerint aut esse potuerint inter Sectarios eximie sancti, quales ex perfectione suæ legis exhibet, et vix redigere in calculum potest Ecclesia Catholica.

Miraculorum potestatem per cuncta secula viguisse, ac etiamnum vigere in Ecclesia Catholica, evincit diserta Christi promissio, ct demonstrant eventus quam plurimi. Promissio potestatis thaumaturgie a Christo facta Apostolis Marci XI. et Joaxxis XIV., non ad solos Apostolos, sed ad universam pertinet Ecclesiam ; sicut mandatum prædicandi Evangelium, præsidium Spiritus sancti Ecclesiæ assistentis, et precationis recte factæ in Ecclesia, de quibus ibidem ceu perpetuo duraturis fit mentio; proinde nexus seu contextus utrinque idem et hoc et istud æque probat. Promissionis divinæ veritatem confirmat perpetuitas miraculorum in Ecclesia, de quibus sicut pro ævo Apostolico habetur fides ex Actis Apostolorum, ita pro seculis consequentibus tam ex scriptis SS. Patrum ceu testium ex omnium sententia gravissimorum, quam ex testimonio ipsorum gentilium; posthac vero ex auctoritate præcipuornm cujusvis sectili historicorum ; ac demum recentioribus seculis ex apotheosi Sanctorum. Quæ omnia tot ct tanta sunt firmamenta veritatis Catholicæ, ul quilibet orthodoxus cum Hvcone Victorixo non abs re is Deum verbis compellet : « Domine si error est, quod credimus, a te ipso decepti sumus : ista enim in nobis tantis signis ct prodigiis confirmata sunt ct talibus, quæ non nisi per te fieri possunt ». Probant ergo miracula invicte contra infideles, quia juxta Apostolum « *liiujuæ in signum sunt, non fidelibus, sed infidelibus;* » at non minus invicte contra Thcislas et Hæreticos, cum neutri superiora habeant prodigia, quæ nostris opponant, uti sua miraculis Magorum Moses opposuit.

Demum S. Joaxxes Baptista ipse miraculum extitit plenum divinæ auctoritatis; id quod constat cx prodigiosa ejus nativitate, incredibili vicius austeritate, summa vitæ innocentia, ipsoque nomine Joannis, quod ab Angelo pnenunliatum gratiam significat.

Hvgo Vier. L. 1. de Trin. c. 26o. Apost. I. Corinth. XIV. 22.

Fuere ergo miracula I. scculo Christi et Apostolorum : II. Miracula militum Christianorum sub Marco Antonino Imp. apud Tertvle. Apolog. c. 5. Item sub M. Aurelio legionis Fulminantis; nec non sub Juliano illud flammarum prodigium, quæ molitionem templi Jerosolymitani impediebant : 111. Miracula Gregorii Thaumalurgi apud S. Basiul m L» de Spir. S. c. 29. ; apud Greg.Ntss. in ejus vita : IV. Signum Crucis cœleslis a Constantino M. conspectum, Miracula SS. Antonii, Hilari), Martini, Nicolai apudSS. Ατπαχ. Hier , et Sclpit icm: V. Miracula descripta a S. Avcvstixo L. XXII. deCiv. c. 8. ac præcipue illud Typasi in Africa sub llumicrico Rege Vandalorum in sex auctoribus smichronis : \1. Miracula consignata in Libris Dialog, a S. Gregorio M. Nostro demum et superiori seculo illa SS. Xaverii, Salcsii, Vincent» a Paulo, quæ vel ipso Pioleslanliuiu calculo adprobata sunt.

Obj. /Γ. Non apparet, quo jure Catholici suæ Ecclesiæ arrogent universalitatem cou nolam cbaracteristicam veræ Christi Ecclesiæ; siquidem apud Græcos, Arinenos, Ægyptîos et Abyssiuos vix occurrat; neque sit in Anglia, Scotia,Provinciis foederatis, Dania, Suecia, el majori parte Germanise Catholira Religio; el mill tu latius olim Ethnicismus, ac hodie Mahumetismus sese diffuderint.

Resp. Ad veram, quamvis moralem d un laxat. Ecclesiæ diffusionem ac Calholicilalem, plus nemo requiret, quam ut 1°. in præcipuis mundi partibus cultores habeat; tibinam autem est regio licet ab unione catholica ad schisma, et a fide catholica ad hæresin infauste desciscens, quæ non pariat Catholicæ Ecclesiæ filios, et non plures foveat in ipso schismatis sinu, qui schismatis malum invincibiliter ignorant? 2°. Et singulis aliis sectis amplior sitae magis diffusa (non enim hic Catholicismus cum Paganismo, sed cum iliis Christianorum sectis comparatur) quæ autem proportio inter Lulheri aut Calvini autSocini seciam et inter Romanam Ecclesiam, quæ quantum hic deperdit per hæresin, tantum inde per conversionem infidelium lucratur? Nonne sicut Donatislæ intra fines Africæ teste Vincentio apud S. Augustinum; Luciferiani intra Sardiniam apud S. Hieronymum; Pelagiani intra abam quamdam provinciam apud eumdem Augustinum, suam ipsi Ecclesiam coarctabanl; ita suam quoque Jdnseniani ac Qnesnelliani parvam appellant Ecclesiam? nonne præter occidentem alias orbis partes nonnisi leviter infecerunt Novatores; in oriente autem vix cognoscuntur Lulherani et Caluniani, ac ubi cognoscuntur, hx-reticorum macula notantur?

Obj. Γ. Successio Apostolica in Pastoribus, quæ ceu nola veram Christi Ecclesiam discernat, ncc probat ratione loci, cum Christi Ecclesia non sit alligala loco, sicut Synagoga : nec ratione personarum, cum hæc communis ›it aliis etiam Ecclesiis Græcorum, Armenorum aut Ælhiopum, quæ veiw Christi Ecclesiæ non sunt: nec rationedoclrinæ, cum de hac sil controversia: imo nec ratione Romanorum Pontificum, quorum series et successio diuturno non semel schismate turbata successionem Apostolicam dudum interrupit..

Resp. In Ecclesia Catholica nec deficit successio localis, quæ cum non repetatur a residentia in loco, sed a jure in sedem, ibi stat hæc successio, ubicumque stat Cathedra Petri. Hinc summi Pontifices uti Romæ, ita Avcnione, et apud Græcos vel Francos sunt Petri successores : analogia est in hodierna compellatione Romani Imperatoris. Neque deficit successio personalis saltem Episcoporum universalium, prout exhibet catalogus Romanorum Pontificum, quin et aliorum Pastorum, qui habent successionem in societate Romana non interruptam. Hinc aliud est. Ecclesiam non subsistere, ubi non viget fastorum successio, quod ipsum nos hic asserimus, imlequc Acatholicos ceu intruses aggredimur : aliud, Ecclesiam subsistere, ubi viget successio Pastorumv. g. inter Græcos, quod haud satis esse credimus, nisi Pastores dum «ibi succedunt, cum primo Pastore, Romano Episcopo communicent. Nec demum successio doctrinalis deficit, siquidem doctrina sana a successione legitima adeo nequeat separari, ut et in ipsa includatur. Ubi enim quis legitima ordinatione succedit, neca communione, in qua fuit ordinatus, recedit; necessario sanam profitetur doctrinam, utpole qui nui talem servet. Est ergo

hæc perpetua *legitimæ* successionis comes, atque ex universalitate doctrina? consequitur, quamvis non sit nota Ecclesiæ, quia non ipsa doctrina loquitur, sed traditura *legitimis* Pastoribus. De casu schismatis dictum alibi.

Huc quadrat illud S. Cypriam de sui temporis hæreticis Epist. 76. *a Horatianus in Ecclesia* non est, nec Episcopus computari potest, qui Evangelica *et* Apostolica Traditione contempta nemini succedens a seipso ortus est... nemini succedens et a seipso incipiens alienus lit et profanus. »

Societas autem Protestantica nec habet doctrinæ antiquitatem ; sed eam propugnat, quam vetus et apostolica Ecclesia in antiquioribus Sectariis, Simonianis, Pelacianis, Novatianis, Donatistis et Arianis pridem condemnavit, cujus (ul SS. Patres declarant adnotari in omnibus Novatoribus) et auctor et tempus et locus et dogmata consignari facile possint. Nec successionem Aposlolicam in suis Pastoribus: ubinam enim secta aut -Calviniana aut Lutherana extitit ante Lutherum et Calvinum? Nec denique missionem legitimam seu ordinariam, quam vel ex defectu legitima? ordinationis non acceperunt Novatores; cum sola electio, nominatio aut præsentatio præsertim laica non constituat vocationem legitimam, sed præprimis ordinatio et jurisdictio spiritualis, quam nec populus nec magistratus concedere potest; vel amissa per hæresin aut schisma jurisdictione caindem non retinuerunt : seu extraordinariam, <pi® cum ista quatuor involvat (eos immediate a Deo cum omni veterum Episcoporum jurisdictione fuisse institutos ; accepisse auctoritatem, ubivis terrarum reformatam doctrinam annuntiandi; missos fuisse, ut omnium velorum Conciliorum decisiones expenderent, immutarent, abolerent; omnes continuo nationes novam eorum doctrinam amplecti debuisse) omnino splendidis miraculis comprobanda erat, non secus ac illa Mosis, Christi et Apostolorum missio, queis ab intrusis legitime missi discernerentur. Signa autem nulla unquam proferre poterant alia, quæ si adferrenl, quin se missioni ordinari® submitterent, adhuc ministerii contra divinum ordinem fieret usurpatio.

Obj. VI. Ecclesia Catholica, desævienrte Constantii persecutione, facta est invisibilis: sæpe variavit circa dogmata et erravit : ac tandem Antichrist! tempore lota deficiet; itaque proprietates veræ Christi Ecclesiæ eidem non conveniunt.

Resp. 1°. Sectariis respondet Sinnichils in Spongia notarum : « cum vel maxime steviret illa persécutio, verissimum fuit illud Augustini, quod Ecclesia in suis firmissimis, tanquam in columnis ædificii immobilitate stantibus, eminebat : » Quippe Patres Seleucienses non subscripsere Arianismo, quia ob sententiarum dissensionem eo in Concilio nihil fuit definitum. Ariminenses subscripsere fbrmulæ de se catholic®, omissa duntaxat voce δαοούσιο , idqne per fraudem Arianorum. Episcopi in oriente tunc erant numero 723, in occidente florebant 131G, adeoque S. Augustino teste multa millia Episcoporum; proinde tametsi evincerent Sectarii, Seleucienses Patres 130, ct Ariminenses 400 in errorem consensisse , necdum pars major Episcoporum convincitur de lapsu in errorem ; et Patres quidem Ariminenses quoad suam subscriptionem conjuncti non fuerunt cum Romano Pontifice. SS. Patres, qui de hujus persecutionis tristissimo eventu acerbius conqueruntur, ii non de omnibus fidelibus, sed de quibusdam provinciis Asiaticis

loquuntur : vel intelligendi, quod pestis Ariana omnes quidem provincias [inaserït, non vero infecerit : vel per auxesin oratoriam rem exaggerant : rd per hæresin innuunt formulam dc se catholicam , sed qua contra Catholicos abutebantur Arian i.

* Sectarii ut suorum errorum probra legant, opprobriis onerant sponsam Christi ceu erroribus obnoxiam, idque contra divinas promissiones, contra verbum Dei scriptum et traditum, contra Patrum et Conciliorum sententiam, tidemque omnium scculorum; unde certissime constat, Christi Ecclesiam nunquam mutasse fidem aut mutare potuisse, nullum unquam articulum venun rejecisse, aut falsum asseruisse. Quæ si non esset omnis expers erroris, frustra sedes aut cathedra Petri ab omnibus christiani orbis partibus, et per scptomdecim jam secula consuleretur, veluti judex et magistra in controversiis fidei : frustra S. Cyprianus in epistolis ad Cornelium et Lucium, Augustinus aliique Patres summorum Pontificum responsa postularent : frustra Galliarum Praesules et Chrislianissimi Reges ad Innocentium X. Alexandrum VU. et Clementem IX. et XI. circa Janscnii ct Quesnelli errores confugissent. Hanc magistram si audire voluissent sectarii, non jam ipsis sat propudiose confitendum esset, quod eorum sectis nulla competat dc proprietatibus veræ Christi Ecclesiæ.

3°. Equidem Antichristus magnæ seductionis auctor erit, quin vero pereat tota Ecclesia; imo hujus defectionem non fore generalem, ipsa probant mendacia sectariorum : docent etenim , jam venisse Anlichrislum , qui sit Romanus Pontifex; nec tamen omnes fideles, quales ipsi suo judicio sunt, a tide defecerunt. Adhæc verisimilis est sententia, Judæos et Gentiles, qui hactenus Evangelio non crediderant, tum fore ad Christum convertendos.

§ 111. COROLLARIA.

Potestatem in energumenos inter praerogativas veræ Christi Ecclesiæ adnumerant omnes orthodoxi, quin ipsi non raro heterodoxi hoc donum Catholicis proprium reipsa confessi sunt. Apud Judæorum gentem plures fuisse energumenos, testantur divina oracula : *Ille* (Christus) *transili benefaciendo et sanando omnes oppressos a diabolo ;* nec sine divino consilio, ut nempe infensissimus hostis humani generis, qui divinos honores iri loto fere terrarum orbe hactenus extorserat, coram legitimo universi Domino prosterneretur, cl suæ infirmitatis, miseriae ac reprobationis confessione divinitatem Mcssiæ contestaretur. Quod primis Ecclesiæ seculis Apostoli eorumque discipuli daemoniacos nomine ct virtute Christi frequentius liberaverint, asseverant lestes antiquissimi pariter ac fide dignissimi, S. Justinus , S. Cyprianus et Tertullianus ; eodem Numinis consilio, quo Gentilibus præcipue ostenderetur palam summa Jcsti Christi potentia in spiritus, tanto tempore nefandos mundi ac naturæ dominos, ul jam quilibet Christianus illos ad detegendas fraudes cogere, et vel Christi nomen ex obsessis valeret expellere. Cum vero diffusa etiam Christiana Religione veri nonnunquam energumeni fuerint (•blati, nullis deinceps seculis ea Ecclesiæ potestas defuit, atque co minus, quod ea apud Indos Gentiles hodiedum magis sit necessaria, ex Missionarioruin certissima relatione.

Justinus in Dial, cum Tryphone ait : «nos, qui in Jesum credimus, dæ-

monia omnia malosque *spiritus adjurantes, nobis subjectos obcdienlesquo habemus;* » Tertull. in Apolog. ad lmp. et Sénat. Rom. ita concludit:α quid isto opere manifestius? quid hac probatione fidelius? ipsi dæmones litterarum nostrarum fidem accendunt, ipsi spei nosti*® fidentiam æditicant. » Cyprianus *L. ad* Demetr. inquit : a si audire eos et videre velles, quantum a *nobis* adjurantur et torquentur spiritualibus flagris, et verborum tormentis de obsessis corporibus ejiciuntur. » *Ilis adde, quod* S. Carolls Borromels pueris adeo ordinem Exorcistatus contulerit, ut eo magis confunderet atque convinceret hæreticos de Ministrorum Catholic® Ecclesiæ potestate in dæmones. Qui plura de his cupit adversus incredulos, adeat doctissimam Dissertationem Calmeti de Energ. verit. .Nec non P. Contliat Tom. I. *delle Controv. Liter,* pag. 3G. ubi recenset *facta* hujus generis recentissime, ac speciatim liberationem energumeni de anno 1739. in diœcesi Aquileensi, et per illam Judæi Ventura Cornons celebrem conversionem.

SECTIO II.

SOLA RELIGIO CHRISTIANO-CATHOLICA MAGISTRA OMNIS VERITATIS.

§ I. PR.ECOGNFTA.

Cum qnælibct Respublica rite administrata cos judices constituat, qui subortas lites componant et causas decidant omnes; Ecclesia, nc sit deterioris conditionis, hand dubie judices habet, quos in dubiis ac controversiis Odei consulamus, ut nullo dubio titubantes, nulla vacillantes formidine (id quod proprium est divinæ fidei) firmissime assenliamur auctoritati et revelationi divinæ. Atque hinc ipsa ratio monet, el clamat Paulus, ut idem omnes sapiant el dicant, maneantque in unitate fidei, legis, spiritus et charitatis. Cum ergo tollenda sint dissidia, causæ fidei tetminandœ, et extinguendæ lites inter Christianos; judice opus est, quem appellemus, el cujus verbis ac decretis standum sit. Huic necessitati ipse etiam Bayuus suffragatur. Quis autem id juris sibi arroget, nisi cœlitus illi datum sil? nempe quod fallere aîlt falli non possit, homo a se ipso non habet; a Deo igitur fallere nescio, qui aliquos divinæ veritatis radio ita collustrat, ut fallere eos non possint, quos Dei nomine affantur, divina nuntiantes oracula. Sed clamitant hærelici fere omnes, solam sacram Scripturam esse judicem, normam ct regulam, ad quam ceu ad lydium lapidem omnia dogmata exigenda sunt et judicanda. Addunt alii spiritum privatum dictantem, qui sit spurius aut genuinus sensus Revelationis. Alii præter arbitrium suæ rationis vel nullum circa fidei dogmata judicem agnoscunt, vel primas saltem partes rationi et Philosophi® deferunt. Sola Religio Catholica illos audit judices controversiarum et ductores veritatis, quos Spiritus sanctus posuit regere Ecclesiam Dei,

Bayle, ari. *Maimbourg,* sic ait : « necesse enim est, ut qualibet in communwne tribunal existai, quod summo arbitratu privatorum lites dirimat, et vkilienliam negantibus pœnam infligat; nulli alioqnin remedio locus esset in perturbationibus, et controvcrsiæ forent ælcrnæ. »

§ 11. THEMATA.

I. *Sola Scriptura sacra non est supremus ac sufficiens omnium fidei controversiarum Judex.*

Probatio. Sacer textus Bibiiorum loco legis est, non judicis. Lex sane judex esse non potest, ubi de ipsa lege non raro litigatur, et ipsa multarum est dissensionum ac controversiarum causa seu materies. Sacer textus in mullis obscurus ac per se intellectu difficilis est ; sive res spectentur, quæ sunt mysteria, prophetiae, leges credendorum et agendorum; sive modus, qui phrases continet ac idiotismos linguis originariis proprios, signa incerta, variam notionem, ambiguitatem et æquivocationem verborum ; redundantiam, imperfectionem et hysterologiam sententiarum; frequentes tropos, figuras etantilogias. Collatio textuum vel difficilis, imo sæpe impossibilis, cum desint textus clariores; vel facta non tollit obscuritatem, uti probant tot controversia?. Canonem sacræ Scriptura? ipse sacer textus non determinat, unde ingens illud præsertim apud Acatholicos dissidium circa numerum librorum divinorum ; confugere autem ad Canonem Hebraeorum jam est provocare ad alium judicem, et Traditionem admittere. Quin ipsam sui extantiam ceu verbi divini non asserit Scriptura, quod si assereret, idem de se dicet Alcoranus. Genuinam sui intelligentiarn et sensum adeo non definit sacer textus, ut Lutiiercs etiam impudenlissimæ temeritatis eum arguat, qui vel unum S.Scriptura? librum a se in omnibus partibus esse intellectum jactitet; ac propterea omnium hæreticorum librum esso ac fuisse Scripturam sacram, ipseelliitiat. Judice ergo seu interprete indiget, sicut obscurum quodvis aliud testamentum. Demum nec ipsa ullibi dicit, quod sola sit audienda, sed potius pro casu dubii aut controvcrsiæ in Lege ad Sacerdotem remittit fideles, qui dubium solvat et litem dirimat; imo in cathedra Mosis Scribas el Pharisees sedere Christus, quantumvis huic hominum generi valde infestus, ollro fatetur, quorum quidem non factis, sed dictis standum sit.

Quam ergo perfide Sectarii cuivis muliercula? inclamant : lege, cogita, statue! De his S. Hier , in epist. ad Paulinum scribit : « quæ sunt medicorum, promittunt medici; tractant fabrilia fabri; sola Scripturarum ars est, quam sibi passim omnes vindicant. Ilanc garrula anus, hanc delirus senex, hanc sophista verbosus, hanc universi praesumunt, lacerant, docent, antequam discant.» Et in libro I. cont. Pelag. ait : «verum tu tanta? es liberalitatis,ut favorem tibi apud Amazones tuas concilies, ut in alio loco scripseris, scientiam legis etiam feminas habere debere; cum Apostolus doceat, esse tacendum mulieribus in Ecclesia, et si quid ignorant, domi viros suos debere consulere. »

His adde plura fidei dogmata, quæ tametsi disertis Scripturae verbis non exprimantur, credenda tamen sunt, nec ipsis hétérodoxie diffitentibus. Pari autem ratione dc Traditionibus sentiendum est, quas ut certo rescias esse

divinas; alio itidem judice opus est, qui eodem instructus spiritu ac omnis expers erroris eos errare non sinit, qui dc earum divinitate consuluntur. Ac pneterea eum Traditiones sacris Litteris concredita non sint, aliquem esse oportet, qui earum curam gerat, easque intactas servet ac integras, alioqui facile mutandas : cum nihil sit, quod tempus non mutet, nisi abœternoillo spiritu vindicetur ab injuriis temporum.

II. *Spiritus ille privatus Novatorum nequii esse Judex controversiarum fulci.*

Probatio. Judex controversiarum fidei publicus sit, oportet, sicut lex fidei nola esse debet, et Ecclesia ex natura sua visibilis est : sed spiritus ille privatus Novatorum occultus est ac latens, qui non videtur, non auditur, prout tamen convenit judici, qui partibus litigantibus sententiam pronuulial. Judex seu regula fidei debet esse, sicut ipsa fides, una et constans: sed ille spiritus interior varius est, multiplex et contrarius, in diversis sectariis diversissimus. Regula fidei certa esse debet atque ab omni errore immunis : sed spiritus ille Novatorum mille illusionum, errorum ac schismatum parens est; et a solo Spiritu veritatis habentur oracula vera, cujus autem divini Spiritus opera non singulis fidelibus promissa est, sed Ecclesiæ et pastoribus. Judex ille coacti va potestate praelitus sit, necessum, ut efficax ac irrefragabile ejus sit judicium adversus contumaces, qui non tam amore veritatis et studio pacis, quam poenarum metu reguntur: qua vero ratione cogat spiritus Lutheri illum Calvini, aut hic illum ad consensum, cum in multis aperte dissentiant? Nam nemo est haereticorum, qui suum spiritum non praeferat aliorum spiritui ; ac proin regeret Calvinus Luthero, aut hic illi, quod Michee Domini prophetae (curn se loqui diceret in nomine Domini) regerebat Sedecjas pseudopropheta : *per quam viam perlransioit Spiritus Domini a me, ut loqueretur tibi?* Igitur cum ille Novatorum spiritus interior nec res certo definiat, nec legitima nitatur auctoritate, *et sæpe* sibi contradicat; divinæ veritatis ac fidei nostne regula esse non potest.

Vide 2. Paralip. XVIII.

Quippe si mysteria permittantur cujusvis privato spiritui, inde existet confusio plusqnam babylonica juxta illud Vincent» Lirin, in Commonit. I. c. 2. « quia Scripturam sacram pro ipsa sua altitudine non uno eodemque sensu universi accipiunt, sed ejusdem eloquia aliter atque aliter, alius atque alius interpretatur, ut pene quot homines sunt, tot illinc sen ten tiæ erui posse videantur. Aliter namque illam Novatianus, aliter Sabellius, aliter Donatus exponit, aliter Arius, Eunomius, Macedonius, aliter Photinus, Apollinaris. Priscillianus, aliter Jovinianus, Pelagius. Celestins, aliter postremo Neslorius. Atque idcirco mullum necesse esi. propter tantos tam varii eiToris anfractus, ut Prophetiae et Apostolicæ interpretationis linea secundum Ecclesiastici ei Catholici sensus normam dirigatur ». idem ante dixerat Euseeivs Cesar, contra Marcellum Ancvr. c. L

III. .Yec *Rationi humana·, nec Principi seculari competii Judicium infallibile in controversiis fidei.*

Probatio. Cum sil fides nostra sperandarum substantia rerum, ct argumentum non apparentium; cumque objectum fidei sint revelationes, dogmata et mysteria, quæ rationem transcendunt, incomprehensibilia Dei judicia, et investigabiles viæ ejus; lino cum meritum fidei non sit, ubi humana ratio praebet experimentum ; præmium autem fidei ei sil promissum, non cui raro, sanguis aut ratio, sed cui credenda revelavit paler, qui in cœlis est; igitur omnis intellectus omnisque altitudo extollens se adversus scientiam Itei captivari debent in obsequium fidei. Cæculit ratio in naturalibus, et cespitat in moralibus; qui dux esse possit in supernaturalibus? Expendat ratio diligenter motiva credibilitatis: facem praeferat tum ad Revelationem, lum ad Ecclesiam, quæ custos est Revelationis, cognoscendam : at ubi eo perventum, sistat ratio, et sola nos ducat auctoritas.

Hunc errorem jamduni in Manichæis valide repressit S. Augustinus in L. de Utilitate credendi ; qui etiam in Epist. 143. docet : « Si ratio contra divinarum Scripturarum auctoritatem redditur, quamlibet acuta sit, fallit verisimilitudine, nam vera esse non potest. » Et L. IV.dc Trinit. c. 6. « contra rationem nomo sobrius, extra Scripturas nemo Christianus, contra Ecclesiam nemo pacificus senserit. » Videantur hic Bosscet, *dernier avertissement aux Protestants ;* et Mcratorius de ingen. moder, in Religionis negotio L. 1. c. fi. rouira Jacob. Basnage et le Clerc, qui sub larva Joannis Phereponi intemperanter hic vellicat S. Augustinum.

Porro cum Princeps sccularis seu Magistratus politicus (qualis tempore Christi instituentis Ecclesiam nullus erat inter fideles) nec auctoritatem, nec infallibilitalem in rebus fidei acceperit, quæ soli Ecclesiæ et promissa ct data fuit ; cum Christus (cui pater dedit omnem potestatem) politicam ct sacram ita ipse discreverit, ut hanc Petro concedens et Apostolis, illam relinquens Tiberio, Sacerdotium voluerit divinis ministrans, Imperium autem humanis præsidens; eum primus Imperatorum Christianorum Constaxtinus M. se duntaxat Episcopum diceret eorum, quæ extra Ecclesiam geruntur, Theodosius, Basilics, Honorius, Justinianis ac fere omnes Christiani Principes illicitum esse fateantur et sibi et omnibus laicis (cum non sint ex ordine sanctissimorum Episcoporum) Ecclesiasticas causas tractaro, et solum sibi munus Advocatiæ sumpserint. Mirum sane ac insolitum foret, siseculares darentur Principes, qui rebus sacris profanas manus admovere aibint, novos in re fidei canones condere priscis abrogatis, Conciliis præcsse auctoritate ct suffragio, ritus inducere ac mutare sacramenta. Quin et insolitum magis, si id sibi juris Doctores acatholici arrogarent : qua enim auctoritate id agis, hétérodoxe? divina; sed ubi signa et testes? ubi patentes littera:? spiritu Dei te agi sentis? c-tiam jurato non crederem. Illa igitur auctoritas definiendi controversias fidei a Deo est, atque a Deo in illos derivata, qnos Deus posuit in Ecclesia Catholica unice vera Doctores ct Pastores.

IV. *Judex infallibilis el Magistra omnis veritatis certissima est Ecclesia Christiano-Calholica.*

Probatio. Nemo in propria causa judex est, fninus in re. gravissimi momenti, qualis est illa Religionis unice veræ et salviticæ; ergo cum hic consulere judicem oporteat nulli errori obnoxium, quem in spiritu illo interiore non invenias, nec in sacris Codicibus, nec in Traditionibus, nec in teipso, nec in mortalium quopiam, qui solum privata auctoritate polleat; hoc restat unum, ut Ecclesiam consulas, in qua divino spiritu gubernata, indeficiente ejus afflatu directa, et supernatural! potestate prædita invenias certam et ultimam tidei regulam, divinæ veritatis firmam columnam et fundamentum, omnium controversiarum fidei judicem ab omni errore immunem. Contendo adversus Acatholicum, extra Ecclesiam Catholicam eum salvari non posse; is contrarium asserit, ac suam defendit sectam; en causam et litem ! quis tandem arbiter erit in causa, quæ (cum in illa salus vertitur) incorruptum postulat et fallere nescium ? Officiosus monitor insto, privatus tamen; audire si renuit, testes accerso; si pervicax manet, rem ad Ecclesiam defero, de cujus judicio omnes Catholici sentiunt cum S. Augustino: « Evangelic non crederem, nisi Ecclesiæ me commoveret auctoritas. »Per Ecclesiam intclligo caput visibile Ecclesiæ sive Christi in terris Vicarium et praesides Ecclesiarum, quos Deus doctores instituit, ut doceant, pastores, ut pascant, magistros ac moderatores, ut regant, judices, qui solvant ac ligent, ita ut, quæcumque solverint vel ligaverint in terra, etiam soluta vel ligata sint in cœlo; quos qui audit, Deum audit, qui spernit, Deum spernit. Igitur Ecclesiæ el quidem Catholicæ auctoritas suprema est, cum nullum in terris agnoscat superiorem ; et cum tribunal Ecclesiæ sit ipsum tribunal Christi ceu capitis et sponsi Ecclesiæ, ab Ecclesiæ sententia non appellatur, quam qui audire renuit, ethnici et publicani loco habendus est.

Obj. I. Scrutari Scripturas sacras, multoties Judæos admonuit Christis, ipse non semel provocans ad Mosem el Prophetas. Petrus, Paulus ct Stepjiaxus, Magistrum imitati, ad faciendam dictorum fidem, ea selectis et appositis sacri textus testimoniis firmarunt sæpissime; est ergo Scriptura sacra lex et norma omnis veritatis.

Resp. Probant enimvero argumenta ejusmodi, sacrum Bibliorum textum esse legem a supremo Legislatore Deo latam, divinorum decretorum ac judiciorum Codicem, responsorum æternæ sapientiæ Digestum, Tabulas Doi digito sculptas, Novellas legis gratiæ, Authentica divinæ fidei, ac æternæ Veritatis Testimonia. Legem video, testem audio, sed ubi judex? cujus est ita sententiam ferre, ut deinde partibus innotescat, quod Scriptura; non competit; numquid in Scriptura duo sunt, littera et sensus? illa occidit, hic obscurus est. Mulla in controversiam cadunt, quorum Scriptura non meminit. De ipsa S. Scriptura non raro fit disceptatio. Nunquam usus obtinuit sive in Neterisive in Nova Lege, ut Scriptura in omnibus judex esset; atque in judiciis etiam politicis et civilibus lex scripta judex non est. sed Magistratus. Et nos sacras litteras ad exemplum et praescriptum Christi ac Apostolorum legimus, citamus, veneramur, osculamur ceu sacras leges, non vero ut

judices. Jis nos instituimur, inde ad refellendos errores argumenta ducimus, indo spem nostram alimus atque fovemus ; sed illarum decreta, promissa et statuta accipimus a Magistratu vivente, a quo publicantur, promulgantur, proponuntur, exponuntur, idque ejusdem spiritus opera, qua condita sunt, nuod nisi fiat, quis tot nodos solvere, tot linguas ac versiones callere, tot aenigmata explicare, tot tropos, metaphoras et allegorias intclligerc, tot controversias el litos componere, tot demum hærcses ex pravo Scripturarum intellectu subortas confodere valeat? Exemplo stint illa verba Christi, *hoc est corpus meum,* quæ, tametsi clarissima, varii Sectarii, leste Valentia, ad octoginta diversas interpretationes detorserunt.

Demum quod Christus Judæos remittat ad Scripturas, in quibus expressum erat faciuin, quod illi negabant; id quidem merito. Verum quod (Joann. V.) disputans cum Judæis, qui negabant, ipsum esse Filium Dei, eos revincat non solo testimonio Veteris Testamenti, sed testimonio etiam miraculorum, testimonio Joannis Baptistæ, nec non testimonio Patris coelestis; hoc ipso innuit Christus, solam Scripturam semper ct ubique neutiquam sufficere.

Obj. II. Spiritus ille interior potest esse, et fuit sæpc divinus; qui sacris diam paginis firmatur testanlibus cos, qui divinis oraculis insistunt, spiritu Dei agi, ccit oves Christi vocem ejus audire, ct a solo Deo per unctionem internam edoceri.

Resp. Fuerint, sed pauci admodum, qui ex singulari Dei beneficio controversias fidei illapsu Spiritus sancti illico solverint; quo autem jure hoc speciale privilegium omnes sibi vindicant Sectarii? potuerit Deus hoc munus concedere omnibus, ut interior spiritus sine externo magisterio eos abunde edoceret ; ast quo fundamento asseritur, illud omnibus concessum esse? miroquid certa experientia constat dc opposito, cum spiritus unius spiritui alterius adversetur, unus vero idemque sit Spiritus veritatis, sicut una veritas est ? Deus liberalissime concesserit Sectariis, quod vixdum concessit S. Paulo ct Cornelio Centurioni : ïiuic S. Pktrlm ct illi Ananiam designans magistros fidei et salutis? Sed oves Christi ejus vocem audiunt : recte Christi vocem audit, qui Ecclesiam audit et Pastores a Christo constitutos : nam g«i *vos audit, me audit.* Sed docemur a Domino, ct sumus docibiles Dei, quia scilicet Deus non in Prophetis, sed in Filio nobis locutus est, qui sicut exterius voce nos docet, ita interius adjuvat, ut credamus et faciamus, quæ suggerit. Quod autem S.'Joannes monet, nccesse non esse, ut aliquis nos doceat, sed unctionem ejus, qui docet nos, sufficere; hoc potius elidit illum spiritum privatum, id solum exigente Apostolo ab iis, quos in Christi fide instituerat, ut in ea doctrina permaneant, quam interioris opera gratia?, quæ est illa unctio spiritus, initio ab Apostolis acceperant; cum novis doctrinis opus non sit, quas pscudo-aposloli disseminabant. Quid igitur hæc omnia ad spiritum illum internum ct privatum?

Denique si spiritus ille interior unicus omnis veritatis magister est ; frustra Doctores consulimus, frustra coguntur Synodi, frustra Petrus oves *et* agnos Christi pascere ct fratres suos in fide confirmare jubetur. *Edicant,* quœeo, Sectarii, qua ratione suum probent spiritum, cum probandus sit omnis spiritus, utrum cx Deo sit? qua ratione ex hoc suo spiritu convincant scu Theistam. quod cxlet aliqua Scriptura sacra; seu Turcam, quod ejus Ako-

ranus; sou Judæum, quod ejus Talmud non sinL Scriptura sacra aut libri divini, cum uterque ex spiritu suo privato hosce libros suos judicet esse divinos?

Obj. III. In sententia ergo Catholicorum de Ecclesia ceu supremo Judice, Ecclesia erit supra Scripturam divinam : Verbum Dei firmitatem accipiet ab Ecdcsia, et suis Ecclesia judiciis faciet quosdam fidei articulos, qui ante ejus sententiam non erant. Hæc autem quam sint falsa et absona, ncmonoii intelligit. Unde non abs re Beausobrio videtur, quod illa gnome Augusliniana de Ecclesiæ auctoritate incauto exciderit in æslu disputationis.

Discours sur les Ueres apocryphes.

Resp. Quanta sit Ecclesiæ erga divinum Codicem, ceu præcipuum fontem Revelationis, veneratio, demonstrant asserta hactenus plurima. Habet Ecclesia tanquam certissimum, ea esse vora, qua* in sacris paginis consignantur; quis vero genuinus illorum sensus sit, reverenter inquirit ct judicat; non quidem pro nutu, sed juxta Traditionem. Non ergo Ecclesia supra Scripturam est, sed tantum supra privatorum hominum judicia. Si vero Ecclesia judicat non dc veritate Scripturæ, sed dc vario sensu, qui eidem attingitur; non jam Scripturio accedit robur ab Ecclesia, cum illa non sit verior ob talem Ecclesiæ interpretationem ; sed talis Scripturæ interpretatio est verior,quando ab Ecclesia confirmatur. Exemplo sit Magistratus politicus, qui legem designando, de authentia legum testificando, et genuinum legis sensum declarando, nihil sibi excellcntiæ tribuit supra ipsum legum Codicem. Neque novos facit Ecclesia articulos fidei; sed qui sint a Deo revelati, cos definit ex verbo Dei, eosque aliquando evolute magis pro temporum necessitate, aut insurgentium hærclicorum oppugnatione aperit ct explanat. Hanc, si per scxdecirn secula perquiras sensum SS. Patrum et fidelium, hanc et non aliam reponas ideam Ecclesiæ, scilicet decidentis, definientis, docentis, ctrebelles anathemate ferientis. Docentem si audivissent sectarii, non sensissent ferientem.

Bealsobiuis magni Augustini cavillator in multis nullam hic fidem, ct vix responsum meretur. Loqui ibidem S. Augustinum non de simplici tcslimu* nio Ecclesiæ pro Evangeliorum authentia, sed dc auctoritate Ecclesiæ definitiva in rebus fidei, evincit contextus : « quibus ergo obtemperavi dicentibus, crede Evangelic ; cur eis non obtemperem dicentibus mihi, noli credere Manichæis»? Evincit genuinus illius sententiæ sensus, qui est hujusmodi : ego Evangelio fide divina non adhaererem, nisi prius perspicuis evidentibusque rationibus cognoscerem, Ecclesiam, quæ mihi Evangelium ut verbum divinum commendat, mentiri et me decipere non posse. Loqui autem S. Doctorcm vere ac prudenter, palet inde, quod nemo prudenter ut verbum Dei ea accepisset, quæ prædicabant Apostoli, nisi prius evidentia motiva crcdibilitatis dignitatem ct auctoritatem Apostolorum populis persuasissent.

Habeat demum Beavsobriis sibi illud S. Aic.istim L. dc Ulilit. credendi : « nolle Ecclesiæ primas dare, vel summæ impietatis est, vel praecipitis arrogantiæ. »

Obj. IV. Cath lici manifeste oberrant in circulo vitioso, dum Ecclesiam per Scripturam, ct hanc per Ecclesiam confirmant. Ecclesiam aiunt falli non

posse in rebus fidei, quia sacra Scriptura id enuntiat. Scripturam aiunt esse verbum Dei, quod fallere non possit, cum Ecclesia id definiat. En! quam vitiose discurrant Catholici.

Resp. Verius dixerim, vitiosum esse circulum, in quo Acalbolici obambulant. dum Scripturam probant per interiorem spiritum, et hunc per Scripturam. Res est Catholico cum Acatholico, qui Scripturam admittit?Facilis et plana est via circulum evitandi : Scriptura, quam vos admittitis, docet Ecclesiam Christi veram esse infallibilem, ergo est infallibilis; qui modus probandi nec infrequens in SS. Paginis, ipsoinet Christo contra Judæos arguente : s» *crederetis Mosi, forsitan crederetis et mihi;* nec apud SS. Patres, eumdem in sensum arguenteS. Augustino contra Manichæos, qui Christum et Evangelium agnoscebant, Mosen et Prophetas abnegabant. Res est Catholico cum infideli, qui nec Scripturam sacram, nec Ecclesiam Christi agnoscit? alia quidem est via, sed æque plana absque vitio circuli, invicte probandi et divinitatem Scripturæ cx argumentis ab infallibilitale Ecclesiæ non dependentibus; et infallibililatcm Ecclesiæ aperte evincendi momentis a Scriptura non pendentibus. Illam demonstrant tot prophetiæ eventu complete, sumina et plurima miracula, populorum consensio, doctrinæ sanctitas, sublimitas ct concordantia, nec non Martyres innumeri; quarum vis rationum gravissimarum insuperabilis ab infallibilitale Ecclesiæ non petitur. Hanc sine oraculis Scripturæ evidentia morali summa æque comprobant argumenta omnia (videlicet characteres, proprietates et prærogativæ) queis hactenus demonstratum, Ecclesiam Chrisliano-Catholicam esse unice veram Christi Ecclesiam, summaque et infallibili præditam auctoritate.

Hac vero auctoritate sic demonstrata Ecclesiæ infallibililas evidenter credibilis Scripturam proponit ct declarat esse divinam, cujus revelationes credendæ sint omnes non ob testimonium Ecclesiæ, quæ solam habet rationem causæ applicantis; sed propter auctoritatem Dei Revelantis, quæ est formalis causa seu motivum credendi ; fere sicut minister Regis deferens litteras regias inducit quidem ad fidem ct ad obedientiam decreto Regis præstandam, sed propter auctoritatem Regis. Cum vero Scriptura sacra sic admissa ceu divina adstruat infallibilitalem Ecclesiæ; hanc firmius, quin firmissime jam credimus propter Dei Revelantis infinitam sapientiam ac voracitatem. Non est ergo vitium circuli, ubi via duplici planissima el verissima, ratione scilicet ct fide, demonstrantur divinitas Scripturæ et infallibililas Ecclesiæ ; quo ex utroque capite dc summis totius Christianæ Religionis regulis certissimi sunt Catholici.

SECTIO 111.

SOLA RELIGIO CATHOLICA DUX AD SALUTEM CERTISSIMA.

§ 1. mecognit A.

Unus est Christus salutis noslræ auctor; et nemo novit Patrem, nemo venit ad Patrem, nisi per Filium Intercessorem ac Mediatorem. Una cslLei Christiana, quæ docet veritatem ; ac proin una tantum salutis via, quæducit ad vitam, et arcta quidem via, prout docet Christus, qui uti veritas esi, cui fidem habere, sic et via, quam sequi, et vita est, quam consequi debemus. Igitur ea unice vera est fides seu Religio, quæ Christum sui auctorem habet ct Caput Ecclesiæ, cujus membra Capiti adhærent, atque in et cum Christo manent; in qua sunt oves Christi, ct vocem Chrisli audiunt; in qua est spiritus Christi, spiritus veritatis ct charitatis; in qua sunt claves regni cadorum a Christo; in qua est Christi in terris Vicarius; in qua demum fideles præcepla et consilia Chrisli perfectius exequuntur. Utut autem Christus coarclavcrit viam salutis, non tamen imperviam fecit ulli veritatis studiosoct salutis vere sollicito; nam inter tam multas Christiani nominis sedas (quæ in Oriente ct in Occidente vigentes se invicem mordent ac lacerant) invenire veram omnes possunt, quam Deus semper ceu veram ita præ cæleris inclarescere voluit, ut hæc ab altera quadam nunquam separata (sed a qua omnes reliqtuc secessionem fecerint) inde ab ævo Christi veritatis ct possessione ct evidentissimis signis præfulgerét:

§ 11. theMata.

L *Heligibnem Chrisliano-Calholicam ceu unice salcificam omnes debent profiteri.*

Probatio. Quisquis ab Ecclesia, cujus Caput est Christus, descivit, conjunctus cum Christo esse non potest : membrurn enim a corpore rescissum nequit esse cum capite conjunctum. Cum vero Ecclesia Romana (in qua est Religio Chrisliano-Catholica, ct in qua Christus ceu Caput Ecclesiæ sui in terris Vicarium constituit; vera duntaxat Christi Ecclesia sit : quisquis ab ea descivit cum sectariis, in ca non est, nec manet in mystico Christi corpore; cum Christo igitur non est; contra Chrislum igitur est. Sed quisquis cum Christo non est, salvari non potest, quia cum Christo sancti omnes regnabunt. et ubi Christus est, illic et minister ejus erit. Nimirum ædificata est tides salvifica, 'era Religio ct Catholica Ecclesia super fundamentum Apo-

sluluruiu : fundata au loin esi a Principibus Apostolorum Petro el Paulo Romana Ecclesia tanquam centrum acvinculum unionisCalholicæ, elccu radix cl matrix Ecclcsiæ Calholicæ, a qua exoritur unilas Sacerdotalis, ad quam neccssc est, Ecclesiam omnem convenire, in qua est fides et cathedra Petri, ad quam perfidia non habet accessum, cl in cujus communione est integra cl vera Christianæ Religionis soliditas. Atque inde omnium SS. Patrum hæc fuit sententia, quod communicare cum Romano Episcopo sit communicare cum Catholica Ecclesia ; quod communio cum Romana Ecclesia sit necessaria, ut quis Catholicus audire posset; quod communione consociari cum Ecclesia, quæ est ædilicala supra petram, sit consociari Petri successori seu Cathedra Petri ; quod quicumque non colligit cum Romano Pontifice, spargat dispergendus ipse a tritico fidelium, et a coelesti horreo salvandorum.

En praecipua autiquissimæ Traditionis elogia : Irenæus L. III. adv. Hæres. c. 3. « maxima, inquit, et antiquissima, ct omnibus cognita, a gloriosissimis duobus Apostolis Petro et Paulo Romæ fundata ct constituta Ecclesia... ad hanc Ecclesiam propter potiorem principalitatem necesse est, omnem convenire Ecclesiam, hoc est, cos qui sunt undique fideles, in qua semper ab his, qui sunt undique, conservata est ea, quæ est ab Apostolis Traditio. » Tertullianus L. de Prescript. c. 30. « Si llaliæ adjaces, habes Romam, unde nobis quoque auctoritas præslo est : ista quam felix Ecclesia! cui lotam doctrinam Apostoli cum sanguine suo profuderunt, ubi Petrus passioni Dominicæ adæquatur. » Cyprianus epist. 52. « factus est Cornelius Episcopus, cum Fabiani locus, id est, cum locus Petri et gradus Calhedræ Sacerdotalis vacaret. » Ibidem : « scripsisti etiam, ut exemplum earumdem litterarum ad Cornelium transmitterem, ut sciret, te secum, hoc est, cum Ecclesia Catholica communicare. » Idem Epist. 45. ad Cornei, ait, « Romanam Ecclesiam radicem esse ac matricem Ecclesiæ Calholicæ. » S. Ambrosius L. dc excessu fratris, n. 47. «advocavit ad se Episcopum... percontalusque ex eo csl, utrumnam cum Catholicis Episcopis, hoc est, cum Romana Ecclesia conveniret? » S. Hieronymus Epist. 14. ad Damasum P. scribit : « ego bcatitudini tuæ, id est, Calhedræ Petri communione consocior: super illam petram ædificalam Ecclesiam scio. » In cumdem sensum conspirant tum Augustini, tum aliorum intra et extra Concilia Patrum effata clarissima.

II. *Religionem Christiano-Calholicam præ omnibus aliis Seclis evidenter credibilem omnes possunt pro/iteri.*

Probatio. Ecclesia Catholica sicut ex eo ccu unice vera et ad salulcm necessaria evincitur, quod ejus doctrina cum Evangelio Christi magis consentiat, ipsa vero Christi præcepla et consilia exactius sequatur, et jamdum abævo Chrisli in veritatis possessione fuerit, semperque auctoritatem falli nesciam sibi tribuerit ac exercuerit, atque a prorogativis ct proprietatibus venu Christi Ecclcsiæ in hunc diem usque sola resplendeat; ita cx eo conipicua ac discernibilis quovis loco ct tempore fuit, quod semper tna, Sancta, Catholica ct Apostolica mauifcstissimæ veritatis ct antiquitatis nolas proferret, ita ut ctianmum hodie soli Ecclcsiæ Catholidfe ca competant signa, e\ quibus olim S. Augustinus contra Maiikhæos veram Christi Religionem

demonstravit. Sunt autem « sincerissima sapientia Sanctorum, consensio populorum, auctoritas miraculis inchoata, spe. nutrita, charitale aucta, vetustate firmata, non interrupta tot seculis Sacerdotum in sede Petri succensio ». In his vero cum deficiant Sectarii omnes, hanc chordam de evidentiori crcdibilitalc raro vel invite tangunt, maxime cum suam aut Lt tueri aulCXLVixi aut Soctxi sectam contra hodiernos Theistas ostendere nequaquam possint, ceu fide dignam el placitam præ tot aliis in Oriente cl Occidente seclis Christianorum, nedum præ Catholica Ecclesia.

Obj. I. Religio csl centrum omnium, quæ sunt in mundo, el quæ sunt in homine, el quæ fiunt ab homine, cujus sensus conformis sit oportet iis, quæ docet Religio; hæc ergo ut vera sit ac necessaria, evidens debet esso, ila ut impossibile sit, eam a quoquam ignorari. Verum talis non est Religio Catholica, in dogmatibus obscura, in mvsteriis profunda, el quoad præccpta mullis incognita.

Resp. Ipsamet vera Religio hæc tradit principia : 1"ra. quod tides divina non sit sine velamine, ct volui in æirîgmale videat; quod Deus lucem habitet inaccessibilem; quod Christus sit Deus vere absconditus, non se revelans superbis ac sapientibus hujus mundi, sed parvulis; futurus lapis offensionis, positus in ruinam multorum, nempe impiorum atque incredulorum. Attamen Deus ex ratione, ex creaturis, ex tide; fides cl Ecclesia ex eventibus signis certissime innotescunt, Deum, fidem el Ecclesiam inquirentibus: 2um. quod hæc omnia non inclarescant, nisi Deum. fidem cl Ecclesiam ex loto corde inquirentibus; primum ergo nempe obscuritatem fidei, quam ipsamet adslruil Ecclesia in rebus fidei, perperam Ecclesiæ exprobrant increduli, merito exprobrandam, si summam in omnibus claritatem ac evidentiam ipsa predicat'd ; alleram magis perperam negligunl increduli, adeo ex toto corde non inquirentes veritatem fidei, ut ubi unam allcramve horam legendis sacris Scripturis impenderint, vel quæslioncs aliquot super res fidei viro Ecclesiastico proposuerint, posthac incurii veritatis indagandæ, quam frustra et in libris et inter homines se qüæshissè jactitant, demum Religionem et Ecclesiam spernunt hominum stultissimi, cum sapientissimi cupiant videri.

Obj. 11. Obsequium fidei debet esse rationabile; ergo el rudibus, qui motiva credibililatis aut ignorant aut non penetrant ; et doctis, sed qui nullum unquam viderunt miraculum ceu præcipuum divinæ Religionis sigillum; igitur utrisque sine sufficienti ratione imponitur Religio Christiano-Catholica velut ad salutem unice necessaria.

Resp. Fides divina cl lumen cl donum Dei est. quo in lumine nemo rite ambulat, nisi cujus cor Deus inclinat juxta illud Prophetæ : *Inclina cor meum, Deus, in testimonia* tua.Credunt rudes absque ratiocinio,ac æque bene dc Deo judicant, (piam docti ; hi quidem intellectu, sed illi corde, quod cum Dens inclinat ad credendum, dc veritate Religionis cfficacissima iis pcrsriasum est. Ex interna cordis dispositione, cui conforme est. quod de Religione nostra audiunt, sese sentiunt a Deo, ad Deum, ct propter Deum esse; renuunt imiare, nisi Dcuiu ; nes* iniit odisse, nisi seipsos et pec< alum ; vere humiles, qui indignos se agnoscant divina amicitia d incapaces di\initatis partiti-

panda*. nisi Deus traxerit eos; vere rationabiles in obsequio fidei, quod Deo pneslanl, el cui propter Deum firmissime adhærent. Quamvis autein ejusmodi rudis fidelis infidelem, qui de sua secta æque se convictum dicat, confularcnon valeat; tamen ex Imjusce rudis fide confutabit infidelem doctus quivis alius fidelis. Discant ergo increduli humilitatem coram Deo ex agnitione sui nihili, diffidentiam sui ex eo, quod nihil possint sine Deo, cta Deo nihil meriti sint præter iram; discant orationis necessitatem , qua veniam inipiæ incredulitatis, et piæ credulitatis gratiam impetrent a Dco;el quamvis nulla viderint miracula, quorum tamen certa fides facile acquirenda est, rationabile obsequium praestabunt Deo ad sua testimonia cor eorum inclinanti; secus ad summa etiam prodigia obdurandi cum Ægyptiis, cl ad splendidissima miracula excæcandi cum Judæis.

omnes examinare, ac tandem unice veram dignoscere. Quid enim si nulli hactenus Religioni addictus adventet in Europam, et magno eum clamore invitent Zwingliani, Anabaptistæ, Puritain, Ilussitæ, Sociniani, Lutherani, Calvinist®el Catholici : quo se vertat miser? quam præ aliis, el cur hanc, non illam, eligat Religionem?

Resp. Eam eligere Religionem, quæ characteribus, proprietatibus et prærogativis veræ et salvificæ Ecclesiæ eminet una, omnibus possibile est ac necessarium. Exoriatur seditio in Republica; figat desertor aliquis vexilla regia in loco eminefiliore, ut iis conspectis subditos Regis suas in paries trahat. .Num liceat subditis ad hæc vexilla desertorum convolare? sicut ergo lue in casu eo recurrendum est, ubi Duces Regis el Magistratus legitimi; ila inter tot sectariorum ceu desertorum vexilla confugiendum est ad eam Ecclesiam, in qua sunt veri ct apostolici Pastores, hoc est, ubi apparet antiquitas, universalitas, successio, unitas. Hinc S. Augustinus : « Nullus, inquit, prédicans nomen Christi, et gestans ac ministrans Sacramentum Christi, sequendus est contra unitatem Christi. » Sectarii non minus ab Ecclesia Romana, quam Samaritani a Synagoga segregati sunt ; qui cum a Synagoga se scinderent, amiserunt continuam Pontificum in Sacerdotio successionem, quæ, teste Josepho, non erat in Samaria, sed in Judæa; exciderunt vero Dei Templo, cum, eodem teste Josepho, templum in monte Garizim circa Alexax-Mi M. tempora reccntiora fuerit aedificatum ; atque ila, etsi totam Judæorum doctrinam serrassent, communicatio tamen cum Judæis concessa non i foil. Samaritanos ex duplici hoc capite, et quod summum Pontificem repudiaverint, ct quod templum Hierosolymitanum deseruerint; errasse, fuisse Ivnelicos, cl salvari non potuisse in suo schismate, oraculum fidei est ex "reæteniæ veritatis : *Satus enim a Judæis est.*

Sectarii potiore jure a via salutis excluduntur, quo luculentiora suppetunt testimonia pro Petro ct ejus Successoribus, quam pro Aarone, ceu summo Pontifice suprema ct infallibili auctoritate prædito : Petro enim claves *regni* I otiorum tradita; sunt a Christo, ligandi atque solvendi collala potestas, fides Alins verbo Domini confirmata, fundamentum Ecclesiæ in eo collocatum, pascere oves cl agnos trina indictione jussus est, ab aliis Apostolis consultus, trimi Concilii præses, primus illud pronuntians oraculum : *visum est Spiritui Sancto et nobis.* A Petro tam esi traductum jus Pontificium in ejus

Successores, quam ab Aarone in summos Judieormn Sacerdotes; et par uhinque ratio est. imo potior pro Petro, qui illius Ecclesiæ caput fuit, contra quam portæ inferi nunquam prævalerent ; quod certe de Synagoga, cujus Aaron caput fuit, et quæ ante consummationem sectili destructa fuit, dici haud potest. Adhæc erroris et schismatis utrinque fere par ratio est, nisi quod longe plura esse videantur, in quibus errant sectarii, quam olim essent errores Samaritanorum. Praeterquam quod in tanta Doctorum ct Palium copia, in tot Conciliorum oraculis plus lucis rebus fidei modo aflulgeal. quam olim affulsit. Si ergo salus a Judæis tunc erat, nunc est a Romanis ita ut, qui cum Ecclesia Romana ceu Matre el Magistra, et cum ejus Episcopo ceu Capite Ecclesiæ Catholicæ non communicat, foris sit, el a via salutis absit longissime.

Obj. /Γ. Religio Catholica enervat verum animi robur, obstat Commotiis Reipublicæ, inhibet florem studiorum, aggravat onus et jugum Christi leve tot festis, tot jejuniis, tot legibus, tot officiis, ut æque aut magis sit importabile, ac illud Judæorum ; vera igitur Religio non est, quam Christus instituit ceu legem gratiae, charitatis ct libertatis.

Resp. .Non est, quod sectariis invideant orthodoxi cives, quorum Religio Catholica cum tranquillitate status externa vel maxime internam quant, suisque procurat. Testis est experientia, quod Imperium et Regna, quamdiu unius fidei erant sub uno Ecclesiæ Capite, longissimo tempore optata pace fruerenlur,scientiis\. artibus et virtutibus efflorescerent ; et quæ fuerit Regnorum ac Imperii tranquillitas el felicitas tum, cum vetus et catholica Religio a sectariis repudiaretur, testantur annales, bella, patriae clades et funesta in hunc diem rerum facies. Nonne Graecia, cum alias mirabiliter floreret litteratura et sanctimonia, armis et rerum gestarum gloria; nunc obscura jacet, ignoranliæ errorumque tenebris involuta, sine litteris, sine virtute, sine ulla nominis fama? ingeniosos homines nobile illud solum vix alit amplius, nec strenuos, nec sapientes. Obmutuit illa eloquentia : amplissimæ civitates dirulæ ac deserlæ, et freqiienlissima; olim regiones nunc maxima incolarum penuria laborant. Majorem credendi vivendique licentiam promovere pacem ct bonum Reipublicæ, falsissimum est : nam quod non est honestum, imo quod legibus divinis ct hiunauis adversatur, utile esse nequit. Credendum ergo id omne, quod Deus revelas it el Ecclesia proposuit, sive plura sive pauciora sint; el agendum id omne, quod Christus vel Ecclesia auctoritate Christi præcipit agendum, sive plura sive pauciora sint; quod quidem onus et jugum mire allevat superabundaqs Christi gratia, et compensat merces magna nimis.

Ritus quod allinet, qui laicis competunt, simpliciores esse vix possunt. Si quid Ecclesiastici cx singulari ritu adhibeant in victu, vestitu, cantu, ac lotius vitæ instituto; quid ista ad laicos? an horum oculus nequam est, quia illi boni sunt? Si saccum, cilicia, flagella, jejunia horreant laici ; hæc tamen alii sancte usurpant. Vix non locum hic illa popularis panemia habet, canem scilicet olitoris nec edere caules, nec pati, ut alii edant. Sacramentorum usus, Pœnitentiæ præsertim et Eucharistia·, num facilior esse possit? flagellationes ac pœnitentiæ publica* in usu amplius non sunt : præcepla Ecclesiastica, quæ universus stringant. pauca sunt et facilia : annua sv naxis laxior

nonnullis visa est : festorum indictio quædam tertii pracepti declaratio est, elsimul festorum celebratio magna saltern ex parte animo remittendo inservit : pauca illa jejunia per annum prrcscripta adeo facilia sunt, ut vix jejunii nomen mereantur, a quibus eliam tantula causa fideles eximit. Mirum, do his minutiis conqueri heterodoxos ad conflandam Catholicis invidiam, cum vix ulla sil secta, quæ suis longe gravius jugum non imponat; et Regnum cadorum cx effato divinæ veritatis vim patiatur; ct indubie parendum esset Ecclesiæ, si alia longe difficiliora imperaret; quid enim pro æterna saluto fieri non debet?

Obj. F. Si tot tantisque signis refulget Ecclesia Catholica; ergo facili eam negotio omnes dignoscerent et adirent. Sed rudes, sive sint, sive non sint de Ecclesia Catholica, vix quidquam sciunt de hisce nolis et signis. Si unice vera est; ergo incredibilis est paucitas fidelium præ illis, qui erant de Synagoga, prout Philo testatur; ac fere Donatislarum sectæ similis erit illa Catholicorum. Si unice necessaria est ad salutem; ergo ab omnibus iis, qui Christiani quidem, at non Catholici audiunt, mutanda est Religio, quod valde propudiosum summeque damnosum foret. Hæ vero sequelæ omnino abhorrent ab infinita bonitate Redemptoris.

Resp. Christianus es, et inter omnes Christianorum sectas investigas veritatem, quæ nonnisi una est? regulam accipe a Tertulliano : illa sola vera est Religio el Ecclesia Christi, quæ ab Apostolis fundata, ac inde ad nos non interrupta serie succQssionis Aposlolicæ propagata est; a qua omnes sectarii vel simple discesserunt, vel propter contumaciam rescissi sunt. Quotiescumque enim hæresis enata est in gremio Ecclesiæ, Ecclesiæ tribunali subjecta est, ita ut, qui judicio Ecclesiæ non acquiesceret, ab unitate illius Ecclesiæ praescinderetur. Cum igitur cujusvis hæresis exortæ ac condenniatæ locus et tempus designari, Ecclesiæ vero Romanæ initia nonnisi ab Apostolis repeti possint; el huic soli Ecclesiæ praerogativam successionis Aposlolicæ convenire, facile demonstrari potest, uti hactenus demonstratum; nequaquam tanta est, quantam praetexis, difficultas dclegendæ vera et salvificas Religionis, quæ duntaxat Catholica est.

Quod Philo suorum Judæorum immensum prope numerum extollat ; inde est. quod (uti a Patribus jam olim adnolatum) in suo censu ipsos eliam Christianos complecteretur; et cum dc suis Essenis scribit, manifestum est, eos fuisse Christianos. Quantum absimus a Donato; tam ipse testari potest, ntpoleab Ecclesia Romana condemnatus ; quam Donatistæ, qui suam ipsimet fatentur concludi Ecclesiam intra fines Africae; cum fides Romanæ Ecclesiæ praedicata sit In universo mundo, el tot ubivis terrarum sibi unitos fideles, hoc est. Catholicos habeat, quot nulla alia Christianorum secta aut habuit unquam, aut habet. Adde demum hic alios characteres et proprietates, qua? soli conveniunt Calholicæ Ecclesiæ. Hanc ergo ingredi omnes et possunt et debent.

Nec est, quod inconstantiae et levitatis probrum timeatis, heterodoxi! nempe in melius mutare, sapientis est. Parentes vestri, qui ab Ecclesia discesserunt, justam hanc causam afferre poterant, ne a recta el sibi a majoribus relicta fide ac lege deficerent. At vos, qui ut prudentes et cordati viri vestrorum Patriarcharum infaustum nomen, ortum, progressum et exitum

probe scitis; qui fidei vestræ ac dogmatum varietatem, inconstantiam indignitatem clare perspicitis; qui minime ignoratis, quod nulla fere sit familia perillustris in Germania, quæ non ex loto, vel saltem ex parte redierit ad Ecclesiam ; qni salutem æternam in Ecclesia Romana Catholicis non denegatis; vos, inquam, deterrere nihil potest, nihil debet a mutatione: non divitiqj, quas retinetis, quæ tamen si pro æterna salute essent amittenda·, melius collocari non possent : non honores, cum nihil honorificentius sil, quam illud vitæ institutum amplecti, in quo est verus Dei cultus ct veracum Deo amicitia, unde veri honoris gloria derivatur juxta illud: *Nimis honte rati sunt amici tui Deus :* non jactura famæ, cum nemo prudens vobis vitio vertet, sed suminæ jmjIîu s laudi, quod eam deserentes sectam, in qua nihil sperare et omnia perdere, ad eain redeatis Ecclesiam, in qua nihil perdere et omnia sperare possitis.

SECTIO IV.

RELIGIO CHRISTÏANO-CATHOLICA TAM PERFECTA, UT EI PERFECTIOR NUNQUAM SIT SUBROGANDA.

§ I. PRÆCOGMTA.

Qnæsit Legis Christiana? perfectio el Christianorum felicitas præ illa Legis Mosaicæ et Jndceornm, nitide adumbravit Bf.c a m·s hisce verbis: «Judæi erant servi, nos liberi; illi lilii Agar, nos Sara?; illi habebant solam figuram, nos rem figuratam; illi umbram imaginis, nos ipsam imaginem; illis promissus erat Christus, nobis donatus; illi timore ducebantur, nos amore; illis occulta erant mysteria Incarnationis el Redemptionis, nobis patefacta; illi olferebant sanguinem hircorum, nos sanguinem Christi Redemptoris; illi habebant litteram, nos spiritum; illi semen, nos arborem; illi spicam, nos triticum: illi Testamentum inchoatum, nos perfectum; illi mortem, nos vitam ». Hæc si rite applices ad varias Christianorum sectas (verius Antichrist! Synagogas) ct ad veram Christi Ecclesiam, quæ est sola Catholica; hujus præ illis perfectio el felicitas tanta eminebit, ut sive legum, sive rituum, sive mediorum . sive finis in Ecclesia Catholica sanctitatem, majestatem et divinitatem species, perfectiorem nunquam fore surrogandam, manifestissimum sit, atque ex eo magis, quod divina oracula ad usque consummationem seculiætalemejusdem proferant; torn vero edicant.militantem in triumphantem commutatum iri æternis splendoribus eftuisuram. Bf.c a x u s S. .l. in Analogia λ . et N. Testamenti. Prooemii pag. 2.

THEMATA.

1. *Ueligio Christiano-Catholica quoad Leges suas perfectissima est.*

Probatio. Officia hominis erga Deum, seipsum el proximum exactissime doccl, cfficacissimequc inculcat omnia, ut nil usquam reperias ad vitae civilis æque ac Christianae perfectionem magis conducens. Cultum Deo exhibendum in fide, spe et charilate interna cumprimis constituit ; alios homines diligere jubet, sicut seipsum, nec amicos tantum (quod etiam ethnici faciunt) sed el inimicos; privatam injuriæ ultionem et prohibet, et perculiculi in maxillam dexteram vult praeberi etiam sinistram ; non permittit nili aut phiritatem uxorum aut repudium, cœlibeni vero vitam et virgineam castitatem propositis ingentibus praemiis commendat ; praepositis etiam discolis parendum esse decernit, Deo tamen magis quam hominibus obediendum esse docet ; exposcit a nobis sinceritatem in negotiis, æquitatem in administratione justitiae, fidelitatem in custodia ærarii publici, junctam clementiae constantiam in exercitio supremæ potestatis, liberalitatem sine prodigalitate in usu divitiarum, amorem patriæ, et quæcumque boni civis ac optimi Principis officia; incitat ad assidue orandum, non tam ad obtinenda bona temporalia, quam pro deliciorum venia et uberioribus gratiæ auxiliis ; quin et ad contemptum alque terrenorum omnium abdicationem propter Deum invitat; denique non membrum corporis, sed animum avitiis omnibus circumcidi, carnem vero susceptis ultro afflictationibus subdi spiritui, el spiritum Deo ita vult subjici, ut pro causa Dei vitam quoque profundere non abnuamus, (ude factum, ut quamprimum Religio Christi Catholica per mundum invalesceret, orbis fere universi alia fuerit facies, cumprimis hominum moribus in melius immutata.

«Nam qui olim (praeclare disserit S. Justixus M. Apolog. 1.) stupris lætatamur, nunc castitatem complectimur, quin permulti sexus utrinsque incorrupti et cœlibes perdurant ; qui magicis artibus utebamur, bono et æterno nos consecramus Deo; qui possessionum et pecuniarum fructus præ rebus omnibus adamabamus, nunc etiam ea, quæ habemus, in commune conferimus, et cum indigentibus communicamus ; qui odiis et cædibus inter nos grassabamur, nunc etiam pro inimicis oramus. » Idem Dial, cum Tryph. «Non esse, qui exterreat nos, per omnem terram manifestum est. Quod namque dum gladio percutimur el in crucem agimur, el bestiis objicimur, et vinculis, igne, tormenlisque aliis excruciamur, a professione nostra non discedimus, satis constat. Imo quanto magis ejusmodi tormenta in nos expediuntur. tanto plures Jesu cultores fiunt. »

II. *Religio Chrisliano-Catholica quoad Hilus ct Ceremonias sanctissima est.*

Probatio. Quantum umbra praestat veritas, corpore animus, cœlum terra et Deus creatura; tantum praecellunt ritus, sacramenta et sacrificium augustissimum Catholicæ Ecclesiæ illis Gentilium ritibus et ceremoniis Judteonim. Non hic lasciva illa Gentilium tripudia . sed sanctarum Scripturarum lectio et castissima comprecatio : non infinito.· ablutiones Judaicae, corporis

duntaxat sordibus eluendis idoneæ; sed lavacrum regenerationis spiritualis ex aqua et Spiritu sancto in verbo vike per baptismum, « quo illuminamur ut digni idoneique simus, qui veritate agnita per opera etiam datorum nobis mandatorum custodes inveniamur : » non hic taurorum aut hircorum hecatombae; sed hostia divinissima, quæ sit Unigenitus Dei Filius, qui se Patri obtulit semel in cruce hostiam acceptabilem ad exhaurienda multorum peccata : non hic azymi duntaxat panes, non mensa? gentilium profana?, spurra? ac barbara; sed panis vitœ Eucharislicus, quem cunr nullo alio communicare licet, « quam veram esse doctrinam nostram credente, et lavacro propter remissionem peccatorum abluto, et ita, ut Christus tradidit, vivente. » Nihil ergo de hoc pignore humanæ Redemptionis, de hoc alimento vitæ spiritualis, de hoc vadimonio vilæ ætemæ participant Ethnici, Judæi, Hæretici, seduni Catholici.

«Nos enim soli (verba sunt S. Justini M. Apol. 1.) non ut communem panem, neque ut communem potum ista sumimus; sed quemadmodum per Yerbum Dei caro factus Jesus Christus Salvator noster et carnem et sanguinem salutis nostra causa habuit, ad eumdem modum etiam eam, in qua per preces ab eo profectas gratiæ sunt actæ, alimoniam, unde sanguis et caro nostra per mutationem aluntur, incarnati illius Jesu carnem et sanguinem esse edocti sumus. »

Quis tandem sit splendor cultus divini exterioris in Ecclesia Catholica; quæ puritas, pietas, fervor et magnificentia in administratione Mysteriorum fidei nostra, ac praprimis in divinissimi Sacrificii oblatione; audiunt gentes et obstupescunt; resciunt Judæi et ringuntur; vident Heterodoxi,etneseipsos damnent, livido oculo contuentur, dente et calamo cynico arrodunt, sed in majus sui probrum, cum de Regibus terne potentissimis unus, quamvis Catholicum nomen non gerat, haud ita pridem judicaverit ; Catholicos Deum colere ceu magnum Principem. Lutheranos ceu virum honestum, Gabinianos ne ut hominem quidem.

De singulis magnifice eloquitur S. Justinus M, cit. Apolog. 1.

ill. *Religio Christiano-Catholica incitamentis ad virtutem, et mediis ad salutem instructissima est.*

Probatio. Ecclesia Catholica suis filiis veram se matrem in cunctis exhibet. Non contenta, quod per baptismum in Christo nos regeneraverit, noctu diuque nobis invigilat, nutrit, mundat, et confortat nos. Aperit continuo thesauros divinitus sibi concreditos, et facit in nostram salutem, quidquid fecisse Apostoh»s et horum successores vidit et audivit. Jam festinat nostram ungere frontem, ut communicet Spiritum sanctum; jam nobis dimittit peccata humili confessione subjecta clavibus Ecclesiæ, et media subministrat tam contra relapsum,quam pro fructibus dignis poenitentia? ; in dicsætenio Patri "fieri corpus et sanguinem Jesu Christi innumeris in locis, divinoque hoc epulo nos reficit. Insigni providentia et solemn! ritu suos consecrat Ministros, suumque consecrat et prorogat Sacerdotium; solemncm impertitur benedictionem iis, qui matrimonio junguntur in Christo et in Ecclesia. Nunquam non pro animæ nostra salute sollicita, semper intenta in nostrum

profectum, ubique et semper nobis præsto est. Aliis locum refugii parat in claustris et coenobiis; aliis providet de mediis ad salutem etiam inter seculi curas obtinendam; jam mentem nostram doctrina imbuit saluberrima, et sicut intellectum illuminat, sic voluntatem excitat, et corda succendit illo præpriinis splendore et majestate cultus divini.

Si mors imminet Ciliis, suas pia mater geminat curas, ct media colligit omnia, ut ad iter œternitatis rite accingat suos; manibus monentium inserit arma adversus principem tenebrarum ; abscondit nos in vulneribus Christi, et in sanguinem agni nos immittit; obarmat nos juxta illam Cypriam 'sententiam præsidio sanguinis et corporis Jesu Christi; emundat animas per sacramentum extremæ unctionis ; ultimos obtutus nostros infigit cruci Redemptoris, ut hujus mysterii memores virtute crucis roboret ac salvet nos. Adjurat omnes cœlites, ut opem ferant in agone suorum ultimo, quin cl cœhim et terram pro nobis intercedere facit. Ubi demum a vinculis corporis soluta est anima, hujus ad pedes usque supremi judicis comes Dei gratiam implorat. Equidem exuvias corporis terne mandat; sed non sine testificatione honoris, qui deceat templum Dei. Quamvis mortuus sil Ecclesiæ filius, matris tamen ava ivit charilas, quæ nunquam cessat, fidelibus defunctis adprecari ct exorare pacem et quietem sempiternam.

Hæc audis, hétérodoxe, et tardas redire in gremium tam piæ matris, quo majores tui infelici 'schismate exciderunt? ct tardas, de tot tantisque graliarmn et donorum coelestium thesauris nobiscum participare? et hæres, quam infauste! in ea secta, quæ, te nonnisi frigidis verborum solaliis lactat, atque inter hæc sine armis, sine præsidio ullo objicit salutis tuæ hostibus; quæ plusquam Synagoga sterilis te nutrit frustulo panis, quod vilius est manna Judæorum ; quæ animæ peccatis sauciatæ medelam ferre non potest; quæ ab Apostolica Ecclesia rescissa veros Pastores non habet ; quæ sicut in vita, ita in morte suos destituit omni vero solamine ac subsidio, contra dolores corporis ct angores animi; quæ morti, œternilati et supremo Judici tradit suos sine vera poenitentia, sine vera absolutione seu remissione peccatorum, sine veris sacramentis, sine vero viatico; quæ demum, ubi ceciderint in manus Dei viventis animæ sectariorum, has plane desertas relinquit terrificae aeterni ava indicis justitiae, suum adeo officium sed crudelissimum esse reputans, non exorare pro defunctis?

IV. *Religio Christiano-Catholica quoad finem et præmia excellentissima est.*

Probatio. Spiritualia et perpetua animæ bona, clara Dei ipsius visio et fruitio; hic linis est, et hæc præmia sunt, quæ Jesus promisit suæ doctrinæ et Ecclesiæ sectatoribus atque cultoribus; præmia sane infinito praemiatore dignissima, mortalibus optatissima, et ad beandum omni ex parte hominem præstantissima. llæc enim quam sint multo excellentiora iis, quæ Religiones aliæ suis asseclis pollicentur, ipsimet Gentiles et Mahumelani testantur, qui fere nihil mercedis exspectant nitra brutas corporis voluptates : testes Philosophi et Poetæ veteres, qui tametsi dc bonis animi sæpe disserant, ea tamen aut cum hac ava ita finienda esse statuebant, aut de fulnræ vilæ beatitate nluciire et ambigue sentiebant, aut certe nihil post hanc vitam humanis

meritis adpromittcbant. quod captum hominis naturalem transcenderet; testis adeo Moses, qui parce admodum de æterna felicitate, copiosius de mereede temporaria elocutus, ad legum observantiam promissis hujusvitœ bonis Judæos præeipue animavit : testes, quamvis inviti, omnes etiam sectarii. qui eum veram Christi doctrinam non habeant, ncc vera Christi sacramenta, nec verum Christi sacrificium, nec verum sacerdotium (quæ omnia sola habet Ecclesia Catholica) Catholicis haud denegant æternam salutem; quam vero Catholici non audent concedere ulli, nisi qui fuerit in vera Christi Ecclesia, in qua sola est verus Dei cultus, dignum ct acceptum Deo sacrificium, vera Christi fides, doctrina et successio Apostolica, virtus et vita vere Christiana, \era demum salutis æternæ media et adjumenta a Christo pro omnibus instituta, qui cum Christo æternum in coelis regnare exoptant, hæredes Dei cl cohæredes Christi.

DISSERTATIO IX.

HIS l>nSB:ilTO»IBUS IBELIGIOMK CATHOLIC E

– IN-

SECTIO I.

DE VARIIS SECTIS CHRISTIANORUM.

§ 1. PRÆCOGNÎTA.

Vidit animarum hostis et indoluit, suæ idololatriae regnum per Christi novum regnum seu Ecclesiam subverti. Acheronta movens, ut contra Christi Ecclesiam portæ inferi prævalerent, schismata et hæreses disseminavit. At non prævahiit, corruentibus passim omnibus tenebrionum sectis, quarum interitum in hunc diem et ad mundi finem immota conspicit vera Christi Ecclesia. Nihilominus lolia sementi Evangelicæ identidem insperguntur; el nostris quidem temporibus sectarii ac novatores, ul avita sacra facilius exterminent, de Romanorum ab antiqua tide defectione, de morum inter Catholicos corruptela, uti el dc rituum in Ecclesia superstitione, nonnisi tragica occinunt. Sed quæ vetus haereticorum cantilena est: namctManichæi Catholicis olim exprobrabant hypocrisin, superstitionem, sepulchrorum adorationem, et luxuriam : Luciferiani affirmabant, universum mundum factum esse Ecclesiam diaboli et Antichristi : Donatistæ cathedram Ecclesiæ Catholicæ vocabant cathedram pestilentiæ, in qua sancti sedere non possint. Itaque in retanti momenti, qualis est mutare Religionem, co quod mutata sit Ecclesia, mulla in examen vocanda sunt, præcipuê autem : quis ille sil, qui nova fidei dogmata suggerit, quibus moribus instructus, quo ductus instinctu, quo animo, quo tine? quid eum ad mutationem impulerit, quæ causæ defectionis, quæ modestia in scriptis, moderatio in dictis, integritas in factis ; accuratissime ponderanda sunt.

§ II. THEMATA.

1. *Sectariis justa Religionem Catholicam deserendi causa non fuit prælenw necessitas Reformationis in moribus et ritibus Catholicorum.*

Probatio. Cum ad salutem hominum duo cumprimis necessaria sint, videlicet sincera fides et recta operatio; utrumque sua regula indiget, ne per errorem falsa credamus, aut per ignorantiam male operemur. Sicut aulemin controversiis fidei institutus est a Christo judex certus,qui absque nota env·ri$ verum discernat a falso; ita et in controversiis morum, qui bonum distinguat a malo et honestum a turpi. Sed duplici errore involveretur Ecclesia et morum et fidei, si fidelibus injungeret, quod honestum non est ; qui sane error multo perniciosior foret, utpotequi non modo intellectum depravaret, verum etiam voluntatem ipsam vitiaret. Est ergo Ecclesia, fuit ac erit semper magistra morum falli et fallere nescia. Si quando inter fideles ac ipsos etiam Ecclesiasticos morum depravatio grassetur, hominum id vilium est, non doctrinæ aut Ecclesiæ : docet namque adhuc Ecclesia, quæ Christus docuit, angustam esse portam, quæ ducit ad vitam, Regnum cadorum vim pati, qui scse abnegant, crucem suam tollunt, et carnem una cum concupiscentiis suis crucifigunt, cum Christo regnaturos esse, multos quidem vocatos, sed paucos esse electos ; docet Ecclesia, cum Dei gratia (quæ omnibus præsto sit, et qua major ac uberior semper exorari possit) omnes leges et præcepta esse onus leve, et jugum suave; proponit eximiam ac ælernam mercedem obedienliæ, simul et minas et poenas gravissimas inobedienliæ... Huic doctrinæ qui mores conformat suos, legis factor egregius erit ac vere sanctus, cujusmodi ad morum doctrinam orthodoxam eNormatos quovis seculo plures vidit et coluit orbis catholicus.

Quoad ritus sacros esto, nonnulla per simplicitatem admisceri, quæ indigeant emendatione; sed aliquid simplicium pietati indulgendum. Esto, nonnullas superstitiones a nonnullis imprudenter fuisse introductas, captata ab aliquo ritu sacro occasione; at sacris ritibus retribuendum non est, quod ab imprudentia ct simplicitate nonnullorum profectum est. Esto, aliquos ritus ab ipsa Ecclesia fuisse mutatos pro diversa temporum ratione, sed salva et integra divinarum, quas nobis Christus reliquit, institutionum substantia. Hoc vero certissimum, nullum esse ritum ab Ecclesia Romana (cui sicut legum, ita et rituum suprema potestas competit) universis pnescripium esse, qui cum recta ratione non consentiat, et qui recte administratus Religionem Deique cultum non promoveat. Mon igitur abusus sunt inter Catholicos, qui veræ ac legitimæ Ecclesiæ rationem et statum c medio tollant, ac proinde Sectariis justam dederint causam discedendi.

Hinc pnpclare Avglstints Epist. 95. c. 9. « nos autem certi sumus, neminem se a communione omnium gentium juste separare potuisse. Neque enim (pergit c. 12.) propter paleam relinquimus aream Domini neque propter malos pisces rumpimus retia Domini , neque propter hœdos in fine segregandos deserimus gregem Domini ; neque propter vasa facta in contumeliam migramus de domo Domini, n

II. *Minus etiam Sectariorum a Catholica Religione defectio fieri debuit propter prætensos Ecclesiæ Romance lapsus et errores in fide.*

Probatio. Si Ecclesia Romana pristinum nomen ct statum retinuit, non erat, cur discederent ab ea salutis via novatores : nempe (uti vel ipse Calvius testatur L. IV. Instit. variis in locis) « extra Ecclesiam salus non est ; ct ii sunt lilii Dei, quorum Ecclesia mater est ; et nisi hanc matrem habeamus, illum Patrem minime habituri sumus. » Sed jure possessionis gaudet Ecclesia Romana, quod pristinam fidem teneat, ac quidem hisce temporibus magis expressam et explanatam ; quod aliud non credat, quam olim sit creditum, etiam circa Christum praesentem in mysterio Eucharislite, circa cultum imaginum, purgatorium, indulgentias et Sanctorum intercessionem; quod fidei divinæ articulis minime vitiatis aut depravatis inhæreat, ita ut iu hanc horam nemo unus de omnibus sectariis etiam versutissimis eam erroris in fide convincere potuerit. Si vero ea dunlaxal se respuere dicant novatores, quæ vel superstitione vel errore vel alia quapiam labe corrupta fuerint in Ecclesia ; ergo in aliquo erravit Ecclesia, nec veram fidem retinuit, quæ una est. Itaque cum plerique sectarii Ecclesiam admittant in societatem fidei; vel ipsi quoque veram fidem non tenent; vel Ecclesia in nulla re penitus erravit; ac proin illos errare necessum est, qui articulos fidei rejiciunt, quos adstruit Ecclesia, et illos tenent ac luentur articulos, quos damnat Ecclesia.

Mirum, quod cum, teste S. Augustino, nequidem idololatria sil causa se dividendi ab Ecclesia, eo quod (prout observat in Psalmos contra partem Donati) multi ex Judæis tempore Isaiæ, Jeremiæ ct Ezecfiielis in crimen idololalriæ fuerint prolapsi, quin propterea ab iis se separaverint Prophétie : mirum, quod Calvinist® in suam communionem admittant Lulheranos, quos, quia in Polonia Eucharistiam flexis genibus accipiunt, et in ea Christum præsentem adorant, habere debent pro idololalris : mirum, quod plerique Reformatores pacem ambiant cum iis Ecclesiis, in quibus sunt errores, quos aiunt, non fundamentales: imo et cum eis, quæ articulos fundamentales solum per consequentiam,non vero directe evertunt; quod, inquam, se separaverint ab Ecclesia Catholicorum, in qua est prima sive ea unitas, qua non datur alia prior; ct schisma fecerint ab Ecclesia, in qua est fides integra et universalis omnium credendorum.

111. *Defectionis a Religione Catholica Auctores tales nunquam fuerunt, ut iis fides habenda sit.*

Probatio. Longum foret, de omnibus ac singulis sectarum architectis efiari. Salis est Lutheri præprimis et Calvini auctoritatem excutere. Si horum doctrinam spectes, recoquit ea veterum hærcticorum errores dudum ab universa Ecclesia proscriptos : docent enim cum Simonianis. bona opera ad salutem inutilia esse; cum Pclagianis, infantes fidelium sine baptismo vitam æternam consequi; cum Novatianis, non esse in Ecclesia pjlestalem clavium ad remittenda peccata; cum Donatislis, Ecclesiam con-

stare ex solis sanctis, cum Aerianis suffragia fidelium nihil prodesse defunctis , esse sub lege eos, qui jejunia servant, et presbyteros omnino œqualcs esse Episcopis ; demum cum asseclis Vigilantii, Sanctorum reliquiis nihil honoris deferendum esse... Si personas el ipsa quidem sectariorum capita perlustres, Lutherum singularis protervia, palmaris superbia, innatum temperantiæ, castitatis et pœnitentiæ odium, frequens perjurium, insolitus furor, spumantes iræ, nola desperatio et celebris apostasia, aliaque id genus elogia commendant. Calvinus corpore et sensu Lulhero temperatior, animo tamen intemperantior fuit, acerrimi vir ingenii, sed alne bilis vitio supra modum laborans; atque hinc mania, furor, odium, desperatio, mordacitas, venenum cum linguæ, tum calami, tumultuum et factionum amor, intolerabilis arrogantia. Zwinglius, Carolostadius , Melanchton, OEcolampadius, Bucerus, Beza aliique sectariorum principes non dissimilis farinæ homines extilerunt, majori ex parte apostatæ el transfugae.

De his vide P. Honorati Fabri S. J. librum : *Una fides unius Ecclesia Romaine ;* et P. Aloysii Merz S. J. Conciones Sacras Auguske Vindcl. habitas de Lulhero el ejus Secta. Item Bossuet, *Histoire des Variations.*

Et hujusmodi hominibus, quorum doctrina nora el suspecta, mores corrupti, ingenia turbida, delicta publica fuere; qui a suis claustris et ab Ecclesia Romana discesserunt, ul eas vitarent poenas, quas eorum facinora gravissimas deposcebant ; et quibus nemo rem suam domesticam, el ne equum quidem generosum aut canem venaticum committeret, suam quis animam æternamquc salutem prudenter concredat? quis eorum auctoritate ducatur, ut spernat Ecclesiæ Catholicæ auctoritatem, tot sanctorum Patrum testimoniis confirmatam, tot Conciliorum œcmncnicorum suffragiis exornatam, tot sanctorum Martyrum sanguine stabilitam, tam multiplici virtutum et sanctimoniæ splendore illustratam? Quis Petro aliisque Apostolisel viris Apostolicis (qui exemplo Christi pro tua salute sponte ac ultro vitam profundere parati sunt, nullo alio incitamento, quam zelo animartini et divinæ gloriæ) præhabeat duces ejusmodi, qui desciverunt a vera Christi Ecclesia, non studio virtutis aut veritatis, sed vel formidine pœnæ, vel liberioris vitæ desiderio, vel alio quopiam, quod minus honestum erat, incitamento?

Possem hic facile probra omnia Lctheri, Calvini ct aliorum in plenam lucem deducere, atque alios plane fines, quam sit propriæ salutis studium, in iisdem patefacere, qui a Catholica Ecclesia ad heterodoxorum castra unquam convolarunt; sed præstat, charilatc potius, quam exprobratione invitare fratres nostros, ut redeant ad sinum Ecclesiæ unde recesserunt.

Obj. 1. In Ecclesia Romana ad quingentesimum Christi annum fides integra et pura perstitit, ad quam ccu veterem Ecclesiam spectant Scripturarum oracula et Patrum elogia; non vero ad hodiernam Ecclesiam, quæ cum sil abusibus, erroribus ac vitiis defœdata, justam praebet causam discedendi a fido Romanorum.

Resp, Si Ecclesia Romana per quingentos annos fidem puram servavit; ergo ex. privilegio Christi S. Petro polliciti, nunquam fore, ut ejus fides deliciat, quod utique ad consummationem scculi usque extenditur. Fors ais. quingentis annis iliis non errasse quidem, fuisse tamen errori obnoxiam?

Igitur quidquid ab Ecclesia loto illo tempore definitum est, sub fidem non cadil : qui enim sciatur , falsum non esse, cum error subesse potuerit ? hinc quatuor Concilia concidere necessum est; hinc vana Christi promissio; hinc spiritus veritatis toties promissus, nunquam missus; hinc portæ inferi contra Ecclesiam praevalentes. Ad mores quod attinet, privata Romanorum delicta, si quæ sunt, non excuso; vitia erant humanæ conversationis, non praedicationis Apostolicæ : inerrantiam Christus promisit Successoribus S. Petri, non impeccantiam; quin et si a recta fide quis deviasset (quod vero ne dc uno quidem hactenus evictum) hoc fuit vitium credentis, ut persona privata est ; non error docentis, ut est Doctor et Pastor universalis; quotiescumque enim loquuntur e Cathedra Petri, ut Christi Vicarii, et de plena hujus officii auctoritate, in eo munere nec falli possunt, nec fallere. Nempe promissus a Christo Spiritus veritatis non sinit unquam, vel falsum dogma, vel pravos mores proponi toti Ecclesiæ.

Quoad morum integritatem si de summis Pontificibusogganniunl hclerodosi; certum est, plcrosque omnes (rexere autem Ecclesiam inde a S. Petro pluies ducentis ct quinquaginta) aut Sanctis annumeratos, aut bonæ saltem et laudabilis vitae fuisse, paucissimis exceptis; ut cx omnium attestatione nulla alia particularis Ecclesia tot Praesules habuerit sanctimonia illustres, quam Romana.

Oty. *II.* Intolerabilem fuisse Romanorum Pontificum ambitionem, Cardinalium luxum, Episcoporum incuriam, Sacerdotum socordiam, ac perditos kitiuS'Cleri mores (unde Lcther is el Calvinus deficiendi ab Ecclesia Romana causam acceperint) non soli Acatholici, sed el Catholici scriptores ingenue atque abunde testantur. Obessc ergo ad salutem non polcsl iis, qui Lctiierim aut Calvinum secuti, ob lam manifesta Ecclesiæ vilia, sanctioris disciplina) studio inducti discesserunt.

Resp. Insolens plane ratiocinium : non omnes Romani Pontifices sunl saucii, ct Curia Romana non caret nævis, neque in Ecclesiasticis ca semper est morum integritas, quam hujus ordinis dignitas postulat ; ergo ab Ecclesia Romana discedendum est, ergo res nostri) sunt desperandae, ergo æternæ saluti renuntiandum est. Fidem non accusatis, sed inores, eosque privatorum hominum : nunquam enim Ecclesia in tradendis morum regulis erravit, sed ncc errare potest; cur ergo illius doctrinam rejicitis, quæ sana est? cur mores ab ea praescriptos reprobatis, qui sancti sunt? quid vestra interest, si Pastores suo erga Deum munere non defungantur ; modo sanæ doclrinæ verbo vos pascant, ct sanctis legibus instituant? Exempla optatis : optandum revera esset, ut omnes ii suo vobis exemplo praelucerent ; si vero secus accidit; verbis, non exemplis, dictis, non factis standum, ac Christi oraculo parendum est : *super cathedram Moysi sederunt Scribœ et Pharisœi; omnia ergo (piœcwnquc dixerint vobis, servate et facite ; secundum operavero eorum nolite facere.* Nec est, quod Pontificum et Cleri depravatos mores tam acriter sugilletis: ut enim non negaverim, in tanta Ecclesiasticorum multitudine aliquos esse et fuisse, qui tanti nominis et muneris mensuram haud implerent; ita quisquis amatis veritatis est, inficias non ibit, quin plcrique ejusdem ordinis ram vitæ formam tenuerint ct teneant, quæ homines sacris ministeriis addictos plurimum decet. Inter summos Pontifices non desunt novissimis

quoque temporibus Marcelli, Pii, Adriaui, Grcgorii, Alexandri, Benedicti cl Clementes iis virtutum ornamentis instructi, quæ huic suininæ dignitati non mediocrem splendorem afferrent.

At supponamus, vobis morem gestum ac vilia omnia esse perpurgata; palam omnino promittitis fore, ut vestri omnes ad nos redeant? si secus aliquis faciat, illum sane non excusabilis. Eadem porro militai ratio, licti ea vitia non purgentur: fidem sequere, vitia fuge; ne si fugias fidem propter vilia, in longe majus ac perniciosius vitium incurras, quod est schismatis seu scissionis ab optima parente; crimen juxta SS. Cy pr ia n v x, Opt a t o Mil e v. et Al g l st ix l m contra Doualislas, nec ob corruptelam morum, nccob fidei difficultatem, ipsamque idololatriam committendum. Innocentes! Lulheri et Calvini asseclas, sed transfugas et apostatas insontes quis dixerit' Nec est, quod bonam prætexatis fidem, cui furor et libido nullum sane locum reliquerunt. Demus autem illam bonam fidem; sic ergo discessio quidem illa culpæ ipsis non vertitur, eos tamen in eo rerum statu collocat, in quo remediis carent, quæ ad salutem necessaria judicantur.

Obj. III. Longe alia fuit ratio discessionis Prolestanticæ, quam quæolim: lune enim Ecclesiam fuisse optime constitutam doctrina, sanctimonia vil®, ac morum probitate excelluisse ; posthac vero Ecclesiam in plurimis deformatam fuisse, ipsi Catholici agnoverunt ct dolucrunl. Quippe (quod ingenue fassus Ad r ia ms VI.) Ecclesiam indigere reformatione in capite et in membris, antiqua vox est, audita jamdum in Concilio Constantiensi.

Resp. Falsum est, quod veterum ac recentiorum schismaticorum impar sil ratio, cum in ulrisque fidem Ecclesia desideraverit. Tam hi, quam illi Catholica dogmata impugnabant ; imo ausim dicere, plura esse, quæ aCalvinianis vel Lulheranis impugnantur, quam ab Arianis, Accphalis, Monothelitis et Pelagianis. Quoad deformationem in moribus homines sumus, alqnc adeo omni tempore Ecclesia habuit membra corrupta, inde sanctorum ct antiquorum Patrum querelæ. Quid si in primitiva etiam Ecclesia non desint exempla? nonne unus ex duodecim Apostolis Christum ipsum Judæis vendidit, et unus ex primis septem diaconis hæresiarcha fuit? nonne septem illi Episcopi, quosS. Joannes objurgat, a primo fervore defecerunt? nonne mulli etiam Episcopi Arii, Donati, Macedonii, Pelagii aliorumque haereticorum paries amplexi sunt, quin propterea fuerit ab Ecclesia Catholica recedendum? Cur igitur discessionis vestræ causam in corruptos Cleri mores rejicitis? cur potius humanissimam optimi parentis, Ad r ia n VI. monitionem, qua Majores vestros ad reditum hortatus fuit, contempsistis? nonne eo fme tot Nuntii delegati, tot Legati destinati et missi, ct quidem Ecclesiæ Romanic insignia decora, Alexander, Cheregatus, Commcndonus, Delphinus, Cajelanus, Campegius, Conlarcmis, Cervinus, Moronus, Rosius? occur pretiosam tantorum hominum operam maximis expeditionibus supparem reddidistis inutilem?

Scio equidem, a picrisque transfugis obtendi speciem procurandæ salutis: sed mera fictio est, quam ubi ad nos redeunt, liberrime fatentur. Quotquot vero ab iis ad nos accedunt, alium finem sibi non proponunt, quam salutem propriam ; hinc lot lacrymæ ct usus vitæ melioris.

06/ /I. Evangelici ac Reformati salicin non abs re gloriantur, Ecclesiam suorum Ducum opera ab Episcoporum Romanorum tyrannide liberatam, collapsam Petri Cathedram fuisse reformatam, suoque nitori restitutam doctrinam verae Christi Ecclesiæ.

Resp. Idipsum est. quod omnes haeretici ab Ecclesia condemnati declamitant; verum edicant Novatores, quandonam Ecclesiæ Romanæ fides corrtipta fuerit, et quis primus de Romanis Pontificibus factus sit Antichristus? quo tempore defecerit, quæ deficere nunquam potest, fides aut illius Ecclesiæ, quæ est radix unitatis Christianæ, mater et magistra omnium Ecclesiarum; aut illius Pontificis, qui est fundamentum ædificii Christi, ct pro quo rogavit Christus, ut tides ejus nunquam deficiat? Funesta catastrophe! sic enim nusquam instituta a Christo extabit amplius Religio, et apud Novatores omnium quidem minime; cum stare non possit sine radice arbor, sine matrice fœtus, sine fundamento domus, lot praesertim inter turbines ct procellas. Fors Leo X. primus in Anlichrislum degeneravit? at priusquam hic Lltheri articulos damnasset, Lutherus ipse ad eumdem scripsit : « Bealissime Paler! prostratum me pedibus Tuæ Beatitudinis offero cum omnibus, quæ sum et habeo : vivifica, occide, voca, revoca, approba, reproba, ut placuerit : vocem tuam vocem Christi in Te praesidentis et loquentis agnoscam.» Et tametsi postea contra exeerabilem Bullam Antichrist! longe aliter cantare cœperit, totus tamen Christianus orbis (si pauculos Germaniae angulos euipias) deinceps etiam eumdem Leonem ceu Caput Ecclesiæ, Christi Vicarium et S. Petri Successorem habuit ac coluit.

Sivero collapsa fuit Cathedra Petri; quænam erat matrix Ecclesiæ per Lcihercm ct Calvinum, si superis placet, reformate? quod centrum unitatis? quod ædificii hujus fundamentum? Non sane hi ipsi Reformatores et præcoues novi Evangelii, qui nullo unquam oraculo aut miraculo suam missionem suanive in Petri Sedem, deficientibus Petri successoribus, substitutionem probaverint : non sacra Scriptura, ad quam fidenter provocant, sed ex qua omnis illorum doctrina ceu spuria dignoscitur, exilia scilicet Scriptura sacra,quam acceperunt ab Ecclesia Aposlolica, cui præsidetsummusPontifex.

Quippe ait Tertullianus L. de Prescript, c.21. «Si Dominus Jesus Christus Apostolos misit ad prædicandum, praedicatores alii recipiendi non sunt, quam quos Christus instituit, quia nec alius Patrem novit, nisi Filius, ct cui filius revelavit, nec aliis videtur revelasse Filius, quam Apostolis, quos misit ad prædicandum, utique quod illis revelavit. Quid autem praedicaverint, id est, quid illis Christus revelaverit, ct hic praescribam non aliter prubari debere, nisi per easdem Ecclesias, quas ipsi Apostoli condiderunt, ipsi eis praedicando tam viva, quod aiunt, voce, quam per epistolas postea. Si hæc ita sunt, constat omnem doctrinam, quæ cum illis Ecclesiis Aposlolicis, matricibus et originalibus fidei conspiret. veritati deputandam, sine dubio tenentem, quod Ecclesiæ ab Apostolis, Apostoli a Christo, Christus a Deo accepit; reliquam vero omnem doctrinam de mendacio praejudicandam, quæ sapiat contra veritatem Ecclesiarum. » Et c. 37. subdit: « constat, non esse admittendos hæreticos ad provocationem dc Scripturis : si enim haeretici sunt, Christiani esse non possunt, non a Christo habendo, quod de sua electione sectati haereticorum nomine admittunt. Ita non Christiani, nullum jus capiunt Christianarum litterarum; ad quos merito dicendum

est : qui estis? quando et unde venistis? quid in meo agitis, non mei? quo denique jure. Mareion (Luther) sylvam meam cædis? qua licentia, Valentine (Calvine) fontes meos transvertis? qua potestate, Apelles (Socine) limites meos commoves?... Mea est possessio : olim possideo : habeo origines limias ab ipsis Auctoribus, quorum fuit res. Ego sum hærcs Apostolorum. Sicut caverunt testamento suo, sicut fidei commiserunt..., ita teneo. Vos exhæredaverunl semper et abdicaverunt, ut extraneos, ut inimicos. »

Obj. Γ. Demum si inter omnes Christianorum sectas una Christiano-Catholica est vera ct salvifica Religio; Christus, qui est Salvator omnium, omnes secias deberet reducere ad illam unam ; nec, qui venit ad illuminandum omnem hominem, tot homines, errorum tenebris immersos; deserere. Non ergo Christianis, tametsi non audiant Catholici, abjudicanda salus est.

Resp. Providit Salvator hominum universis hominibus de gratiæ auxiliis, de evidentia credibilitatis. dc magisterio interno et externo, dc mediis vere sufficientibus ad fidem et salutem; sed liberos esse voluit. Sunt vero superbi, qui nolunt se demittere ad credendum ct obediendum Ecclesiæ, quam scire ct possunt el debent magistram unicam omnis veritatis. Sunt voluptuarii, qui nohmt carnem subjicere spiritui, spiritum Evangelio, et suum Evangelium Catholico cl Apostolico sensui ac rigori veri Evangclii. Sunt quaestuosi, qui tametsi veritatem esse unam probe intclliganl, in ea tamen secta oberrant devii, quæ minus veritatis, sed plus lucri ac commodi temporalis præsefert. Sunt corde depravati, qui Catholicæ veritatis lucem obstinate respuunt, cl corrigi a veritate nolunt, ne errasse videantur. Sunt dcmuni protervi erga immortalem seculorum Regem , quem de sua Religionis oeconomia ausint interrogare; sed opprimendi a majestate, et ælcrnis tenebris involvendi, eo quod oculos haberent, ct non viderent splendorem illius Ecclesiæ, quæ uti sola est vera Una, Sancta, Catholica ct Aposlolica, sic et sola est vere salvifica.

Eminet hic P. Buflicr S. J. in P. 111. n. 272.

SECTIO IL

DE LIBERTINIS, INDIFFERENTIBUS, TOLERANTIBUS.

§ I. PRÆCOGfttTA.

be Libertinis quasi pagânis (qui Tureas, Judæos, quin Gentiles etiam in Religionis societatem admittunt, modo vita cum recta ratione consentiat) dictum Sectione V. Dissert. VII. Libertini ac Indillerenles, ut aiunt. Christiani iis duntaxat unitatem fidei concedunt, qui credunt Jesum esse Christian et Dei Filium, ac praeterea Symbolum Apostolicum pro regula creden-

dorum habent in eo sensu, quem prima quatuor Concilia œcumenica docuerunt; quo fit, ut Romani, Lulhcrani, Calviniani, ipsique adeo Graeci Ecclesiam Catholicam constituant. Alii vero, cum Jurlei incognita toti antiquitati opinione, intra salvificam Christi Ecclesiam quasvis hæreticorum secias tuentur, modo non errent in fundamentis fidei; in quibus autem determinandis ncc auctoritas ipsi suffragatur, ncc asseclarum consensio est; quidam enim cum Juhleo Trinitatem Personarum, Divinitatem Verbi, ct Satisfactionem Christi ceu praecipua Christianæ fidei dogmata designant ; sed quæ explodunt Arius, Sabellius, Pholinus, Socinus, Episcopius cl alii hæretici. Quidam eorum illa fidei dogmata necessario credenda statuunt, in quibus omnes omnino Christiani consentiunt ; ea vero, in quibus dissentiunt, ceu adiaphora venditant, ita ut pro errore fundamentali id solum habeant, quod Dei gloriam ct finem hominis ultimum evertit, quodve unanimi, perpetuo ac universali Christianorum consensui opponitur; sed hæc quivis facile sectarius sibi vindicabit, tametsi in fundamentis fidei aberrans. Alii ex indifferentistarum grege Lalitudinarii seu Moralislæ solam morum honestatem sine dogmatum fide necessariam exigunt ad salutem ; sed qui vel illo Apostoli effato eliduntur : *Sine fide impossibile est placere Deo :* utpotc qui ceu Ens supremum deposcit legitimum sui cultum, ct ceu supremus Legislator exactam obedientiam ; ita ceu prima et summa veritas hominum fidem cl affectum erga suas revelationes firmissimum. Alii demum cum Collino et Tolando sectas omnes tolerandas esse volunt, quæ doctrinam a Deo revelatam sectari se putant, tametsi secuni ipsis omnino repugnent; qui vero Indifferentes aut potius Tolerantes cum Libertinis paganis coincidunt.

§ II. THEMATA.

i. *Libertas credendi quidlibet, imprudens, impudens, ac detestabilis libertas est.*

Probatio. Qui Christonomen dedit, et Christianum se vocat; Christum seqtiatur ducem, audiat Magistrum, ct ceu fidei Christianæ objectum, auctorem ac consummatorem agnoscatet adoret Christum, ncccsse est. Si ita ; ergo cujusvis Christiani libertas Evangelio et Ecclesiæ Christi adstringitur. Si ita ; ergo liberum non est Christiano credere quod libet; sed neccssum est credere, quæ Christus revelavit, quæ praedicarunt Apostoli, quæ exhibet Evangelium Christi, et quæ proponit Christi Ecclesia : secus, si vel in uno dogmate ab his dissentiat, fidei Christianæ naufragium passus, alienus est, profanus est, hostis est, ceu homo haereticus vitandus, et habendus sicut ethnicus et publicanus. Nam sicut unus est Dominus, una fides, unum baptisma ; sic vera iides est in Ecclesia, quæ unum est regnum, una domus ct unum ovile. Igitur vesania et protervia exeerabilis est Libertinorum, in Evangelio, quod volunt, credere, quod non volunt, non credere, atque sic potius sibimetipsis, quam Evangelio credere; prout Fausto exprobrat Augustinus. Detestanda Libertinorum impudentia est, Christi membra se profiteri, et a Christi corpore, quod est Ecclesia, se proscindere; Christum appellare Patrem, ct Christi Ecclesiam non habere Matrem; Christi discipulos se vocitare, et nou

audire Ecclesiam Christi, quam sua; fulci custodem, intcrprcleni ac magistram in terris constituit Christus ; el quam qui spernit, Christum spernit auctorem fidei.

t ide P. Franc. Nel never S. J. *Frag:ob in Glaubens-Sachen die Freyheit zu denkcn zu dulden seye ?*

11. *Tolerantismus aperte contrailicit divinæ circa Religionem ceconomùæ.*

Probatio. Christis imam instituit Ecclesiam, el in liac Religionem unam unice veram et vere salvificam, quam quidem prædicarunl Apostoli, successores Apostolorum propagarunt, pastores et doclores Ecclesiæ illustrarunt, Concilia Ecclesiastica symbolis et professionibus fidei confirmarunt, orbis item Catholicus in hunc usque diem intactam servat el incolumem, hi hac Religione unicam fidei communionem constituit Christus, aqua quilibet falsi prophète, pseudo-aposloli el hierctici omnes excluderentur, utpote qui non sint de Ecclesia Dei, sed de Synagoga Antichrisli. Hanc communionem unicam voluit esse universalem, quippe in sua Ecclesia tanquam Catholica, ita ut, extra ipsam nemini sit speranda salus. Cum ergo indubitata hæc esse omnia, abunde hactenus demonstratum sit; institutioni ac œconomiæ divina? apertissime refragatur, quicumque ausil adoptare in communionem vera fidei ct salutis quosvis sectarios, quamvis ab Ecclesia Catholica et Aposlolica alnlicati et anathematizati, ncc colant Deum, nec credant, nec vivant eo modo, quo Deus divinum sui cultum, fidem el vilain Christianam a suæ Ecclesiæ membris, a spons» suæ liliis, a veris fidelibus exposcit.

Prostat insignis (Halio P. Serarii S. J. quam super ea quæslione : au quivis in sua secta, Lutherana, Calviniana, Zxvingliana.... salvari possit, applaudente toto Senatu Academico habuit Wirceburgi, Doctor cl Professor Theologi» ibidem, anno 1581, die 20 januarii.

111. *indifferentismus ac Tolerantismus ad paganismum, quin alheismum, dam pandit.*

Probatio. Cui omnes probantur sectae, quamvis dogmata sectentur c diametro opposita, el tametsi mutuis in sese calumniis grassentur, fulminibnsquc detonent; huic verius nulla probatur Religio, quæ si veri hominis est, non spiritum odii ct contradictionis, sed Deum unitatis et pacis auctorem habet. Et sane Libertini, cum ea quæ Christus revelat ac mandat, relinquant cuivis libera, uno alterove articulo, ut vocant, fundamentali excepto, in quo tamen inter ipsosmet Errones non est consensio : Indifferentes, cum eodem jure divinitatem Christo denegent cum Socinianis, quo cum aliis camdcm asserant ; Deum æque cum Calvinianis peccati auctorem, ct peccati non evitandi œternum judicem constituant, ac cum aliis sentire dc Domino in bonitate videantur : Tolerantes, cum quasvis Antichrisli Synagogas cum salvifica Christi Ecclesia œquiparent, inscripta épigraphe : *porta patens esto, nulli claudatur honesto;* nec impietatis, nec infidelitatis etiam sub specioso Christi nomine labem dctcrgunl. Nonne enim cum insigni perfidia cl grandi Redemptoris injuria Christianum nomen usurpant, qui cum Libertinorum

antesignanis Jurieo, Collino et cumprimis Tolando verbis ac sensis utitur inipiissimis : « Colo Deum talem, qualem Princeps vel Respublica me jubet colere; si Turea, Alcoranum ; si Judæus, Vetus Testamentum; si Christianus , Novum Testamentum veneror pro Lege ; Papa si imperat, credo Deum consubstantialum ; si Lutherus, Deus mihi particulis, in, cum, et sub, circumvallatur ; si Calvinus, Deum pro signo sumo ».

Ast toleremus tantisper Tolerantes, sectasque toleratas Christiano nomine insigniri ! Num idcirco legitima consecutio est, in sua quemvis secla posse salvari? Qui hodie Christianorum nomine gloriantur, sunt fero Græci Nestorio, Eutycheli, Photio addicti ; Reformati deinde a Lulheroj Calvino et Socino; Jansenii Iprensis discipuli et Romano-Catholici : penes quos igitur ex his unice vera et vere salvifica est Religio; cum cerium sit, quod gravissimorum errorum sese insimulent; veritas autem veritati, et revelatio revelationi minime contradicat?

Memoratu hic dignum illud Isaaci Παρνιτ testimonium, qui cum Ecclesiæ Anglicanæ olim Minister, postea reversus ad Catholicos scribit : « mihi persuasum fuit, Protestantes si xel latum unguem a Toleranlismo recederent, a Catholicis vinci; vinci vero ab hærelicis et infidelibus, sinon recederent, quibus arma ad se defendendum suppeditant; neque enim facere possunt, quin omnibus salutem concedant, plenamque credendi et docendi, quidvis libuerit, tribuant facultatem. Eadem argumenta, quibus Tolerantes eos ferendos esse probant, qui sacras litteras, quacumque demum ratione explicentur, pro fidei regula habent, non minus efficaciter probant, ferendos esse infideles, et generaliter, quotquot bona tide se esse profitentur, etiamsi Athei essent. Et quibus momentis a tolerantia Christianismi hostes excludunt, etiam tolerantia eos omnes indignos esse pronuntiant, quos tolerandos esse profitentur. » Libro: *les deux voies opposées...* P. II. Sect. I.

Obj. I. In lege naturæ sufficiens ad salutem fuit cognitio et cultus Dei naturalis : hisce per falsorum numinum adoptionem oblitteratis, Deus primum Abrahamo, tum Mosi onus tradidit variarum legum : hoc Christus sustulit, et lege ac Religione naturali ad primævum splendorem reducia, solam addidit (idem in Christum ceu necessariam ad salutem. Sicut ergo Deus humanæ imbecillitati multum indulseral circa Religionem et symbola cultus divini in lege naturæ, si modo Deum verum et unum crederent ac colerent homines; ita et Christos pro sua immensa erga genus humanum charitate in lege gratiæ plus non exigit ad salutem, quam honestatem vitæ naturalem et fidem in Christum.

Resp. Tametsi de illa lege naturali pauca admodum legamus in Genesi, nec certo constet, quro Religionis forma tum fuerit, qui ritus, quod remedium peccati originalis, et quæ Majorum traditiones; tamen certissimum, quod a Majoribus aliqua fuerint tradita, quæ isti a Deo acceperant, ciijitsmodi sunt recta fides in Deum, cultus latriæ, aliquod sacrificii genus, et quorum in Melchisedech et Job luculenta suppetunt exempla. Si autem naturalis Dei cognitio sufficeret, cur fides adeo necessaria esset? cur sine illa homo Deo placere non posset? cur accedens ad Deum necessario credere deberet? cur fides totius meriti principium esset? Nnfn sine divina gratia a noxis lethalibus abstinere omnino poterant, et cum peccaverunt, quod sup-

petebat aliud remedium ad expungendum peccatum, prater contritionem ac dilectionem Dei supernaturalem? Illa sensibilis ratio, sub qua Deus coli potuit (modo symbola illa ad Deum ut prototypon referantur) per se mala non est; quanquam symbola illa adhibita fuisse, eadem facilitate negatur, qua asseritur. Quod aliqui Patriarchæ ante Abraham a recta fide dellexerint. verisimile est, et foi*s ipse Abraham initio; sed quid inde? nec juvat Labarum excusare, quasi vero Jacob inter infideles integram fidem servare non potuerit, et ad eam uxores suas convertere. Quis autem Christianus animus non abhorreat dicere, impiam illam idololatriæ labem a Deo infirmitati humanæ condonatam fuisse ac permissam?

Ratio illa, ob quam dicitur Lex Mosi a Deo data fuisse, merum somnium est : Deus enim temporum momenta ponderat, ac destinatis ab ælerno temporibus se et sua mortalibus aperit. Cum Adam, Enoch, Noe, Abraham, Job Deus sat familiariter egerat, præter alios, quorum divinæ littera non meminerunt; Mosi deinde peculiares leges tradidit prater divinam distinctius ac ante expressam ; ad hanc omnes omnino, non item ad Mosaicam, adslringebantur. Ubi autem Messias venit, non primam illam duntaxat natura legem restituit, sed longe nobiliorem instituit, Christianam scilicet ac Evangelicam, quam graliæ legem vocant ob gratiae ubertatem. Ecclesiam suam ædificavit, novisque sacramentis, novo sacrificio , novo ministrorum genere sub Petro supremo Vicario, novis praeceptis Evangelicis, novis consiliis, novo Testamento instructam esse voluit, earnque universalem et Catholicam ex Judæis cl Gentibus. Qui autem felicem hunc legis Evangelicæ statum cum illo, qui ante legem fuit, eumdera et a Christo revocatura esse dicit, næ is tenebras cum plena luce, et inania quædam ac rudia sacra confundat cum augustissimis nostris sacramentis, ac totius rei sacra mysteriis copiosissimis ac splendidissimis? Quod tandem nulla lex alia quam fidei a Christo condita sit, putidum est mendacium, ex quo turpissimos deducunt errores Libertini, nullam esse legem Evangelicam, nullum Christianorum cœtum, nullam Ecclesiam, ac proinde nullam Religionem ; quo audaciæ ac impietatis nullus unquam hæreticus pervenit. Leges principales ad salutem necessarias a Christo accepimus, nec ullum nævum, qui sit contra fidem aut mores, tolerat Christus; el nulla unitas, nulla pax, sine fidei, legis et Ecclesiæ unitate.

Obj. II. Deo perinde est, quacumque Religione colatur; modo Deum et Jesum Christum credamus, quæ substantialia sunt fidei Christianæ; reliqua sunt leviora quædam discrimina, in quibus dissensio nec unitati fidei obesi, nec saluti; praesertim cum in extremo judicio non ita disquirendum sit. quam bene credideris, sed quam bene vixeris.

Resp. Nonne et pseudo-politicis et Theislis ct Atheis latissima sic porta aperitur, qua introducant sua teterrima axiomata : sola fides naturalis sufficit, sufficit honestas vilæ sine fide, nulla fides requiritur, nulla datur Religio , et perinde est Deo, sive colatur, sive non colatur? Nonne praecipua sunt Christianæ fidei capita, in quibus Novatores, Libertini et Indifferentes ab orthodoxis discrepant ? quid enim augustius nostra Eucharistia, in qua praesentem Deum adoramus, illi pedibus calcant? quid sacramento reconciliationis frequentius? quid sacris ordinationibus ac ministeriis illustrius? quid primatu Petri et sanctæ Sedis fallere insciæ auctoritate gravius? Hæe

sane sunt præcipua verra Religionis ac.fidei noslrra mysteria et dogmata. Illa nimirum capita omnia sunt substantialia, quæ ad fidem divinam pertinent, cum fides sit sperandarum substantia rerum ct Religionis fundamentum. Quæ vero ad fidem divinam pertinent, necessaria sunt ad salutem, ita ut rigidissimo subdantur judicio omnes, qui intellectum non captivarunt in obsequium hujus fidei, qui primæ et summæ veritati revelanti non assensi in omnibus fuerint, qui cum veram Chrisli fidem non habeant, nec virtutem Christianam habere possunt ; itaque ex gemino defectu et fidei et vitra Christianæ apud divinum Judicem redduntur inexcusabiles.

Obj. III. Quæ Christus a prima institutione suæ Ecclesiæ libera esse voluit, non debent proponi ceu creditu et factu necessaria; pal's vero maxima controversiarum, quæ hodie Ecclesiam tam acriter dividunt, circa hujusmodi versatur. Item Apostoli duntaxat Symbolum fidei ceu regulam credendorum fidelibus proposuerunt rati, quod per illam brevissimæ fidei consonantiam inter omnes optata persistat concordia, quamvis cælerarum rerum el opinionum maxima esset dissonantia, et nullus ad Romanum Pontificem fieret recursus.

Resp. Esto, Chrislum voluisse cuncta libera, hoc uno excepto, quod sit parendum Ecclesiæ, quam qui non audierit, fiat sicut ethnicus el publicanus. Si illa dein praecipiat aliqua aut proponat credenda; an fors detrectanda imperia, et fides neganda? Quatuor primis Conciliis stare se dicunt, in quibus autem complura fidelibus tum facienda tum credenda praescribuntur. Si Petrus et ejus Successores caput sunt Ecclcsiæ; ergo ratio sunt quæ dirigit, voluntas quæ statuit, os et linguaquæ voluntatis imperia promulgant. Cui bono Christus Ecclesiæ potestatem fecisset, non tantum pascendi ac regendi dominicum gregem, verum etiam imperandi, vetandi, judicandi el plectendi; nisi ut ea haberet supremam quoque jurisdictionem, cui ah omnibus parendum sil? In quibusnam vero sunt præsentium temporum controversiae? in iis, quæ omnia in primitiva Ecclesia certa fide tenebantur, scilicet realis praesentia Christi in Eucharistia, Sacramentum reconciliationis, sacræ Ordinationes, Extrema-l nclio, Primatus Petri et horum similia; hæc vero credere vel non credere, nobis nequaquam liberum Christus reliquit, qui ea conceptis verbis emmntiavit, et per Ecclesiam identidem declaravit ac imperavit, cujus hæc potestas, quod sit a Christo, Scriptura sacra, Traditio et perpetuus Ecclesiæ usus manifestant.

Ad Symbolum provocant Apostolicum ; sed hoc nobis ac ipsis non est idem, eum idem non sit sensus Symboli; el nonne jamdum tempore Apostolorum hæreses fuere, Symbolo non obstante? Fuerit inde ab ævo Aposlolieo quædam opinionum ct rituum diversitas tum in usu sacramentorum, tum in lilurgiis, itemque in jejuniis ct nonnullis festis (nam in diem Dominicum omnes consenserunt) attamen omnibus ct semper eadem fuere sacramenta, idem sacrificium incruentum, eadem synaxis, eadem exomologesis, eadem Ecclesia, eadem fidei regula, eadem fides. Non ergo fila rerum et opinionum dissonantia aut fuit aut esse potuit circa res fidei, cum singuli Apostoli eadem iufallibilitatis praerogativa gauderent, ac proplerea nec ad sanctam Sedem recurrere ipsis necessarium esset; cum in iis, dc quibus metu erroris consuluissent, errare ipsi non possent.

Obj. IV. Pontifices Romani contra Christi institutum et inorem Apostn· rum sibi arrogarunt regimen monarchicum et potestatem de omnibus, quœ symbolo non continentur, judicandi, eaque condemnandi, proscribendi et anathematizandi, quamvis sine iis divinae legis ac fidei substantia utrinquo salva consistat. Ab hac vero tyrannide quis non liberrime resiliat?

Resp. Quod regimen Ecclesiæ monarchico simile blasphement Libertini ac Tolerantes, id manifeste prodit animum anarchist addictum. Verum corpus expers capitis inanis truncus est ; hinc Ecclesiæ Caput est Christus, et Christi in terris Vicarius. Militum seu castrorum acies duce carere non debuit, neque navis Ecclesiæ navarcho : oves Christi sine pastore osse non possunt, el Petrus cujus fidei concredit® fuerunt, summi Pastoris vices gerit.Nempe sicut oves Christo fideles regi, device reduci, el lupi arceri; membra noxia et putrida a corpore rescindi ; fluctus, qui naufragium naviculæ Petri intentant, depelli, hostesque veritatis et unitatis Christian® debellari debent. Præsides igitur. Pastores et Duces esse oportuit, qui Petro et Apostolis hoc in rnunere succederent, ac præprimis Caput Ecclesiæ, cum quo velnti centro imitatis membra omnia conspirarent. Sint etenim, qui sunt et fuerunt, quorum alii Filium Dei Deo minorem asserant, alii merum esse hominem affirment, alii unam tantum Christi voluntatem et operationem adstmant, alii Christum verum fuisse hominem negent; alii inficientur, Spiritum S. ex filio procedere ; alii duo rerum principia et fatum inducant; alii, rejecta Christi gratia, omnia natur® tribuant; alii humanam libertatem exterminent; alii iu usu, numero, ct veritate Sacramentorum aberrent. Qui poterit hos inter errores Ecclesia ceu sponsa Christi manere sine macula, elsine ruga, nisi Spiritus sancti ductu sua fundat oracula, effata pronuntiet, decreta ferat el canones condat; cumprimis autem per Christi Vicarium, qui os et caput Ecclesiæ est?

Non ergo tyrannis est, sed Christi singularis erga suum ovile providentia, quod, exorto quovis errore, supremi Pastoris voce oves et pastores confirmet, rebelles spiritus coerceat, lupos insectetur ac profliget.

Obj. Γ. Ipsimel æquiorcs ac prudenliores Catholici magnam partem Sectariorum salvam fore statuunt, quamvis communionem non habeant cum Romano Pontifice. Et sane nunquam auditum in toto oriente, cum utraque orientis ct occidentis Ecclesia ima adhuc esset, totius Ecclesiæ unitatem, prout hæc in Symbolo creditur, dependere a communione cum Episcopo Romano. Integra* etiam nationes in Asia et in Africa invent® sunt Christiana», quin dc hac communione, pro ferris remotissimis vix possibili, quicquam rescirent. Imo videtur alienum a divina providentia, exigere unitatem ejusmodi ceu necessariam ad salutem, cujus usu et notitia gentes nulla sua culpa excidere queant.

Resp. Magnam partem Sectariorum salvam fore, nullum ex nostris novi, ipii hoc ausit asseverare. Vix magnam partem nostrorum salvam fore putamus, licet hi veram fidem habeant, et necessariis ad salutem præsidiis Sacramentorum instructi sint, quia multi vocati ad fidem et gloriam, pauci vero electi. Dicam, quod res est; vix unum cx multis (ignorantia duntaxat invincibili excusante) salvari arbitror extra Ecclesiam : vel enim error, quo tenetur, inculpatus nnn c>t. proin errantem non excusat; aut si forte incul-

palus est (quod ravo accidit) alia peccata non desunt, quæ a salute penitus excludunt, præsertim ubi desunt Sacramenta. Nunquam auditum esse dicitur, cum utraque Ecclesia esset una, unitatem Ecclesiæ ita accipiendam esse? imo nusquam aliud auditum est; et statim atque Græci ab Ecclesia Romana desciverant (idem de aliis) pro schismaticis et hæreticis habiti fuere. Quasi Patres orientis, Ignatius, Athanasius, Chrysostomus aliiqne ad Romanam Ecclesiam non confugerint, et Conciliis generalibus in oriente habitis Legati Apostolici non prosederi nl, aut saltem illorum approbatio a Romanis Pontificibus petila non sil? Quod vero idipsum barbaris gentibus prædicemus, Dei et Ecclesiæ causa jubet, ne Ecclesiam a suo fundamento separemus, iisque taceatur supremus Judex in rebus fidei. Idipsum senserunt, qui fidem Christianam per totum orbem prædicando diffuderunt.

At nulla hujus traditionis vestigia in meridie et oriente a Lusitanis deprehensa: quid mirum, cum a Græcis et Alexandrinis suas leges ac mystas suos acciperent, qui dudum Ecclesiæ Roman® infensi, illius nomen el auctoritatem extinxerant? Abyssini Palriarchæ Alexandrino subjecti, cujus schisma manifestum ac errores perspicui ; et quod alterius Alexandrini jurisdictio ad Indos excurrat, nota res est. De Armenorum Patriarcha constat, ac passim de toto oriente, quod erroribus Eutychelis, Nestorii, Dioscori, Jacobi Syri, aliorumque pridem fuerit implicitus.

Neque impossibilis est gentibus dicta communio cum Romano Pontitice : demus enim, prædicatum apud Sinas Evangelium ad hæc usque tempora viguisse; non tamen potuisse Sinas hactenus propter maxima locorum intervalla Romam mittere ad Petri successorem ; habuisse vero Episcopos juxta ritum Apostolicum consecratos, fidemque intactam servasse; hæc revera sufficiunt ad veram Ecclesiæ unitatem. Sed aut nunquam fides illuc pervenit, aut statim extincta est, el idololatria postliminio restituta ; ac proinde fors levia supersunt monumenta, illa tamen obscura sunt et incerta; nec ii, qui modo vivunt, scire possunt, quid Majores ante 1700 annos crediderint. Demum inane profecto est, arguere providentiam Dei ex illa ad salutem necessaria Ecclesiæ unitate, qua gentes integrae nulla sua culpa carcanl vel excidant: nam quis consiliarius ejus fuit? Alque hoc satis, maximæque graliæ loco habendum, quod nemo nisi sua culpa damnetur, et quod non sine omni culpa gentes illa notitia exciderint; utpole cum gravibus peccatis fidei lumen extinguerent, divinamque irritarent justitiam, in poenam scelerum Deus graviora permisit.

Vide P. Francisci Neumeyer S. J. percelebres orationes sacras, Auguslæ Vindelicorum editas, de Indiffcrenlismo et Adiaphorismo,accumprimis *Religionem Prudenlum.* Cl. Barthelu editam Wirceburgi dissertationem Dogmatico-Canonicam dc eo, quod circa libertatem in negotio Religionis justum esi. C. I. § VU. MIL IX.

SECTIO III.

DE MACHIAVELLISTIS ET PSEUDOPOLITICIS.

§ 1. PRÆCOGNITA.

Machiavellüs fere dux pseudopoliticorum vel parum vel nihil detulit Religioni, nisi quantum ad subditos, quibus eam ceu commentum mere humanum voluit esse propriam, et ceu frenum aliquod populorum statui non inutilem. Pseudopoliticis autem picrisque perinde est, sive omnes sive nullam profiteri Religionem, prout utilitas propria permittat, suadeat aut jubeat. Hodbesivs, Velthvsivs et Triglandvs eodem fere modo exerrant, etMagistratui omnem Religionem ita subjiciunt, ut si falsam adeo is introducat, adoptari a subditis debeat. Horum monstrosis opinionibus non absimilis est ille Montesquieu *Spiritus Legum,* plus aequo tribuens climati præsertim intuitu Religionis: aitenim (id quod fere etiam sentit auctor SpinTu^.Vafionum) nonquamvis Religionem cuivis aut climati aut regioni aut regimini opportunam esse; Catholicam magis quadrare pro Monarchiis, et pro Rebuspublicis Protestanticam ; Christianæ Religioni suos æque præfixos esse limites ac Mahumetanæ; Religionem invito climate alicubi se insinuantem semper expulsam fuisse, indeque factum, quod Christiana voluptuosæ Asiœ parum amica ex oriente in occidentem migrare debuerit. Rousseau cuivis nationi fundatorem suæ Religionis vult æque honorandum esse. Batle errores in Religione perinde habet. Eugen. Philalethes ne atheum quidem ex errore suo damnationi subjicit, si malitia abest; quasi vero abesse posset malitia. Quæ sane deliramenta eo intolerabiliora sunt, quod sint eorum, qui Christiano nomine gloriantur, aut verius abutuntur.

Omnium furiosissime debacchatur La Metrics in suo opere : *Essai sur la liberté de produire ses sentiments au Pays libre pour le bien public,* 1719, *avec privilège de tous les véritables philosophes :* in quo contendit, tam amplam esse Principum potestatem in res fidei et morum, ut pro suo lubitu imperare possint ea, quæ Religionem risui ac contemptui exponunt; ut exterminare suo jure valeant omnes Catcchismos ; ut atheis possint, si velint, publicas cathedras erigere.

§ 11. THEMATA.

1. *Religio neque a Magistratu humano primitus introducta fuit ad subditos duntaxat coercendos; neque eidem ita subjecta, ut parendum sit falsam invehere volenti.*

Probatio. Cum ipsa naturæ vox cunctis mortalibus ct Deum inclamat, et cultum Dei ; quid evidens magis, quam ante omnes civitates et Respublicas ab hominibus constitutas jam viguisse Religionem, adeo non recens inventam a primis Legislatoribus, ut eam duntaxat adoptarint ceu adjumentum Reruinpublicarum, quas moliebantur? Equidem Religio nullo non tempore praecipuum erat medium, quo suis illi legibus populos subjugarent ; sed nixi persuasione populorum, qua illi Religionem a Deo revelatam, ct omni imperio humano antiquiorem ac putiorem credebant ; ut proin nullus Legislator utut callidus sperare potuerit suarum legum efficaciam ac stabilitatem, nisi Religionis auctoritas in humanas voluntates antehac patuisset. Poterant versuti homines rudi populo imponere, quod suas leges a Diis acceperint : poterant eidem persuadere novas Deitates, novos ritus aut superstitiones in colendis Diis : poterant (id quod solemne omnibus fuit) in metu ct cultu Deorum vim et robur suarum legum ponere; sed ita, ut cx his ipsis certissimum sit, apud nullum populum fidem et Religionem Numinis primum introductam Legislatorum institutis, ct nullum Legislatorem fuisse, qui prima Religionis fundamenta aut posuerit, aut ponere potuerit ; sed e contrario Legislatures omnes, quorum aliqua est memoria, populorum opinionibus et Religionibus morem gessisse, in iisque præsidium suis legibus quæsivisse.

Inde vero etiam illius delirii monstrosa absurditas patet, quo insitus a natura sensus Religionis liberrimo ac deterrimo subdatur arbitrio hominum imperantium: vel enim quæ imperatur falsa Religio (ct cujus falsitas deleslandaque simulatio agnoscitur) in Dei cedit injuriam, el parendum nihilominus est? ergo jus naturæ a fundamentis convellitur, ct summa Dei majestas conculcatur : vel nec falsa Religio illa Deo displicet? ergo nec Deus est, qui si esset, dignum se el sibi gratum exigeret cultum ; nec ulla Religio est, quæ si est, cultus Dei legitimus esse debet ; nec ullum aliud tlagitinm erit, cum non sit ratio, cur illud præ Religione falsa Deo displiceat. Num possit stygius veterator ipse ad evertenda divina humanaque omnia quidquam cx orco submittere pestilentius, probrosius, sceleratius in Deum, in jus naturæ, atque in ipsam naturam rationalem?

Eminent hic Thomas Bozics Eugubinus in Libris contra Machiavellum Romæ editis an. 1593-1596. Petris Ribadexeira S. J. in suo *Principe Christiano* contra Nicolaum Machiavclhim. Nicolai Caissixi S. J. in *Physio-Theolvii.* Exercit. IV. art. 3. *de Religione Deoa creatura rationali debita.* Conferri etiam merentur cum principiis pseudopoliticorum , *Lettres Critiques, ou Analyse et Réfutation de divers Ecrits contre la Religion.*

II. *Religio climati adeo non est attemperanda, ut potius qualecwnque clima Religioni cedere debeat.*

Probatio. Religio vera et salvifica duntaxat unica est eaque Christiana, hanc Christus instituit pro universis, ita ut huic decreto Numinis nullum clima obsistere queat : hanc Dei jussu praedicaverunt Apostoli sine ullo climatis discrimine aut exceptione, omni creaturae et in universo ita mundo: hanc licet magis congruam Europæis omnes populi susceperunt, cumprimis Asiatici, inter quos nata, adulta et roborata per complura secula pulcherrime effloruit : hanc posthac Asia exegerunt, non clima, sed vis el anna Mahumetis; nec ita tamen, ut non potissima pars Asiæ, quamvishœresiant schismate depravata, hodiedum credat in Christum : hanc in Europa etiam contra Mauros et Saracenos tuita sunt et tuentur, non clima, sed arma catholica, quæ si limites non posuissent Barbarorum incursionibus, clima Europæum (utut Christianismo magis attemperatum dicatur) nequicqnam obstitisset, quin Maiii mes in media Germania aut Gallia coleretur; ct Mauri in Hispania, et in Italia Saraceni invalescerent. Necdnmne ex his agnoscit Montesquec, suam in rebus gestis omnium seculoruin imperitiam ? necdnmne fatetur suam , quæ est mundi hujus, sapientiam esse stultitiam apud Deum? necdnmne erubescit mortalium superbissimus, quod praesumat pervidisse melius, quam infinita Dei sapientia, quid universo generi humano magis sit proficuum? necdnmne inlelligit, quod et juri naturæ Europam inter et Asiam ipse terminos ponat, cum Asiaticorum immodicas voluptates (quæ sibi inimicam Christi Religionem Asia fecerint excedere) non sola Religio Christiana, sed ipsum damnat jus naturale?

III. *Religionem accommodare motivis humanis, ac terrenis duntaxat commodis, summa vesania est atque impietas.*

Probatio. Omnis vera Religio sicut objectum, ita auctorem habet Deum; inde quovis tempore el cunctis gentibus intime persuasum fuit, suam Religionem esse divinam et a Deo revelatam; proin a sola Dei voluntate ac beneplacito vera pendet Religio. Nihil hic morosa conjux, nihil opima prædia, nihil parentum observantia, nihil indignatio Principis, nihil metus sinistrae famæ, nihil humanæ leges el locorum consuetudines Religion» divinitati praejudicare possunt. Proterva igitur et sacrilega vox pseudopoliticorum : diversissimae sunt Religiones, quas inter nulla est, quæ sibi non vindicet divinitatis ac veritatis praerogativam ; quid faciat sapiens? eligat loco,tempori, officio,accommodatam, ut publicam sustentet famam el quietem, mens vero el sensus interior supra plebem assurgens sequatur lurnen naturale. Narn praeterquam quod Religio Chrisliano-Catholica omnibus veritatis ac divinitatis characteribus sola praefulgeat ; resuscitatur hac ratione illa Ciceronis. Epicteti et aliorum veterum Sapienlum solemnis circa Religionem simulatio, qua in externo Religionis ritu servandæ sint leges ct consuetudines locorum, clam vero totus ille cultus Religionis rideatur ct explodatur, atque intus in animo vel nulla vel qiiælibet locum habeat Reli-

gio; quud quidem non solum a divina revelatione, sed abipsa etiam ratione naturali abhorret maxime. Quin el via sternitur ad revocanda in orbem Christianum illa bacchantium deliria, mysteria Orphica et Eleusina, ludos florales, honores Fauno ct Capro dicatos; quæ omnia inter sagacissimos quondam gentiles'el cultissimas gentes obtinebant vel cx eo, quod revelata ac proin unice vera Religione destituerentur.

Obj. I. Nihil obstat, quominus cum Numa Moses, ct Christus cum Mahuinete ceu legum conditores comparentur ; Numa vero et Mahumcs suas leges concinnarunt ad subditos duntaxat coercendos; sic ergo et Moses et Christus.

Resp. Blasphemia est impostorum maxima, quod sapientissimos aeque ac sanctissimos Legislatores æquiparent cum hominibus facinorosissimis. Proterve asserunt, quod nullo modo probant; improbe luentur, quod demonstratur falsissimum esse. Numquid enim pro Mose et Ciibisto decertant summa sinceritas, mansuetudo, sapientia et integritas Legislatorum, missionis divinæ certissima splendidissimaquc argumenta, legum et doctrinæ puritas, sublimitas el sanctitas admiranda? Neman vero el Maiiumetem, præter malesanam imperandi cupidinem, libido, arrogantia, tyrannis,idolatria, et vilia quaevis pessima omnium oculis exhibent ceu maximos impostorum. Satis, quod elNuma et Mahumcs, cujuscunique Religionis auctores, cam velul de coelo lapsam atque a Numine sibi communicatam populis imponerent, ut super hanc Religionis ementitam divinitatem suas imperii leges stabilirent. Non ergo, quod unice pendet a Dei beneplacito, Uberum est homini, aut quamlibet deligere pro suis commodis, aut novam sibi fabricare Religionem.

Obj. II. Omnis Religio praecipue tenenda est ad uniformitatem membrorum Reipublicæ; huic autem muneri fiet omnino satis, si exterius quidem ea obeantur sacra, quæ colit Respublica v. g. Christiana; intus vero Thcisla aut Naturalista lateat, qui dudum abjecit Christianismum.

Resp. Habemus ergo conlitentes reos pseudopoliticos, quod ex mendaciis el imposturis compacti sint toti. Quippe statis diebus adeunt templa , sed quæ suam malcsanæ credulitati ac ignoranti® ex ipsorum sensu originem debeaut : intersunt Christianorum coetibus, in quibus tamen error el superstitio (uti blasphemant) sua fundant oracula : curvant genu ante idolum Christianorum, cui fraus altaria consecraverit : eos ritus obeunt, quos artes polilicæ ad legum dignitatem evexerint : ac demum quod habent præstanlissimum, suam tyrannico Evangelii et Ecclesiæ jugo subdunt libertatem. Hæc namque officia, utpote cum tranquillitate status Christiani arcte conjuncta, is etiam, qui vel videri cupit Christianus, in Republica Christiana haud praeterire potest, ut non raro a fortissimis spiritibus incredulorum Religio Christiana extorqueat ejusmodi honores, quos tamen ceu veros vera Religio non reputat, sed ceu imposturas detestatur. Haque in hoc est tota fortitudo incredulorum, quod ausint illudere elDeo et hominibus; in eo lota illorum honestas, quod turpissimam hypocrisin mendaciis ac imposturis valeant sustentare; in eo felicitas infelicissima, quod cum ne in rebus politicis quidem Republica toleret fraudes el versutias, in rebus sacris et summi

momenti tantisper tolerentur impostores pessimi; sed ub auctore Religionis Christiana», qui venturus est, et non tardabit judex el vindex acerrimus, ejiciendi foras ad tenebras et pœnas suæ nequitiæ sempiternas.

£ 111. COROLLARIA.

Ex liis vero omnibus hac in Dissertatione discussis necessaria consecutione deducitur, quod omnes Religionis Cbristiano-Catholicæ desertores vix digni sunt Christiano nomine : siquidem nec Christi (idem habeant communem cum veris Christi fidelibus; ncc praeceptis Christi obsequantur, praesertim de necessitate Sacramentorum, de humilitate el sui abnegatione; nec Christum imitentur, prout Christus et Apostoli suis discipulis commendarunt.

1°. Quidem Sectarii diversam a nostra fidem profitentur, desciverunt ab Ecclesia , Religionem et legem cum tide mutarunt, et alium a legitimo ac nobis praescripto Dei cultum adhibent ; ergo fidem nobis communem non habent, cl a vera Christi Religione defecerunt, quam nos ex divinis oraculis accepimus. Tametsi enim sacris Codicibus credere videantur; cum tamen sine ceria regula id liat, certa lides non est, qua revera deficiente, totius Religionis, legis, divini cultus et æternæ salutis corruit fundamentum.

2°. Praeter liaptismmn, alia quoque Sacramenta fidei et salutis nostra auctor instituit, ceu totidem divinæ gratiæ ductus; vel ad reconciliationem cum Deo, vel ad confirmandum cor nostrum contra salutis hostes, vel ad fovendam ac sustentandam supematuralem vitam animæ, vel ad sacram potestatem Apostolis traditam et in successores propagandam, vel ad delendas peccatorum reliquias; his vero praesidiis picrisque carent Sectarii, ac præprimis Sacramento reconciliationis. Si vero ad peccatum originis expiandum singulare baptismi Sacramentum institutum est; an forte actuales nox® singulari remedio carere debent? si perfectam contritionem et pœnitentiam (quam N'inivitæ nonnisi post lacrymas, afflictationes et macerationes corporis, Sectariis prorsus incognitas, obtinuerunt) praedicare jussi sunt a Christo Apostoli ; quid novi subsidii, quid gratiæ, quid praerogativo» Christi nomme mortalibus denuntiabant? quid tandem novi gaudii evangelizabant, dum idem imponerent onus, sub quo humana infirmitas dudum gemebat? Sectariorum vero quæ humilitas juxta mandatum Christi : *Discite a me, quia mitis sum ct humilis corde?* an forte legitimum Ecclesiæ jugum excutere; judicis partes assumere, dum reus es; prophetam agere, dum erras; oracula fundere, dum somnias; sacros libros interpretari, dum ipse deliras, modesliæ ac demissioni Christian® quis tribuet? Ubi observantia præcepti de correctione fraterna juxta illud : *dic Ecclesiæ?* ubi adimpletio præcepti de vitando scandalo? fortassis ubi omnes machinas admovent, ut alios in errorem inducant, a vera Christi fide avertant, omnia sacra c medio tollant, el Catholicam Ecclesiam penitus subvertant; aut ubi leges ecclesiasticas inter sales cl jocos abjiciunt, quamvis dictum sit: *dite præpositis vestris. Qui ros audit, me audit. Si Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus el publicanus.*

3". Quisquis perfectioni Christian® studet, Christum sequi debet, oportet

ni se abneget, deliciis renuntiet, crucem portet, atque omnia ultro relinquat exemplo Apostolorum , quorum singuli veris Christi fidelibus inclamant : *Imitatores mei estote, sicut et ego Christi :* At nihil viget minus inter Sectarios, quam Christi ct Apostolorum imitatio, atque observatio consiliorum Evangelicorum : vix noverunt castitatis nomen, rem ipsam fugiunt, et cælibaluin vitio ducunt : paupertatem et corporis afflictationem penitus perhorrescunt : Christianam animi demissionem, contemptum mundi ct terrenorum, ignominiam et contumeliam omnem palmari odio prosequuntur : nullum illis cum cruce commercium , cujus vel minimo signo muniri dedignantur.

Cum igitur sicut Christus unus est, ita uni Ecclesiæ unico Testamento omnia sua tradiderit, legem scilicet, dogmata, præccpta ct consilia; illa Ecclesia, penes quam sunt consilia, habet etiam præccpta; et vicissim quæ gaudet præccptis, gaudet consiliis Christi, nc Christus divisus sit, cl lex Christi aut Religio Christiana multiplex. Sectarii non habent consilia Christi, non servant præccpta Christi cl Ecclesiæ; proin perperam a Christo nomen nerunt.

DISSERTATIO X.

l»i: l»EI»n IZDATOIIIBUS KOMIʌ'IK CATHOLICI.

SECTIO L

THEISTÆ SEU NATURALISTÆ NON SUNT SPIRITUS FORTES, NEC SAPIENTES PHILOSOPHI.

§ I. PR.ECOGMTA.

Theistæ seu Naturaliste aut Deum, aut Deum saltem providum negant. Qui vero Deum Deique providentiam ore profitentur quidem, tamen sola Religione naturali contenti, divinam Revelationem abnegaut omnes. Non omnes iisdem utuntur armis : alii enim verbis sæpe predicant Scripturam sacram et Religionem Christianam, ut eo certius, quo tectius, utramque suffodiant : alii, sub praetextu Religionis Christian® magis recte rationi conformandae, Religionem mere Naturalem (quæ jam non est, ncc unquam fuit, aut erit) introducere contendunt : alii argumenta contra veritatem Christianam tam acriter ac vehementer intorquent, ut demum omnia Christianismi principia absurditalis ac stoliditatis arguant : alii textus sacros pyrrhonice 'entilaut, ut demum omnes ceu totidem tropos et allegorias accipi velint; inde certi vel de exterminio, vel dc ludibrio veritatis revelate : alii sicubi divinpm Codicem ceu antiquitatis monumentum tolerant, cumdcm passim alibi ceu farraginem fabularum, contradictionum, errorumque ac sphalmaturn exsibilant. Demum uno omnes ore clamant : sufficit Deum unum tolero; sufficit esse virum honestum; in omni Religione est Deus ct salus, •"ihilominus tantæ cum sint protervi®, impudenti® ac nequiti® portenta, Spiritus fortes ct sapientes Philosophi audire ambiunt.

Hujus impietatis auctores, Carolus Blount in Oraculis Rationis, Antox. Collixs in variis Discursibus de Religione Christiana, Schaftesburv in suis 'baracterislicis, Mandevillius, Woolston, Tindal, Chubb, Morgan, Albert. Ruhcati, Tyssot de Patot, Rousseau in suo Emilio, Marquis (FArgens in Defensione Paganismi, Tolandus. Edelmannus in suo Mose, Christo et Belial, 'oliairl.

§11. THEMATA.

1. *Theistæ nonnisi frivole et ad sui opprobrium Spiritus furies sesc vocitanl.*

Pr o ba t io. Spiritus vere foriis et nomen et omen habet, qui a præjudiciis non abripitur; qui in re gravissima, cujusmodi est Religio, rationum et auctoritatis momenta rite ponderat; qui pro veritate agnita strenue decertat; qui tandem immotus ad omnes casus stat pro veritate Religionis. Sed Thcistarum Ubertas sentiendi contra communem sententiam, spernendi auctoritatem quamvis supernam, ipsamque vocem naturæ repudiandi; nonne a malesanis orta præjudiciis, praejudicium generat gravissimum contra veram spiritus fortitudinem; et summam potius animi imbecillitatem, aut certe putidam animi elationem in Theislis manifestat? Et quæ infirmitas spiritus, contra lucem divinam solum naturale lumen sectari, idque in divinis et supernaluralibus, cum ne humana quidem et terrena assequatur ratio dimtaxat naturalis; quin et ipsa (si sana et a præjudiciis libera est) dictet ratio, circa Dei consilia, gratiæ mysteria, et fidei dogmata in obsequium primae et summæ veritatis captivandum esse intellectum, ne quod tristi compertum experientia, in deterrimos errores prolabatur? Quid vero huic naturæ voci, totius antiquitatis testimonio, Christiani orbis credulitati, omnibus omnium temporum sapientissimis et sanctissimis Christi fidelibus, Christo, Apostolis, Martyribus, Evangelio et Ecclesiæ opponunt Theistæ, ut contra tam invictum rationis et auctoritatis Achillem suum tueantur Naturalismum? fortissima scilicet munimenta, miserrimas argutias, arrogans supercilium, risus et ludibria, sannas ct opprobria.

Et quousque persistet hæc fortitudo, num ad mortem usque? Sane quoad vivunt, sola ratio fuit ipsis et Deus et lex et virtns et omnia; coelum et infernus fabula, judex et ælcrnitas inane terriculamentum, fides et Religio delirantis phantasiæ soboles. Ast ubi vel somnium terret, vel nescio quod praesagium percellit, vel repentinus casus obruit; videas illos præ fortitudine spiritus toto corpore contremiscere, itaque turbari animo, ut vix a desperatione cohiberi possint. Multo autem magis in periculo mortis, ubi vel maxime illa fortitudo excienda sit; ita quidem, ut vel sacerdotem anxie acccrsant, quem nuper ceu ministrum superstitionis explodebant, et sacramentis morientium expiari ac confortari demisse efflagitent, quæ inter fanalismi quisquilias abjecerant; vel his deficientibus imbelli ancillæ se concredant, ceu magistrae ac duci ad piam mortem et æternam salutem.

Qua demum fronte excelsos sese fortesque spiritus ausint vocitare, qui improbissimis dominis, turpitudini ac dedecori parere ipsimet passim consueverint? quibus avaritia imperet, insultet iracundia, libido dominetur, et cæteræ labes animi turpissimum servitutis jugum imponant? Credunt illi forsitan, in vestitu molli, superbo incessu, aliorum despectu, madente coma, lascivientibus oculis, in conviviis, in choreis, in stupris fortes quisquam spiritus agnoscat? Et vero hæc esse egregia illius fortitudinis argumenta, cs quotidiana partim experientia testes oculati, partim ex ipsorum ore et ingenua confessione non raro habemus. Quoties enim juvante gratia ad melio-

icm frugem reversi sunt, licentioris vilæ illecebras unam sibi fuisse ab avita tide discedendi causam, palam omnes aperuerunt.

11. *Theistæ nomen sapientis philosophi nonnisi cum ignominia verte sapientiæ sibimet arrogant.*

Pr o b a t io. Negant Theistæ, Epicuri deliriis et Spinozætenebris toti immersi, Deum peculiari quadam Religione a Deo libere revelata esse honorandum : quam insipiens est hæc philosophia, aut contra persuasionem naturalem, aut certe contra communem cunctis gentibus traditionem de Religione, quod hæc debeat esse a Deo, sicut est erga Deum? Quippe praejudicia enata ex sensibus, aiïectusque inordinati per homines utique diflundi in universum poterant; at judicium universale ex prædictis fontibus non emanans vel naturam habet magistram, vel traditionem generis humani, quam adeo gentilium fabulæ dc amica Dei cum hominibus communicatione attestantur. Theistæ ratione, cui in omnibus etiam mysteriis ceu judici deferunt, abutuntur; cum non distinguant inter motiva credibililalis, quæ discutit ratio, ac inter mysteria, quæ ratio haud penetrat; atque de his Philosophastris merito dictum est illud Poet.e : « faciunt intelligendo, ut nihil intelliganl. » Nonne sapientis Philosophi est (ne inter se collidat rationem et lidcm) ea quæ sunt naturæ, rationi; et quæ sunt fidei, altiori indagini deferre? Indignus est philosophi nomine, tum qui contra omnem sanam philosophiam et veram metaphysicam sensuum ct allectu uni judicio definit ea, quæ non cadunt sub sensus, et sùnt purae rationis; tum qui ad trutinam solius rationis ea ponderat, quæ sunt supra rationem, divinæque Revelationis.

Quæ major insipientia esse possit, quam adorare leviorem ratiunculam scriptoris increduli, et ad innumera fortissimaque veritatis Christiana: argumenta obdurescere? quam in gremio Ecclesiæ natum esse, in medio credentium vivere, indeque a teneris scire ct sentire, quæ sunt Christianismi, et verbis tamen faclisquc se profiteri contemptorem ac derisorem ejusdem fidei? quam adoptare Religionem, in qua nihil sit arduum, nihil sublime, sed quæ tota limitibus naturæ, et limitalæ rationis circumscripta sil terminis? quam denique humanum intellectum cousquc extollere, ut contra naturam et auctorem naturæ praetendatur, ne quid aut natura reconditum habeat, quod ratio naturalis non intime pc-rspiciat; aut doceat Religio, quod rationem transcendat? Sic ergo Naturalisée et naturam ipsi praecipitant, ct auctorem naturæ, quamvis infinitæ sit potentiæ ac sapientiæ, ad certos limites restringunt. Sunt ergo Theistæ philosophi, sed quibus panegyrin in ? sua epistola pridem dixit Princeps Apostolorum, quosque caligine tenebrarum oppressos, fontes sine aqua, et nebulas turbinibus exagitatas; quos maledictionis filios, cxcæcatæ mentis ac infruniti cordis fœda mancipia verissime affirmat.

Obj. I. Religio Christiana ad ima deprimit humanam rationem : nam interdicit scrutari .Mysteria fidei, utpote quæ cum ratione maxime pugnent, ut sunt spiritualis regeneratio ex aqua, panis Deus, Verbum caro, Virgo mater, tres persona* in una natura, duæ naturæ in una persona, ac demum

resurrectio mortuorum in eadem carne : jpræcipit cæcam in omnibus obedientiam, quin ct fidei meritum omne attribuit spontaiieæ cæcitati intellectus humani. Sapiens igitur philosophus est, simul et spiritus fortis, qui tam probrosam rationis humanae servitutem vindicat, et jugum excutit omne Revelationis.

Resp. In causa Religionis nocet perinde ignorantia crassa et scientia perquisita. Qui ignorat omnia', refellit nihil; promis est ad superstitionem. Qui omnia vult rimari, et difficulter credit; is patet dubiis impiorum. Ubivis ratiocinari in rebus fidei, obstinatio est periculosa:nam vix unquam ratiocinium operatur fidem magis docilem; dum contra fides vera missa faciat scrutamina more credens cæco. Neque cæea hæc intellectus obedientia,quæ a probro et periculo erroris præstal immunem, intellectum aut dedecet aut deprimit; quid namque deroget rationi nostræ, si curioso illius examini subducantur mysteria, quorum claram habere cognitionem non sit necessarium; quorum obscuritatem revereri perquam utile sit; quorum comprehensio impossibilis, et quorum perscrutatio discrimini pateat? Quod Deus homo factus formam servi induerit, suo sanguine hominum animas redemerit, animabus fidelibus et victima et pabulum sit, suosque servos æternæ felicitatis ac gloriæ suæ facturus participes; res sunt momenti summi altissimæque indaginis. Si vero ex evidentia miraculorum et vaticiniorum omne possibile dubium super his excludatur ; quid demum refert scire, qua ratione ea omnia fieri potuerint? Hæc quidem scire perfectio foret hominis, sed ad felicitatem hujus vitæ haud necessaria, nec ullius meriti, et sine qua omnium virtutum , cujus sit capax homo, perfectionem contingat. Est ergo perfectio ejusmodi, quam Deus citra omnem injuriam alteri vitæ reservavit, et cujus prælibationem etiam in hac vita concedere potest in premium vivæ fidei, et cæcæ obedientiæ erga sui verbi auctoritatem.

Quæ velut incredibilia fidei mysteria sigillatim perstringuntur, ca ceu fide dignissima exhibent ac vindicant hujates Institutiones Théologie# de Deo Uno, Trino, et Incarnato, de Sacramentis N. L. et de statu hominis post hanc vitam.

Obj. II. Ad quid ergo lumen rationis, si hæc cæculiat ad lumen fidei, et cæco modo assentiri debeat, et assensu quidem (irinissimo? Sapientis est credere, quæ intelligit ; et spiritus fortis est, quæ non videt, non capit, fortiter rejicere.

Resp. Sacrificium, quo nostra ratio per assensum firmissum se perfectissime subdit æternæ veritati, eo est Deo acceptum ct honorificum magis, quod veritates rationi naturali prorsus imperviæ, ab ea tamen proptw Deum firmius credantur, quam omnes veritates naturales, quas ratio assequitur ac intime percipit ; homini autem eo proficuum magis, tum quod majoris sit meriti plenissimum obsequium intellectus vefit&i inevidenti pnestitum, tum quod certior reddatur intellectus de veritate mysteriorum credendo auctoritati divinæ, quam si lumine naturali omnino clare ea pervidisset, nunquam vero sola ratione naturali pervidenda. Plurimum creo perficit ac nobilitat intellectum h;e ejus subjectio, quæ illum ad usque sanctuarium Divinitatis, altissimaque mysteria et profundissima Dei consilia cognoscenda elevat; per quam discit a Deo Dei naturam ct perfectione.-,

quas ratio nunquam assecuta fuisset ; vi cujus Deum magistrum habet illius scientiæ, cujus objectum ipse Deus est ; per quam noster intellectus et finem aDeo præfixum, et Religionem a Deo praescriptam, et beneficia a Deo collala, et media ad salutem a Deo ordinata, uti sine omni labore et studio, ita summa cum certitudine intelligit omnia. Multa non capis mysteria naturæ, quod fateris, Theista! et naluræ tamen defers omnia. Deus loquitur, et mysteria Religionis revelat, quæ captum humanum exsuperant; et renuis credere, Theista hoc est, Deum audes privare honore obsequii grati et debiti, luum intellectum tanta luce et perfectione, tuam voluntatem insigni merito; quæmajor stoliditas esse possit?

Quæ sit mentis humanæ brevitas ac imbecillitas, præter Hoocchium, Genuensem et Forsterum, præclarc dilucidantDalham deratione recte cogitandi, loquendi et intclligendi L. I.P. I. c. 3. Schekfferus noster, Exercit. IV. art. 4. in Physio-Theologia. Monteiro S. J. P. V. logices de fontibus errorum.

Obj. III. Quæ sapientia hominis Christiani, cujus approbet, improbet ratio, et qui velit, nolit, assentiri tamen omnibus debet, quamvis sæpius non sint certa, nec revelata. Et quidem circa miracula, quæ jactitat Religio revelata, quot et quanta non intervenere hactenus figmenta et deliria?

Resp. Equidem non inficior, posse credulitatem rudium hinc inde esse nimiam, itaque contra veritatem impingere, ut cuivis facile prodigio ceu vero assentiatur; id autem certum, quod is error neutiquam oriatur aut ex vivaci fidelium idea de potentia , justitia et bonitate Dei, aut ex sincero affectu erga praerogativas Religionis revelatae, aut ex pia animi præparatione ad fidem omnium, quæ summa veritas edoceat : siquidem hæ animi dotes semper justæ ac prudentes spiritum etiam fortem omnino deceant. Sed vel defectus maturi judicii, vel excessus zeli, qui non sit secundum scientiam, illius qualiscumque erroris origo est. Nimirum haud satis est ad Christianam miraculorum fidem, duntaxat nosse, sive quod ea pendeanl vel ex solo nutu voluntatis divinæ, sive quod brachium Domini non sit abbreviatum ; sed insuper requiritur, ut opera illa, quæ pro miraculis venditantur, ineluctabili testimonio confirmentur, simul et characteres divinæ ac supernaturalis operationis præseferant. Cum igitur simplicium ratio tam profunde, non rimetur vim et veritatem miraculorum; eorum pietati hinc inde aliquid superstitionis admisceri potest, utpotc qui sibi facile persuadeant, quod in quibusvis miraculis eluceat divinitas; qui sine prævio examine omnia venerantur, quæ illorum pietatem nutriant; qui demum minime suspectam habent fidem historiarum ac historicorum, qui summam Dei potentiam et Sanctorum virtutes tantopere extollunt. In quoa sanæ rationis ductu aberrari, nemo dubitat.

Verum spiritus fortis Christianorum media incedit via inter nimiam credulitatem atque incredulitatem; nec omnia facile credit levis corde, sed motiva, characteres et circumstantias omnes accurate disquirit, quibus pensatis omnibus si perstat ambiguitas, expeclat sensum Ecclesiæ, cujus est judicare de rebus fidei; nec facile rejicit omnia, quæ prodigii instar proferuntur, cum sciat naturæ ordinem auctori naturæ perfecte subditum, ct miraculum neutiquam incredibile esse; iis vero, quæ sunt testatissimae fidei, assentilur plenissime cum veneratione suæ Religionis, et cum gratiarum

actione erga Deum tam sanet® ac tam august® auctorem Religionis. Secus faciunt Theistæ : nam in iis omnibus, quæ non capit infirma ratio, obstringunt sapientiam Dei infinitam ad respondendum suis dubiis : ad evidentiam credibilitatis claudunt oculos, ne videant : ad vocem Magislræ, quam Deus in terris constituit falli et fallere nesciam, occludunt aures, ne audiant : et non tam cupiunt Religionem revelatam, hujus mysteria et dogmata sibi manifestari, quam ignorari ab omnibus. Quæ imbecillitas, protervia, impietas ?

Obj. IV. Christiani nec de altitudine, nec de profunditate mysteriorum solliciti sine nilo examine prœvio credunt, quia credunt : quæ vero sapientia, etiam maxime abhorrentia a reda ratione facillime credere? quæ spiritus fortitudo, maximas difficultates minime curare?

Resp. Si Deus mysteriorum elavem in terris posuisse! : si mortalibus concessum esset, in ipsa Dei essentia (in qua veritatum omnium pulcherrimus ordo et nexus splendidissime relucent) mysteria et dogmata intueri; omnis omnino difficultas el obscuritas dudum evanuisset. Verum quia et Deus in mysteriis maxime absconditus esse voluit, et mens humana præsertim in superoaturalibus plurimum caligat ; nonnisi in ænigmate nunc videmus, el quoad vivimus, nunquam ab omni difficultate ac obscuritate libera erit fides nostra. Theista quam putide, tam insipide suam fidem patitur expugnari a difficultate, quam ex sola ratione dissolvere non valet; ct suam mentem ab illa obscuritate, quæ nihil obest fidei, et quæ meritum fidei auget, penitus excæcari. Sic vero sua sponte excæcatum nihil plane movent motiva credibililalis evidentissima pro veritate Christiana; nihil necessaria fides quarumdam veritatum etiam naturalium, quamvis inter se pugnare videantur; nihil arma quæcumquctam rationis, quam Revelationis, ad quævis dubia \alide profliganda. Quæ imbecillitas mentis, illi non absimilis, qua victus homo ab indomitis affectibus et tentationibus proruit in abyssum viliorum : nec absimilis haereticorum imbecillitati, qui cum rationi suæ nimium confidant, quin tamen cum ea lotam mysteriorum sublimitatem rite possint conciliare; revelationi superaddunt spiritum privatum suis sensibus et affectibus accommodatum, et ex huc magistro errorum omnes errores.

Mavult igiturTheista dubitare, ubi orthodoxus firmissime credit, dissipatis ab infallibili auctoritate omnibus dubiis ac controversiis fidei; mavult cæcutire Theista, ubi Christianus ambulat in admirabili lumine fidei; mavult æternum perire Theista, quam difficiliori pugna victoriam, fidem veram, œtcrnamque salutem sibi comparare.

ιζ III. COROLLARIA#

Hominem orthodoxum fidei divinæ difficultas, quæ Theislas dejicit, ne movet quidem. Nam ex idea Dei ceu Entis infinite perfecti probe inteHigif, quod nihil transcendat omnipotentiam : abyssum divinorum judiciorum quo minus valet perscrutari, en demissius reveretur : mirabilia divinæ charitatis symbola erga homines quo magis rationem excedunt, eo ferventius

spem illius animant : ex consideratione immensæ Majestatis divinæ despicit omnes humante mentis argutias: fortissima! antitheses cum vel minime tansiint aut angunt, non quod carum vim non sentiat, sed quod in Petra fundata sit ejus fides adversus omnes procellas ac tempestates invicta : illud Theistarum αδύνατον hoc uno refellit ; tametsi incomprehensibilia, non tamen incredibilia sunt, quæ fecit infinita virtus, et revelavit æterna veritas : quamvis infirma ct limitata ejus sit ratio, tamen fides ejus (qua toto corde suscipit omnia, et quæ sunt in ipso Deo, et quæ sunt extra Deum facta a Deo, et quæ facere potest Deus) fere ad sensum S. Hil a r ii immenso ct omnipotenti Deo commensuratur. En spiritus vere fortes ct liberos! uni Deo servire ex loto corde, et solum Dei beneplacitum habere pro norma credendi et videndi; hæc aurea servitus, vera libertas, ct fortitudo spiritus nobilissima est. En Religionem prudenturn! crcdibilitatis evidentiam expendere, Deo revelanti captivum subdere intellectum, primæ et summæ veritati firmissimum'præstare assensum, et Dominum gloriæ, quo modo cognitus est, ad praescriptum tam rationis, quam Revelationis glorificare.

Igitur orthodoxus ad criteria rationis, ad Theistarum deliria, inter mundi pericula, et hominum scandala tam constans et immotus in fide praetendit meliori jure compellari spiritus fortis; sed omnis ejus fortitudo in Deo est, sicut fiducia ejus omnis in confessione suæ imbecillitatis; ejus anxietas et metus in consideratione ruinæ tot a natura et a scientiis instructissimorum virorum; ejus sapientia in humilitate, in abnegationesui, in submissione ad Ecclesiam, quæ divino spiritu agitur; cum noverit oppositam hisce arrogantiam Theislicæ ifnbecilli talis, insipienti® ac perditionis causam esse.

SECTIO II.

THEISTÆ VERIUS SUNT ATHEI AC IMPII SECTARIIS AC PAGANIS FACILE DETERIORES.

§ I. PRÆCOGMTA.

Minim videri jure possit, quid sit, quod Judæum, Mahiimetainini, aul Paganum facilius ducas, quam hodiernum incredulum reducas ad Christum. Nonne enim illis suam superstitionem infantiæ praejudicia, inveterata consuetudo, exempla majorum, praecepta magistrorum, ct propensio ad sensibilia duntaxat et corporea efficacissime ita persuadent, ul ab omni novitate (præsertim quæ humanam rationem exsuperet, et secum ipsa in multis pugnare videatur) maxime abboncant? His vero (eo quod una cum primo rationis usu acceperint revelationem, slatimquc mysteria nostrae tidei amplexi sint ac venerati, Deum Unurn in Iribus personis, Verbum Incarnatum in sinu Virginis, Deum Hominem pro salute hominum crucifixum, resurre-

clioneni omnis carnis, piorumque premia et supplicia impiorum sempiterna) necessarium non erat prejudicia depellere, fidem mutare, aut Deum, quem antehac adoraverunt, concremare. Lex quippe Christiana, lex illorum prima, et ad usque transitum ad incredulos unica extitit ; proinde mullo his facilius erat manere, quam illis fieri Christianos. Nimirum evidens est (quod nonnulli sua a Theismo ad Christianismum opitulante Deo reversi confessione attestantur) Theismum non mentis incredulæ, sed depiavati cordis abortum esse; qui cum per effrenem licentiam sentiendi, vivendi, et audendi quidlibet adoleverit, excrescat in portentum hominis sine Deo, sino ratione, sine fide, sine honestate, sine humanitate.

§ 11. THEMATA.

I. *Theistæ seu Naturalistes reipsa sunt Athei.*

Pr o r a t io. Qui aut Deum negat, aut providentiam aliasve, divinas perfectiones detrahit Deo: qui ab immortalitate animæ, a poenarum æternilale aliisque veritatibus, quæ futurorum horrorem ingerunt, mentem omnino avocat, etsi non ore, saltem corde easdem abnegat : qui dubia et dicteria sine numero'congerit, ut sibi et aliis persuadeat, nullam esse divinam Religionem : qui demum jus ipsum naturale evertit, veram virtutem, veramque hominis felicitatem; is verus est atheus, non quidem mentis, sed cordis. Verum in his omnibus satis aperte consentiunt Theistæ cum Atheislis, prout ex eorum libris et placitis Theistarum hucusque exhibitum, atque deinceps pluribus demonstrabitur. Nonne enim pleriqueN'aturalistæcumBoLi.xGDROCKio proborum calamitates, prosperam sæpe impiorum sortem, clades publicas, quibus etiam innocentes involvuntur, et quæ sunt hujusmodi plura quotidie in hoc orbe evenientia, pugnare dicunt cum bonitate et justitia Dei? Alii multa etiam in mundo se reperire autumant, quæ cum infinita Dei sapientia minime conveniant. Plurcs cum Edel manno nullam asserunt obligationem naturæ rationalis enasci ex voluntate Dei, sed duntaxat a pœnis Magistratuum et jure talionis. Alii felicitatem hominis cum Epicur o ad illam brutorum deprimunt, et pro jure naturæ statuunt instinctum naturæ etiam bestiis communem. Idem Edel mannus Deum negat esse justum, nisi tantum in personis judicum. Idem Bol ix gbr ockius impium esse contendit, Deo bonitatem et justitiam affingere, saltem ideis nostris respondentem; indeque negat, hisce perfectionibus divinis inniti jus naturæ; affirmat autem fanaticos esse omnes, qui hasce perfectiones, quantum fieri licet, in se exprimere conenlur. Contra inferni poenas unanimi omnes sensu ita obstrepunt, ut vel fanatisme illas subjiciant, vel Deum injustitiæ arguant.

Itaque cum Deum sibi effingant Theistæ cæcum, improvidum, incurium et injustum, reipsa cum Atheis negant esse Deum; cum perfectiones divinæ. quas utrique negant,sint ipse Deus. Atque hinc est, quod Bayle, legionis impire antesignanus, summopere in suis scriptis dilaudet virtutes Atheistarum æque ac Theistarum.

11. *Theistæ seu Naturalislæ verius sunt impii.*

Probatio. Sicut vix ulli dantur Athei mentis, qui fere omnes corde tantum athei sunt; ita vel nulli vel paucissimi sunt Theistæ, qui ex persuasione mentis abjecto Christianismo sectentur Naturalismum. Cordis namque insipientia et malitia est, qua sicut Atheistæ non esse Deum , ita exoptant Theistæ, non esse divinam Religionem, quæ captivat intellectum , cor refrenat, pravosque affectus coercet. Idipsnm Theistarum epicurei mores et doctrina, nec non propria confessio abunde testantur : quis enim ignorat, docere Mandevilliüm (a quo non dissentit Montesquieu) quod virtus in Monarchiis obtinere non possit; infaustam fore Rempublicam, in qua sola virtus vigeat; vilia ad Reipublicœ felicitatem tam esse necessaria, ut sine illis jaceat laus bellica, plures artes intereant, magna hominum pars egeat, et vita plerisque supersit miserrima? Lametrius per flagitia etiam felices nos fortunatosque hac in vita effici, flagitiosissime effutiit. Hos vero duces dum sequuntur Theistæ, el dum his illorum el aliis pestilentibus juris naturæ principiis vitam accommodant; inde illa cordis depravatio et morum scurrilitas, quæ uti omnem stimulum conscientiæ retundit, ita contra frenum omne veræ Religionis recalcitrat. Certus enim sum ex Theistarum resipiscentium sincera confessione, quod,si Christi fides sola sine operibus fidei ad Christianum nomen sufficeret; si ex mysteriis revelatis nulla morum sanctitas proflueret ad salutem Christiani hominis necessaria : si lex Christi affectibus ac infirmitatibus naturæ plus indulgeret; nullum deinceps fore aut ullum unquam extitisse Thcistam. Ast quia adversus carnem et concupiscentias ejus perpetuo decertandum erat, et hæc victoria difficilior visa est, quam captivatio intellectus; arma in Christum vertit cor impium Theistarum.

Cum igitur peccato originis (quæ est Patrum ac Theologorum sententia) plus depràvatüm sit cor,quam mens hominis; et experientia teste facilius sit credere, quam vivere christiane; legitima est consecutio, quod rebellio contra legem et moralem doctrinam Christi origo sit rebellionis contra fidem, mysteria et dogmata Christi ; ac proin magis impii, quam increduli sint Theistæ ac Naturalist®.

III. *Hodierni increduli pejores sunt sectariis ac hæreticis.*

Probatio. Tametsi in eo cum sectariis concordent Theistæ, quod utrique et abusu rationis hallucinenlur;in plerisque tamen horum incredulitas illorum superat pervicaciam. Ilæretici quidem in divinam revelationem injurii et in fidem orthodoxam perfidi sunt; sed unum duntaxat alterumve dogma veræ Religionis subvertunt; Theistæ simul omnia. Sectarii adeo non abjiciunt Scripturas divinas, ut eas ceu unicam credendorum normam ad suos sensus detorqueant, parati (ut quidam maligne praedicant) ad ejurandam suam sectam , utprimum ex verbo Dei scripto falsitatis ea convincatur; Theistæ omnem omnino Revelationem seu scriptam seu traditam aspernantur. Ilæretici iitriusque Testamenti miracula et oracula, .Mosen cl Prophetas,

Christum et Apostolos in veneratione habent; Theistæ despectui habent omnia, et leges divinas inter opera manuum humanarum, prophetias et prodigia inter eventus fortuitos, commenta et imposturas, doctrinam Evangelicam et Apostolicam, imo otiata Christi Dei-Hominis inter Conflict), Mahumetis aut Epicuri fabulas ac deliria abjiciunt. Sectarii Deum adorant et Filium ejus Christum, reverentur providentiam Dei naturalem et supernaturalem, nec omnia Christi sacramenta, nec omnino repudiant Ecclesiam Christi ; Theistæ (siquidem Deum credant) non autem credunt Deo revelanti, et solam adorant rationem; Dei Filium exspoliant gloria Redemptoris, sacramenta Christi et sacrificium tanquam superstitiones explodunt, et ceu non ens spernunt ac exsibilant Ecclesiam Christi. Sectarii, quæ sunt juris natura, venerantur, ipsamque jurisprudentiam naturalem pracipuo studio a se excultam esse, gloriantur; inter Theistas Anglus ille dictitat, ipsa Decalogi praecepta abrogari posse per Comitia Regni ; quin et Morganvs, Chibbivs et Ilivils per illud Dei imperium de immolando Isaaco lotum jus natura eversum esse, contendunt. Pudet, quoad omnia recoquere deterrimum cacoethes sacrilegi Theismi, ne identidem fidelium mentes fœtore pessimo inficiantur.

IV. *Ævi nostri increduli paganis adeo deteriores sunt.*

Probatio. Pagani (si Polythei) p]ures adeo Deos et agnoscebant et colebant cultu, qui videbatur ipsis dignus et acceptus suis Numinibus; nostri increduli renuunt Deum et Dei Filium colere cultu vere divino; seu interno tam intellectus, quia non credunt revelanti, quam voluntatis, quia non obtemperant præcipienti; seu externo corporis, quia negligunt ac spernunt sacrificia, omnesque ritus, quos vel Christus adornavit, vel Ecclesia Chrisli. Polytheis ac idololatris quædam Religio erat veneranda; nostris incredulis nulla prorsus, quia sicut legem, ita Religionem quoque naturalem, quam verbis tantopere extollunt, reipsa evertunt : quid enim aut legi aut Religioni quamvis naturali magis adversum, quam in omnibus frena laxare nature corrupte cupiditatibus; ultimatum natura rationalis finem solis hujus vite quam brevis tam misera bonis circumscribere; innatum humano cordi desiderium æternorum nonnisi corporea, et cum brutis etiam communi voluptate ac libidine exsatiare; Religionem denique Christianam tam omnibus seculis venerandam non solum perfide repudiare, sed et ludibriis, opprobriis ac blasphemiis lacerare?

Pagani (si Athei) equidem paganicam Religionem abjecerunt, sed mille superstitionibus, quas ipsa etiam naturalis ratio respuebat, obfuscatam; hodierni increduli contra Christianam decertant castissimam ct sanctissimam Religionem, cui sana ratio et a praejudiciis ac vitiis libera non potest non dare assensum. Pagani Athei Deum non glorificaverunt, quem nullum esse credebant, quin hæc sua impia sensa orbi obtruderent : nam ubi percontabatur Crates, an Dii delectarentur adorationibus hominum ? sapienter reposuit Stilpo : « interroga me hoc, quando erimus soli » ; ratus, licitum non esse, suos de Divinitatibus sensus parum pudicos in publicum edicere; increduli nostri (uti Schaftesrvry cum Voltaire) virtutem ac Religionem ludibriis et irrisionibus exagitandam esse statuunt, ut si inter jocos etsan-

nas perstiterit illæsa, pro ejus veritate standum sit; secus, si per satyricum hoc examen auctoritatis suæ detrimentum passa fuerit: quo quid absurdius excogitari possit, haud scio. Atque ita fit, ut increduli per absurdissima dicteria, exitiosissimascripla, perditissimos versus, spurcissimos sales veram Religionem adoriantur; quo autem medio Religionem discernendi vere stygio, extrema intentantur non tantum Christianismo, sed omni Religioni, honestati morum, quin et saluti Reipublicæ ac Principum securitati.

Obj. I. Theista seu Naturalista via incedit media Atheismum inter et Christianismum; quam procul ergo abest a Christianis, tam longe distat ab Athcistis: et quamvis Christum non adoret; Deum tamen colit, el quomodo agnoscit, glorificat.

Resp. Verum dicis, incredule, te Christianum non esse, quo honore nominis indignus est perfidus in Christum transfuga ad castra impiorum. Quod dicis, nec Atheum te esse; hoc minime verum. Deum, ais, confiteor e.xistentem ct providentem? ore scilicet : nam quia scquelæ, quas ex hac veritate deducit Christianismus, te perterrefaciunt, jam corde negas Deum esse; et quia fixam non habes normam credendi, omnis te circumfert ventus doctrinæ; jam addis, jam detrahis tuæ fidei articulis; jam vero si quis cum Baylio callidiores tuæ fidei technas struit, haud gravate aut naturalem quoque abnegas Religionem, aut certe in pyrrhonismum prolapsus ita do omnibus dubitas, ut Deus, homo, mundus, virtus, vitium, hæcet futura vita merum tibi chaos sint. Ubinam autem hoc in labyrintho vera vilæ honestas, ubi amor et timor Numinis, ubi spes futurorum bonorum ct metus æternorum malorum, ubi æstimatio animi immortalis, ubi sensus libertatis humanæ? Isthæc omnia vel intrepide negas cum Atheista, vel de iis proterve dubitas cum Pyrrhonista; verissimum ergo, quod dixi ego, Theistas reipsa Atheistas esse ac impios, infidelibus etiam paganis deteriores. Stet namque BxYLECum suis asseclis ex una, ct Sockates cum suis sequacibus cx altera parte; evidens erit, illorum impietatem longe antecedere.

Obj. II. Frivolum est, ait Bayle, errores et vitia quorumdam Theistarum Tbeismo imputare. Vitia hominum sunt, non Religionis. Secus idipsum in Christianismum pari, imo potiori jure detorqueam. Sunt etenim Theistæ et Alhcislæ, quorum mores ad honestatem apprime compositi, dum illi plurium Christianorum ad omnem licentiam projecti sunt.

Resp. Si hæc de ea Religione edixit Bayle, quæ tum per leges, tum per doctrinam, tum per vindictam vitia et concupiscentias malas refrenat, et delicta quaevis damnat atque castigat; verum dixit : sed de Christiana Religione, quæ sola cujusvis tlagilii maximum horrorem ingerit, vitium omne vivacissimis coloribus adumbrat, ceu enormem injuriam adversus immensi Numinis majestatem, ceu rebellionem contra divinam legem exccralur, ceu summam ingratitudinem erga summam Dei in homines liberalilatem exprobrat, elceu sacrilegam foederis cum Deo initi violationem condemnat; quæ sola sub pedibus impii fauces averni reserat, el ingressum Paradisi ætcrniim occludit impio. Dum contra Theismus in seipso flagitiosus ad omne flagitinm viam pandit, reus est omnium facinorum, scandalorum ac turpitudinum. quarum Theistæ se reos faciunt.

Thcismus est, qui seditionem Theistis inspiravit adversus legem , quæ ex summa divini Legislatoris auctoritate a vitiis cohibuit : qui abstraxit Theistas a fidei mysteriis, quæ fortissima erant ad virtutem hortamenta : qui nauseam creavit et contemptum praemiorum, queis suarum legum factores œternum beare Altissimus decreverat : qui metum excussit saluberrimum infaustae aeternitatis : qui hominem brutis exaequavit, exterminans a mente humana sensum et boni et mali, et immortalitatis et libertatis. Si vero nihilominus inter Christianos, quorum sanctissima est lex et Religio, reperire est flagitiosos ; sed quorum scelera lex Christiana damnat et vindicat ; quid mirum, si Theistarum impietas perfringat repagula omnia honestatis, el latissimam omnibus flagitiis portam aperiat ; cum ad istam rebellionem Thcismus ipse arma subministret?

Obj. III. Lex Christiana nihil commendat magis, quam dilectionem proximi ; et nihil minus praestant Christiani, qui Theistas passim omnes (quos inter non paucos honestas et virtus commendant) tanquam hominum impiissimos liberrime proscindunt. S. Augustinus adeo dilaudat opera infidelium; et Christiani deteriores faciunt Theistas paganis , a quorum truculenta in Christianos tyrannide quam longissime absint Theistæ, nemo ac omnium minime Christianus ignorat.

Resp. Mirum! non ita pridem Christianorum vitiis, nunc vero idololatrarum virtutibus suam impietatem exornare adnituntur increduli. Christianorum vitia nec nego, nec excuso ; praeterquam autem quod Christiana Religio ea non inducat, minus probet, media etiam suggerit agnoscendi, deflendi, expiandi delicta contra legem Christianam perpetrata ; quin et vix unquam fit, ut stante adhuc fide Christianus vitiosus naufragium totius honestatis patiatur. Dum contra incredulo inde a virtutum Christianarum naufragio nulla superest tabula, vi cujus morales etiam virtutes conservet, de vitiis et erroribus in erroreset vitia pronus ad profundum usque. Laudes, quasidololatranim laudabilia quaedam opera tulerunt ab Augustino, nec Theistis invideo; et quænam illa·? docet S. Doctor, apparere nonnunquam inter Ethnicos quædam lineamenta honestatis, sed quæ sint extremi veluti ductus Dei imaginis, quam cordis depravati iniquitas delere penitus non potuerit : addit vero, quod vix ullas virtutes veras apud infideles reperias, quas facile omnes saltem vanitas inficiat : addo ego ad mentem omnium Patrum, quod sicut vi Ethnicismi, ita vi Theismi nihil unquam aut honesti aut virtuosi quis operatus sit, aut possit operari, ita ut (quæ est illa Ciceronis in Epicuri el Pyrrhonis doctrinam acerba, sed justa crisis) si vel Epicurei vel Pyrrhonici, vel idololatrae (vel Theistæ) semper ex præscripto suæ pestilentis doctrinæ operarentur, operarentur semper pessime sine ulla justitia, (equitate, liberalitate, amoenitate, et sine ulla specie virtutis, quæ siquando in illis emicat, non tam fructus est Theismi aut Atheismi , sed singularis exceptio ab impietate doctrinæ.

Tyrannis paganorum adeo non obstitit prodigiosis Christianismi progressibus, ut hic inter turpissimas Ethnicorum illusiones et acerrimas persecutiones latius et lælius efflorescerет : Theistarum vero, ceu totidem Christiani nominis deprædatorum, calumniis et blasphemiis lacerata, ingens sui detrimentum conqueritur ac deplorat vera Christi Religio.

Obj. /T. Plenis modiis quævis facinora in Theistas effundunt Christicolæ, quin ea sciant nominare, ct cum veritate ac æquitàte vel Theismo vel Theistis exprobrare.

Hesi*. Non Christicolæ, sed pestifera Theistarum àcripta hæc suis auctoribus flagitia exprobrant. Quis enim in iis sine horrore legat, præter adulterium vix quicquam hixuriæcsse velitum, et quamvis aliam libidinem esse indulgendam? quousque ne gentilium quidem Philosophorum progressa est spurcities; ct quod unum salis declarat veram causam theislicæ seditionis adversus puritatem Christianæ Religionis; et in quo Naturaliste (vel hoc nomine indigni) non solam Christi, sed et natura legem prostituunt. Lex est natura, quam ælerna veritas hominum cordibus inscripsit, ut caro subdita sil spiritui, et concupiscentiis corporeis imperet mens immortalis; igitur si concupiscenliæ altiorem volupla ct libidine finem non habeant, recta ratio adslringit hominem ad eas coercendas, ut tametsi damnum proximi magis aggravet delictum, ipsa tamen libido carnalis (illo etiam secluso) ceu repugnans rectæ rationi vitiosa sit et rea criminis; igitur qui libere consentit desideriis carnis, natura ordinem pervertit, et partem regiam subdit servili, quæ est imbelle corpus.

Eadem regula boni et mali Theistica quid non invehat injuslitiæ? exurgal enim passio vehemens; urat acrius rei alicuæ cupiditas; suggerat insuper Naturalismus, bona post hanc vitam nulla esse speranda; abjiciatur inter præjudicia metus supremi ac æterni Vindicis: quid demum dc bonis proximi sal tutum erit a Theistarum sic dicta æquitàte naturali? Gloriantur increduli, se Christi legem projecisse, sed gratia legum naturalium; harum vero malignos interpretes ac infidos exeeutores esse Theistas, eorum libri copiose, sed copiosius eorum mores attestantur.

§ 111. Corollaria.

Quam sini idololatria consimiles Theistæ, ex Apologetico Tertulliani Cap. XVII. hisce conticio : quæris, in quo sit malitia idololatrarum? in eo, quod Deum non agnoscant, quem nolunt agnoscere; verum sufTicit contra illos vel sola attestatio animæ, quæ tametsi alligata corpori, pessimis innutrita principiis, turpissimis enervata affectibus, et detestando idolonnn cultu inescata sit; tamen in repentinis casibus Deum el Deum unum invocat : o Deus! Deus videt : Deo commendo : Deus mihi reddet : en igitur testimonium animæ naturaliter Christianæ; ita ille. Theistarum impietas in quo? in eo est, quod negent, Deum esse locutum, el Christum esse divinum auctorem veræ Religionis ; sed contra testimonium animæ suæ : huic enim per baptismum impressus hæret character Christianismi, cujus posthac dogmata didicit, motiva penetravit, cl fidem tenuit. Undcnam ergo animæChristianæ a Christi fide defectio? indomilæ passiones eam subjugarunt miserrima* servituti, ingerendo lelhalc odium illius legis, quæ frenum est liccntiæ ac libidinis; illius Kcligionis. quæ terret minis cl pœnis sontes vindicat sempiternis; illius doctrinæ, quæ nonnisi puritatem ct sanctitatem inspirat. Verum evigilet aliquando Deo excitante anima ex hoc somno mortis ; dispareant tenebra, quæ hucusque excæcaverant ; detegantur inania*, argutia*,

deliria Theismi, quæ interim fascinaverant; et Religio Christiana confeslim sine ullo labore aut nova sui demonstratione reviviscet in anima cum oniui sua luce ac splendore : en testimonium animæ Christianae, nunquam vere ac reipsa incrcdulæ, eo tempore, quo et sibi cl aliis incredula esse videbatur. Dent superi hanc lucem, et æternis involvatur tenebris irreligio!

SECTIO 111.

NULLA THEISTARUM AUCTORITAS AD SUAM IRRELIGIONEM CHRISTIANO HOMINI PERSUADENDAM.

§ I. PRAECOGNITA.

Duces impiorum atque incredulorum, ut numerum augeant sequacium, mendacissima quadam suæ doctrinæ puritate, suæ vitæ probitate, suæ mortis felicitate incautos irretiunt, quamvis ipsimel in docendo, vivendo et moriendo hominum pessimi atque miserrimi. Doctrinæ suæ a legum naturalium auctoritate arrogant dignitatem : mores suos a naturali honestate commendant, et vitæ exitum a tranquillitate, quæ in morte, sicut libertas in vita, Theistas reddat vere beatos ; utpole qui nihil sperent, beatitate naturali honestati naturali debita contenti; et nihil metuant, cum Deus nec velit, nec possit viros honestos a se æternum avulsos crudelissime excarnificare. Splendida verba, sed xerba duntaxat, a quibus res et veritas absunt longissime. Libertas ab officiis Christiani hominis, et immunitas a falis alterius vitæ; hæc fere præcipua sunt capita, in quæ incumbunt omnes machina: incredulorum. At cui demum ista aut libertas aut immunitas inserviat; probis? minime : his enim gratum facies, ubi sua ipsis officia, cl horum præmia identidem revoces in memoriam; improbis? his porro reserabis januam ad omne scelus patentissimam, ut adeo pro felicitate hominis per Christianismi abolitionem procuranda summam improbitatem, et nullis satlacrymis deplorandam gentis humanæ perniciem invehant increduli.

His ergo humanæ felicitatis æternæque salutis devastatoribus omnis omni jure deneganda est auctoritas.

§ II. THEMATA.

I. *Nulla est auctoritas Theistarum spectatis eorum placitis.*

Probatio. Qui omnes aut fere singulos evolvit libros, Theisticæ impietatis infames partus, quorum plures ementito prelo ct auctore jamdumin fronte stigma gerunt; is cum horrore deprehendet quot ferme lineas, tot pestilentis doctrinæ contagia, conquisito quodam nitore et blandi sermonis aspersa

lenocinio, ut quo facilius legentium animos pervaserint, eo altius errorum ac viliorum veneno inficiant : ut fidem labefactent certius, turpissima et rerum et verborum obscœnilatc severos et pudicos mores per summum scelus corrumpunt : ut pietati extrema inferant dispendia, exeerabilem vitæ licentiam suadent mentibus incautorum. Videlicet prolium hujusmodi infaustissimarum natale solum ibi est, ubi tot jam annis invaluerat libertas Evangelica, quam nunc etiam pertæsi jugum Christi penitus excutiunt, calcato etiam sacrilego pede Evangelio. Deprehendet is in audacissimis versipellium ludionum scriptis , fallacem philosophiam divinis oraculis, frivolas conjecturas prophetarum vaticiniis, cæca præjudicia miraculorum splendori, fatua paradoxa admirabili Religionis œconomiæ, effrenem morum doctrinam puritati praeceptorum Evangelii, vana criteria tot omnium seculorum integerrimis testibus, dubia et errores pseudosophorum ineluctabili Ecclcsiæ auctoritati spurcissime anteponi. Imo deprehendet, possibilitatem, utilitatem, necessitatem ct existentiam omnis divinæ Revelationis exsibilari ; sanctissimis fidei nostræ mysteriis infamiæ notam inuri; sugillari divinas Scripturas ceu a fabulis, anlilogiis et mendaciis putidas, atque cum omnium scientiarum principiis, cum jure et theologia naturali, reclaquc ratione apertissime pugnantes; divinæ Traditionis, quæ ab ore Servatoris et ex afflatu divini Spiritus per Apostolos et Christi sponsam ad nos pervenit, oracula amandari ad fabulas; atque in id omnium Theistarum furias conspirare, ut Christianismus tot seculorum et omnium nationum fide, nec non innumerabilium heroum sanguine stabilitus e mentibus hominum eradatur, discerpatur, proculcetur, annihiletur; cui ex orco revocatus surrogclur Paganismus.

Praeterea Theistarum eruditio (justum est judicium doctissimorum in orbe virorum) tota est in Pyrrhonismo, quo clariora quæque inficientur : in sesquipedalibus verbis, quæ altum sonenl, nihil sensus reddant ; in cæca sui demiratione, nec minus cæco despectu aliorum : in carpendis moribus quorumvis Superiorum, nec non in sacra siti rei Ecclesiaslicæ : in pessimis artibus exterminandi doctrinam fidei divinæ, depravandi doctrinam morum, suffodiendi legum etiam naturalium genuina placita, loliusque honestatis et virtutum omnium fundamenta evertendi. Ncc mirum : nam Celsos, Porphyrios, Julianos, Lampridios, Libanios, aliosque id genus Christiani nominis ac veritatis rcvelalæ infensissimos hostes suos habuere duces ct magistros.

De his præclare P. Valsecchi in celebri opere : *dei Fonti dell' Empiéta.* Nempe statuta viliorum omnium impunitate, nemo deinceps erit aut scribax aut dicax in Religionem.

II. *Theistarum nulla est auctoritas spectatis eorum moribus.*

Probatio. Theistarum fere omnium fucati sunt mores, et vita infamis a varia improbitate. Vitia fors æquegrassabantur olim, ac hodie; at non tam subdole ac perniciose. Nostri quippe increduli veris etiam criminibus cl flagiliis norunt illinire fucum honestatis, cutrapeliæ, epikeiæ, et uescio cujus novœ Ethices pigmentum. Equidem coram viris seu dignitate seu virtute

conspicuis aut conticescunt, aut sermone ad fucum composito facunde disserunt de probitate, de moderatione, de humanitate, de pretio viri honesti; utprimum autem nemo sit, quem vereri aut revereri simulatores oporteat, audies sanctissima fidei dogmata dicteriis proscindi ; ad insanias deprimi altissima mysteria; ceremonias et ritus Ecclesiasticos omnes amaris salibus perfricari ; spiritus omnes seu bonos seu malos rideri ceu deliramenta; sanctos Patres ab antiquitate et sapientia venerandos cribrari ceu pie credulos, et nec doctos nec philosophos ; antiquæ lidei ac prise» pietatis homines damnari superstitionis ; Ecclesiasticorum ordines et instituta Religiosorum ceu geniis humanæ opprobria despici, animæ immortalitatem pœnarumque æternitatem ceu inanes strepitus et terricula explodi; de futura anastasict judicio omnem sensum lidemque exterminari ; ac tandem sacerrimum fidei depositum, Scripturam et Traditionem impudentissime exsibilari. Videlicet a fide praesentium, a spe futurorum et a metu aeternorum sesc liberant impii, in Deum blasphemi, in coelites maledici, in Ecclesiam spermologi, ut sicut os eorum in licentiam proterve effunditur , ita sine freno cupiditatibus cor subjiciatur.

Lbi vero lingua virulenta in verba blasphemiæ liberrime proruit, ubi cor libidinum ardoribus turpissime exæstiiat; ibi vitæ honestas sit, quis credat ? Theistæ sub affectata honestatis specie sepulchra sunt dealbata ab omnium scelerum foetoreputida : arrogantes Deastri, qui ut cum Babyloniis sibi nomen faciant, novum ac insolens Religionis ædificium moliuntur; unde quot linguae, imo quot fere unius linguæ homines sunt, tot Religionis diversa simulacra, morum vero corruptela ubique eadem : monstra perfidiae in Deum ct homines, dum Angelorum rebellionem resuscitant, Deo in carae

n r

nato obstrepunt, et homines non pluris, quam canem aestimant : stultissimi virorum, cum videri affectant pnidentissimi, quia auctore naturæ, gratiæ etgloriæ neglecto idolum rationis croate adorant! Φιλάργυροι, qui luciis el pecuniis conscientiam, Deum et coelum divendunt : fœda projecte Veneris mancipia, qui vitia canris humanæ imputant fragilitati, ut sine fronte el suum et alienum pudorem prostituant. Vere corrupti et abominabiles facti sunt; non est Thcista, qui faciat bonum, non est usque ad unum. Testor

.2?

experientiam eorum, qui penitius norunt vivendi licentiam ibi, ubi ficqucnliores Theistæ suos libros, et eorum libri novos in dies Tbeistas parturiunt ; testor experientiam omnium nostrum : nonne si, quæ extremi belli tempore et vidimus et audivimus, recordari lubeat, nonne quorum tides remissa, eorum vita liberior fuit? nonne, si qua ex illorum hospitum reliquiis in terris antehac fenidc Christianis insedit morum depravatio, ea ex scriptis, dictis ct factis incredulorum suam habet originem? testor illorum ab exteris Academiis reditum, quos sæpe tanquam aurum optimum patria dimisit, sed quos ex Thcistarum lectione ct consortio recepit carbones nigros: nempe destructis fidei ac morum principiis perfringuntur honestatis repagula, virtutumque omnium fundamenta suffodiuntur ; testor illos ex nobis, quos forte non latet unus altervc Theistica lue infectus : an non cor depravatum, corrupti mores, lingua maledica et vita nequam characteres hominis sunt, quem quidem pudet, inter impudentes non esse impudentem; at non pudet, cum impudentissimus sil, honestissimum videri ?

igitur quod Christum oderint increduli, Chi isti fidem abnegaverint, el

a\ita sacra repudiaverint ad castra impiorum transfugio; vera causa non fuit, quam prætexunt, mysteriorum sublimitas aut dogmatum obscuritas ; sed rigor legum Christianarum, morumque doctrina severior, cujus jugum ut cum sonitu excuterent, in ipsam fidei doctrinam arma strinxerunt; sed ausu tam infausto, ut suis ipsi telis se confoderent, ceu philosophos sine principiis, theologos sine studio, criticos sine regulis, prudentes sine ratione, homines sine tide el sine Deo, non tam aut sapientiæ oracula, aut fortitudinis prodigia, quam infirmitatis, ignorantiæ, vilitatis atque onmigenæ impietatis portenta.

111. *Nulla est auctoritas Theistarüfh specialis connu falis.*

Probatio. Fata incredulorum probrosa passim, infausta sunt ac pessima. Equidem sicut in vita auream libertatem, ita in morte sua optatissimam pacem, et fere post mortem beatitatem sibi naturalem vindicant Naturalislæ; sed uti Theislica vitæ libertas nullis seu humanis seu divinis seu naturalibus adslricta legibus libertas est quavis durissima servitute deterior, quia omnium flagiliorum, ni publice, certo clam perpetratorum reddit mancipia; non secus ac de gentilibus Philosophis testatur Apostolus: ila pax illorum in morte pax est impiorum, ut cum in profundum venerint, contemnant, ct quam liberrime peccando animam dæmoni mancipium, eam obstinate moriendo inferno prædain objiciant. Quid quæso monstri est naturalis beatitas illorum, quorum exitus manet judicium ct damnatio? nonne enim jam judicatus est, qui non credit in nomine Unigeniti Filii Dei; qui autem non crediderit, condemnabitur? At rident Theistæ in mortis adeo discrimine minarum et poenarum revelationem. Itane vero cum viris honestis agat immensa bonitas? viris honestis ejusmodi redundat avernus: quis enim neget ex Tureis, Judæis, Ethnicis vixisse ac vivere plures satis ct magis honestos, quam ævi nostri increduli? et Judæorum, Turearum,Ethnicorum plures æternum beatos quis affirmare ausit, nisi illa sic dicta prudenliæ, honestatis ac fortitudinis prodigia, hodierni Theistæ, verius nostrorum temporum maculæ, arbores bis mortuæ et eradicatio, fluctus feri maris despumantes suas confusiones, sidera errantia, quibus sicut Judæis, Tureis, Ethnicis procella tenebrarum servata est in æternum, in quam semelipsos præcipitarc accelerant desperabundi.

Cæterum tragicos incredulorum exitus collegit Zacii. Grapïus in Tlicol. Recent. P. I. quos cum fundamento opponas auctori op. *ltéflexions sur les grands hommes, qui sont morts en plaisantant.*

§ III. COROLLARIA.

1. Insurgerem hoc loco in perversissima Thcistarum dogmata, mores et criminationes contra avitam Religionem, nisi primis jam Ecclesiæ seculis Chi'istianæ Religionis vindices, ct quod mirere, doctiores non modo Catholici. sed Acatholici etiam scriplores solidissimis pridem responsionibus ea omnia confutasscnl ; ac prope sufficerent dicta a nobis hactenus el posthac dicenda. Quanquam vix opus sit operosa confutatione, cum aut ipsi sese canum instar quotidie insectentur Theistæ ; aut eorum doctrina quam falsa cl impia,

tain ad risum el indignationem in dies cl horas variabilis sil. Exprobrat id inter cæteros in poemate cui titulus *Resignation,* Jo l x g iu s Vollairio, ej usque scripta miseris ac putidis scatere contradictionibus, demonstravit auctor libri, *Les Erreurs de Voltaire,* cujus translatio in nostram vernaculam an 1768. emanavit, ut Germaniæ etiam caveretur a pestilentia scriptoris fallacissimi æque ac exitiosissimi. Plures hujus generis scriptores incredulos ceu fere lunaticos expingit Sc h e r l o k iu s. Quin ausim dicere, affirmari de omnibus ex vero posse, quod Gih s o n iu s in littera pastorali narrat de quodam novitatum ac errorum simili architecto, qui suis amicis ingenue declara-, verat, se, si videret sententias suas ubique receptas, inter primos fore, qui illis iterum de novo contradiceret.

11. Idem spiritus vertiginis dudum exagitavit Ro l sse a l v iu m. qui quidem in suo Emilio majestatem S. Scripturæ, sanctitatem Evangelii, Christi divinitatem tantopere commendat, ut stupore attonitus exclamet : quam ineffabilis Dei-Hominis inter homines degentis integritas, mansuetudo et demissio ! quæ docentis amoenitas ac sublimitas '. quæ loquentis ac respondentis sapientia et profunditas! quæ patientis tolerantia, et fortitudo raorienlis! profecto si mora et vita So c r a t is sibi venenum porrigenti benedicentis, mora et vita sapientis erat ; mors et vita Christi inter atrocissima tormenta pro suis crucifixoribus Patrem exorantis , mors ct vita Dei est. Jam vero quid aliud a Ro l sse a v v io exspectes, quam Christianae legis tam ipsi sacrosanclæ ac divinæ professionem, atque ad eamdem ab aliis emittendam adhortationem; quam Christi et Evangelii summam venerationem, scriptorum vero suorum reprobationem, ct scandalorum, queis Christi Religionem opplevit, deprecationem? sed ludio est vaferrimus ac. miserrimus, siquidem continuo subdat: nihilominus Evangelium plurima continet incredibilia, quæ rationi adversantur, et quæ, ut prudens quis aut intelligat, aut credat, impossibile est.

ili. Vo l t a ir h genium et ingenium vivis coloribus adumbravit auctor Helvolus in Libro, *les oracles des nouveaux Philosophes,* his verbis : petis a me, ut libi D. Vo l t a ir iu m tanquam in imagine ostendam : nam eum tibi scriptis tantummodo notum esse dicis? Equidem auctorem nosse, non parvi momenti est. Faciam et hominem te nosse, et qualis mihi videtur, auctorem. Mediocrem staturam excedit corpore : dedit ei natura bilem torridam, maciem et ossa, vultum asperum, exesum, fervidum, vibrantes et malignos oculos. Qui cx ejus scriptis emicant, igniculos gestu et habitu prodit. Lubrico ct acri obtutu, sermonis praecipiti torrente ingenii concitati æstum, ac ferme furorem reciprocat. Tantus ingenii fervor valetudinem hominis, uti acies vaginam rodit. Festivus, jocularis indole, per artem ac specietenus gravis, sine animo bonus, sine justa inora sapiens, sine amicitia blandus, suos, quibuscurn agit, facile mulcet ac negligit. Mane Aristarchum præfert, futurus sub noctem Diogenes. Virorum Principum magnitudinem miratur, viros contemnit. Suaviter ac blande cum suis aequalibus, composito ad normam supercilio, agit. Cum te aggreditur, initio urbanos sales, mox remissum ac frigentem animum adhibet, cum lui contemptu et ludibrio sub finem abiturus. Procerum aulas fastidit et amat. Tenero, sed nulli rei devoto sensu molles voluptates captat et respuit, cupide prensat obvias, quæsitas nauseat. Scientiis et ratione pollet. ignarus principiorum scienliæ , et ratiocinii vicissitudines non habet, sed patitur, uti amentes intervalla lucida. Agilis el

irrequietus mente, sed animo improbus per universum circumagitur universi conleinptorcjanimo. Novit doctrinam morum, et admirabili solerlia describit ctnegligit. Celebritati ardenter inhiat, sed magis nummos captat : nativo studio urgetur ad indulgendum genio : pro nummis sedet, vigilat, scribit, minimorum sili ac fame æslual. Talem hominem vidi. Jam auctorem inspice:

Poeta natus est : versiculos non elaborat, sed uberlim ademero lusu profundit. Sunt tamen ejus versus ingeniosi, faciles, festivi, nitidi ; et historiam bene scriberet, si veritatem amare posset. Baylium vituperat et exscribit ; hujus scriptoris sectator, discipulus, lector, scriptor est. Dixit aliquis, scriptorem, si velit omni affectu et præjudicalis opinionibus vacuum opus edere, nullius Religionis, nullius regionis et patri® esse debere. Homo noster his dotibus apprime valet. Nemo eum ex suis scriptis natione gallum esse judicet. I li senex laudator temporis acti, ita Voltaire nonnisi absentia, peregrina laudat, quidquid patrium aspernatur. De cultu Religionis notum est, quod nullam habeat; litterarum , quæ sunt nostri temporis, sat dives est: Politicus, Physicus, Geometra est, si velit; sed Haeret in cortice, non tangit nucleum. Delicatum habet sine dubio ac fertile ingenium, quo flores lanium ct elegantias carpit. Satyram non bene invenit, male adhibet, bene scribit, hi unaquaque re singularis videri vult ct est; nullius studii, nullius rei medium tenet.

Hanc vero laudum Vol t a ir u exactissimam epitomen qui legit, num mirari sal possit, esse his temporibus complures, probos eæleroquin, litteratos, criticos, qualesque ct videri ct esse reipsa volunt, peracutos homines, qui infami huic idolo genua flectant, non sine magno dignitatis suæ probro, ct eum non minoro aliorum offensa, unum unum Vollairium in ore et in manibus tum habeant ipsi, tum alios eliam habere velint?

SECTIO IV.

ARGUMENTA THEISTARUM TOTIDEM SOPHISMATA VETERUM HÆRET1-CORUM ET GENTILIUM PHILOSOPHORUM AB ANtiQUIS PATRIBUS ET APOLOGETIS DU DUM EXPLOSA.

S I. PHÆCOfiXlTA.

Putida esse Thcislarum scripta, atque multiplici cx capite omni auctoritate destitui, claret cx proxime dictis. Magis etiam probrosa, quin el pestilentissima inde dignoscuntur, quod extritas dudum ex illustrato terrarum orbe insanias ct futiles querelas iterato obtrudant, cum præter antiquissimam cramben veterum Hærcticorum cl Gentilium Sophistarum vix quidquam novi contineant. Enimvcro recoquunt ad nauseam pestes fere omnes, quas in veram Religionem dudum evomuere Cel scs Epicureus, PonpnvRiis Platonicus, Jl l ia ms Apostata Materialist®, Fatalist®, Marcion il®, Manichæi,

Priscillianistæ, el qui sunt hujus furfuris quisquilia? ac portenta. Horum impietatem primis jam seculis represserunt Sancti Patres el Christiani Apologetic, ac quidem ipsimet cx idololatriae tenebris ad Evangclii lucem conversi. Justinus, Irenæus, Pantaenus, Clemens Alexandrinus, Athenagoras. Tertullianus, Origenes, Minutius Felix, Arnobius, Lactantius... Lubct hic duntaxat exhibere summalim veterum ac recentiorum incredulorum pestiferam conspirationem, ut probrum sit majus Theislarum, quod ceu philosophi sapientes insipientissimorum hominum sint plagiarii.

§ 11. THEMATA.

1. *Quæ contra Deum et Dei verbum ugyaniunl hodierni increduli, ex antiquitatis qua Ethnicæ, qua Hœreticæ lacunis hauserunt.*

Probatio. 1°. Miserrimum [Epiclri de Deo ratiocinium quis sanæ mentis homo non detestatur : vel non vult mundum a malis liberare, et sic non est sanctus ; vel non potest, et sic non est omnipotens; vel non scit, et sic non est omniscius? Hoc vero recoxit Voltaire in suo Dictionario Philosophico pag. 52. Eu quam gloriosus Epicuri discipulus celebris ille Magister Thcislarum !

2e. Fæx omnis seu Epicuri seu Marcionis legrc ferebat Deum providum, Velleio Epicureo apud Tullium L. de Nat. Deor. sic expostulante: « imposuistis in cervicibus nostris sempiternum Dominum, quem dies el noctes timeremus : quis enim non timeat omnia providentem ct cogitantem et animadvertentem, et omnia ad se pertinere putantem, curiosum et plenum negotii Deum»? Theistæ numquid melius de Deo sentiunt? dc naturali Providentia ambigue plerique edisserunt, supernaturalem abnegant omnes. Epicuri Lactantius, Marcionis Tertullianus; et sic uterque Theislarum inanias explosit.

3®. Si quando Sancti Patres ct Christiani Apologetæ Dei attributa ad humana» inlelligenliæ captum ex perfectionibus creatis arguebant; ad convicia conversi sunt veteres hærctici iisdem exprobrantes : numquid eodem ratiocinii genere Manichæi c malis hujus mundi Deum malum ceu principium omnis mali inferebant? Idem inter incredulos præstitit Mexdelsohmcs in libro dc Evidentia in Metaphysicis scientiis. Stupor! nonne enim in his præmittitur unitas veri Dei ceu indubitata; et nonnisi depurabo ab omni imperfectione creata perfectiones Deo attribuuntur?

4°. Negant veteres ac recenliores hærctici, posse Deum concedere, aut saltem ullibi concessisse Præsulîbus Ecclesiæ potestatem in conscientias hominum. Rousseau ipsius etiam Dei (quamvis supremus quarumvis nostrarum actionum etiam intimarum Dominus sil) auctoritatem in conscientias non obscure denegat.

5°. l'sque ad Spixozam (si excipias ejus in plcrisquc magistrum Hobbeshjm' nemo sanus dubitavit de antiquitate Pentateuchi; hanc vero calumniam adoptavit ex quibusdam vanissimis olim hæreticis, præsertim Ptolomæo ct Nazaræis apud S. Epiphaniam. Imo pernegant hodiedum Theistæ omnium SS. Scripturarum divinitatem, itidem imitati Cerinlhianos etEbionilas, qui Evangelia Marci, Lucæ et Joannio, Acta Apostolorum. et Epistolas Pauli;

Severianos, qui Paulum el Actus Aposlolicos; Marcion lias, qui Matlhæi, Marci otLucæ Evangelia, Epistolas ad Timotheum, Titum et Hebiæos; Manichaeos, qui Actus Apostolorum cl Velus Testamentum, ceu libros a malo spiritu conscriptos; Nieolailas ac Gnoslicos, qui Davidis Psalmos ceu humanas cantilenas aspernabantur. Eccur hi? nempe Christiani judaizantes, Paulum, quem adeo legis apostatam compellabant, ferre haud poterant ob negatam vim legalium ; minus etiam Acta Apostolorum, in quibus et ipsi et patres ipsorum tot tantorumque criminum rei accusabantur. Severianos eo deduxit necessitas abstinendi a nonnullis rebus adiaphoris. Manichaeos præter alia textus quidam egerunt præcipites, quod cum serie historica non satis congruerent. Eccur autem illi, scilicet Theistæ? Nimirum damnat Scriptura sacra effrenem Theislarum sentiendi vivendique licentiam.

G". Theistæ cum Edelmanno jam Scripturae stylum arrodunt; sed cum incredulis grammaticis, quos solide confutarunt viri in sacra æque ac profana litteratura summi, Gregorius Naz. et Augustinus, quin et gentilis Longinus quidam in libro, de sublimi genere dicendi. Jam fabulas, mendacia et contradictiones eidem affingunt; sed cum Marcionitis et Manichaeis, quibus, præcipue Adimanto, integrum librum opposuit S. Augustinus, et geminum deinde adversario Legis et Prophetarum. Jam gratiæ defectum, fatum el personaruin acceptionem eidem exprobrant; sed cum Ethnicis et Pelagianis, quos S. Athanasius L. de Incani., S. Augustinus L. II. ad Bonif. et Epist. 49. S. Chrysostomus L. ad scandala affectos, validissime represserunt. Jam vero turpes etiam amores carpunt, præsertim in Cantico Canticorum; sed cum iis hæreticis, quos Theodoretus Præf. in Cant, et Piulastrivs hær. 131. referunt, et a quorum blasphemiis Origenes, Cyprianus, Basilius, Eusebius, uterque Gregorius, Diodorus. Chrysostomus et alii Salomonis Canticum egregie vindicarunt.

II. *Suam adversus Christum et Ecclesiam Christi rebellionem hodierni increduli resuscitarunt ex protrita dudum antiquorum incredulitate.*

Probatio. 1°. Eoelmannus uti Moscn, ita Christum ceu impostorem blasphemat ; verum hoc Celsi pervetustum erat convicium ab Origene exsibilatum; mitius tamen in homine ethnico, quam in Theista Christiani nominis deprædatore; verum a Petro Aretino hanc didicit blasphemiam, qui Sectili XVI. scriptor ab obscœna el mordaci poesi famosus, auctor creditur detestandi Libri, de Iribus Impostoribus, apud Marin. Marsennum, et Theoph. Spizelium.

2°. Theistæ omnes Christum ceu Legislatorem, vitæ et fidei Magistrum aspernantur, videlicet cum impiis illis hominibus, qui ævo S. Augustini (Enarr. II. in Ps. 31.) dicebant : « quid mihi præceplurus est Christus? ut bene vivam? jam bene vivo; quid mihi necessarius est Christus? » quos vero S. Doctor ceu omnium vitiorum mancipia exagitat. Apostolos fere pro seductoribus habent Theistæ ; sed quam est antiqua crambe ista, dc qua jamdum Apostolus meminit 2. Corinth. XII. 1G... « *Sed esto; ego vas non gravavi; sed cum essem astulus, dolo vos cepi? Numquidper aliquem eorum, quas misi ad vos, circumveni vos?... Numquid Titus vos circumvenit? nonne eodem spiritu ambulavimus, nonne, iisdem vestigiis?* »

3°. Genealogiam Christi descriptam a Matthæa et Luca contradictionis arguunt Theistæ, et cum indignatione rejiciunt. Id ipsum et fors tolerabilius fecere Manichœi; sed quorum argutia* pridem a sanctis Patribus ct doctissimis interpretibus dissipat® sunt.

i°. Rousseau adeo conspirat cum Pharisæis prætendens, miracula Christi cx doctrina esse probanda, non contra. Nam el illos excæcaveral invidia, ul cum cæcum natum Christus sanasset in die sabbati, doctrinam suæ Legis obtenderent contrariam, ex qua tamen de. miraculis sit dijudicandum.

5*. Improperant Theistæ , quoti secta Christianorum sua initia debeat hominibus duntaxat plebeiis, ignobilibus el indoctis. Sed Juliani Apostat® hæc sunt dicteria; quam putida, docet S. Augustinus, cui pro invictissimo Religionis Christian® argumento est, Religionem tam arduam a duodecim piscatoribus universo orbi persuasam esse; quam falsa, tradit Eusebius, qui viros nobilissimos el illustrissimas feminas recenset plurimas Christi sequaces ævo jamdura Apostolico; de quibus vide Diss. VII. Sect. V.

6°. Theistæ, ut suos hinc inde errores emolliant, ad fucum faciendum imperitis, nonnulla de Christiana Morali iisdem illinere solent. Et quos duces hac in perfidia sectantur Theistæ? præsertim Stoicos.

7°. I t Christianam Religionem proscindant liberius, Christianorum vilia el plurima et maxima oggerunt increduli. Idipsum paganis solemne fuit, prout exhibet Tertulliani Apologetieus C. I. ejiisdemque Liber de uxore.

8°. Increduli Christianis exprobrant suam in fide, in moribus, in ritibus, el in officiis quibusvis simplicitatem, abjectionem, superstitionem, et nescio quæ probra homine indignissima; ac ipsam Religionem Christianam cum suo Voltairio criminantur ceu causam bellorum et seditionum. El quænam illa Ethnicorum adversus primos Christi asseclas maledicentia? Theistic® simillima : apud vos (inquiebant infideles ad Christi fideles) ncc est honos Cæsareæ majestatis, nec est sacrificium pro Imperatore, sed nonnisi despectus ac derisio tanti nominis lantæque dignitatis: conventus vestri periculosi, seditiosi, flagitiosi sunt : mores el vita vestra adeo non proficua statui ac Reipublicæ, ut sil potius maxime præjudiciosa. Audiant igitur ac sibi capiant dicta et responsa primorum fidelium tum veteres ethnici, tum hodierni increduli : verum dicitis (aiebant illi) quod Imperatorem non appellemus Deum, tum ne mentiamur, tum ne illudamus, quod ipsum vestra ad triumphantem Cæsarem solita acclamatio (memento, quod homo sis,) ratum habet; sed eum ceu summum inter mortales Principem, et in eo concessam a Deo supremam potestatem veneramur. Equidem nec vitulos ant hircos, nec vostris Diis immolamus pro salute Imperatoris; sed imius el veri Dei gratiam, elevatis ad cirium manibus atque inter lacrymaset ex corde, imploramus pro Cæsarc. ‹artus nostri hoc sui habent initium . medium el finem, precationem pro Imperatore, perceptionem verbi divini, participationem mysteriorum Dei. fraternam charitatem et correctionem, collectionem el dispensat ionem eleemosynarum. Sane si nobis, uti vobis, lubilum foret aut licitum, convenire ad vanitatem, ad insanias, ad impudicitias, ad crudelitates; numquid aperta nobis prostarent vestra stadia, spectacula et amphitheatra, quibus ne unus vel semel visus intéresse Christianus?

Plura de his suppeditant primi Apologetæ, quos vide. Illam vero næniain VOLTAUUI, qua veram Religionem seditionum et bellorum ream facit (quan-

tuinvis per annos mille et ultra intemerata steterit Christi fides et Religio, quin tabula· historiarum hanc ei labem aspergerent) Cl. Nonnotte in libro cit., uti cicleras Vollairii aberrationes, festive explosit.

9°. Denique inter cietera fidei dogmata Deum crucifixum ct resurrectionem mortuorum exsibilant increduli. Atque hæc ipsa erant paganorum elisa dudum argumenta contra SS. Martyrum constantiam, queis exprobrarunt vitæ profusionem propter Deum, qui sit in cruce atque inter latrones mortuus; et ex spe resurrectionis, quæ par sit stultitia, uti refert Tertullianus in Libro, de Resurrectione carnis. Eadem veteres hæretici, Basilidiani, Gnostici et Valentiniani contra martyrium pro Christo objecerunt; de quo vide Tertulliani Scorpiacum, ct ulrinquc solidissima SS. Martyrum responsa ad hæc gentilium ac hærelicorum improperia.

III. /Inna, *queis Naturalisla pro humana ratione contra fidem divinam decertant, ex castris veterum impiorum surripuerunt.*

Probatio. 1°. Hæretici veteres el recentiores sacram Scripturam deprædicanl vehit certissimam in omnibus aperlissimamquc vel perse, vel per spiritum privatum. Naturalislæ praetendunt, Scripturam sacram, si qua detur, omnibus et in omnibus clarissimam esse debere; voluti lex naturalis sil omnibus c\ idenlissima per solum lumen rationis. Atque huic se certamini immiscuit cum primis Bayle, non autem alio fine , quam ut orthodoxorum et heterodoxorum litigantium parte uIraque condemnata damnatum suum ipse pyrrhonisminn pro Religione inveheret. Verum nonne Scriptura sacra spiritu privato intellecta (fatente Luthero) liber est omnium haereticorum ? et nonne ratio sibi relicta errorum omnium magistra exii lit, maxime in negotio Religionis ?

2°. Consepultus cum hærcsi Manetis jacuit error Manichaeorum (credendum esse nihil, nisi quod ratio demonstrat) quippe confossus a S. Augustino in Libro, de utilitate credendi ; sed resuscitates a Naturalisas reviviscit in eo, quod sola ratio sil regula cl credendorum el agendorum. Suppetias, quas submisit Joann. Clericus injuriosus in S. Augustinum, ac si is in errorem contrarium prolapsus omnem in Religione usum rationis eliminasse!, nervose concisas invenient Theistæ apud Cl. Mihatoiulm de ingen. moderat.

3°. Contendunt Theistæ, uti omnes Revelationis hostes, posse et legis naturalis omnia praecepta, ct Religionis officia omnia exacte cognosci sola ratione naturali, ac proinde inutilem esse Revelationem. Respondet S. Augustinus 'Enarr. inPsal. XXXI.) sic disputasse ethnicos adversus Christianos: « invenio multos, ait, propterea nolle fieri Christianos, quia quasi sufficiunt sibi de Ixma vita sua dicentes: nullum homicidium, nullum furtum, nullam rapinam facio, res alienas non concupisco, nullo adulterio contaminor: nam inveniatur in vita mea aliquid, quod reprehendatur; el qui reprehenderit, faciat Christianum. »

4°. I I ab omni Revelatione divina sc exonerent increduli, dubiis dubia superimponunt, ac innumeris quaestionibus sancta· fidei athletas intricare student. Idipsum paganis familiare, atque veterum haereticorum efiugium erat : sed (cum nihil roboris ct nihil laudis habeat) quam pueris solemno

est. lam inficelum viris osse debet, quorum inertiam, pervicaciam, arrogantiam, insipientiam, simulque diffidentiam causæ ct malignitatem animi id genus argumenti manifestat.

5°. Rousseau his utitur armis contra divinam Revelationem : Deus pater est universorum; ergo etiam universalis esse debet ejus Revelatio, quæ tamen paucissimis innotuit, quamvis ad salutem necessaria : Deus justissimus judex est; ergo condemnare non potest eos, qui Revelationem absque propria culpa ignorarunt. Hac Rousseau cum suis commilitonibus surripuit ex Juliano Apostata, apudS. Cyrillum.

6°. Voltaire. *Histoire générale, c. 5.* summopere extollit Sinenses, Indos et Quackeros; item Socratis, Platonis, Aristidis, Titi. Trajani, M. Aurelii et Juliani virtutes tanquam cadorum regno dignas, et sanctissimorum hominum meritis pares; sed de Christo, de primis Christianis, ac de summis etiam Imperatoribus Christi cultoribus, Constantino M. et CaroloM. nonnisi fanatica et barbara memorat. Sic quippe factionis Pelagian® dux Julianus dudnm desaeviit, gentilium virtutes praedicando ceu veras, nec exiguas, nec infrequentes, quin, Augustino teste, meritorias vilæ æternæ; Catholicos omnes Manichæismi, et gravissimorum criminum Sacerdotium æque ac Imperium orthodoxum insimulando.

7'. Inconditus perstrepit clamor omnium Theistarum contra Revelationem de pœnarum ælernitate, ut quæ a recta ratione penitus abhorreat. Verum personuit hic strepitus a tuba stentorea gentilium Sophistarum ct veterum Origenistarum. quorum rebellioni contra vocem et sententiam aeterni Numinis pridem oppilavit os vindex veritatis antiquitas , nempe Justinus, Athenagoras, Cyrillus Hieros.. Augustinus, Origenes super Cantica, Tertullianus, Theophilus Antioch.. Lactantius.

£ III. COROLLARIA.

Vere ergo impii sunt et abominatione digni, quicumque Religionem Jesu Christi vel dictis vel scriptis lacessunt, atque ex animis fidelium fidem tain evidenter divinam evellere conantur, nullo alio nixi fundamento, quam meris sophismatis vanisque subtilitatibus ex paganorum ac hærelicorum a etenim armamentario depromptis : fidem, cujus principia sunt insuperabilia, et omni ex parte certissima, ut ne unam quidem Christianam veritatem simul omnes increduli (etsi sæpe provocati) in hunc diem potuerint demonstrare falsam : fidem, cui nullum omnino argumentum aut difficultatem hactenus opposuerint omnes increduli, quod non millies solutum fuerit ac refutatum a veteribus et recentioribus Apologetis : fidem, cujus professores, ex ipsa incredulorum confessione, nullum unquam periculum subeant, sive de praesenti, sive de futuro: fidem, cujus principia et praescripta secutum neminem unquam pœniteat; cum ab hominum memoria non sit exauditum. Christianum in extremo vitæ articulo suam Religionem abjurasse ; certa vero experientia edocuerit, incredulos, alias spiritus fortes, hoc in agone non semel impietatis arma projecisse, victasque veritati Christianae manus dedisse. Hæc qui rite ponderat, mente captus sit. necessum est, ni vel securum se praestet a contagione hujus temporis, vel postem jam haustam non illico evomat.

DISSERTATIO XI.

IRREL.ICJIOKIS TI1EISTIC/E VER E CAUS/E, ET 1»R/E51I>1A CONTRA ILLAM,

SECTIO I.

QÜÆ NON SINT VERÆ CAUSÆ IRRELIGIONIS THEISTICÆ HODIEDUM GRASSANTIS.

§ I. PBÆCOGNITA.

Exurgunt novi in dies Celsi et Juliani, qui Jesu Christi divinitati palam obstrepunt, oraculorum de ipso editorum majestatem arrodunt, miraculorum de ipso testantium veritatem explodunt, doctrinæ ejus veritatem ac sanctitatem sugillant, totique tam venerandae Religioni excidium minitantur. Undenam hujus incendii tot myriadum SS. Martyrum crnore dudum extincti feralis flamma? Sunt, qui in suam matrem minus pii Ecclesiæ abusus : sunt, qui erga Theologos orthodoxos parum aequi lites scholasticas : sunt, qui tam imperite, quam maligne Philosophiam adeo eclecticam faces huic incendio subministrare volunt. Inutiles Scholarum rixas, aiunt, excepit animorum exacerbatio, desperatio pacis, et frigidissimus indiflerentismus. Abusus, qui Ecclesiam in dies deturpant magis, petra scandali sunt et offensio Theistarum ineluctabilis, nisi per Synodum generalem mox liat omnium tum controversiarum suprema decisio, tum abusuum extrema inter Catholicos abolitio. Tandem ingemiscunt boni omnes, quod novæ et cclectieæ Philosophiae genuinus sil partus infelix Naturalismus. Has vero querelas cordati omnes orthodoxi commiseratione ac indignatione dignas esse censent in viris, qui Theistarum patroni, potius quam Ecclesiæ, quæ veræ causæ non sunt. Theistarum rebellionem adscribanl; velut in hoc ingeniosi, ut S. Romanæ Ecclesiæ Magislræ ac Matri uostræ labem aliam ex alia affricent, indeque cèu rugis et maculis plenam spernant Ecclesiam , uti Herodes Christum.

§ II. THEMATA.

IL Jôttôttf, $t *qui sunt inter Catholicos, non sunt cera causa Theist icte irreligionis.*

Pr o b a t io. Esto, quod ipsi etiam Theistæ nihil minus se velle simulent, quam Religionem evertere; sed eam duntaxat ab anilibus fabulis, superstitiosis ritibus et vitiis Ecclesiasticorum (hos enim ceu doctores salutis et rectores animarum cumprimis spectant calumniae incredulorum) liberare præsumant. At simulant, mentiuntur, cavillantur perfidi transfugæ, non ignari, quod abusus hominum sint, non Ecclesiæ aut Religionis, quæ illos nusquam probet, quin potius extirpare conetur; quod a quolibet sanas ac prokæ mentis distinguendum sit inter quosdam excessus aut defectus Ecclesiasticorum, et inter vera dogmata ac saluberrima Ecclesiæ sancita ab universis fidelibus adimplenda. Simplicitatem, ignaviam, vesaniam, fraudes, avaritiam, luxum et tyrannidem proterve imponunt pastoribus et rectoribus fidelium? nempe paleas cribrant, ut triticum proculcent, ac reipsa non intendunt aliud, quam ut per latus pastorum in gregis viscera grassenlur, i Ilisque percussis dispergantur oves et pereant. Enumerent impii, si possint, fere innumerabiles Pontifices, Episcopos ac præsides Ecclesiarum, inde ab ortu Christianae Religionis doctissimos, sanctissimos, integerrimos, zclosissimos, quorum vel unus prævalçt universo gregi pseudosophorum. Enumerent, si possint, tot myriades Sanctorum, Martyrum, Confessorum, Virginum in Ecclesia Christiano-Catholica, ad quorum eximiam sanctitatem etiam miraculis præfnlgentem fucatæ ac steriles infidelium atque incredulorum virtutes umbra, fumus, nihil sunt.

Non igitur castissimae fidei, quæ summam puritatem sanctitatemque inspirat, imputandi sunt abusus aut vitia quorumdam fidelium, quos omnes uti sanctos esse voluit Auctor fidei, ita et liberos, ut esset tam merito locus,quam demerito. Quanquam eos, qui sanclæ fidei pravis moribus contradicunt, vix dignos censeam nomine Christiano ex effatis Aposlolicis ad Rom. 11.23. *qui in lege gloriaris, per prcevaricalionem legis Deum inhonoras; nomen enim Dei per vos blasphematur inter gentes* : Joann. II. 4. *qui dicit, se nosse eum* (Jesum Christum justum) *et mandata ejus non custodii, mendax est, et in hoc veritas non est.* Item 1. Petri 11. **II.**

II. *Discordiae Catholicorum nequicquam juvant Theistarum perfidiam.*

Pr o b a t io. Lites sunt inter Catholicos; et ubi non? at Scholarum duntaxat discordiae sunl,non circa dogmata aut fidei morumve principia; sed circa profundiores difiicilioresque quaestiones, in quibus nec sacer textus claret, silent aut discrepant Patres, nec docet Ecclesia; quas proin nec audent contemnere, nec necesse habent adstruere Schola* Catholicorum. Mirum, quod cum major non sil dissensio, quam inter incredulos (a quibus sicut veritas, ita pax omnis ct concordia distant longissime) hæc aut ipsi aut eorum advocati objicere ausint orthodoxis; non ignari, quod nec Sedi Apostolica*.

nec Ecclesiæ Conciliis visum sit hactenus, omnes Scholarum lites ultimate dirimi aut posse, aut debere; non ignari, quod ubi Doctorum et Scholarum dicta et scripta (sciente nec reclamante Ecclesia) inter se discrepant, omnium animi in id concordent, ul solerll hac discussione decisionis dogmatico; materies praeparetur, et veritas elucescat magis, tandem universis fidelibus proponenda ; non ignari, quod appellatio sive a judicio dogmatico Sedis Apostolicœ, sive a sensu Ecclesiæ dispersæ, ad congregatam in Concilio frivola sit, perniciosa, el omni jure nulla ; imo quod Concilium generale adversus mala quotidie emergentia non sil medium aut decens divinam providentiam, aut infirmitati humanæ congruum, aut satis accommodum afflictis Ecclesiæ rebus; hodie vero omnium minime necessarium, eo quod contra Appellantes facta dudum sil decisio, universæ Ecclesiæ assensu comprobata; non ignari, quod sicut hæreses fere omnes non tara ex ignorantia aut Scholarum discordia, sed ex pravis allectibus, qua superbia el animi tumentis elatione, qua odio el contemptu legitimi Magistratus, ita ex iisdem putidis fontibus irreligionis impietas promanavcrinl ; optime demum gnari, quod pessime aut Doctorum dissensiones, aut bella quædam intestina ipsi doctrinæ adseribantur, quam si Christiani omnes exacte servarent; quemadmodum primos inter fideles, omnium cor *unum* foret, *el anima una.*

•iff

Si qua aliunde subintrat dissensio inter fideles; eam quidem praedixit Apostolus Act. XX. 29. et 1. Corinth. XI. 9. Attamen pacem ac unitatem iterato inculcat ad Philipp. 11. 2. et ad Ephes. IV. 13. ; id quod Theistarum Coryphæus in libro, *Traité sur la Tolérance,* ipse asseverat. Imo si persecutio exoritur inter fideles a fidelibus, inimicus homo hoc fecit, non Christi Religio, unitatis, pacis ct charitatis studiosissima; quæ adeo illam non probat, ul patientiam inierim commendet, et persecutoribus arma justitia; exhibeat, queis divinus Auctor veræ Religionis Ecclesiam adversus iminorigeros filios obarmavit.

lil. *Philosophia ecleclica impietatis Theisticœ minime rea est.*

Probatio. Recentior Philosophia portam apci'uit Naturalismo : quæ injuria pro summis ingeniis; quæ ingratitudo pro immensis sumptibus ac studiis; quæ inscitia et vesania malevolorum? nonne discernere oportuit inter illos Philosophastros, qui sine ratione solam rationem adorant, ul quæ didat Revelatio supra rationem, contra rationem contemnant ; qui sine principiis arcana et dictamina naturæ curiosius explorant, ut quæ naturam superant, principia superna projiciant? Atque inter Philosophos vere ecleclicos, qui de omnibus ex fœcundissima æquc ac cultissima hodierna mentis, sensuum d morum Philosophia optima seligunt; et dum per Mathematicam el Physicam summa atque ima rimantur altius profundiusque ; in Ethica uti clin Psychologia et Physio-Thcologia de Deo, de Religione, de jure naturæ, de virtute, de anima, de officiis, fine et felicitate hominis veriora et saniora suggerunt principia, contra Atheistarum, Theistarum et Machiavellislarum molimina tvrones philosophos praemuniunt, nec non Theologias ac Jurisprudentia; elementis praevie imbuunt, omne ferunt punctum; illius probe memores : qui non capis mysteria gratiæ. an intelligis mysteria natura·?

§ 111. Corollaria.

Sane hoc Theistarum perfugium aut patrocinium ex abusibus et discordiis Catholicorum non absimile videtur illorum consilio, qui, nescio quæ schismatica, summa? Sedi totique Hierarchiæ Ecclesiastica' injuriosa ac perniciosa principia spargunt in publicum, ut hac ratione sentire unum omnes faciant. Nam sicut infaustis hisce pacificatoribus ipsi heterodoxi reclamant, hanc neutiquam unionis tam ardua? viam esse, nisi prius in substantialibus, ut vocant, articulis consensio utrinque stabiliatur; ita suis Theistæ patronis has dicent gratias ; quid juvat immensis sumptibus cogere conventum orbis ad tollendos abusus, et ad finiendas lites per decretorium Ecclesiæ judicium; cum quod sit aliqua Christi Ecclesia, aliqua Christi Religio, aliquis Christi in terris Vicarius, aliquis aut Magistratus Ecclesiasticus, aut coetus fidelium divina ordinatione constitutus; nobis nonnisi hominum superstitiosorum somnia sint, atque deliria? Doceant ergo potius illi Ecclesiæ Reformatores sua morum integritate, virtutum exemplis, vitæque sanctitate incredulos; et discant increduli praejudicia depellere, superbiae modum ponere, domare affectiones, vilia extirpate; caeteri demum fideles debilis muniantur praesidiis; et vera? Religionis non alii erunt, ac universi orbis termini.

SECTIO II.

QUÆ SINT VERÆ CAUSÆ IRRELIGIONIS THEISTICÆ HODIEDUM DEBACCHANTIS?

S I. PRÆC0G5ITA.

Theismns Socinianismi el Jansenismi æque, ac uterque l.utheranæel Calvînianæ defectionis esse partus, multis videtur. Erat Faustus Socinus natus Sienæ anno l'i.39. ibidem Immanioribus et philosophicis disciplinis leviter tinctus, Basileæ per triennium ad Theologiam animum applicuit; inde suos errores per Germaniam. Transylvaniam et Helvetiam circumtulit, imo per Italiam, sed caute ac subtimide. Non tam a judicii et doctrinæ vi, quam a genii el ingenii vafritie celebris, Tolerantismo viam aperuit. Inde factum, ut Grotium adeo (cujus scripta Sociniano toxico undique infecta deprehendit lllustr. Bossuetus) in suas partes traheret, simulque illos omnes, qui ex hétérodoxie, cum Scripturam sacram nec suimet interpretem clarissimam, nec judicem omnium controversiarum fidei certissimam facile agnoscerent, Ecclesiam vero audire Magistram nollent, ad Socinianam omnium sectarum tolerantiam defleverunt.

Quis fuerit Jaxsexius, quinam dicantur Janseniani, quæ horum sint ac fuerint consilia, salis decantatum cx tot Bullis Pontificum, Regum decretis, Episcoporum mandatis, Conciliorum sancitis, ct doctrina Scholarum. An ct qua ratione eorum systema ct factio faveat Thcismo adversus Christianismum, hic disquirendum est. Pseudophilosophos nemo non novit, nisi qui putidos fontes impietatis ignorat; libros inlclligo falsissimis ct spurcissimis contra honestatem veramque Religionem principiis refertos, quos sine tine et sine fronte profundunt Naturales Philosophastri; el in quibus intemperans affectuum licentia, indomita concupiscentiarum ferocia, ct impunis \iliorum omnium ingurgitatio, ceu veræ Theismi ac Theisticæ tum impietatis tura irreligionis causæ, ejusdemque illicia ct fomenta et incrementa sat dare dignoscuntur.

§ II. Themata.

L *Socinianismus inter heterodoxos in dies magis invalescens Theismi verior causa est.*

Probatio. Sociniani verius increduli quam heterodoxi ipsa Religionis Christianæ fundamenta evertunt ; sed ne Christiano nomine prorsus indigni censeantur, doctrinam Christi moralem suam esse doctrinam profitentur. Docet nempe Faustus Socinus, solum Patrem vere ac proprie Deum esse, non item Christum, non item Spiritum sanctum ; quorum ille duntaxat homo fuerit peculiaribus donis ornatus, hic vero quædam virtus et eflicacia sil. Negat uti peccatum originis, ita necessitatem baptismi, sine quo per solam divini nominis professionem publicam obtineri contendit peccatorum remissionem. Sacramentis adimit vim omnem et efficaciam. Inferni poenas negat esse ælcrnas, ct impios una cum diabolis annihilalum iri asseverat. Demum ut omnem Revelationem reipsa pessumdet, Scripturas divinas subdit criterio rationis humante, quæ sola sit illarum interpres et judex. Qui vero doctrina morum Christiana consistat suffossis ejusdem praecipuis fundamentis, quæ sunt dogmata fidei Christianæ ? Inde est, quod Sociniani moralem quoque doctrinam Christi, addendo ac detrahendo quod libet, eousque mutilent, deturpent ac corrumpant, dum naturæ corruptæ ex voto sit accommoda, et gentilem philosophum deceat magis, quam divinum Legislatorem.

Igitur Socinus et ejus asseclæ sunt, qui denegata Christi divinitate, exterminata utriusque fœderis analogia, abnegatis fidei Christianæ placitis, morali doctrina Christi detorta ad Naturalismum, imo ad Paganismum et Mahumctismum, sicut Theistarum prodromi ct antesignani; ita bacchantis in Christum rebellionis incentores sunt, quorum infausta propago quam sit metuenda Europæ Christianæ, ipsi Protestantes inter lamenta exponunt.

Vide Libros Socini de Religionis Christ, institutione, de Praelectionibus Theolog. c. 4. dc usu et fine Cœnæ Domini, Synopsin Justificationis et Disputationem dc Baptismo, atque explicationem Locorum S. Scripturio.

ll. *Jansenismtn, uli Socinianisme, ila Theismo maxime affinis jure dicitur.*

Pporatio. Saxcvraxis el ejus gregales sunt illæ Sociniaiioruin auxiliares copia», ad Theismum cl fors Atheismum, si minus aperte, magis tamen callide ac perfide Christianismo surrogandum ; nimirum juxta primævum factionis suæ institutum, quod tum ex authenticis monumentis, tum ex sequelis in dies luculentioribus comprobatur. Age enim, quid est vera Christi Ecclesia? respondet Saxcyraxes Theolog. Tamil. lect.VL «Ecclesia est societas eorum, qui serviunt Deo in lumine et professione vera fidei, atque unione charitatis ». Digna sane pessimis artibus notio, cui ncc Theistæ, minus vero alii Novatores aut Sectarii refragentur : nam quod sit serviendum Deo; hoc Theistæ non negant: quod serviendum unione charitatis, hoc est, quod Deus sil diligendus; neque hoc abnuunt Theistæ: quod serviendum in lumine- ct professione veræ fidei; et hoc Theistis favet ad sensum Sancyram ,cui nonnisi unus Deus est objectum veræ fidei.

Quid porro consilii apud Sancyranum, ut fidem mysteriorum nostrorum redderet fallacem ae inutilem, ipsnmque Evangelium abrogaret, quin res adverteretur? Scribendos curavit libros; unum, qui doctos depravaret; alium, qui nobiles feminas inescaret; alium, qui plehem corrumperet; denique alium ad pervertendos homines vitæ perfectioris. Primum Jaxsexio demandatum, ut magna calliditate ac vafritie sapientes et doctos erroneis de gratia placitis imbueret; alterum scripta Arxaldi ; tertium Faydovu catéchismes ; postremum liber Gerberomi, et Quf.sneiili reflexiones seu observationes Morales in Novum Testamentum exequehanlur. Horum omnium testes sunt geminæ cpistolæ Jansenii ad Sancyranum, quæ in iHarum collectione continenti se ordine consequuntur ; testes sunt prope omnes littera, quas ab exeunte anno 1621, usque ad suum obitum scripsit Janscnius ad Sancyranum de suo Pilmot, de Lite sua, de Sacro Negotio, queis nominibus suum Librum designabat; testes litteræ et scripta omnia, quæ Lvdovicus XIV. submisit Patribus Collegii Ludovicæi, postquam jussu Begis Sanctimonialium de Portu Regio ædes subito interceptae, earumque conventus fuit dissipatus. Numquid autem Janseniani rigorem præseferunt, ut nequidera secundum opinionem probabilissimam operari licitum velint? at mordicus tuentur damnatam illam Jansenii primam propositionem : « Aliqua præcepta Dei hominibus justis etiam volentibus et conantibus secundum præsentes, quas habent vires, sunt impossibilia ; deest quoque illis gratia, qua possibilia fiant? » quæ si vera sit, quis non intelligit, nihil tam fœdum committi impune et sine reatu posse ob defectum gratiæ et potentiæ?

His adde errores ex libris Jansenii et Jansenianorum plenis modiis colligendos; ubi videlicet universo generi humano laudum omnium fundamentum, libertatem adjudicant; ceu novi de schola tyranni, qui homines vere liberos misera servituti subdant, et in vincula conjiciant : ubi Deum asserunt, legem antiqui foederis ea mente tulisse, ut Judæi peccata peccatis aggererent, salutisque aditu ceu muro interposito prohiberentur; imo Vetus Testamentum maguæ Comœdiæ ausint comparare : ubi non raro et summopere quidem commendant mores, virtutes, actusque heroicos gentilium : ubi Deum exhibent crudelem, seu imp mentem homini præcepta exequi haud

possit, ulpole auxilio gratiæ necessario destitutus; non cxequentem autem «ternis cruciatibus plectat; quique homines priusquam praesciat male acturos, sponte sua æternum reprobet, crimen antevertente supplicio; perinde ac si non reorum pœna judex, sed tortor hominum cruciatu gauderet : ubi pernegando,Deum carni et cruci pro universorum salute adhaesisse, nituntur eripere Deo constantem omnibus seculis misericordiae famam, Christo absolutam numeris omnibus victoriam, cl hominibus spem vitae aeternae, vitalenique gratiam. Si Jansenio credimus, maxima pars hominum Christo liberatori nihil debet, cum pro ea liberanda non venerit ; et lumine iidei tota vita carentibus, quorum ingens in loto orbe est et fuit numerus, nullam gratiam promeruerit; neque magis pro salute reproborum sanguinem fuderit aut oraverit, quam pro salute ipsius diaboli. Et quis ambigat, hæc fuisse ova, a quibus suos Theistæ pullos excluderent ?

111. *Pseudophilosopkia est certissima causa Theisticæ irreligionis.*

Probatio. Pseudophilosophiacst, quæ Hobbesii, Schafllesburii, Mandevillii, Lamelrii, Rousseauvii, Voltairii, Labeaumellii, Tindalii, ct horum similium de Criteriis veri, de Principiis juris naluiæ, de Regula moralitalis, de Educatione juventutis, de systemate Religionis ac felicitatis inaudita, absona, spuria ingerit principia ; quæ præter pestilentem opinionum novitatem infrunitam sentiendi vivendique licentiam orbi propinat; quæ audacia incredibili, ad fucum rebus etiam pessimis illinendum, suum commodare nomen cogit Philosophiam; et de qua demum Joannes Willmot Anglus et Comes Rofiensis, ab impiorum castris nuper transgressus ad Christum, palam confitetur : « stulta ista el absurda philosophia, qua hodie tam vehementer incantatus est mundus; hæc est, quæ me perdidit, magnumque numerum meliorum nationis ingeniorum. »

Nec mirum, si vel delibare lubcat dogmata Pseudosophorum : Lajietrius ad machinæ sortem dejicit hominem : Rousseau infra bestias homines deprimit : Helvetio unice vera delectatio est orta ex sensibus, cui consonat Bolingbrockius; itidem Rolssealvio ipse sibi homo ultimus finis est, et sua suprema felicitas; Schafftesburio jocis ct satyris veritas exploranda est; HcTcnEsoNio el Humio moralis, nescio quæ perceptio pro regula moralitalis est, fere sicut Schmausio jus naturæ nihil est aliud, quam jus vivendi secundum instinctus naturales (haud monstrosum minus, quam illud Caligulae : omnia mihi licent) : Doveus conscientiam adeo negat et legem et lumen natura : Mandevillius vitia ad felicitatem reipublicæ conducere somniat : Labealmellils judicio pueri subjugat veritatem Religionis: Montesquieu climati attemperat quamcumque Religionem. Demum, ne infinitus sit numerus insulsitatum atque absurdilatum, Senesius pro recta juventutis institutione vult juvenes a parentibus ac praeceptoribus objici periculis etiam manifestis, ut ab intuitu turpitudinis in vitio ad pulchritudinem in virtute magis allidantur.

Quid vero juventae pestilentius, injuriosius Deo, cl ordinato amori prajudiciosum magis? hic nempe dictat, ut omnia a nobis scandala cl pericula piæsciiim graviora propulsemus. Quæ (emeritas, Dei auxilium (quod uni-

cum in vehemcntiori tentationc perfugium esse, Plato, Seleucus, Amanus, aliiqiie veteres cv ipsa naturali ratione perspexerant) deposcere prorsus insolitum, ut velut miraculo a casu immuncm præslet, in quem hibens temctipsum praecipitas? Numquid exempla trahunt, et juvenes eo fortius, quo sunt affectu in malum proniores, minus experti, rationis necdum climatæ, ex ætatis vigore vehementiores, ct freni sæpius impatientes? Hiuc nitide Seneca : « serpunt enim vitia et in proximum quemque transiliunt, ct contactu nocent; itaque ut in pestilentia curandum est, ne corruptis jam corporibus et morbo flagrantibus assideamus, quia pericula trahemus, afilaluque ipso laborabimus. »

De his copiose ac erudite disserentem vide P. Anton. Schmitt S. J. in suis Meditationibus Philosophicis Heidelbergæ oditis, anno 17(58. Quoin opere demonstrat, quod passim eo colliment studia Pseudosophorum, ut fucatis placitis suis ævi nostri genio inserviant, quo honestatis virtulisque reliquias paulatim omnes exterminent. Habemus adeo Rovsseaivilm falcnlem reum, quod scientiarum redintegratio, et præprimis Typographoruni copia plus hodiedum obsint bonis moribus et Religioni Christianæ, quam prosint; id quod comprobat exemplis antiquitatis, quo scientiis et artibus florcnlioris, eo a moribus et improbitate deterioris.

§ III. COROLLARIA.

Itaque si ad praedictos tres fontes irreligionis aliæ itidem causæ addantur; sive quæ sunt intra nos, videlicet, ex parte intellectus infirmitas, anteoccupatio, praefidentia et pertinacia; ex parte voluntatis vitae licentia, impunitas delictorum, legum contemptus, odium cujusvis magistratus, cordis pervicacia atque obstinatio. Sive quæ sunt extra nos, nimirum educatio, assuetudo, sors bona et mala, abusus rerum etiam sacerrimarum, pruritus legendi libros utut omni jure prohibitos, ct tum Socinianismi, tum Janscnismi, tum Pseudosophiæ veneno turgentes... quid mirum, si cordis depravatio, morum corruptio, fidei naufragium, ac demum impietas ct irreligio invalescant? Atque idcirco ipsi aequiores Proteslantici Socinianismo, Galli Catholici omnes Jansenismo, et saniores etiam Angli Pseudophilosopluæ suis in terris fere dominanti fortissime resistunt.

SECTIO 111.

DE MEDIIS ET PRÆSIDI1S CONTRA .IRRELIGIONEM THEIST1CAM.

§ 1. PR.ECOGNITA.

